In Oratione pro Sextio sunt annotationes Lagomarsini

Ext. Cod. n. 90. in VV. LL.

Sunt in marginibus quaedam Lagomarsini annotationes pro VV. LL.

ORATIONES. M. T. C. ADIECTA ALIA ORATIONE EIVSDEM IN VALE-RIVM IN ALIIS NON IM-PRESSA CVM PARE-NESI, QVAE AN TVL-LII, AN QVINTI FRATRIS SIT, INCER-TVM EST.

[redacted]

NICOLAVS ANGELIVS BVCINENsis clarissimo uiro Latino Benassaio, Pontificis Maximi à cubiculo. S.

IMmortalis. M. Tullij eloquentiæ gloria, ornatissime Latine, tanta hominum admiratione, tot sæculis per omnem orbem celebratur, ut nullius hominis præconio, nõ modo crescere, sed ne adæquari quidẽ possit. Sua enim magnitudine facile uincit laudationes nostras, si quis tamen tam a sanitate abest, ut laudando, Ciceronem illustrare putet, idem solem exiguo candelæ lumine augere putet. Perenni enim ac pleno fonte adeo exundat cœlestis ingenij beatissima ubertas, ut iam pridem non hominis nomẽ Cicero, sed eloquentiæ habeatur, nec id quidem iniuria, nam cum in singulis scriptoribus singulas pene laudemus uirtutes, in eo uno prouidentiæ dono uere genito, cunctas eminere admiramur, & quanquam in omni scribendi genere sic in fastigium assurgit, ut nihil ei adijci posse cognoscas, in concione tamen, in senatu, in foro, ubi regnare ab hominibus suæ ætatis dictus est, totas suas uires eloquentia experitur, & quatenus humana uis, dicendo progredi potest, ostẽdit, ut quicquid ibi amplius præterea desideres (siquid tamẽ reliqui desiderio facit) id naturæ aut arti defuisse scias. Sed proh, dolor, in hac sublimi, ac diuina dicendi figura iacturam, ut in cæteris, grauissimam fecimus. Tãtus enim eius orationum thesaurus, uitio temporum & librariorum culpa, ad nos mutilus peruenit & mendosus, ac deploratæ ferme correctionis, nisi alter Pysistratus Ciceroni aliqñ accurrerit, qui propositis premijs doctissimũ quenqꝫ in eius emẽ

datiõem inuitet, quod ille nobili eius generis pietate uir de Homero ante suam ætatem membratim discerpto egregie præstitit. Verum ubi castigatissimũ codicẽ beneficio. A. Colotij tibi deditissimi, & opera tua in emendationis usum perlatum inspeximus, rogatu Philippi Iuntæ uiri imprimendis libris eximia sedulitate & cura, collatis in unũ plurimis uetustissimis, ac fidelissimis exemplaribus, in ijs innumerabilia sanauimus & pleraq; quidẽ lœtalia uulnera, omnia qui potui ĩ corpore tam lacerato? stũduimusq; ut hæ multo omnium emendatissimæ, quas ætas nostra typis excussas, adhuc legit, in hominum manus exirent. Has igitur recognitionis nostræ operosas lucubrationes tibi, quem constans & illustris fama, optimis moribus, & disciplinis, ac litteris, tum græcis, tum latinis excultissimũ pertulit, nuncupamus, iure hæreditariæ amicitiæ, quæ quondã dum Senis humanitatis litteras publico gymnasio profiteor, uiuo Augustino Dato præceptore meo non pudendo, mihi fuit cum patre tuo multiplici bonarum artium disciplina nobilissimo uiro & ciue clarissimo, quem nobis spiritu & probitate refers, tantaq; ingenij, doctrinæ, morũ præstantia polles, ut apud Leonem Pontificem Max. qui est litterarum nobile præsidium, ingeniorumq; pensitator acer & iudex, locum honestissimum inter primores occupes, dignus profecto qui non mõ huiusmodi munere multisoni tituli, sed multo etiam grauiore præconio uiuas posteris illustris.

VALE.

Index eorum quæ sunt hoc opere diligenter notanda.

A

B

FINIS.

H

M.T.C. PRO LEGE MANILIA, SIVE DE LAVDIBVS. CN. POMPEII, SIVE DE IMPERATORE DELIGENDO. ORATIO.

VANQVAM MIHI SEMPER frequens conspectus uester multo iucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est uisus Quirites, tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cuiq; maxime patuit, non mea me uoluntas, sed uitæ meæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam cum antea per ætatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem, statueremq; nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratū industria afferri oportere, omne meum tempus amicorum temporibus transmittendū putaui. Ita neq; hic locus uacuus unquā ab ijs, qui uestrā causam defenderent, & meus labor in priuatorū periculis caste integreq; uersatus ex uestro iudicio fructum amplissimum est cōsecutus. Nam cum propter dilatione; comitiorū ter prætor primus centurijs cunctis renunciatus sum, facile intellexi Quirites, & quid de me iudicaretis, et qd alijs præscriberetis. Nunc cum et auctoritatis in me tantum sit, quantū uos honoribus mandandū esse uoluistis, & ad agēdum facultatis tantum, quantū homini uigilāti ex forensi usu prope quotidiana dicēdi exercitatio potuit afferre, certe & si quid etiam dicendo consequi possum, ūs ostendā potissimum, qui ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt. Atq; illud in primis mihi lætandum iure esse uideo, q̄ in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est, in qua oratio nemini deesse potest.

Dicendum est enim de Cn. Pompeij singulari eximiaq; uirtute. Huius autem orationis difficilius est exitum, q; principium inuenire. Ita mihi non tam copia, q̃ modus in dicẽdo quærendus est. Atq; ut inde oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, bellum graue & periculosum uestris uectigalibus atq; socijs à duobus potentissimis regibus infertur, Mithridate & Tigrane, quorum alter relictus, alter lacessitus, occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Romanis honestissimis uiris afferuntur ex Asia quotidie litteræ, quorum magnæ res aguntur in uestris uectigalibus exercendis occupatæ, q̃ ad me pro necessitudine, quæ mihi est cũ illo ordine causam. R.P. periculaq; rerum suarũ detulerunt. Bithyniæ, quæ nunc uestra prouincia est, uicos exustos esse complures, regnum Ariobarzanis, quod finitimum est uestris uectigalibus totum esse in hostium potestate. Lucullũ magnis rebus gestis ab eo bello discedere, huic qui succurrerit, non satis esse paratum ad tãtum bellum administrãdũ. Vnum ab omnibus socijs & ciuibus ad id bellum imperatorem deposci atq; expeti, eundem hunc unum ab hostibus metui præterea neminem. Causa q̃ sit uidetis, nunc q̃d agẽdum sit cõsiderate. Primum mihi uidetur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicẽdum. Genus est enim huiusmodi, quod maxime uestros animos excitare atq; inflammare debet. Agitur salus sociorum atq; amicorum, pro qua multa maiores nostri magna & grauia bella gesserunt. Aguntur certissima Po. ro. uectigalia & maxima, quibus amissis & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis. Aguntur bona multorum ciuium, quibus est à uobis, & ab imperatoribus reipu. consulendũ, et q̃m semper appetentes gloriæ præter cæteras gẽtes, atq; auidi laudis fuistis, delenda est uobis illa macula mithrida

tico bello superiore suscepta, q̃ penitus iam insedit, atq; inueterauit in Po. Ro. nomine, ꝙ is qui uno die tota Asia tot in ciuitatibus uno nũcio atq; una significatione litterarũ ciues Ro. necãdos, trucidandosq; denotauit, nõ mõ adhuc pœnã ullã suo dignam scelere suscepit, sed ab illo tp̃e tertiũ iã annũ, & uigesimũ regnat, & ita regnat, ut se nõ ponto neq; Cappadociæ latebris occultare uelit, sed emergere ẽ patrio regno, atq; in nostris uectigalibus, hoc est in Asiæ luce uersari. Etenĩ adhuc ita nostri cũ illo rege cõtendérunt imperatores ut ab illo insignia uictoriæ, non uictoriam reportarẽt. Triũphauit. L. Sylla, Triumphauit. L. Murena de Mithridate, duo fortissimi uiri, et summi imperatores, sed ita triũpharũt, ut ille pulsus superatusq; regnaret. Verũ tamẽ illis imperatoribus laus est tribuẽda quod ægerunt. Venia danda quod reliquérũt, ꝓpterea ꝙ ab eo bello Syllã in Italiã respu. Murenã Sylla reuocauit. Mithridates aũt omne reliquũ tẽpus nõ ad obliuionẽ ueteris belli, sed ad cõparationẽ noui cõtulit, qui postea q̃ maximas ædificasset ordinassetq; classes, exercitusq; permagnos quibuscũq; ex gentibus potuisset, cõparasset, bosphoranis finitimis suis bellũ inferre simulasset, usque ad Hispaniã legatos, Ecbathanis misit ad eos duces, q̃bus cũ tũ, bellũ gerebamus; ut cũ duobus in locis disiunctissimis maximéq; diuersis, uno consilio, ab unis hostium copijs bellum terra mariq; gereretur. Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis, sed tamẽ alterius partis periculũ Sertorianæ atq; hispaniensis, quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. Cn. Pompeij diuino consilio ac singulari uirtute depulsum est. In altera parte ita res à L. Lucullo summo uiro est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atq; præclara non fœlicitati eius, sed uirtuti, hæc aũt extrema quæ nuper ceciderunt non culpæ sed fortunæ tri

buenda esse uideantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam Quirites ut neq; uera laus ei detracta, oratione nostra, neq; falsa, neq; ficta esse uideatur, sed pro uestri imperij dignitate atq; gloria, quoniã is est exorsus orationis meæ, uidete quem uobis animum suscipiendũ putetis. Maiores nostri sæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt, uos tot ciuium Ro. milibus uno nũcio atq; uno tempore necatis, quo tãdem animo esse debetis? Legati q̃ erant appellati superbius, Corinthũ patres uestri totius græciæ lumen extinctũ esse uoluerũt, uos eum regem inultum esse patiemini, qui legatum Po. Ro. cõsularẽ uinculis ac uerberibus, atque omni supplicio excruciatum necauit? illi libertatem ciuium Ro. imminutam non tulerũt, uos uitam ereptã negligetis? Ius legationis uerbo uiolatũ illi persecuti sunt, uos legatum omni supplicio interfectũ inultum relinquetis? Videte ne ut illis pulcherrimum fuit tantam uobis imperij gloriam relinquere, sic uobis turpissimum sit, id quod accepistis tueri & conseruare non posse. Quid q̃ salus sociorum summum in periculũ ac discrimen uocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes rex socius Po. Ro. atq; amicus. Imminent duo reges toti Asiæ non solum uobis inimicissimi, sed etiam uestris socijs atque amicis. Ciuitates autẽ omnes, cuncta Asia, atq; græcia uestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur. Imperatorem à uobis certum deposcere, cum presertim uos alium miseritis, neq; audent, neq; se id facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident & sentiunt hoc idem quod & uos, unum uirum esse in quo summa sint omnia, & eum propẽ esse, quo etiam carent ægrius, cuius aduentu ipso atq; nomine, tametsi ille ad maritimũ bellum uenerit, tamen impetus hostium repressos intelligũt, atq; retardatos. Hi uos (quoniam libere loqui non licet) tacite

rogant, ut se quoq; sicut cæterarum prouinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali uiro commẽdetis, atque hoc se etiã magis q̃ cæteros, q eiusmodi in prouinciã homines cum imperio mittimus, ut etiam si ab hoste defendant, tamen ipsorum aduentus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. Hunc audiebant antea, nunc præsentem uident, tanta temperantia, tanta mãsuetudine, tanta humanitate, ut ij beatissimi esse uideãtur, apud quos ille diutissime commoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria lacessiti maiores uestri cũ Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum pœnis bella gesserunt, quanto uos studio conuenit iniurijs prouocatos sociorum salutem una cum imperij uestri dignitate defendere? presertim cum de uestris maximis uectigalibus agatur. Nam cæterarum prouinciarum uectigalia Quirites tanta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutandas uix contenti esse possimus. Asia uero tam opima est & fertilis, ut & ubertate agrorum, & uarietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. Itaque hæc uobis ꝓuincia Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem sustinere uelitis, nõ modo à calamitate, sed etiam à metu calamitatis est defendenda. Nã in cæteris rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum accipitur, at in uectigalibus, non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiæ nõ longe absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neq; ex portu, neq; ex decimis, neque ex cultura uectigal conseruari potest. Quare sæpe totius anni fructus uno rumore periculi, atq; uno terrore belli amittitur. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos qui uectigalia uobis pensitant, aut eos

qui exercent atq; exigunt, cũ duo reges, cũ maximis copijs prope adsint, cũ una excursio equitatus pbreui tẽpore totius anni uectigal auferre possit, cũ publicani familias maximas quas in salinis habẽt, quas in agris, quas in portubus, atq; custodijs magno periculo se habere arbitrentur? Putatis ne uos illis rebus frui posse, nisi eos q uobis fructuosi sunt conseruaueritis, non solum ut antea dixi calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidem uobis negligendum est, quod mihi ego extremum proposueram cum essem de genere belli dicturus, quod ad multorum bona ciuium Ro. pertinet, quorum uobis pro uestra sapientia Quirites habẽda est ratio diligẽter. Nam & publicani homines & honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illam prouinciam contulerũt, quorũ ipsorum per se res & fortunæ curæ uobis esse debent. Etenim si uectigalia neruos reipu. esse semp duximus, eum certe ordinem qui exercet illa firmamentũ cæterorum ordinum recte esse dicemus. Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrij partim in Asia negociantur, quibus absentibus uos consulere debetis, ptim suas & suorum in ea prouincia pecunias magnas collatas habent Erit ergo humanitatis uestræ magnũ eorum ciuium numerum à calamitate prohibere, sapiẽtiæ, uidere multorum ciuium calamitatem à repub. seiunctam esse non posse. Etenim illud parui refert uos publicanis amissis, uectigalia postea uictoria recuperare, neq; ijsdem redimendi facultas erit propter calamitatem, neque alijs uoluntas propter timorẽ. Deinde nos eadem Asia atque idem iste Mithridates initio belli asiatici docuit id quod certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cum in Asia res magnas permulti amiserant, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Non.n. possunt una in ciuitate

multi rem atque fortunas amittere, ut non plures secum in eãdem trahant calamitatẽ, à quo periculo prohibete Rẽpu. Et mihi credite id quod ipsi uidetis. Hæc fides atque hæc ratio pecuniarum quæ Romæ quæ in foro uersatur implicita est cum illis pecunijs Asiaticis & cohæret. Ruere illa non possunt, ut hæc non eodem labefactata motu concidant. Quare uidete num dubitãdum uobis sit omni studio ad id bellum incumbere, quo gloria nominis uestri, salus sociorum, uectigalia maxima, fortunæ plurimorũ ciuium cum repub. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi, nũc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici belli genus ita esse necessarium, ut sit gerendum, non esse ita magnum, ut sit pertimescendum. In quo maxime laborãdũ est, ne forte a uobis quæ diligẽtissime prouidẽda sunt, contemnenda esse uideantur. Atque ut omnes intelligant me. L. Lucullo tantum impertiri laudis, quãtum forti uiro & sapientissimo homini & magno imperatori debeatur, dico eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atque instructas esse deletas, urbemque Asiæ clarissimã uobisque amicissimã Cyzicenorũ obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam uehementissime, quam. L. Lucullus uirtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberauit. Ab eodẽ imperatore classem magnam & ornatam, quæ ducibus Sertorianis ad Italiã studio inflãmato raperetur, superatam esse atque depressam. Magnas hostiũ preterea copias multis prælijs esse deletas, patefactũque uestris legionibus esse pontũ, qui ante Po. ro. ex oĩ aditu clausus esset Sinopẽ atque Amysum quibus ĩ oppidis erãt domicilia regis oĩbus rebus ornata atque referta, cæterasque urbes Põti, et Cappadociæ permultas uno audito aduẽtu esse clausas. Regem spoliatum regno patrio

atque auito ad alios se reges, atque ad alias gentes supplicem contulisse, atque hæc omnia saluis po. Ro. socijs atque integris uectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis, atque ita reputo, ut hoc uos intelligatis, à nullo istorũ, qui huic obtrectant legi atque causæ. L. Lucullum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiretur fortasse nunc quemadmodũ cum hæc ita sint, reliquũ possit esse magnũ bellum, cognoscite Quirites, Nõ. n. sine cã quæri uidetur. Primum ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Põto illa Medea quondã profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, qua se parens ꝑsequeretur dissipauisse, ut eorũ collectio dispersa, mœrorq; patrius celeritatem persequendi retardaret, sic Mithridates fugiens maximam uim auri atque argenti, pulcherrimarũq; rerum omnium quas & à maioribus acceperat, & ipso bello superiore ex tota Asia direptas i suũ regnũ cõgesserat, i ponto omnem reliquit. Hæc dum nostri colligunt omnia diligentius, rex ipse e manibus effugit. Ita illũ in persequendi studio mœror, hos lætitia retardauit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemq; rebus suis confirmauit, & afflictũ erexit, perditumq; recreauit, cuius in regnũ, postea quã. L. Lucullus cum exercitu uenit plures etiam gentes cõtra imperatorẽ uestrũ cõcitatæ sunt. Erat. n. metus iniectus ijs nationibus, quas nunquam Po. Ro. neque lacessendas bello neq; tentandas putauit. Erat etiam alia grauis atque uehemẽs opinio, q̃ per animos gentiũ barbararum peruaserat, phani locupletissimi & religiosissimi diripiendi cã in eas oras nostrũ exercitũ esse adductum, ita nationes multæ atq; magnæ nouo quodã terrore ac metu cõcitabantur. Noster aũt exercitus & si urbem ex Tigranis regno ceperat, & prælijs usus erat secundis, tñ nimia longinquitate locorũ ac desiderio suorũ cõmouebatur. Hic iam

plura non dicam. Fuit.n.illud extremũ,ut ex his locis à militibus nostris reditus magis maturus,q̃ processus longior quæreretur. Mithridates autẽ et suam manum iam cõfirmarat,& eorũ qui se ex eius regno collegerant,& magnis adiumentis multorũ regũ & nationũ copijs iuuabatur. Hoc iam fere sic fieri solere accepimus,ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam,maximeq́; eorum,qui aut reges sunt,aut uiuunt in regno,q̄ regale ijs nomẽ magnũ & sanctũ esse uideatur. Itaq; tantum uictus efficere potuit,quãtũ incolumis nũq̃ est ausus optare. Nam cum se in regnũ suum recepisset,nõ fuit eo cõtẽtus, quod ei præter spẽ acciderat,ut illã posteaquam pulsus erat terram unquam attingeret,sed in exercitum uestrum clarum,atq; uictorem impetum fecit. Sinite hoc loco Quirites sicut poetæ solent,qui res Romanas scribunt,præterire me uestram calamitatem,quæ tanta fuit, ut eam ad aures.L.Luculli,non ex prœlio nuntius sed ex sermone rumor afferret. Hic in illo ipso malo grauissimaq́; belli offensione.L.Lucullus,qui tñ aliqua ex parte ijs incõmodis mederi fortasse potuisset,uestro iussu coactus,quod imperij diuturnitati modum statuendum ueteri exemplo putauistis,partem militum qui iam stipẽdijs confecti erãt dimisit,partem Glabrioni tradidit. Multa prætereo consulto,sed ea uos coniectura perspicitis q̃tum illud bellum factum putetis,quod coniungant reges potẽtissimi,renouẽt agitatæ nationes,suscipiant integræ gẽtes,nouus imperator uester accipiat uetere expulso exercitu. Satis mihi multa uerba fecisse uideor,quare hoc bellum esset genere ipso necessarium,magnitudine periculosum. Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo,ac tantis rebus præficiendo dicendum esse uideatur. Vtinam Quirites uirorum fortiũ atq; innocentium copiam tantam haberetis,ut hæc uobis

deliberatio difficilis esset, quemnam potissimum tantis rebus, & tanto bello præficiendum putaretis. Nunc uero cum sit unus Cn. Pompeius, qui non modo eorum hominum qui nunc sunt gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam uirtute superarit, quæ res est, quæ cuiusq; animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere, sciētiam rei militaris, uirtutem, auctoritatem, fœlicitatē. Quis igitur hoc homine scientior unq̃ aut fuit aut esse debuit, qui é ludo atq; disciplina pueritiæ bello maxio acerrimisq; hostibus ad patris exercitum atq; in militiæ disciplinam profectus est. Qui extrema pueritia miles fuit imperatoris summi. Ineunte adolescentia maximi ipse exercitus imperator, qui sæpius cum hoste conflixit, q̃ quisq; cum inimico concertauit, plura bella gessit q̃ cæteri legerunt, plures prouincias confecit, q̃ alij concupiuerunt, cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperijs, non offensionibus belli, sed uictorijs, non stipendijs, sed triumphis est traducta. Quod deniq; genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna reipu. Ciuile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense, mixtum ex ciuitatibus atque ex bellicosissimis nationibus, seruile, & nauale bellum uaria & diuersa genera, & bellorum & hostium, non solum gesta ab hoc uno, sed etiā confecta nullam rem esse declarant in usu militari positam, quæ huius uiri scientiam fugere possit. Iam uero uirtuti Cn. Pompe. quæ potest oratio par inueniri? Quid est qđ quisquam aut dignum illo aut uobis nouum, aut cuiquam inauditum possit afferre? nō enim illæ sunt solæ uirtutes imperatoriæ, quæ uulgo existimantur. Labor in negocijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidēdo, quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in

omnibus reliquis imperatoribus, quos aut uidimus, aut audiuimus non fuerũt. Testis est Italia, quam ille ipse uictor. L. Sylla huius uirtute, & subsidio confessus est liberatam. Testis est Sicilia, quam multis undiq; cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilij explicauit. Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copijs eorum ipsorũ sanguine redundauit. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Testis est Hispania, quæ sæpissime plures hostes ab hoc superatos prostratosq; conspexit. Testis est iterum & sæpius Italia, quæ cum seruili bello tetro periculosoq; premeretur, ab hoc auxilium absente expetiuit, quod bellum expectatione Pompeij attenuatum atq; imminutum est, aduentu sublatum ac sepultum. Testes uero iam omnes oræ, atq; omnes exteræ gentes atq; nationes, deniq; maria omnia, tum uniuersa, tum in singulis oris omnes sinus atq; portus. Quis enim toto mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset, aut fuit tam abditus ut lateret? Quis nauigauit, qui nõ se aut mortis, aut seruitutis periculo committeret? Cum aut hyeme aut referto prædonum mari nauigaretur. Hoc tantũ bellũ, tam turpe, tam uetus, tã late diuisum atq; dispersum, quis unq̃ arbitraretur, aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore Romano confici posse? Quam prouinciam tenuistis à prædonibus liberã per hosce annos? quod uectigal uobis tutum fuit? quem socium defendistis? Cui presidio classibus uestris fuistis? q̃ multas existimatis insulas eẽ desertas? q̃ multas aut metu relictas, aut à p̃donibus captas urbes eẽ sociorũ? Sed q̃d ego lõginqua cõmemoro? fuit hoc quõdã, fuit ꝓpriũ Po. Ro. longe à domo bellare, & propugnaculis imperij sociorum

fortunas non sua tecta defendere. Socijs uestris ego marē clausum per hosce annos dicam fuisse, cū exercitus nostri ā Brundusio nunq̃ nisi summa hyeme transmiserint. Quid ad nos cum ab exteris nationibus uenirent, captos querar? cum legati Po. Ro. redempti sint, mercatoribus tutum mare num fuisse dicam? cum duodecim secures in prædonum potestatem peruenerint? Quid aut Colophonē, aut Samum nobilissimas urbes innumerabilesq́; alias captas esse commemorem? cū uestros portus atq; eos portus, quibus uitā, & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis An uero ignoratis portum Caietæ celeberrimum atq; plenissimum nauium inspectante prætore ā prædonibus esse direptum? Ex Miseno autem eius ipsius liberos qui cū prædonibus antea ibi bellum gesserat, ā prædonibus esse sublatos? Nam quid ego hostiense incommodum, atq; illam labē atq; ignominiam, reip. quærar? cum prope inspectantibus uobis classis ea cui consul Po. ro. præpositus esset ā prædonibus capta atq; oppressa est. Proh dij immortales tanta ne unius hominis incredibilis ac diuina uirtus tam breui tempore lucem afferre reipu. potuit, ut uos qui modo ante hostium tyberinum classem hostium uidebatis, nunc nullam intra Oceani hostium prædonum nauem esse audiatis, atq; hæc qua celeritate gesta sunt, quamquam uidetis, tamen ā me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam aut obeundi negocij, aut consequendi quæstus studio tam breui tempore tot loca adire, tantos cursus cōficere potuit, quā celeriter. Cn. Pō. duce belli impetus nauigauit? Qui Siciliam adijt, Africam explorauit, inde Sardiniam cum classe uenit, nondum tempestiuo ad nauigandū mari. Atq; hæc tria frumentaria subsidia reipu. firmissimis præsidijs classibusq́; muniJt. Inde se cum in Italiam recepisset duabus Hispanijs et Gallia Cisalpina præsidijs ac nauibus cō

firmata, missis in oram Illyrici maris, & in Achaiã, omnemq; Graeciam nauibus Italiae duo maria maximis classibus firmissimisq; praesidijs adornauit. Ipse autẽ ut à Brundisio profectus, unde quinquagesima die totam ad imperium Popu. rom. Siciliam adiunxit, omnes qui ubiq; praedones fuerunt partim capti interfectiq; sunt, partim unius huius imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus cum ad eum usq; in Pamphiliam legatos deprecatoresq; misissent, spem deditionis non ademit, obsidesq; imperauit, ita tm̃ bellum, tam diuturnum, tam longe lateq; dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur Cn. Pom. extrema hyeme apparauit, Ineunte uere suscepit, media aestate confecit. Est haec diuina atque incredibilis uirtus imperatoris. Quid caeterae, quas pauloante cõmemorare coeperam quãtae atq; quãmultae sunt? Non enim bellandi uirtus solũ in summo perfectoue imperatore quaerenda est, sed multae sunt artes eximiae huius administrae comitesq; uirtutis. Ac primum q̃ta innocentia debent esse imperatores, q̃ta deinde oĩbus in rebus temperantia, q̃ta fide, q̃ta facilitate, q̃to ingenio, q̃ta humanitate, q̃ breuiter q̃ta sint in Cn, Pom. consideremus. Summa. n. omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorum contentione q̃ ipa per sese cognosci atq; intelligi possunt. Quem. n. possumus imperatorẽ aliq̃uo in numero putare, cuius in exercitu ueneant centuriatus atq; uenierint? Quis hunc hominẽ magnum aut amplum de Rep. cogitare, qui pecuniam ex aerario depromptam ad bellum administrandum aut propter cupiditatẽ prouinciae magistratibus diuiserit, aut propter auaritiã Romae in q̃stu reliquerit? Vestra admurmuratio facit Quirites, ut agnoscere uideamini q haec fecerũt. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se uoluerit confiteri. Itaq; propter hanc

auariciam imperatorum quantas calamitates quocunque uentum sit, uestri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera quæ per hosce annos in Italia per agros atque oppida ciuiũ Ro. nostri imperatores fecerũt recordamini, tũ facilius statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Vtrũ plures arbitramini per hosce annos militum uestrorum armis hostium urbes, an hybernis sociorũ ciuitates esse deletas? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui seipsum non cõtinet, neque seuerus esse in iudicando, qui alios in se seueros esse iudices non uult. Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris, cuius legiones sic in Asiam peruenerint, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne uestigium quidem cuiquã pacato nocuisse dicatur. Iam uero quemadmodum milites hybernent quotidie sermones ac litteræ perferuntur, nõ modo ut sumptum faciat in militem nemini uis affertur, sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur, hyemis enim non auaritiæ perfugium maiores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse uoluerũt. Age uero cæteris in rebus qualis sit temperantia considerate. Vnde illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum initum putatis? Non enim illum eximia uis remigũ aut ars inaudita quædam gubernandi, aut uenti aliqui noui tam celeriter in ultimas terras pertulerunt, sed hæ res quæ ceteros remorari solent non retardarunt. Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam deuocauit. Non libido ad uoluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem, postremo signa & tabulas cæteraque ornamenta græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne uisenda quidem existimauit. Itaque omnes quidem nunc in his locis. Cn. Pompeiũ, sicut aliquẽ nõ ex hac urbe missum, sed de cœlo lapsum intuent.

Nunc denique incipiunt credere fuisse homines Ro. hac quondam abstinentia, quod iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum uidebatur. Nunc imperij nostri splendor illis gentibus lucet. Nunc intelligunt non sine causa maiores suos tum cum hac temperãtia magistratus habebamus, seruire Po. Ro. q̃ imperare alijs maluisse. Iam uero ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberae quaerimoniae de aliorum iniurijs esse dicũtur, ut is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse uideatur. Iam q̃tum consilio, q̃tum dicendi grauitate & copia ualeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria Vos Quirites hoc ipso in loco saepe cognostis. Fidem uero eius inter socios q̃tũ existimari putatis, quã hostes omniũ gentiũ sanctissimam iudicarint. Humanitate iam tanta est ut difficile dictu sit utrum hostes magis uirtutem eius pugnantes timuerint, an mansuetudinem uicti dilexerint. Et quisq̃ dubitabit quin huic tm̃ bellũ transmittendum sit, qui ad omnia uestrae memoriae bella conficiẽda diuino quodam cõsilio natus esse uideatur? Et quoniã auctoritas multum in bellis quoq; administrandis, atq; imperio militari ualet, certe nemini dubium est, quin ea re ille idẽ ipse imperator plurimũ possit. Vehemẽter aũt pertinere ad bella administrãda, q̃d hostes, q̃d socij de imperatoribus uestris existimẽt, q̃s ignorat? cũ sciamus hoĩes ĩ tãtis rebus, ut aut cõtẽnãt, aut metuãt, aut oderint aut ament opiniõe nõ minus famae, q̃ alia certa rõne cõmoueri. Q̃d igit̃ nomẽ unq̃ in orbe terrarũ clarius fuit? Cuius res gestae pares? de quo hoĩe uos, id q̃d maxĩe facit auctoritatẽ, tãta et tã p̃clara iudicia fecistis? An uero usq̃ ullã esse orã tã desertã putatis, quo nõ illius diei fama puaserit? Cũ uniuersus P. R. referto foro repletisq; oĩbus tẽplis, ex q̃bus hic locus conspicĩ

pōt unum sibi ad cōe omnium gentiū bellum.Cn.Pom.Imperatorē depoposcit,itaq; ut plura non dicā,neq; aliorum exemplis confirmē, q̄tum auctoritas ualeat in bello,ab eodem Cn.pom.omnium rerum egregiarum exēpla sumātur,qui quo die à uobis maritimo bello præpositus est imꝑator,tanta repente uilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ cōsecuta est unius spe & nōie, quātam uix ex summa ubertate agrorū diuturna pax efficere potuisset.Iam accepta in Pōto calamitate ex eo ꝓlio de quo uos pauloante inuitus admonui,cū socij ꝑtimuissent hostium opes, animiq; creuissent,& cum satis firmū ꝓsidiū prouincia nō haberet,amisissetis Asiam Quirites,nisi idipsum eius tp̄is diuinitus.Cn.Pō.ad eas regiones fortuna. P. Ro.attulisset·Huius aduentus,& Mithridatē insolita inflāmatum uictoria continuit,Et Tigranē magnis copijs minitantem Asiæ retardauit.et quisquam dubitabit quid uirtute profecturus sit q tm̄ auctoritate profecerit? Aut q̄ facile imperio atq; exercitu socios et uectigalia cōseruaturus sit,qui ipso nōie ac rumore defenderit? Age uero illa res quantā declarat eiusdē hominis apud hostes Po.Ro.Auctoritatem,ꝙ ex locis tam longinquis tamq; diuersis tam breui tēpore oēs una huic se dediderūt?Quod Cretēsiū legati cum in eorū insula noster imꝑator exercitusq; eēt,ad.Cn.Pom.in ultimas ꝑpe terras uenerūt,eiq; se omnes Cretensium ciuitates dedere uelle dixerūt.Quid idem ipse Mitridates?nōne ad eundem.Cn.Pom.legatum usq; in Hispaniam misit?eumq; Pompeius legatum semꝑ iudicauit.Ii quibus semꝑ erat molestum ad eum potissimū esse missum speculatorem q̄ legatum iudicari maluerunt. Potestis igitur iam constituere Quirites hanc auctoritatē multis postea rebus gestis magnisq; uestris iudicijs amplificatam, quantum apud illos reges,q̄tum apud exteras

nationes ualituram esse existimetis. Reliquum est ut de fœlicitate quam præstare de seipso nemo potest, meminisse & commemorare de altero possumus sicut equum est homini de potestate deorum timide & pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & cæteris magnis imperatoribus non solum propter uirtutem, sed etiam propter fortunam sæpius imperia mandata atq; exercitus esse commissos. fuit.n. profecto quibusdam summis uiris quædam ad amplitudinē & gloriā & res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. De huius autem hominis fœlicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positā esse dicā, sed ut de præterita meminisse, reliqua sperare uideamur. Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse uideatur. Itaq; non sum prædicaturus quantas ille res domi militiæq; terra mariq;, q̄ta fœlicitate gesserit, ut eius semper uoluntatibus nō modo ciues assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint, sed etiā uenti tempestatesq; obsecundarint. Hæc breuissime dicam, Neminem unquam tam impudentem fuisse, qui a diis immortalibus tot & tantas res, tacitus auderet optare, quot & quantas dii immortales ad Cn. Pom. contulerunt, quod ut illi proprium ac perpetuum sit Quirites, tum communis salutis atq; imperii, tum ipsius hominis causa, sicuti facitis, uelle & optare debetis. Quare cum & bellum ita sit necessarium, ut negligi non possit, Ita magnum, ut accuratissime sit administrandum, Et cum ei imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis uirtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna, dubitatis Quirites quin hoc tāti boni, qđ a diis immortalibus oblatum & datum est in Remp. conseruandam atque amplificandā conferatis. Quod si Romæ. Cn. Pomp. priuatus esset

hoc tẽpore, tñ ad tãtũ bellũ is erat deligẽdus, atq; mitten-
dus. Nũc cũ ad summas cæteras utilitates hæc quoq; oppor
tunitas adiungatur, ut in his ipsis locis adsit, ut habeat
exercitum, ut ab ijs qui habent accipere statim possit, quid
expectamus? Aut cur non ducibus dijs immortalibus, eidẽ
cui cætera, summa cum salute Reip. cõmissa sunt, hoc quo-
q; bellum regium committamus? At enim uir clarissimus
Reipub. & uestris beneficijs amplissimis affectus. Q. Ca-
tulus. Itemq; summis ornamẽtis honoris, fortunæ, uirtu-
tis, ingenij, præditus. Q. Hortensius ab hac ratiõe dissen-
tiunt, quorũ ego auctoritatem apud uos multis locis pluri-
mũ ualuisse, & ualere oportere confiteor. Sed in hac causa
tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum
uirorum & clarissimorum, tamen omissis auctoritatibus
ipsa re, & ratione exquirere possumus ueritatẽ. Atque hoc
facilius, q; ea omnia quæ à me adhuc dicta sunt ijdem isti
uera esse concedunt, & necessarium bellum esse, & ma-
gnum, & in uno Cn. Pomp. summa esse omnia. Quid igi-
tur ait Hortensius si omnia uni tribuenda sunt, unum di-
gnissimum esse Pom. sed ad unum tamen omnia deferri nõ
oportere. Obsoleuit iam ista ratio, re multo magis quã uer-
bis refutata. Nam tu idem. Q. Hortensi multa pro tua sum
ma copia ac singulari facultate dicendi & in senatu contra
uirum fortem Aulum Gabinium grauiter ornateq; dixisti,
cum is de uno imperatore contra prædones constituendo
legem promulgasset. Et ex hoc ipso loco permulta idem
contra legem uerba fecisti. Quid tum per deos immorta-
les si plus apud Populum Romanum auctoritas tua quam
ipsius Popu. Ro. salus & uera causa ualuisset, hodie hanc
gloriam atque hoc orbis terræ imperium teneremus? An
tibi tum imperium esse hoc uidebatur cum Pop. Ro. legati,
prætores, quæstoresq; capiebantur? cum ex omnibus pro-

uinciis commeatu & priuato & publico prohibebamur? Cum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neq; priuatam rem maritimam neq; publicam iam obire possemus? Quae ciuitas antea unquam fuit non dico Atheniensium, quae satis late quondam mare tenuisse dicitur, non Carthaginensium, qui permultum classe maritimisq; rebus ualuerunt, non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit, quae ciuitas antea unq;, quae tam tenuis, tam parua insula fuit, quae non portus suos & agros, & reliquam partem regionis atq; orae maritimae per seipsam defenderet? At hercle aliquot annos continuos ante legem Gabiniam ille Pop. Ro. cuius usq; ad nostram memoriam nomen inuictum in naualibus pugnis permanserat, magna ac multo maxima parte non non modo utilitatis, sed dignitatis atq; imperii caruit. Nos quorum maiores Antiochum regem classe Persemq; superarunt, omnibusq; naualibus pugnis Carthaginenses homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosq; uicerunt, iis nullo in loco iam praedonibus pares esse poteramus. Nos qui antea non modo Italiam habebamus tutam, sed omnes socios in ultimis oris auctoritate nostri imperii saluos praestare poteramus, tum cũ insula Delos tam procul à nobis in aegeo mari posita, quo omnes undiq; cum mercibus atq; oneribus commeabant referta diuitiis, parua sine muro nihil timebat, iidẽ non modo prouinciis atq; oris Italiae maritimis ac portubus nostris, sed etiam appia iam uia carebamus. Et his temporibus nõ pudebat magistratus Po. Ro. in hunc ipsum locũ ascendere, cum eũ nobis maiores nostri eximiis nauticis & classium spoliis ornatũ reliquissent. Bono te animo tum. Q. Hortensi Po. Ro. & caeteros q erãt i eadẽ sñia dicere existimauit ea, quae sentiebatis. Sed tñ in salute communi idẽ Po. Ro. dolori suo maluit

q̄ auctoritati uestrae obtemperare. Itaq; una lex, unus uir, unus annus non modo uos illa miseria ac turpitudine liberauit, sed etiā effecit ut aliquādo uere uideremur oībus gentibus ac nationibus terra mariq; imperare. Quo mihi etiam indignius uidetur obtrectatum esse adhuc Gabinio dicam, an ne Pōpeio, an utrique, id quod est uerius, ne legaretur Aulus Ga. Cn. Pom. expetenti ac postulanti. Vtrū ille qui postulat legatum ad tantum bellum quem uelit, idoneus non est qui impetret, cum cæteri ad expilandos socios, diripiendasq; prouincias quos uoluerunt legatos eduxerint? An ipse cuius lege salus ac dignitas Po. Ro. que omnibus gentibus cōstituta est, expers esse debet gloriæ eius imperatoris, atq; eius exercitus, qui consilio eius atq; periculo est constitutus? An. Cn. Falcidius. Q. Metellus. Q. Cælius Latiniensis, Cn. Lētulus, quos omnis honoris causa nomino, cum Tr. pl. fuissent anno proximo legati esse potuerunt? In hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello quod lege gabinia geritur, in hoc imperatore atq; exercitu, quem per se ipse constituit, & precipuo iure esse deberet, de quo legando consules spero ad senatum relaturos, qui si dubitabūt, aut grauabuntur ego me profiteor relaturum. Neq; me impediet huius inimicis Quirites inimicum edictum, quominus fretus uobis uestrum ius beneficiumq; defendam Neq; preter intercessionem quicquam audeam, de qua ut arbitror isti ipsi qui minātur etiam atq; etiam quid liceat considerabunt. Mea quidem sententia Quirites unus Aulus Ga. belli maritimi rerumq; gestarum. Cn Pom. ascribitur, propterea q̄ alter, illud bellum suscipiendun uestrijs suffragijs detulit, alter delatum susceptumq; confecit. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate & sentētia dicendū esse uideatur, qui cū ex uobis quæreret si in uno. Cn. Pō. omnia poneretis, si quid de

eo factum esset, in quo spem essetis habituri, cæpit magnũ suæ uirtutis fructum ac dignitatis, cum oẽs prope una uoce in eo ipso uos spem habituros esse dixistis. Et.n. talis est uir ut nulla res tanta sit ac tam difficilis, quam ille nõ & consilio regere, & integritate tueri, & uirtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo uehemẽtissime dissentio, quod quo minus certa est hoĩum ac minus diuturna uita, hoc magis Respu. dum per deos immortales licet, frui debet summi hoĩs uita atq; uirtute. At.n. inquit noui nihil fiat contra exẽpla atq; instituta maiorũ. Non dico hoc loco maiores nostros semp in pace consuetudini, in bello utilitati paruisse semp ad nouos casus tẽporum, nouorum consiliorum rõnes accõmodasse. Non dicam duo bella maxima punicum & Hispaniense ab uno impatore esse confecta, duas urbes potentissimas, quæ huic imperio maxime minabantur Carthaginem atq; Numantiã ab eodem Scipione esse deletas. Non cõmemorabo nuper ita uobis patribusq; uestris esse uisum, ut in uno. C. Mario spes imperij poneretur, ut idem cum Iugurtha, idẽ cum Cimbris, idẽ cum Theutonis bellum administraret. in hoc ipso Cn. Põ. in quo noui constitui nihil uult. Q. Catulus q̃ multa sint noua summaq; Catuli uolũtate constituta recordamini. Quid tam nouum q̃ adolescentulum priuatũ exercitum difficili Reipu. tempore conficere? confecit, huic præesse? etiam præfuit, rem optime ductu suo gerere? gessit, quid tam præter consuetudinem q̃ homini peradolescenti, cui à senatorio gradu ætas longe abesset, imperium atq; exercitum dari? Siciliam permitti, atq; Africam, bellumq; in ea administrandum? Fuit in his prouincijs singulari innocẽtia, grauitate, uirtute, bellum in Africa maximum cõfecit, uictorẽ exercitum deportauit. Quid uero tam inauditum q̃ equitẽ

Ro.triumpharet? At eam quoq; rem Po.Ro. nõ modo uidit, sed etiam studio oĩ uisendã putauit. Quid tã inusitatũ q͂ ut cũ duo cõsules clarissimi fortissimiq; essẽt ut eques Ro. ad bellũ maximum formidolosissimũq; pro consule mitteretur? missus est. Quo quidẽ tempore cum esset non nemo in senatu, qui diceret non oportere mitti hoĩem priuatum pro consule. L. Philippus dixisse dicitũ non se illum sua sententia pro cõsule, sed pro consulibus mittere. Tanta in eo Reip. bñ gerẽdæ spes cõstituebatur, ut duorum consulũ munus unius adolescentis uirtuti cõmitteretur. Quid tam singulare q͂ ut ex S.C. legibus solutus, consul ante fieret, q͂ ullum aliũ magistratum per leges capere licuisset? quid tam incredibile q͂ ut iterum eques Ro. ex Se.Cõ. triumpharet? Quæ in omnibus hominibus noua post hoĩum memoriã cõstituta sunt, ea tam multa nõ sunt q͂ hæc quæ in hoc uno homine uidemus. Atq; hæc tot exempla tãta ac tam noua profecta sunt in eundem hominẽ à Q. Catulo, atq; à cæterorũ eiusdem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare uideãt ne sit ꝑpinquũ & nõ ferẽdũ illorũ auctoritatẽ de Cn. Pom. dignitate à uobis comprobatam semper, uestrum ab illis de eodem homine iudicium Popu.q; Roma. auctoritatem improbari, presertim cum iam suo iure Popu. Ro. in homine suam auctoritatem, uel contra omnes qui dissentiunt possit defendere, propterea q͂ istis reclamãtibus uos unũ illũ ex oĩbus delegistis, quẽ bello prædonum preponeretis. hoc si uos temere fecistis, & reipu. parum cõsuluistis, recte isti studia uestra suis cõsiliis regere conãtur, Sin aũt uos plus tũ in rep. uidistis, uos his repugnãtibus ꝑ uosmetipsos dignitatẽ huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis, aliqñ isti principes, & sibi, & cæteris Po. Ro. uniuersi auctoritati parendũ esse fateantur. atq; in hoc bello asiatico & regio non solum militaris illa uirus,

quæ est in Cn.Pom.singularis, sed aliæ quoq; uirtutes et multæ, & magnæ requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Scythia regnisq; interiorũ nationũ ita uersari uestrũ imperatorem, ut nihil aliud q̃ de hoste ac laude cogitet. Deinde ẽt si qui sunt pudore ac tẽperãtia moderatiores, tñ eos esse tales pp multitudinem hominum cupidorũ nemo arbitratur. Difficile est dictu Quirites q̃to in odio simus apud exteras nationes, propter eorum quos ad eas hoc anno cum imperio misimus iniurias ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris, uestris magistratibus religiosum? Quam ciuitatem sanctã? Quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Vrbes iam locupletes & copiosæ requirũtur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coram cum.Q. Catulo &.Q. Hortensio disputarem summis & clarissimis uiris. Nouerunt enim sociorum uulnera, uident eorum calamitates, querimonias audiũt, pro socijs uos cõtra hostes exercitũ mittere putatis? An hostium simulatione contra socios atq; amicos? Quæ ciuitas est in Asia, que non modo unius imperatoris aut legati, sed unius tribuni militum animos ac spem capere possit? Quare etiam si quem habetis, qui collatis signis exercitus regios superare posse uideatur, tñ nisi erit idem qui se à pecunijs sociorum, qui ab eorũ cõiugibus ac liberis, qui ab auro gazaq; regia manus, oculos, aĩum cohibere possit, Nõ erit idoneus q ad bellum asiaticũ regiũq; mittatur. Et quam putatis ciuitatem pacatam fuisse quæ locuples sit? et quã esse locupletẽ q̃ istis pacata eẽ uideatur? Ora maritima. Cn.Põ.nõ solũ pp rei militaris gloriã, sed etiã ppter animi cõtinẽtiã requisiuit. Videbat.n. Po.Ro.non locupletari quotannis pecunia publica præter paucos, neq; eos q̃cq̃ aliud assequi classiũ noĩe nisi ut detrimẽtis accipiẽdis maiore affici turpitudine uideremur. Nũc qua cu-

piditate hoies in prouincias, qbus iacturis, qbus conditio-nibus proficiscantur, ignorant uidelicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia nõ arbitrãtur, quasi uero. Cn. Põ. non cum suis uirtutibus, tũ etiã alienis uitijs magnum esse ui-deamus. Quare nolite dubitare quin huic uni credatis oĩa qui inter annos tot unus inuentus sit, quem socij in urbes suas cum exercitu uenisse gaudeãt. Quod si auctoritatibus hanc cãm Quirites confirmandã putatis, est uobis auctor uir bellorũ oĩum maximarumq; rerum peritissimus. P. Ser uilius, cuius tantæ res gestæ terra mariq; extiterũt, ut cũ de bello deliberetis auctor uobis grauior esse nemo debeat. Est. C. Cario summis uestris bñficijs maximisq; rebus ge stis summo ingenio & prudẽtia p̃ditus. Est Cn. Lentulus in quo oẽs pro amplissimis uestris honoribus summũ cõsi-lium summã grauitatẽ esse cognoscitis. Est. C. Cassius in-tegritate, uirtute, constantia singulari. Quare uidete num horum auctoritatibus illorũ orationi qui dissentiunt rñde-re posse uideamur. Quæ cũ ita sint. C. Manili primum istã tuam, & legem, & uoluntatẽ, & sententiã laudo, uehemẽ tissimeq; cõprobo. Deĩde etiã te hortor ut auctore. P. R. ma-neas in sentẽtia, nẽue cuiusq̃ uim aut minas pertimescas, primum in te satis esse animi constantiæq; arbitror. Dein-de cum tantã multitudinem cum tanto studio adesse uide-amus, quantam non iterum in eodem hoĩe præficiendo ui-dimus, quid est q̃ aut de re, aut de præficiẽdi facultate du-bitemus? Ego aũt quicquid in me est studij, cõsilij, laboris, ingenij, quicquid hoc beneficio. Po. Ro. atq; hac potestate prætoria, quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi & Po. Ro. polliceor, ac defero. Testorq; omnes deos & maxime eos qui huic lo-co temploq; præsident, qui omnium mentes eorũ q̃ ad rem-pub. adeunt maxime perspiciunt, me hoc neq; rogatu face-

re cuiusq̃,neq; quo.Cn.Pom.gratiam mihi per hanc causam cōciliari putem,neq; quo mihi ex cuiusq̃ amplitudine aut præsidia periculis,aut adiumenta honoribus quæram, propterea q̃ pericula facile,ut hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus,honores autē neq; ab uno neq; ab hoc loco,sed eadem nostra illa laboriosissima rōne uitæ, si uestra uoluntas feret,consequemur.Quāobrem qcq̃d in hac cā mihi susceptum est Quirites,id omne causa Reipu. suscepisse cōfirmo.Tantumq; abest ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse uidear,ut multas etiam simultates partim obscuras,partim apertas intelligatis mihi non necessarias,uobis non inutiles suscepisse.Sed ego me hoc honore præditum tantis uestris beneficijs affectum statui Quirites uestram uoluntatem & Reipub.dignitatē, & salutem prouinciarum atque sociorum meis omnibus commodis & rationibus præferre oportere.

M.T.C.PRO TITO ANNIO MILONE ORATIO.

T SI VEREOR IVDICES, ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipiētē,timere minimeq; deceat, cū Titus Annius ipse magis de Reipub. salute quam de sua perturbetur,me ad eius cām parē animi magnitudinē afferre nō posse,tñ hæc noui iudicij noua forma terret oculos,q̃ quocūq; inciderint ueterē cōsuetudinē fori,& pristinū morē iudiciorū reqrūt. Nō.n.corona cōsessus uester cinctus est ut solebat,nō usitata frequētia stipati sumus.Nā illa p̃sidia,q̃ pro tēplis oībus cernitis,& si cōtra uim collata sunt,nō afferūt tñ oratori aliqd,ut in foro et in iudicio q̃q̃ p̃sidijs salutaribus et ne

tessarijs septi sumus, tamē ne nō timere sine aliquo timore possimus, q̄ si opposita Miloni putarē, cederē tp̄i iudices, Nec inter tātā uim armorū existimarē oratori locū esse. Sed me recreat & reficit. Cn. Pom. sapientissimi & illustrissimi uiri cōsiliū, q̄ profecto nec iusticiæ suæ putaret esse, quē reū sententijs iudicū tradidisset, eūdē, telis militū dedere, nec sapientiæ temeritatē cōcitatæ multitudinis auctoritate publica armare. Quāobrem illa arma, centuriones, cohortes, nō periculū nobis, sed præsidiū denunciant. neq; solum ut quieto, sed etiā ut magno aīo simus hortātur, neq; auxiliū modo defensioni meæ, uerumetiā silentiū pollicentur. Reliqua uero multitudo quæ quidem est ciuium tota nostra est, neq; eorum quisq̄ quos undiq; intuentes ex hoc ipso loco cernitis, unde aliqua pars fori aspici potest, & huiusmodi exitum iudicij expectantes non cum uirtuti Milonis fauet tū de se, de liberis suis, de patria, de fortunis hodierno die certari putat. Vnum genus est aduersum infestumq; nobis eorū, quos P. Clodij furor rapinis, & incendijs, & oībus exitijs publicis parauit, qui hesterna etiā cōtione incitati sunt ut uobis uoce præirent, q̄d iudicaretis. Quorum clamor si quis forte fuerit, admonere uos debebit, ut eum ciuē retineatis, qui semper genus illud hominū clamoresq; maximos pro uestra salute neglexerit. Quāobrem adeste animis iudices, & timorem si quem habetis deponite. Nam si unq̄ de bonis & fortibus uiris, si unq̄ de benemeritis ciuibus potestas uobis iudicandi fuit, si deniq; unq̄ locus amplissimorum ordinū delectis uiris datus est, ubi sua studia erga fortes & bonos ciues, quæ uultu & uerbis sæpe significassent, re & sententijs declararent, hoc profecto tp̄e eam potestatem omnem uos habetis, Vt statuatis, utrū nos qui semper uestræ auctoritati dediti fuimus, semper miseri lugeamus, an diu uexati a perditissimis ciuibus aliq̄n p̄ uos,

ac per uestram fidem, uirtutem, sapientiamq; recreemur. Quid enim nobis duobus iudices laboriosius? quid magis sollicitum? magis exercitum dici aut fingi potest? qui spe amplissimorum premiorum ad Remp. adducti, metu crudelissimorum exitiorum carere non possumus. Et quidem caeteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus contionum semper putaui Miloni esse subeundas, quia semper pro bonis contra improbos senserat. In iudicio uero & in eo consilio in quo ex cunctis ordinibus amplissimi uiri iudicarent, nunquam existimaui spem ullam esse habituros Milonis inimicos ad eius non salutem modo extinguendam, sed ne etiam gloriam per tales uiros infringendam. Quanquam in hac causa iudices Titi Annij tribunatu rebus omnibus pro salute Reipub. gestis ad huius criminis defensionē non abutemur, nisi oculis uideritis insidias Miloni à Clodio factas, nec deprecaturi sumus ut crimē hoc nobis multa propter praeclara in Rēp. merita condonetis, nec postulaturi ut si mors. P. Clodij salus uestra fuerit, iccirco eam uirtuti Milonis potiusquam P. R. faelicitati assignetis. Sed si illius insidiae clariores hac luce fuerint, tum deniq; obsecrabo obtestaborq; uos iudices si caetera amisimus, hoc saltē nobis relinquatur, ut ab inimicorum audacia telisq; uitā impune liceat defendere. Sed antequā ad eam orationē ueniam, quae est propria nostrae quaestionis, uidentur ea esse refutanda, quae ī senatu sepe ab inimicis, ab īprobis, sepe iactata sunt, & in concione & pauloante ab accusatoribus, ut omni errore sublato rem plane quae uenit in iudiciū uidere possitis. Negant intueri lucem fas ei, qui à se hominē occisum fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? Nempe in ea quae primum iudiciū de capite uidit. M. Horatij fortissimi uiri, qui nondum libera ciuitate tū Po. Ro. comitijs liberatus est, cū sua manu sororē esse interfe-

ctam fateretur. An ne est qsq; qui hoc ignoret, cum de hoie occiso quærat aut negari solere id omnino esse factũ, aut iure factũ esse defendi. Nisi uero existimetis demẽtẽ. P. Africanũ fuisse, qui cũ à Carbone tribuno plebis in concione seditiose interrogaret, quid de. T. Gracchi morte sentiret, respondit iure cæsum uideri. Neq; enim posset aut Hala ille Seruilius, aut. P. Nassica aut. L. Opimius, aut. C. Marius, aut me cõsule senatus non nefarius haberi, si sceleratos ciues interfici nefas esset. Itaq; hoc iudices nõ sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriæ ꝓdiderũt, eũ qui patris ulciscẽdi causa matrẽ necauisset, uariatis hominum sententijs nõ solum humana, sed etiã deæ sapientissimæ sententia liberatum. Quod si duodecim tabulæ nocturnũ furẽ quoquo modo, diurnũ autem si telo se defenderit interfici impune uoluerũt, quis est qui quoquo mõ quis interfectus sit puniendum putet, cum uideat aliquando gladium nobis ad occidendũ hominem ab ipsis porrigi legibus? Atqui si tempus est ullum iure hominis necandi (quæ multa sunt) certe illud est non modo iustum, uerumetiam necessarium cum uiuis illata defenditur. Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu. C. Marij ꝓpinquus eius imperatoris interfectus ab eo est, cui uim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit. Atque hunc ille uir summus scelere solutum periculo liberauit, Insidiatori uero & latroni quæ potest afferri iniusta nex? Quid comitatus nostri, quid gladij uolunt, quos habere certe non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Est ergo hæc non scripta sed nata lex, quam nõ didicimus, accepimus, legimus, uerumetiã ex natura ipã arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti sed facti, nõ instituti sed imbuti sumus, ut si uita nostra in aliquas insidias, si in uim in tela, aut latronum aut inimicorum incis

dissct, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda, Et si persapienter & quodammodo tacite dat ipsa lex potestatem defendendi, quæ nõ modo hominem occidi, sed esse cũ telo hominis occidendi causa uetat, ut cũ causa non telum quæreretur, qui sui defendendi causa telo esset usus, nõ hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur. Quapropter hoc maneat in causa iudices, Nõ em̃ dubito quin probaturus sim uobis defensionem meam, si id me mineritis quod obliuisci nõ potestis, insidiatorẽ iure interfici posse. Sequitur illud quod à Milonis inimicis sæpissime dicĩt, cædẽ quã P. Clodius occisus ẽ, senatũ iudicasse cõtra Rempu. esse factã. Illã uero senatus non sententiis suis solum, sed etiam studiis comprobauit. Quotiẽs est enim illa causa in senatu à nobis acta, quibus assensionibus uniuersi ordinis, quam nec tacitis, nec occultis, quando enim frequentissimo senatu quattuor, ad summum quinq; sunt inuenti, qui Milonis causam nõ probarent? declarant huius ambusti Tri. ple. illæ intermortuæ cõciones, quibus quotidie meã potentiam inuuidiose criminabatur, cum diceret senatum non quod sentiret, sed quod ego uellem re decernere. Quæ quidem si potentia est appellãda potius quam propter magna in Remp. merita mediocris in bonis causis auctoritas aut propter officiosos hos labores meos nonnulla apud bonos gratia appelletur ita sane, dummodo ea nos utamur pro salute bonorum contra amentiam perditorũ. Hanc uero quæstionem & si non est iniqua, nunquam tamen senatus constituendam putauit. Erant enim leges, erant quæstiones, uel de cæde, uel de ui, nec tantum mœrorem ac luctum senatui mors. P. Clodij afferebat, ut noua quæstio constitueretur. Cuius enim senatui de illo incesto stupro iudicium

decernendi potestas esset erepta, de eius interitu q̃s potest credere senatum iudicium nouum constituendum putasse? Cur igitur incendium curiæ, oppugnationem ædium. M. Lepidi, cædem hanc ipsam cõtra Remp. senatus factam esse decreuit? quia nulla uis unq̃ est in libera ciuitate suscepta inter ciues non contra Rempu. Non. n. est ulla defensio contra uim unq̃ optãda, sed nõnunq̃ est necessaria, nisi uero aut ille dies in quo. T. Gracchus est cæsus, aut ille quo Caius, aut quo arma Saturnini, non etiam si ẽ Rep. oppressa sunt, Rempu. tñ non uulnerarunt. Itaque ego ipse decreui, cum cædem in Appia factam esse constaret, non eum qui se defendisset contra Rempu. fecisse, sed cum inesset in re uis & insidiæ, crimen iudicio reseruaui, rem notaui. Quod si perfuriosum illum tribunum senatui quod sentiebat perficere licuisset, nouam quæstionẽ nũc nullã haberemus. Decernebat. n. ut ueteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur, diuisa sententia est postulante nescio quo. Nihil. n. necesse est me omniũ flagitia proferre. sic reliqua auctoritas senatus empta intercessiõe sublata est. At. n. Cn. Pomp. rogatione sua, & de re & de causa iudicauit. Tulit enim de cæde quæ in Appia uia facta esset, in qua. P. Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? Nempe ut quæreretur. Quid porro quærendum est factũ ne sit? At cõstat. A quo? At patet. Vidit etiam in confessione facti, iuris tñ defensionem suscipi posse. Quod nisi uidisset posse absolui eum qui fateretur, cum uideret nos fateri, neq; quæri unq̃ iussisset, nec uobis tam sal utarem hanc in iudicando litteram q̃ illam tristem dedisset. Mihi uero Cn. Pom. non modo nihil grauius contra Milonem iudicasse, sed etiam statuisse uidetur q̃d uos in iudicando spectare oporteret. Nam qui nõ pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is causam interitus quærendam, non interitũ putauit. Iam illud dicet ipse

profecto quod sua sponte fecit.P.ne Clodio tribuendum putet an tempori.Domi suæ nobilissimus uir,senatus propugnator,atq; illis quidẽ tẽporibus pene patronus auunculus huius nostri iudicis fortissimi uiri Catonis Tr.ple. M.Drusus occisus est.Nihil de eius morte Po.consultus, nulla cõdita decreta à senatu sunt.Quãtũ luctus in hac urbe fuisse a nostris patribus accepimus,cum P.Africano domi suæ quiescenti illa nocturna uis esset illata. Quis tum nõ ingemuit?qs nõ arsit dolore?quẽ imortalẽ si fieri posset oẽs esse cuperẽt,eius ne necessariã qdẽ expectatã esse mortem?Num igitur ulla q̃stio de Africani morte lata est?certe nulla. Quid ita?quia non alio facinore clari hoïes,alio obscuri necant?nec interfit inter uitæ dignitatẽ summorũ atq; infimorũ,Mors quidem illata per scelus iisdem pœnis teneat & legibus,nisi forte magis erit parricida,qui cõsularem patrẽ,q̃ si quis humilẽ necauerit.Aut eo mors atrocior erit.P.Clodij,q̃ is in monumẽtis maiorũ suorũ sit interfectus.Hoc.n sæpe ab istis dicitur,perinde quasi Appius ille cæcus uiam munierit non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur.Itaq; in eadem ista Appia uia cum ornatissimum equitẽ Ro.M.Papyrium occidisset,non fuit istud facinus puniendum. Homo.n.nobilis in suis monumentis equitem Ro.occiderat. Nũc eiusdem Appiæ nomẽ quantas tragœdias excitat,q̃ cruentata antea cæde honesti atq; innocentis uiri silebatur,eadẽ nũc crebro usurpatur,postea q̃ latronis & parricidæ sanguine imbuta est.Sed qd ego illa cõmemoro?cõprehensus est in templo Castoris seruus.P.Clodij,quem ille ad Cn.Põ. interficiendum collocarat,extorta est confitenti sica de manibus.Caruit foro postea Pom.caruit senatu,caruit publico.Ianua se ac parietibus nõ iure legũ iudiciorũq; texit.Nũ quæ rogatio lata?nũ quæ noua quæstio decreta est? Atqui

si res si uir si tempus ullum dignum fuit, certe hæc in illa causa summa omnia fuerũt. Insidiator erat in foro collocatus, atque in uestibulo ipso senatus, ei uiro autem mors parabatur cuius in uita nitebatur salus ciuitatis, eo porro Reipu. tempore quo si unus ille occidisset, non hæc solum ciuitas, sed gentes omnes concidissent, nisi forte quia perfecta res non est, non fuit punieda, perinde quasi exitus rerum non hominũ consilia legibus uindicentur, minus dolendũ fuit re non perfecta, sed puniendum certe nihilominus. Quotiens ipse iudices ex. P. Clodij telis, & ex cruentis eius manibus effugi? ex quibus si me nõ mea uel Reip. fortuna seruasset, quis tandem de interitu meo quæstiõem tulisset? Sed stulti sumus qui Drusum, qui Africanũ, Pom. nosmetipsos cum. P. Clodio conferre audeamus. Tolerabilia fuerunt illa.. P. Clodij mortem æquo animo nemo ferre potest. Luget senatus, mœret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squallent municipia, afflictãtur coloniæ, agri denique ipsi tam beneficum, tam salutarem, tam mansuetum ciuem desiderant. Non fuit ea causa iudices non fuit, cur sibi censeret Põpeius quæstionem ferendam. Sed homo sapiens & alta quadã mente præditus multa uidit. fuisse illum sibi inimicum, familiarẽ Milonem, in communi omniũ lætitia, si etiã ipse gauderet, timuit ne uideretur infirmior fides reconciliatæ gratiæ. Multa etiam alia uidit sed illud maxime quãuis atrociter ipse tulisset, uos tamen fortiter iudicaturos. Itaque delegit e florẽtissimis ordinibus ipsa lumina. Neque uero quod nõnulli dictitant, secreuit in iudicibus legendis amicos meos. Neque enim hoc cogitauit uir iustissimus. Neque in bonis uiris legendis id assequi potuisset, etiam si cupisset. Non enim mea gratia familiaritatibus cõtinetur, quæ late patere non possunt, propterea quod consuetudines uictus non possunt esse cum multis. Sed si quid

possumus

possumus, ex eo possumus ꝙ Resp. nos cõiunxit cũ multis; ex quibus ille cum optimos uiros legeret, idq; maxime ad fidem suam pertinere arbitraretur, non potuit legere non studiosos mei. Quod uero te. L. Domiti huic quæstioni pesse maxime uoluit, nihil quæsiuit aliud nisi iusticiã, grauitatem, humanitatem, fidẽ. Tulit ut consularem necesse esset. Credo ꝙ principum munus esse ducebat resistere & leuitati multitudinis, & perditorum temeritati. Ex consularibus te creauit potissimũ. Dederas .n. ꝙ cõtemneres populares insanias iã ab adolescentia documẽta maxima. Quamobrem iudices ut ad causam crimenq; aliquãdo ueniamus, si neq; ois confessio facti est inusitata, neq; de causa quicꝗ nostra aliter ac nos uellemus a senatu iudicatum est, & lator ipse legis cum esset controuersia nulla facti, iuris tamẽ disceptationẽ esse uoluit, & uos electi iudices, & isti præpositus quæstioni qui hæc iuste sapienterq; disceptet, reliquum est iudices ut nihil iam aliud quærere debeatis, nisi uter utri insidias fecerit, quod quo facilius argumẽtis perspicere possitis, rem gestam uobis dum breuiter expono, quæso diligenter attendite. P. Clodius cum statuisset omni scelere in prætura uexare Rẽpu. uideretq; ita tractata esse comitia anno superiore, ut nõ multos mẽses præturã gerere posset, q nõ honoris gradũ; spectaret ut cæteri, sed etiã .L. Paulũ collegam effugere uellet, singulari uirtute ciuẽ, & annum integrum ad dilacerãdam Rempub. quæreret, subito reliquit annũ suum, seq; in annum proximũ trãstulit, non religione aliqua, sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad præturam gerendam, hoc est ad euertendam Remp. plenum annũ atq; integrũ. Occurrebat & mancam ac debilẽ præturã suam futurã consule Milone, eũ porro summo cõsensu Po. R. consulem fieri uidebat, contulit se ad eius cõpetitores, sed ita, totã ut petitionẽ ipse solus ẽt inuitis illis

gubernaret, tota ut comitia suis ut dictitabat, humeris sustineret. Conuocabat tribus, se interponebat, coloniā nouā, delectū perditissimorū scribebat ciuium. Quanto ille plura miscebat, tanto magis hic in dies conualescebat. Vbi uidet homo ad omne facinus paratissimus fortissimū uirū, inimicissimū suū certissimū cōsulem, Idq; intellexit nō solū sermonibus, sed ēt suffragijs Po. Ro. sæpe esse declaratum, palam agere, cœpit, et aperte dicere occidēdū Milonē, seruos agrestes & barbaros quibus siluas publicas depopulatus erat hetruriāq; uexerat, ex apēnino deduxerat, quos uidebatis, res erat minime obscura Etenim palam dictitabat consulatum Miloni eripi nō posse, uitam posse, significauit hoc sæpe in senatu, dixit in concione, qn & Fauonio fortissimo uiro quærenti ex eo qua spe fureret Milone uiuo, rñdit triduo illum, ad summū quatriduo periturū, quā uocē eius ad hunc. M. Catonem statim Fauonius detulit. Interim cum sciret Clodius (neq; enim erat difficile scire) Iter solemne legitimum, necessarium, ante diem xiij. Kal. Februarij Miloni esse Lanuuium ad flāminem prodendum, ꝙ erat dictator Lanuuij Milo, Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante fundum suum, quod re intellectū est, Miloni insidias collocaret. Atq; ita profectus est, ut concionem turbulētam in qua eius furor desideratus ē, quæ illo ipso die habita est, relinqueret, quam nisi obire facinoris locum tempusq; uoluisset, nunꝙ reliquisset. Milo autem cum in senatu fuisset eo die quo a senatu dimissus est, domum uenit, calceos & uestimēta mutauit, paulisper, dum se uxor (ut fit) cōparat, commoratus est, deinde profectus id temporis cū iam Clodius, siquidem eo die Romam uenturus erat, redire potuisset, Obuiam fit ei Clodius expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis græcis comitibus ut solebat, sine uxore quod nunꝙ fere, cum hic insidiator qui iter illud

ad cædē faciēdam apparasset, cum uxore ueheretur in rhe da penulatus, uulgiq; magno impedimento ac muliebri & delicato ancillarum puerorūq; comitatu, fit obuiam Clodio ante fundū eius, hora fere undecima, aut non multo secus. Statim cōplures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum, aduersi rhedarium occidunt. Cum autem hic de rheda, reiecta penula desiluisset, seq; acri animo defenderet, illi qui erāt cū Clodio gladijs eductis partim ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur, partim q hunc iam interfectū putarent, cædere incipiunt eius seruos qui post erant, ex quibus qui animo fideli in dominum erāt & præsentes fuerunt, partim occisi sunt, partim cum ad rhedam pugnari uiderent, & domino succurrere prohiberentur, Milonemq; occisum ex ipso Clodio audirēt, & ita esse putarent, fecerunt id serui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa sed ut factū est) neq; imperante neq; sciēte neq; præsente domino, quod seruos quisq; suos in tali re facere uoluisset. Hæc sicut exposui ita gesta sunt iudices. Insidiator superatus, ui uicta uis uel potius oppressa uirtute audacia est. Nihil dico quid Respu. cōsecuta sit, nihil qd uos, nihil qd oēs boni, nihil sane id prosit Miloni, qui hoc fato natus est, ut ne se qdē seruare potuerit qn una Remp. uosq; seruaret. Si id iure nō posset, nihil habeo quod defendā. Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus feris natura ipsa pscripsit, ut oēm semp uim quacūq; ope possent a corpore, a capite de uita sua propulsarēt non potestis hoc facinus improbum iudicare, quin simul iudicetis omnibus qui in latrones inciderint, aut illorū telis aut uestris sententijs esse pereūdum. Quod si ita putasset, certe optabilius Miloni fuit dare iugulū. P. Clodio non semel ab illo neq; tum primum petitum, q̄ iugulari a uobis, quia se illi non iugulandū tradidisset. Sin hoc nemo uestrū

ita sentit, illud iam in iudicium uenit non occisus ne sit, quod fatemur, sed iure ā iniuria, quod multis antea in causis iam quæsitū est, insidias factas esse cōstat, & id est quod senatus contra Remp. factum iudicauit. Ab utro factæ sint incertū est. De hoc igitur latum est ut quæreretur. Ita & senatus rem nō hominē notauit. Et Pompeius de iure non de facto quæstionē tulit. Nunqd igitur aliud in iudiciū uenit, nisi uter utri insidias fecerit? profecto nihil. Si hic illi, ut ne sit impune, si ille huic, tū nos scelere soluamur. Quonam igitur pacto probari pōt insidias Miloni fecisse Clodium, Satis est quidē in illa tam audaci, tam nefaria bellua docere magnā ei cām, magnā spem in Milonis morte propositā, magnas utilitates fuisse. Itaq; illud Cassianū cui bono fuerit, in his personis ualeat. Et si boni nullo emolumento impellūtur in fraudē, improbi sæpe paruo. Atqui Milone interfecto Clodius hoc assequebatur, nō modo ut prætor esset nō eo consule, quo sceleris nihil facere posset, sed ēt his cōsulibus prætor esset, qbus si nō adiuuātibus, at cōniuentibus certe sperasset se posse rēp. eludere in illis suis cogitatis furoribus, cuius illi conatus ut ille rōcinabatur, nec si cuperent reprimere possent, cum tātū beneficiū ei se debere arbitrarētur. Et si uellent, fortasse uix possent frangere hoīs sceleratissimi corroboratā iam uetustate audaciam. An uero iudices uos soli ignoratis, uos hospites in hac urbe uersamini, Vestræ peregrinātur aures? neq; in hoc puagato ciuitatis sermone uersantur, quas ille leges (si leges noiandæ sūt ac nō faces urbis, et pestes Reipu.) fuerit impositurus nobis oībus atq; inusturus, Exhibe q̄so Sexte Clodi, exhibe libellariū illud legum uestrarū, quod te aiunt eripuisse ē domo et ē medijs armis, turbaq; nocturna tanq̄ palladiū sustulisse, ut præclarū inde munus ac instrumentū tribunatus ad aliquem si nactus esses, qui

tuo arbitrio tribunatum gereret deferre posses. Et aspexit me qdem illis oculis qbus tum solebat, cū oīa oībus minabatur. Mouet me quippe lumē curiæ, qd tu me iratū Sexte putas tibi? cuius tu inimicissimū multo crudelius etiā punitus es q̄ erat humanitatis meæ postulare. Tu P. Clodij cruentum cadauer eiecisti domo, tu in publicū eiecisti, tu spoliatum imaginibus, exequijs, pōpa, laudatione, infoelicissimis semiustulatū lignis nocturnis canibus dilaniādū reliquisti. Quam rem & si necessario fecisti, tamen quoniā in meo inimico crudelitatē exprōpsisti tuā, laudare nō possum, irasci certe non debeo. P. Clodij præturā non sine maximo rerū nouarū metu proponi solitam esse uidebatis, nisi esset is consul qui eā auderet possetq; confringere, Eū Milonem unum esse cum sentiret uniuersus Po. Ro. quis dubitaret suffragio suo se metu, periculo Rempub. liberare? At non. P. Clodio mortuo usitatis iam rebus obnitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam, singularis ista huic uni concessa gloria, quæ quotidie erigebatur frangēdis furoribus clodianis, iā morte Clodij cecidit. Vos adepti estis ne quem ciuem metueretis, hic excitationē uirtutis, suffragationem consulatus, fontē perēnem gloriæ suæ perdidit. Itaq; Milonis consulatus qui uiuo Clodio labefactari non poterat, mortuo deniq; tentari cœptus est. Non modo igit̃ nihil prodest, sed obest etiā. P. Clodij mors Miloni, at ualuit odiū, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriæ, punitor doloris sui. Quid si hæc non dico maiora fuerunt in Clodio q̄ in Milone, sed in illo maxima, nulla in hoc, quid uultis amplius? quid enim odisset Clodium Milo, segetem ac materiam suæ gloriæ? præter hoc ciuile odiū quo omnes improbos odimus. Ille erat, ut odisset primum defensorem salutis me, deinde uexatorem furoris, domitorem armorum suorum, postremo etiam accusatorem suum, reus enim Mi

lonis lege Plotia fuit Clodius quoad uixit, quo tandem aio hoc tyrannum tulisse creditis? quãtum odium illius & in homine iniusto quã etiam iustum fuisse? Reliquũ est ut iam illum natura ipsius consuetudoq; defendat, hunc autem hæc eadem coarguant, nihil per uim unq; Clodius, oĩa per uim Milo, qd ergo iudices cum mœrẽtibus uobis urbe cessi Milo attulit? intẽtauit num seruos? nũ arma? nũ uim? quæ fuisset igitur cã restituendi mei, nisi fuisset iniusta eiiciendi? diem mihi credo dixerat, mulctam irrogarat, actionem perduellionis intenderat, & mihi iudices in cã aut uestra mala aut mea nec præclarissima, & iudiciũ pertimendum fuit, seruorum & egentium ciuium & facinorosorum, armis meos ciues meis consiliis, periculisq; seruatos per me obiici nolui. Vidi. n. uidi hunc ipsum. Q. Hortẽsium lumen & ornamentum Reipu. pene interfici seruorũ manu, cum mihi adesset, qua in turba, C. Vibienus senator uir optimus cum hoc cum esset una, ita est mulctatus ut uitam amiserit. Itaq; quando illius postea sica illa quam a Catilina acceperat, conquieuit, hæc intentata nobis est, huic ego uos obiici pro me non sum passus, hæc insidiata Pompeio est, hæc istam Appiam uiam monumentum sui nominis nece Papirii cruentauit, hæc eadem longo interuallo conuersa rursus est in me. Nuper quidem ut scitis me ad regiam pene confecit, quid simile Milonis? cuius uis omnis hæc semper fuit, ne. P. Clodius cum in iudicium detrahi non posset, ui oppressam ciuitatem teneret, quẽ si interficere uoluisset, quantæ quot occasiões, q; præclaræ fuerunt, potuit ne eum domũ ac deos penates suos illo oppugnante defenderet iure se ulcisci? potuit ne ciui egregio et uiro fortissimo Publio Sextio collega suo uulnerato? potuit ne Fabricio uiro optimo cum de reditu meo legem ferret

pulso crudelissima in foro cæde facta? potuit ne. Lu. Cæcilij iustissimi fortissimiq; prætoris oppugnata domo? potuit ne illo die cum est lata lex de me, cum totius Italiæ cõcursus, quẽ mea salus concitarat facti illius gloriam, libens agnouisset, ut etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudẽ pro sua uendicaret. Atqui erat id tempus, clarissimus & fortissimus cõsul inimicus Clodio. P. Lentulus ultor sceleris illius, propugnator senatus, defensor uestræ uoluntatis, patronus illius publici cõsensus, restitutor salutis meæ, septem prætores octo, tri. ple. illius aduersarij, defensores mei Cn. Põ. auctor & dux mei reditus, illius hostis, cuius sententiam senatus omnis de salute mea grauissimam & ornatissimam secutus ẽ, qui Po. Ro. est cohortatus, qui cum de me decretum Capuæ fecisset, ipse cunctæ Italiæ cupienti & eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerẽt, omnia tum deniq; in illũ odia ciuium ardebant desiderio mei, quem si tum interemisset nõ de impunitate eius, sed de premijs cogitaretur, tamẽ se Milo continuit, & P. Clodium ad iudicium bis, ad uim nunq̃ uocauit. quid priuato Milone & reo ad populum accusante. P. Clodio, cum in Cn. Pom. pro Milone dicentem impetus factus est, quæ tum non modo occasio, sed etiã causa illius opprimẽdi fuit? Nuper uero cum. M. Antonius summã spẽ salutis bonis oĩbus attulisset, grauissimãq; adolescẽs nobilissimus. Reipu. partẽ fortissime suscepisset, atq; illã beluã iudicij laqueos declinãtẽ iã irretitã teneret, qui locus, q̃d tẽpus illud dij immortales fuit, cũ se ille fugiens in scalarũ tenebris abdidisset, magnũ Miloni fuit cõficere illã pestẽ nulla sua inuidia. M. uero Antonij maxima gloria. Quid comitũs i cãpo quotiẽs potestas fuit, cũ ille ui ĩ septa irruisset, gladios distringẽdos, lapides iaciẽdos curauisset

deinde subito uultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim, uos & oẽs boni uota faceretis, ut Miloni uti sua uirtute liberet, quẽ igitur cum omnium gratia nc'uit, hunc uoluit cum aliquorum querela? quẽ iure, quem loco, quẽ tempore, quem impune non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, periculo capitis non dubitauit occidere? presertim iudices cũ honoris amplissimi contentio, & dies comitiorum subesset, quo quidem tempore (scio.n.quã timida sit ambitio, quantaq; & quã sollicita cupiditas consulatus) omnia non modo quæ reprehendi palã, sed etiam quæ obscure cogitari possunt timemus, rumorem, fabulam fictã, falsam perhorrescimus, ora omnium atq; oculos intuemur. Nihil enim est tam molle tam tenerum tam aut fragile aut flexibile, quã uoluntas erga nos, sensusq; ciuiũ, qui non modo improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in recte factis sæpe fastidiunt. Hunc igitur diem campi speratum atq; exoptatum sibi proponens Milo cruentis manibus scelus & facinus præ se ferẽs & confitens ad illa augusta cẽturiarũ auspicia ueniebat, quã hoc non credibile in hoc tam idẽ in Clodio nõ dubitãdũ, qui se, interfecto Milone regnaturũ putaret. Quid quod caput audaciæ est iudices, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem. In utro igitur hæc fuit? in Milone? qui etiam nunc reus est facti aut præclari, aut certe necessarij, An in Clodio? qui ita iudicia pœnamq; contempserat, ut eũ nihil delectaret, quod aut per naturã fas esset, aut per leges liceret. Sed quid ego argumentor? Quid plura disputo? te. Q. Petili appello optimum & fortissimũ ciuem, te. M. Cato testor quos mihi diuina quædã sors dedit iudices, uos ex. M. Fauonio audistis Clodium sibi dixisse, & audiuistis uiuo Clodio, periturũ Milonẽ triduo, post diem tertiũ gesta res est quã dixerat, cum ille nõ dubitaret aperire qd cogitaret

uos poteſtis dubitare quid fecerit? quẽadmodũ igitur eum dies non fefellit, uidetis. Dixi equidem modo dictatoris Lanuuij ſtatuta ſacrificia noſſe, negocij nihil erat, uidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuuiũ illo ipſo quo eſt profectus die. Itaq; anteuertit, at quo die? quo ut añ dixi inſaniſſima concio ab ipſius mercẽnario tribunoplebis eſt concitata, quem diẽ ille, quã concionem, quos clamores niſi ad cogitatum facinus approperaret nunq̃ reliquiſſet, ergo illi ne cauſa quidẽ itineris, etiã cauſa manendi. Miloni manendi nulla facultas, exeundi nõ cauſa ſolũ, ſed etiã neceſſitas fuit. Quid ſi ut ille ſciuit Milonẽ fore eo die ĩ uia, ſic Clodium Milo ne ſuſpicari quidem potuit? Primum quæro qui ſcire potuerit? quod uos idem in Clodio quærere non poteſtis. Vt enim neminem aliũ niſi Titũ Patinam familiariſſimum ſuum rogaſſet, ſcire potuit illo ipſo die Lanuuij a dictatore Milone prodi flaminem neceſſe eſſe, ſed erant permulti alij ex quibus id facillime ſcire poſſet omnes. ſ. Lanuuini. Milo de Clodij reditu unde quæſiuit? quæſierit ſane. Videte quid uobis largiar. ſeruũ etiã ut Arrius meus amicus dixit corruperit. Legite teſtimonia teſtium ueſtrorum, dixit. C. Cauſinius cognomento Schola inter amnis familiaris meus, & idem comes Clodij, cuius iam pridem teſtimonio Clodius eadẽ hora interanne fuerat & Romæ, Pu. Clodium illo die in albano manſurum fuiſſe, ſed ſubito ei eſſe nunciatum Cyrum architectum eſſe mortuum. Itaq; Romam repente conſtituiſſe proficiſci, dixit hoc comes itẽ P. Clodij. C. Clodius. Videte iudices quantæ res his teſtimonijs ſunt confectæ, primum certe liberatur Milo, non eo conſilio profectũ eſſe, ut inſidiaretur in uia Clodio, quippe ſi ille ei obuius futurus omnino non erat. Deinde (non. n. uideo cur non meum agam negocium) ſcitis iudices fuiſſe, qui in hac rogatione ſuadenda dicerent Milonis manu cæ

dem esse factam, cōsilio uero maioris alicuius, uidelicet me latronē ac sicariū abiecti homines & perditi describebant. Iacēt suis testibus hi qui Clodiū negāt eo die Romam nisi de Cyro auditū fuisse rediturū, respiraui, liberatus sum, nō uereor ne quod ne suspicari quidem potuerim uidear id cogitasse. Nunc persequar cætera, nam occurrit illud, ne Clodius quidē de insidijs cogitauit, qm̄ fuit in Albano mãsurus, siquidē exiturus ad cædem e uilla nō fuisset. Video enī illū qui dicitur Cyri mortē nunciasse nō nunciasse, sed Milonē appropinquare, nam quid de Cyro nunciaret, quem Clodius Roma proficiscens reliquerat morientem, una fui, testamentum simul obsignaui cum Clodio, testamentū aūt palam fecerat, & illum hæredem & me scripserat, quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset, eū mortuum postridie hora decima ei nunciabatur. Age sit ita factum quæ causa? Cur Romam properaret? cur in noctem se cōijceret? quid afferebat festinationis? ꝙ hæres erat primum erat nihil, cur properato opus esset, deinde si quid esset, quid tandem erat, quod ea nocte cōseꝗ posset? amitteret autem si postridie mane Romam uenisset? Atq; ut illi nocturnus ad urbem aductus uitandus potius q̄ꝫ expetendus fuit, sic Miloni cum insidiator esset, si illum ad urbem nocte accessurum sciebat, subsistendum atque expectandū fuit, nemo ei neganti nō credidisset, quem omnes saluum etiam confitentem uolunt, sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronū occultator & receptor locus, ubi neq; muta solitudo indicasset, neq; cæca nox ostendisset Milonem, deinde ubi multi ab illo uiolati, spoliati bonis, expulsi multi, hæc etiam timentes in suspitionem caderent, tota deniq; rea citaretur hetruria, atq; illo die certe Aricia rediens diuertit Clodius ad Albanū, ꝙ nisi sciret illum Milo Ariciæ fuisse, suspicari tñ debuit eū etiam si Romā illo die reuerti

uellet, ad uillã suã, quæ uiam tangeret diuersurũ, cur neq; ante occurrit ne i uilla resideret, nec eo i loco subseditquo ille noctu uenturus esset? Video adhuc cõstare omnia indices, Miloni etiã utile fuisse Clodiũ uiuere. Illi ad ea quæ cõcupierat optatissimũ interitũ Milonis fuisse, odiũ illius in hunc acerbissimũ, in illũ huius nullũ, cõsuetudinẽ illius perpetuam in ui inferenda, huius tantum in repellenda mortem ab illo denũtiatam palam Miloni & prædicatam. Nihil unq̃; auditũ ex Milone, profectionis huius diem illi notũ, reditũ illius huic ignotum fuisse, huius iter necessariũ, illius etiã potius alienũ, hunc præ se tulisse illo die Romã exiturũ. Illũ eo die se dissimulasse rediturũ, hũc nullius rei mutasse consilium, illum causam mutandi consilij finxisse, huic si insidiaretur nocte prope urbem expectandum. Illi etiã si hunc non timeret tamẽ accessum ad urbem nocturnum fuisse metuendũ. Videamus nunc id quod caput est. Locus ad insidias ille ipse ubi congressi sunt, utri tandẽ fuerit aptior. Id uero iudices etiã dubitãdũ & diutius cogitandũ est. Ante fundũ Clodij, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominũ uersaretur ualentiũ aduersari. At qui excelso loco superiorem se fore putabat Milo, & ob eam rem eũ locũ ad pugnã potissimũ deligebat, an in eo loco potius expectandum ab eo, qui ipsius loci spe facere impetũ cogitarat. Res loquitur iudices ipsa, quæ semper ualet plurimum, si hæc non gesta audiretis, sed picta uideretis, tñ appareret, uter esset insidiator, uter nihil cogitaret mali, cum alter ueheretur in rheda penulatus, una sederet uxor, q̃d horũ non impeditissimum? uestitus? an uehiculum? an comes? quid minus promptum ad pugnam? cũ penula irretitus, rheda impeditus, uxore pene cõstrictus eẽt. Videte nũc illũ primũ egredictẽ ẽ uilla subito, cur uesperi? q̃d necesse ẽ tarde? q̃ cõuenit? p̃sertim id tẽ

poris, diuertit in uillam Pompeij, Pompeium ut uideret? sciebat in alsiensi esse uilla procul inde, uillam ut perspiceret? millies in ea fuerat. Quid ergo erat moræ et tergiuersationis? dum hic ueniret, locũ relinquere noluit. Age nũc iter expediti latronis, cum Milonis impedimentis comparate, semper ille antea cum uxore, tum sine ea, nunquã nõ in rheda, tum in equo. Comites græculi quocũq; ibat etiã cũ in castra hetrusca properabat, tum nugarum in comitatu nihil. Milo qui nunq̃, tum casu pueros symphoniacos uxoris ducebat, & ancillarum greges, ille qui semper secũ scorta, semper exoletos, semp lupas duceret, tum neminem nisi ut mirũ a uiro lectũ esse diceres, cur igitur uictus est? Quia non semp uiator a latrone, nõnunq̃ etiam latro a uiatore occiditur, quia q̃q̃ paratus in imparatos Clodius, tñ mulier inciderat in uiros, nec uero sic erat unquã non paratus Milo cõtra illũ, ut non satis fere etiã paratus, semper ille, & quantũ interesset. P. Clodij se perire & quãto illi odio esset, & quãtum ille auderet, cogitabat. Quamobrem uitã suam quam maximis premijs propositam & pœnæ addictã sciebat, nunq̃ in periculum sine presidio & sine custodia prouehebat. Adde casus. Adde incertos exitus pugnarum, Martemq; cõem, q̃ sæpe spoliantem iam & exultantẽ euertit, & perculit ab abiecto. Adde inscitiã pransi, poti, oscitãtis ducis, qui cum a tergo hostem interclusum reliquisset, nihil de eius extremis comitibus cogitauit. In quos incẽsos ira uitamq; dñi desperantes cũ incidisset, hæsit in his pœnis, quas ab eo serui fideles pro domini uita expetiuerunt. Cur igitur eos manumisit? metuebat. s. ne indicaretur, ne dolorem pferre nõ possent, ne tormẽtis cogerẽtur occisum esse a seruis Milonis ĩ Appia uia, P. Clodiũ cõfiteri? Quid opus est tortore? Quid quæris? occiderit ne? occidit, iure an iniuria? nihil ad tortorẽ, facti enim in eculeo quæstio est, iu-

ris in iudicio, quod igitur in causa quærendum est, id agamus, hoc quod tormẽtis inuenire uis id fatemur, manu uero cur miserit? si id quæris potius quam cur parum amplis affecerit premijs, nescis inimici factum reprehẽdere, dixit enim hic idem, qui omnia semper constanter & fortiter. M. Cato, dixitque in turbulẽta concione, quæ tamen huius auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus premijs dignissimos fuisse, qui domini caput defendissent, quid enim præmium satis magnum est tã beniuolis, tam bonis, tam fidelibus seruis propter quos uiuit, & si id quidem nõ tanti est, quam quod propter eosdem non sanguine & uulneribus suis crudelissimi inimici mẽtem oculosque satiauit, quos nisi manumisisset, tormtis etiã dedendi fuerunt, conseruatores domini, ultores sceleris defensores necis, hic uero nihil habet i his malis, quod minus moleste ferat, quam etiã si quid ipsi accidat esse tamen illis meritum premium persolutum, sed quæstiones urgent Milonem, quæ sunt habitæ nunc in atrio libertatis, quibusnam de seruis? rogas. De. P. Clodij, quis eos postulauit? Appius, quis pduxit? Appius. Vnde? ab Appio, dij boni quid potest agi seuerius? de seruis nulla quæstio est in dominum, nisi de incestu ut fuit in Clodiũ, proxime deos accessit Clodius, propius quam tum cum ad ipsos penetrarat, cuius de morte tanquam de cerimonijs uiolatis quæritur, sed tamen maiores nostri in dominum de seruo quæri noluerunt. Non quia non posset uerum inueniri, sed quia uidebant indignum esse & domini morte ipsa tristius. In reum de seruo accusatoris cum quæritur, uerum inueniri potest? Age uero quæ erat aut qualis quæstio, heus ubi Rufio? ubi causa? Clodius insidias fecit Miloni? fecit certa crux, nullas fecit, sperata libertas, quid hac quæstione certius? subito arrepti in quæstionem tamen separantur a cæteris, & in arcas conijciũtur, ne quis cum his colloqui

possit hi centum dies penes accusatorem cum fuissent, ab eo ipso accusatore ꝑducti sunt. Quid hac quæstioē dici posset integrius? quid incorruptius. Quod si satis nondū cernitis, cum res ipsa tot & tam claris argumentis signisq; luceat pura mente atq; integra Milonē nullo scelere imbutū, nullo metu perterritū, nulla conscientia exanimatū Romā reuertisse, Recordamini ꝑ deos immortales quæ fuerit celeritas reditus eius, qui ingressus in forum ardēte curia, quæ magnitudo animi? qui uultus? quæ oratio? Neq; uero se populo solū, sed etiā senatui, neq; senatui modo, sed etiā publicis præsidijs & armis, neq; his tantū, uerumetiā ei potestati cui senatus totam Remp. omnem Italiæ pubē, cuncta populi Ro. arma cōmiserat, cui nunq̃ se hic profecto tradidisset, nisi causæ suæ cōfideret, presertim oīa audiēti, magna intuenti, multa suspicanti, nonnulla credenti. Magna uis est cōscientiæ iudices, et magna in utrāq; partem, ut neq; timeant qui nihil cōmiserint, & pœnā semper ante oculos uersari putent qui peccauerint, neq; uero sine ratione certa causa Milonis semper a senatu probata est. Videbant .n. sapientissimi homines facti rationem, præsentiā animi, defensionis constantiam. An uero obliti estis iudices recēti illo nūcio necis Clodianæ, nō modo inimicorū Milonis sermones & opiniones. Sed nonnullorū etiam imperitorū, negabāt eū Romā esse rediturum. Siue .n. illud animo irato ac parato fecisset, ut incensus odio trucidaret inimicū, arbitrabantur cū tanti mortem. P. Clodij putasse, ut æquo animo patria careret cum sanguine inimici explesset odium suum, siue etiam illius morte patriam liberare uoluisset, nō dubitaturum fortem uirum, quin cum suo periculo salutem Reipu. attulisset. Cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam, nobis hæc fruenda relinqueret, quæ ipse seruasset. Multi etiam Catilinam atq; illa por

tenta loquebantur, erumpet, occupabit aliquem locũ, bellũ patriæ faciet, miseros interdum ciues optime de Repu. meritos, in quibus homines nõ modo res præclarissimas obliuiscuntur, sed etiã nefarias suspicantur, ergo illa falsa fuerũt, quæ certe uera extitissent si Milo admisisset aliqd, qđ nõ posset honeste uereq; defendere. Quid quæ postea sunt in eum cõgesta, quæ q̃uis etiã mediocriũ delictorũ cõsciẽtiam perculissent, ut sustinuit dij immortales, sustinuit? immo uero ut contempsit, ac pro nihilo putauit, quæ neq; maximo animo nocens, nec innocens nisi fortissimus uir negligere potuisset, scutorũ, gladiorũ, frenorũ, sparorũ, pilorũq; etiam multitudo deprehendi posse indicabatur, nullũ in urbe uicũ, nullũ angiportũ esse dicebant, in quo Miloni non esset cõducta domus, arma in uillã otriculanã deuecta Tyberi, domus in cliuo capitolino scutis referta, plena omnia malleolorũ ad urbis incendia comparatorũ. Hæc nõ delata solum, sed pene credita, nec ante repudiata sunt, q̃ quæsita. laudabã equidẽ incredibilem diligentiã. Cn. Põ. sed dicã ut sentio iudices, nimis multa audire cogũtur, neq; aliter facere possunt ij, quibus tota commissa est Resp. quin etiam audiendus fuit Popa. Licinius, nescio quis de circo maximo, seruos Milonis apud se ebrios factos, sibi cõfessos esse de interficiendo Pompeio coniurasse, deinde se postea gladio percussum esse ab uno de illis, ne indicaret Pompeio, in hortos nunciauit. Arcessor in primis, de amicorum sententia rem defert ad senatum, nõ poteram in illius mei patriæq; custodis tanta suspitione non metu exanimari. Sed mirabar tamen credi Popæ, ebriorum confessionẽ seruorũ audiri, uulnus in latere quod acu pũctũ uideretur, ꝑ ictu gladiatoris putari. Verũ etiã, ut intelligo, cauebat magis Pompeius q̃ timebat nõ ea solum quæ timenda erant, sed omnia oĩno ne aliqd uos timeretis. Oppugnata domus

C. Cæsaris clarissimi & fortissimi uiri per multas noctis horas nunciabatur. Nemo audierat tam celebri loco, nemo senserat, tamē audiebatur. Non poteram. Cn. Pom. præstantissima uirtute ciuem timidum suspicari, diligentiam tota Rep. suscepta nimiam nullam putabam. Frequentissimo senatu nuper in capitolio senator inuentus est, qui Milonem cum telo esse diceret. Nudauit se in sanctissimo templo, qm̄ uita talis & ciuis, & uiri fidem non faciebat, nisi eo tacente res ipsa loqueretur, omnia falsa atq; insidiose ficta comperta sunt, quod tamen si metuitur etiam nunc Milo, non iam Clodianū crimē timemus, sed tuas. Cn. Pom. (te enim iam appello ea uoce ut me audire possis) tuas inq̄ suspitiones perhorrescimus, Si Milonem times, Si hunc de tua uita nefarie aut nunc cogitare, aut molitum aliquādo aliquid putas. Si Italiæ delectus (ut nonnulli cōquisitores tui dictitant). Si hæc arma, si capitolinæ cohortes, si excubiæ, si uigiliæ, si delecta iuuentus, q̄ tuum corpus domūq; custodit, cōtra Milonis impetū armata est, atq; illa oīa in hūc unum instituta pata intenta sunt. Magna in hoc certe uis & incredibilis aius & nō minus uiri uires, atq; opes indicātur, siquidem in hunc unum & p̄stātissimus dux electus, & tota Resp. armata est. Sed quis non intelligit oēs tibi. R.P. partes ægras & labātes, ut eas his armis sanares et cōfirmares esse cōmissas? q̄d si Miloni locus datus esset, probasset profecto tibi ipsi neminē unq̄ hoiem hoi cariorē fuisse q̄ te sibi, nullū se unq̄ piculū pro tua dignitate fugisse, cū illa teterrima peste sæpissime pro tua gloria cōtēdisse, tribunatum suū ad salutē meā, q̄ tibi carissima fuisset consilijs tuis gubernatū, se a te postea defensum in periculo capitis adiutū in petitiōe præturæ, duos se habere semper amicissimos sperasse, te tuo beneficio, me suo, quæ si non probaret, si tibi ita penitus insedisset ista suspicio, nullo ut euelli modo posset,

do posset, si deniq; italia a delectu, urbs ab armis sine Milonis clade nunq; esset conquietura, ne iste haud dubitans cessisset patria is q ita natus est, et ita cõsueuit te magnope ante attestaretur, quod nunc etiam facit. Vide quam sit uaria uitæ commutabilisq; ratio, q; uaga uolubilisq; fortuna, quantæ infidelitates in amicis, quam ad tempus aptæ simulationes, quātæ in periculis fugæ proximorū, quantæ timiditates. Erit erit illud profecto tēpus, et illucescet aliqñ ille dies cū tu salutaribus, ut spero, rebus tuis, sed fortasse motu aliquo cõmunium temporum immutatus, qui quam crebro accidat experti debemus scire, & amicissimi beniuolentiam, & grauissimi hoīs fidē, & unius post homines natos fortissimi uiri magnitudinē animi desideres. Quāq; quis hoc credat. Cn. Pom. iuris publici, moris maiorū, rei deniq; pu. peritissimum, cum senatus ei cõmiserit, ut uideret, ne quid respu. detrimēti caperet, quo uno uersiculo satis armati semp cõsules fuerūt etiā nullis armis datis, hūc exercitu, hunc delectu dato iudicium expectaturū fuisse in eius cõsilijs uindicandis, qui uel iudicia ipsa tolleret, satis iudicatum est à Pompeio, falso ista conferri in Milonē, qui legem tulit, qua ut ego sentio Milonē absolui oporteret, ut etiā omnes cõfitenē liceret. Quod uero in illo loco atq; in illis publicorum præsidiorum copijs circūfusus sedet, satis declarat se non terrorem inferre uobis. Quid. n. illo minus dignū q; cogere, ut uos eū cõdēnetis, in quē animaduertere ipse & more maiorum & suo iure posset? sed præsidio esse, ut intelligatis cõtra hesternā concionē illā licere uobis quod sentiatis libere iudicare, nec uero me iudices clodianū crimē mouet, nec tā sum demēs, tāq; uestri sensus ignarus atq; expers, ut nesciā quid de morte Clodij sentiatis, de qua si iā nollē ita diluere crimē ut dilui, tamē impune Miloni palā clamare atq; mētiri gloriose liceret. Occidi, nō

occidi non spuriũ Meliũ, qui annona leuanda iacturisq; rei familiaris, quia nimus amplecti plebẽ putabat in suspitionẽ incidit regni appetendi, nõ Tyberiũ Gracchũ, q collegæ magistratum p seditionẽ abrogauit, quorũ interfectores impleruñt orbẽ terrarũ nominis sui gloria, sed eum (auderet.n.dicere cum patriam periculo suo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus sanctissimis nobilissimæ fœminæ cõprehenderũt, eũ cuius supplicio senatus solennes religiones expiandas sæpe censuit, eum quem cũ sorore germana nefariũ stuprum fecisse. L. Lucullus iuratus se quæstionibus habitis dixit cõperisse, eum qui ciuẽ, quem senatus, quẽ populus, quem omnes gentes urbis ac uitæ ciuiũ cõseruatorem iudicabant, seruorũ armis exterminauit, eum qui regna dedit, ademit, orbẽ terrarũ qbuscũ uoluit partitus est, eum qui pluribus cædibus in foro factis singulari uirtute & gloria ciuem domum ui & armis compulit, eũ cui nihil nefas unq̃ fuit nec in facinore nec in libidine, eum q ædem nympharum incendit, ut memoriam publicam recensionis tabulis publicis impressam extingueret, eum deniq; cui iam nulla lex erat, nullũ ciuile ius, nulli possessionũ termini, qui non calumnia litium, non iniustis iudicijs ac sacramentis alios fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat, qui non solum hetruscos (eos enim penitus contempserat) sed huc Cn. Pom. uirum fortissimũ atq; optimũ ciuem iudicem nostrũ pellere possessiõibus armis castrisq; conatus est, qui cum architectis & decempedis uillas multorum hortosq; peragrabat, qui ianiculo & alpibus spem possessionum terminabat suarum, qui cum ab equite Ro. splẽdidissimo & forti Tito Pacanio nõ impetrasset, ut insulam in lacu precio uenderet, repente lintribus in eam insulam, materiam, calcem, cementa, atq; arma conuexit, domino trans ripam spectante non dubitauit ædificium extruc-

re in alieno,qui huic.Ti.Furfanio cui uiro dij immortales,quid enim de muliercula Sancia,quid de adolescente Aponio dico,quorum utriq; mortem est minitatus,nisi sibi hortorum possessione cessisset?sed ausus est Furfanio dicere,si sibi pecuniam quantam poposcerat non dedisset,se mortuũ in domum eius esse illaturum,qua inuidia huic esset tali uiro conflagrandum,qui Appium fratrem hominem mihi coniunctum fidelissima gratia absentem de possessione fundi deiecit,qui parietem sic per uestibulum sororis instituit ducere,sic agere fundamenta,ut sororem non modo uestibulo priuaret,sed omni aditu & limine, quanq̃ hæc quidem iam tolerabilia uidebantur,& si æqualiter in Remp. in priuatos, in longinquos,in propinquos,in alienos,in suos irruebat. Sed nescio quo modo iam usu obduruerat,& percallucrat ciuitatis incredibilis patientia,quæ uero aderant iam & impendebant quonam modo ea aut depellere potuissetis,aut ferre imperium si ille nactus esset?Omitto socios,exteras natiões,reges,tetrarchas.Vota enim feceratis ut in eos se potius mitteret,q̃ in uestras possessiones, uestra tecta,uestras pecunias,pecunias dico a liberis medius fidius & a coniugibus uestris nunq̃ ille effrenatas suas libidines cohibuisset. fingi hæc putatis,quæ patẽt,quæ nota omnibus,quæ tenentur,seruorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse per quos totam Rempu.resq; priuatas omniũ possideret. Quamobrem si cruentũ gladium tenens clamaret.Ti.Annius , adeste quæso atq; audite ciues.P.Clodium interfeci,eius furores,quos nullis iam legibus,nullis iudicijs frenare poteramus,hoc ferro & hac dextera a ceruicibus reppuli,per me.unum effectum est, ut ius,æquitas,leges,libertas,pudor,pudicitia in ciuitate manerẽt. Eñuero timẽdũ quonãmõ id factũ ferret ciuitas, nũc eñ qs est q non probet,qui non laudet,qui non unum

post hominū memoriam. Ti. Annium plurimūm Reip. pro-fuisse, maxima lætitia Po. Ro. cunctā italiam, nationes om-nes affecisse et dicat & sentiat? Nequeo uetera illa Po. Ro. quāta fuerint gaudia iudicare. Multas tñ iam summorum imperatorū clariſſimas uictorias ætas nostra uidit, quarū nulla neq; tam diuturnā attulit letitiā neq; tantā. Manda-te hæc memoriæ iudices, spero multa uos liberosq; uestros in Repu. bona esse uisuros. In his singulis ita semper existi-mabitis, ut uiuo. P. Clodio nō cōtingere potuisse arbitremi-ni? Quid ea quæ tenetis priuata atq; uestra domināte ho-mine furioso, quod ius perpetuæ possessionis habere po-tuissent? Non timeo iudices ne odio inimicitiarū mearū in-flāmatus libentius hæc in illū euomere uidear quā uerius. Etenim etsi præcipuum esse debebat, tamen ita cōmunis erat omniū ille hostis, ut in communi odio pene æqualiter uersaretur odium meū. Non potest dici satis, ne cogitari quidē quantū in illo sceleris, quātum exitij fuerit, quin sic attendite iudices, nempe hæc est quæstio de interitu. P. Clo-dij, fingite animis. Liberæ.n. sunt cogitationes uestræ, & quæ uolunt sic intuentur, ut ea cernimus quæ uidemus. Fingite igitur cogitatione imaginē huius cōditionis meæ si possi; efficere ut Milonē absoluatis, sed ita si. P. Clodius reuixerit, quid uultu extimuistis? quonā modo ille uos uiuus affecerat, qui mortuus inani cogitatione percussit? Quid si ipse Cn. Pom. qui ea uirtute ac fortuna est, ut ea potuerit semp̄ q̄ nemo præter illū, si is inquā potuisset, ut quæstionē de morte. P. Clodij ferre, sic ipsū ab inferis euo-care, propter Rēp. nō fecisset. Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius uitā si putetis per uos restitui posse, nolitis, & de eius nece lata quæstio est, qui si eadē lege reuiuiscere posset, lata lex nūq; esset. Huius igit̄ interfector si est, esset in cōfitēdo ab his impetraturus, ne pœnā timeret quos

liberauisset. Græci homines deorum honores tribuunt ijs uiris, qui tyrãnos necauerũt, q̃ ego uidi Athenis, quæ alijs in urbibus græciæ, quas res diuinas talibus istitutas uiris, quos cãtus, quæ carmina? ꝑpe ad immortalitatẽ et religionẽ, & memoriã cõsecrãt. Vos tãti cõseruatorẽ populi, tãti sceleris ultorem, nõ mõ honoribus nullis afficietis, sed ad suppliciũ rapi ẽt patiemini? Cõfiteret, cõfiteret inquã si fecisset, & magno animo et libẽter se fecisse libertatis omniũ causa, quod certe ei non cõfitendum mõ fuisset, uerumetiã prædicandũ. Etenim si id nõ negat, ex quo nihil petit, nisi ut cognoscatur, dubitaret id fateri ex quo etiam premia laudis essent petẽda? Nisi uero gratius putet esse uobis sui se capitis q̃ uestri ordinis defensorẽ fuisse, cũ præsertim in ea confessione si grati esse uelletis, honores assequeretur amplissimos, si factũ uobis non probaret, q̃q̃ qui poterat salus sua cuiq̃ nõ probari? sed tamẽ si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata cecidisset, magno aĩo cõstãtiq̃ cederet ex ingrata ciuitate. Nam quid esset ingratius q̃ lætari cæteros, lugere eum solũ propter quẽ cæteri lætarentur? Quãq̃ hoc animo omnes semper fuimus in patriæ proditoribus opprimendis, ut quoniam nostra futura esset gloria, periculum quoq̃ & inuidiam nostram putaremus. Nã quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, cum tantum in consulatu meo pro uobis ac liberis uestris ausus essem, si id q̃d conabar sine maximis dimicationibus meis me esse ausurũ arbitrarer? quæ mulier sceleratum ac perniciosum ciuem occidere non auderet, si periculum non timeret? proposita inuidia, morte, pœna, qui nihilo segnius Remp. defendit, is uir uere putandus est. Populi grati est, premijs afficere meritos bene de Rep. ciues. Viri fortis ne supplicijs quidem moueri, ut fortiter fecisse pœniteat. Quamobrem uteretur eadem confessione. T. Annius, qua Hala, qua Nassica, qua

Opimius, qua Marius, qua nosmetipsi, et si grata Respu. esset lætaretur, si ingrata, tamē in graui fortuna cōscientia sua niteretur, sed huius beneficij gratiam iudices fortuna Po. Ro. & uestra fœlicitas & dij immortales sibi deberi putant. Nec uero q̄sq̄ aliter arbitrari potest, nisi q̄ nullā uim cœlestem esse existimat numēue diuinū, quē neq; imperij uestri magnitudo, nec sol ille neq; cœli & signorū motus, nec uicissitudines rerum atq; ordines mouēt, neq; id quod maximum est, maiorū sapientia, qui sacra, q̄ cerimonias, q̄ auspicia & ipsi sanctissime coluerūt, & nobis suis posteris prodiderūt, est est profecto illa uis animis neq; in his corporibus atq; in hac imbecillitate nostra inest quiddā quod uigeat & sentiat, & nō inest in hoc tanto naturæ tā præclaro motu, nisi forte iccirco esse nō putant quia non apparet, nec cernitur, perinde quasi nostram ipsam mentem qua sapimus, qua prouidemus, qua hæc ipsa agimus ac dicimus, uidere aut plane qualis, aut ubi sit sentire possumus. Ea uis, ea est igitur quæ sæpe incredibiles huic urbi fœlicitates atq; opes attulit, quæ illam pernitiem extinxit ac sustulit, cui primum mentem iniecit, ut ui irritare ferroq; lacessere fortissimum uirū auderet, uinceretur q; ab eo, quem si uicisset, habiturus esset impunitatem & licentiā sempiternam. Non est humano consilio ne mediocri quidem iudices deorum immortalium cura res illa perfecta. Religiones mehercule ipsæq; aræ cum illam belluam cadere uiderūt, commouisse se uidentur, & ius in illo suum retinuisse. Vos enim albani tumuli atq; luci, uos inquam imploro atq; obtestor, uosq; albanorum obrutæ aræ sacrorum. Po. Ro. sociæ & æquales, quas ille præceps amentia cæsis prostratisq; sanctissimis lucis substructionū insanis molibus oppresserat, uestræ tū aræ, uestræ religiones uiguerunt, uestra uis ualuit, quam ille omni scelere polluerat. Tuq; ex tuo edito

monte latialis Iuppiter, cuius ille lacus, nemora, finesq; sæpe omni nefario stupro & scelere macularat, aliquando ad eum puniendũ oculos aperuisti. Vobis illæ uobis uestro in conspectu seræ, sed iustæ tamẽ et debitæ pœnæ solutæ sunt, nisi forte hoc etiam casu factũ esse dicimus, ut ante ipsum sacrariũ bonæ deæ, quod est in fundo Ti. Sexti Galli in primis honesti & ornati adolescẽtis ante ipsam inquam bonã deam cum prœlium commisisset, primum illud uulnus acceperit, quo teterrimam mortẽ obiret, ut nõ absolutus iudicio illo nefario uideretur, sed ad hanc insignem pœnam reseruatus. Nec uero nõ eadem ira deorũ hanc eius satellitibus iniecit amentiã, ut sine imaginibus sine cantu ac ludis, sine exequijs, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere oblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, cui cedere etiã inimici solẽt, ambureretur etiã abiectus. Non fuisse credo fas clarissimorum uirorũ formas illi teterrimo parricidæ aliquid decoris afferre, neq; ullo in loco potius mortẽ eius lacerari, quã in quo uita eẽt damnata. Dura mihi mediusfidius iam fortuna Po. Ro. & crudelis uidebatur, quæ tot annos illum in hãc rempu. insultare pateret. Polluerat stupro sanctissimas religiões, senatus grauissima decreta perfregerat, pecunia se palam a iudicibus redemerat. Vexarat in tribunatu senatum, omnium ordinũ cõsensu pro salute Reip. gesta resciderat, me patria expulerat, bona diripuerat, domum incenderat, liberos, cõiugem meam uexauerat. Cn. Pom. nefarium bellum indixerat, magistratuũ priuatorumq; cædes effecerat, domũ mei fratris incẽderat, uastarat hetruriam, multos sedibus ac fortunis eiecerat, instabat, urgebat, capere eius amentiam ciuitas, italia, prouinciæ, regna non poterant. Incidebant iã domi leges, quæ nos nostris seruis addicerent, nihil erat cuiusq; quod q̃d ille adamasset, quod nõ hoc anno suum fore

putaret, obstabat eius cogitationibus nemo, præter illũ Milonẽ ipsum, q poterat obstare. Cn. Põ. nouo reditu in gratiã quasi deuictũ arbitrabatur. Cæsaris potentiã suã esse dicebat, bonorũ animos in meo casu cõtempserat. Milo unus urgebat. Hic dij immortales, (ut supra dixi) mẽtẽ dederũt illi perdito ac furioso, ut huic faceret insidias, aliter perire pestis illa nõ poterit. Nunq̃ illũ Resp. suo iure esset ulta, senatus credo prætorẽ eum circunscripsisset, ne cum audebat id quidẽ facere, in priuato eodem, hoc aliquid profecerat, an consules in prætore coercẽdo fortes fuissent? Primũ Milone occiso habuisset suos cõsules, deinde quis in eo prætore consul fortis esset, per quẽ tribunũ uirũ cõsularẽ crudelissime necatum esse meminisset, omnia possideret, teneret lege noua, quæ est inuenta apud eum cũ reliquis legibus clodianis, seruos nostros libertos suos fecisset. Postremo nisi eum dij immortales in eam mentẽ impulissent, ut hõ effœminatus fortissimũ uirũ conaret̃ occidere, hodie Rẽpu. nullam haberetis. An ille prætor. Ille uero cõsul. Si modo hæc templa atque ipsa mœnia stare eo uiuo tam diu, et cõsulatũ eius expectare potuissent, ille deniq; unius mali nihil fecisset? q mortuus uno ex suis satellitibus Sexto Clodio duce curiam incẽderit, quo quid miserius? quid acerbius? q̃d luctuosius? Vidimus tẽplũ sanctitatis, amplitudinis, mentis, cõsiliũ publici, caput orbis, aram sociorum, portũ omniũ gentiũ, sedẽ ab uniuerso populo Po. Ro. cõcessam uni ordini inflammari excindi, funestari, neq; id fieri a multitudine imperita, q̃q̃ esset miserum idipsum, sed ab uno qui cum tantũ ausus sit ultro pro mortuo, q̃d signifer pro uiuo nõ esset ausus? in curiam potissimũ abiecit, ut eã mortuus incẽderet, quã uiuus euerterat, & sunt qui de uia Appia querantur, taceãt de curia, & quando ab eo spirante forum potuisset defendi, cuius cadaueri nõ restiterit curia? Excitate excitate ipsum

si potestis a mortuis, frangetis impetũ uiui cuius uix sustinetis furias insepulti, nisi uero sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladijs toto foro uolitarunt. Cædi uidistis Po. Ro. concionẽ gladijs disturbari, cum audiretur silẽtio. M. Cælius tribunus plebis, uir fortissimus, et in suscepta causa firmissimus, & bonorũ uolũtati & auctoritati senatus deditus, & in hac Milonis siue inuidia siue fortuna singulari diuina & incredibili fide. Sed iam satis multa de causa, extra causam etiã nimis fortasse multa, quid restat, nisi ut orem obtesterq; uos iudices, ut eam misericordiã tribuatis fortissimo uiro, quam ipse non implorat, ego etiam repugnante hoc & imploro & exposco. Nolite si in uestro omniũ fletu nullam lachrymam aspexistis Milonis, si uultũ semper eundem, si uocem, si orationẽ stabilẽ ac nõ mutatã uidetis, hoc minus ei parcere. Atq; haud scio an multo etiã sit adiuuandus magis. Etenim si in gladiatorijs pugnis & infimi generis hominũ cõditione atq; fortuna timidos & supplices, & ut uiuere liceat obsecrantes etiã odisse solemus, fortes & animosos et se acriter ipsos morti offerentes seruare cupimus, eorumq; nos magis miseret, qui nostrã misericordiam non requirunt, q̃ qui illam efflagitant, quãto hoc magis in fortissimis ciuibus facere debemus? Me quidem iudices exanimant & interimunt hæ uoces Milonis, quas audio assidue, & quibus adsum quotidie. Valeant inquit, ualeant ciues mei, sint incolumes, sint florẽtes, sint beati, stet hæc urbs præclara mihiq; patria carissima, quoquo modo merita de me erit, tranqlla Repu. ciues mei qñ mihi cũ illis nõ licet, sine me ipsi, sed per me tamẽ ꝑfruãtur, ego cedam atq; abibo, si mihi Repub. bona frui non licuerit, At carebo mala, & q̃ primum tetigero bene moratam & liberam ciuitatem, in ea conquiescam. O frustra inquit, suscepti mei

labores. O spes fallaces, O cogitationes inanes meæ ego cũ Tr. P. Repu. oppressa me senatui dedissem, quẽ extinctum acceperã equitibus Ro. quorum uires erant debiles, bonis uiris qui omnẽ auctoritatẽ Clodianis armis abiecerãt, mihi unquã bonorum præsidium defuturũ putarẽ? Ego cũ te (mecũ enim sæpissime loquitur) patriæ reddidissem, mihi nõ futurũ, in patria putarã locũ? Vbi nunc senatus est quẽ secuti sumus? ubi equites Ro. Illi, illi inquit tui? Vbi studia municipiorũ? Vbi italiæ uoces? Vbi denique tua Marce Tulli quæ plurimis fuit auxilio uox et defensio, mihi ne ea soli, qui pro te totiẽs morti me obtuli, nihil potest opitulari? Nec uero hæc iudices ut ego nunc flens, sed hoc eodẽ loquitur uultu, quo uidetis. Negat.n. se negat ingratis ciuibus fecisse, quæ fecerit, timidis & omnia circũspiciẽtibus pericula, nõ negat plebem et infimã multitudinẽ, quæ P. Clodio duce fortunis uestris imminebat, eam quo tutior esset uestra uita se fecisse cõmemorat, ut nõ modo uirtute flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret, nec timet cũ plebẽ muneribus placarit, uos nõ cõciliarit meritis in Remp. singularibus, Senatus erga se beniuolẽtiã temporibus his ipsis sæpe esse pspectã. Vestras uero & uestrorũ ordinum occursationes, studia, sermones (quencunque cursũ fortuna dederit) secum ablaturũ esse dicit. Meminit etiam sibi uocẽ preconis modo defuisse, quã minime desiderat, populi uero cũctis suffragiis qđ unũ concupierit se cõsulẽ declaratũ. Nunc denique si hæc cõtra se sint futura, sibi facinoris suspitionẽ non facti crimen obstare. Addit hæc quæ certe uera sunt, fortes & sapientes uiros nõ tam premia sequi solere recte factorum, quam ipsa recte facta se nihil inuita nisi præclarissime fecisse. Siquidem nihil sit præstabilius uiro quam periculis patriam liberare, beatos esse quibus ea res honori fuerit a suis ciuibus, nec tamen eos miseros q̃ bene-

ficio ciues suos uicerint. Sed tamen ex omnibus premiis uirtutis si esset habenda ratio premiorum amplissimum esse premium gloriam, esse hanc unam, quæ breuitatem uitæ posteritatis memoria consolaretur, quæ efficeret, ut absentes adessemus, mortui uiueremus. Hanc deniq; esse cuius gradibus etiam homines in cœlum uideantur ascendere, de me inquit semper populus Roma. semper omnes gentes loquētur, nulla unquam obmutescet uetustas, quin hoc tempore ipso cum omnes a suis inimicis faces inuidiæ meæ subijciantur, tamen omni in hominū cœtu gratijs agendis & gratulationibus habendis, & omni sermone celebremur. Omitto hetruriæ festos & actos & institutos dies. Centesima lux est hæc ab interitu. P. Clodij, & opinor ultra quam fines imperij Po. Ro. non solum fama, iam de illo, sed etiam lætitia peragrauit. Quāobrē ubi corpus hoc si non inquit laboro, quoniam omnibus in terris etiam uersatur, & semper habitabit nominis mei gloria. Hæc tu mecū sæpe his absentibus, sed ijsdem audientibus. Hæc ego tecum Milo, te quidem ꝙ cum isto animo es satis laudare non possum, sed quo est ista magis diuina uirtus eo maiore a te dolore diuellor. Nec uero si mihi eriperis reliqua est illa tamen ad consolandum querela, ut his irasci possim, a quibus tantum uulnus accepero. Non enim inimici mei te mihi eripient, sed amicissimi, nō male aliquādo de me meriti, sed semper optime. Nullum unquam iudices mihi tantum dolorem inuretis, & si quis potest esse tantus, sed ne hunc quidem ipsum, ut obliuiscar quanti me semper feceritis, quæ si uos cæperit obliuio, aut si in me aliquid offendistis, cur id non meo capite potius luitur q̄ Milonis? præclare cū uixero si qd mihi acciderit, priusq̄ hoc mali tantum uideo. Nunc me una consolatio

sustentat, quam tibi O Ti. Anni nullũ a me amoris, nullũ studij, nullũ pietatis officiũ defuit, ego inimicitias potẽtũ pro te appetiui, ego meũ saepe corpus & uitã obieci armis inimicorũ tuorũ, ego me plurimis pro te supplicẽ obieci, bona, fortunas meas ac liberorũ meorum in cõmunionem tuorum tẽporum cõtuli, hoc deniq; ipso die si qua uis est parata, si qua dimicatio capitis futura, deposco. Quid iã restat? quid habeo? quid faciã pro tuis in me meritis, nisi ut eã fortunam, quaecũq; erit tua, ducã meã? Non recuso, non abnuo, uosq; obsecro iudices ut uestra beneficia, quae i me cõtulistis, aut in huius salute augeatis, aut in eiusdẽ exitio occasura esse iubeatis, his lachrymis non mouetur Milo, est quodã incredibili robore animi septus. Exilium ibi esse putat, ubi uirtuti nõ sit locus, mortẽ naturae finem esse, nõ poenã, sic hic ea mente qua natus est, quid uos iudices, quo tandem animo eritis? memoriã Milonis retinebitis? ipsum eijcietis? & erit dignior locus in terris ullus, qui hanc uirtutem excipiat, quã hic qui procreauit? Vos uos appello fortissimi uiri, qui multum pro rep. sanguinẽ effudistis. Vos in uiri et in ciuis inuicti appello, periculo, centuriones, uosq; milites, uobis nõ mõ spectãtibus, sed etiã armatis, & huic iudicio praesidentibus haec tanta uirtus ex hac urbe expelletur, exterminabitur, eijciet? O me miserũ. O me infoelicem, reuocare tu me in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria per eosdem retinere nõ potero? quid respõdebo liberis meis, qui te parentẽ alterũ putãt? quid tibi. Q. Frater, qui nunc abes consorti mecum temporum illorũ me nõ potuisse salutẽ Milonis tueri per eosdẽ, per quos nostram ille seruasset? At in qua causa non potuisse? quae est grata gẽtibus, a quibus nõ potuisse? nõ potuisse ab his qui maxime. P. Clodij morte acquierunt, quo deprecante? me, quodnam cõcoepi tãtum scelus, aut quod in me tantũ facinus admisi iudices, cum illa

indicia cõmunis exitij indagaui, patefeci, protuli, extinxi, omnes in me meosq; redũdãt ex illo fonte dolores, quid me reducẽ esse uoluistis? an ut spectãte me ij expellerẽtur, per quos essem restitutus? Nolite obsecro uos pati mihi acerbiorem reditũ esse, q̃ fuerit ille ipse discessus. Nã qui possum putare me restitutum esse, si distrahor ab ijs, per quos restitutus sum? Vtinã dij immortales fecissent (pace tua patria dixerim, metuo.n.ne scelerate dicam in te quod pro Milone dicam pie). Vtinam. P. Clodius nõ modo uiueret, sed etiam prætor, cõsul, dictator esset, anteq̃ hoc spectaculũ uiderem. O dij immortales fortem & a uobis iudices cõseruandum uirum, Minime minime inquit, inmo uero pœnas ille debitas luerit. Nos subeamus, si ita necesse est, non debitas, hiccine uir patriæ natus usq̃ nisi in patria morietur? aut si forte pro patria huius uos animi monumenta retinebitis, corporis in italia nullum sepulchrum esse patiemini? Hũc sua quisq̃ sententia ex hac urbe expellet? quem omnes urbes expulsũ a uobis ad se uocabũt? O terrã illã beatã, quæ hũc uirũ exceperit, hãc ingratã si eiecerit, miserã si amiserit, sed finis sit. Neq;.n. præ lachrymis iam loqui possum, & hic se lachrymis defendi uetat. Vos oro obtestorq; iudices, ut in sententijs ferendis, quod sentietis id audeatis, uestram uirtutẽ, iusticiã, fidẽ (mihi credite) is maxime probabit, qui in iudicibus legendis optimũ & sapientissimũ quenq; legit.

M.T.C. PRO CN. PLANCIO ORATIO.

VM PROPTER EGREGIAM et singularẽ Cn. Plancij iudices in mea salute custodiẽda fidem tã multos & bonos uiros eius honori uiderẽ esse fautores, capiebã animo nõ mediocrẽ uoluptatẽ, q̃ cu

ius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporũ memo-
riã suffragari uidebam. Cum aũt audirem meos partim
inimicos, partim inuidos huic accusationi esse fautores, eã-
demq; rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quæ
in petitione fuisset adiutrix, dolebam iudices, & acerbe fe-
rebã, si huius salus ob eam ipsam cãm esset infestior, quod
is meam salutẽ, atq; uitam sua beniuolentia, præsidio, cu-
stodiaq; texisset. Nunc aũt uester iudices conspectus & cõ-
sessus iste reficit & recreat mentẽ meã, cum intueor & cõ-
templor unumquẽq; uestrũ. Video.n. hoc in numero nemi-
nẽ cui mea salus nõ cara fuerit, cuius nõ extet in me suum
meritũ, cui nõ sim obstrictus memoria beneficij sempiterna.
Itaq; nõ extimesco ne. Cn. Plãcio custodia meæ salutis apud
eos obsit, q me ipm maxie saluũ uidere uoluerũt. Sæpius q;
Iud. mihi uenit in mentem admirandum esse. M. Late-
rensem hominem studiosissimum & diligentissimum
salutis meæ reum hunc potissimum sibi delegisse, q̃ me-
tuendum ne uobis id ille magna ratione fecisse uideatur.
Quanq̃ mihi non summo tantum iudices neq; arrogo, ut
Cn. Planciũ suis erga me meritis impunitatem consecutu-
rum putem, nisi eius integerrimã uitam, modestissimos mo-
res, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam
ostendero, nihil de pœna recusabo. Sin omnia præstitero
quæ sunt a bonis uiris expetenda, petam iudices a uo-
bis, ut cuius misericordia salus mea custodita sit, ei uos
uestram misericordiam me deprecante tribuatis. Equi-
dem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores susci-
pio q̃ in cæteris etiã hanc molestiam assummo, q mihi non
solum pro Cn. Plan. dicendum est, cuius ego salutem non
secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro meipso, de quo ac-
cusatores plura pene, q̃ de re reoq; dixerũt. Quãq̃ iudices
si qd est ĩ meipso ita reprehẽsum, ut id ab hoc alienũ sit, nõ
me id magnopere conturbet. Non enim timeo ne quia perra

ro grati homines reperiantur, iccirco cum me nimium gra-
tum illi esse dicãt, id mihi criminosum esse possit, quæ uero
ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plan. erga me mi
nora esse dicerent, quam a meipso prædicarentur, aut si
essent summa, negarent ea tamẽ ita magni ut ego putarem
põderis apud nos esse debere. Hæc mihi sunt tractanda iu-
dices & modice, ne quid ipse offendã cœtum, deniq; cum
respondero criminibus, ne non tã innocentia reus sua, quã
recordatione meorum temporum defensus esse uideatur.
Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis iudi-
ces, & lubrica defensionis ratio proponitur, nam si tantũ-
modo mihi necesse esset cõtra Laterensem dicere, tamen id-
ipsum esset in tanto usu nostro tantaque amicitia molestum
Vetus enim est lex illa iustæ ueræq; amicitiæ, quæ mihi cũ
illo iam diu est, ut idem amici semp uelint, neq; est ullum
certius amicitiæ uinculum, q̃ consensus & societas cõsilio
rum & uoluntatũ. Mihi aũt non id est in hac re solum mo-
lestum cõtra illũ dicere, sed multo illud magis, q̃ in ea cau-
sa contradicendum est, in qua quædã hominum ipsorum ui
detur facienda esse contentio. Quærit enim Laterẽsis, atq;
hoc uno maxime urget, qua se uirtute, qua laude Plãcius,
qua dignitate superarit. Ita si cedo illius ornamentis, quæ
multa & magna sunt, non solum huius dignitatis iactura
facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspitio est.
Sin hunc illi antepono comtumeliosa habenda est oratio,
& dicendum est id quod ille me flagitat. Laterẽsem a Plan
cio dignitate esse superatum, ita aut amicissimi hominis exi
stimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem
sequar, aut optime de me meriti salus deserenda est, sed ego
Laterensis cæcũ me & præcipitem ferri confitear in causa,
si te aut a Plãcio, aut ab ullo dignitate potuisse superari di-
xero. Itaq; discedã ab ea cõtẽtiõe ad quã tu me uocas, et ue

niam ad illā ad quā me causa ipsa deducit. Quid? tu ne inanem dignitatis iudicē putas esse populū? fortasse nōnunq̃ est. Vtinā uero semper esset, sed est perraro, & si q̄n est in ijs magistratibus est mandādis, quibus salutē suā cōmitti putat, his leuioribus comitijs diligentia & gratia petitorū honos paritur, nō ijs ornamētis quæ esse in te uidemus. Nā quod ad populū pertinet semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut fauet, q̃q̃ nihil potest in te Laterensis cōstituere quod sit propriū laudis tuæ, quin id tibi sit cōmune cū Plancio, sed hoc totū agetur alio loco, nūc tātum disputo de iure populi, qui & potest & solet nōnunq̃ dignos præterire, nec si a populo præteritus est quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est qui præteritus nō est. Nā si esset quod patres apud maiores nostros tenere nō potuerunt, ut reprehensores essent comitiorū, id haberent iudices, uel id quod multo etiam minus esset ferendū, tunc enim magistratū non gerebat is q coeperat, si patres auctores nō erant facti. Nūc postulatur a nobis ut eius exilio qui creatus sit iudiciū populi Ro. reprehēdatis. Itaq; q̃q̃ qua uolui ianua sum ingressus in causam, sperare uideor tantum abfuturā esse orationem meā a minima suspitione offensionis tuæ, ut te potius obiurgem, q̄ iniquū in discrimē adducas dignitatem tuam, q̃ ut ego eā ulla cōtumelia coner attingere. Tu continentiā, tu industriā, tu animū in Remp. tu uirtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, q̄ ædilis nō sis factus fractos esse & abiectos & repudiatos putas. Vide tandē Laterēsis quantū a te dissentiam, si mediusfidius decē soli essent in ciuitate uiri boni, sapientes, iusti, graues, qui te indignū ædilitate iudicassent, grauius de te iudicatum putarē, q̃ est hoc quod tu metuis, ne a populo iudicatū esse uideatur. Nō enim comitijs iudicat semp̱ populus, sed mouetur plerūq; gratia, cedit precibus, facit

eos a quibus

eos a quibus est maxime ambitus, deniq; si iudicat, nõ delelectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunq̃ & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in uulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperq; sapientes ea quæ populus fecisset ferenda nõ semper laudanda duxerũt, quare cum te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam nõ competitoris accusas. At fueris dignior q̃ Plancius, de quo ita tecum contendam paulo post, ut cõseruem dignitatem tuã, sed ut fueris dignior, non cõpetitor à quo es uictus, sed populus à quo es preteritus in culpa est. In quo primum illud debes putare comitijs p̃sertim ædilitijs studiũ esse populi, nõ iudicium, eblandita illa nõ enucleata esse suffragia, eos q suffragium ferãt, qd deniq; ipsi debeãt cõsiderare sæpius, q̃ qd cuiq; à Rep. uideatur deberi. Sin aũt mauis esse iudiciũ nõ tibi id rescindendum est sed ferendũ, male iudicauit populus? at iudicauit, nõ debuit? at potuit, nõ fero, at multi clarissimi & sapiẽtissimi ciues tulerunt. Est em̃ cõditio liberorũ populorũ præcipueq; huius principis populi, & omnium gentiũ domini atq; uictoris posse suffragijs uel dare uel detrahere quod uelit cuiq;, nostrum est autẽ qui in hac tempestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modice populi uolũtates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas, honores si magni non putemus non seruire populo, sin eos expetimus non defatigari supplicando. Venio iam ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius q̃ mea disputem, qui si tecum congrediatur, & si una uoce loqui possit, hæc dicat. Ego tibi laterẽsis Plãciũ nõ ãnposui, sed cũ essetis æq̃ boni uiri meũ benefiaũ ad eum potius detuli, qui a me contenderat, q̃ ad eum qui mihi nõ nimis summisse supplicarat. Respondebis credo, te splẽdore et uetustate familiæ fretum nõ ualde ambiẽdũ putasse. At uero te ille ad sua insti-

tutá suorúq; maiorú exempla reuocabit, semper se dicet rogari uoluisse, semp placuisse. M. Seium, qui ne equestrē quidē splēdorē incolumē a calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo innocētissimo eloquētissimo. M. Pisoni prætulisse, pposuisse se. Q. Catulo sūma i familia nato sapiētissimo et sctissimo uiro nō dico. C. Serenū subtilissimū hominē. Fuit enī & animi satis magni & cōsilij, sed Cn. Mālium nō solū ignobilē, uerū sine uirtute, sine ingenio uita etiam contēpta ac sordida. Desiderarūt te inquit oculi mei cum tu esses cyrenis, me enim q̄ socios tua frui uirtute malebā, & quo plus intererat eo plus aberas a me, certe nō uidebā, deinde sitientē me uirtutis tuæ deseruisti, cœperas enim petere Tr. Pl. tēporibus ijs, quæ istā eloquētiā & uirtutē requirebāt, quā petitionē cum reliquisses, si hoc iudicasti tanta in tempestate te gubernare nō posse, de uirtute tua dubitaui, si nolles de uolūtate, sin qđ magis intelligo temporibus te alijs reseruasti, ego quoq; inq̄, & R. P. ad ea te tēpora reuocaui, at quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum in quo mihi magnæ utilitati esse possis, ædiles q̃cūq; erunt idē mihi quod ostenderas, aut si qđ mea minus interest, id te magis forte delectat, reddam tibi istā ædilitatē etiā negligēter petēti, sed āplissimos honores, ut pro dignitate tua cōsequare, cōdiscas cēseo mihi paulo diligēti⁹ supplicare. Hæc populi oratio est, mea uero Laterēsis hæc, quare uictus sis nō debere iudicē quærere, modo ne largitione sis uictus. Nam si quotienscunq; præteritus erit is qui nō debuerit præteriri, totiens oportebit eū qui factus erit cōdēnari, nihil iam est quod populo supplicetur, nihil quod direptio, nihil quod supplicatio magistratuū, renūtiatio suffragiorum expectetur, simul, ut qui sint professi, uideo quid dicā, hic familia consulari est, ille prætoria, reliquos uideo esse ex equestri loco, sunt omnes sine macula, sunt æque boni uiri atque integri, sed serua

ri necesse est gradum, cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus, sublata sunt studia, extinctæ suffragationes, nullæ contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum, nihil ut plerumq; euenit pter opinionem accidet. Nulla erit post hac uarietas comitiorum, sin hoc sæpe accidit, ut & factos aliquos & nõ factos eẽ miremur, si campus atq; illæ undæ comitiorum ut mare profundũ & immensum sic efferuescunt quodam quasi estu, ut ad alios accedant, ab aliis aũt recedant, in tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis modum aliquẽ et consilium & rationem requiramus? Quare noli me ad cõtẽtionem uestrũ uocare Laterensis, &.n. si populo grata est tabella, quæ frõtes aperit hominum, mẽtes tegit, datq; eã libertatem, ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogẽtur, cur tu in iudicio exprimis quod non fit in campo? Hic ꝙ ille dignior per ꝙ graue est dictu quo modo igitur est æquũ? sic credo quod agitur, quod satis est iudici, hic factus est. Cur iste potius ꝙ ego? uel nescio, uel non dico, uel deniq; quod mihi grauissimum esset dicere, sed impune tñ deberem dicere, non recte. Nunc quid assequerer si illa extrema defensione uterer populum quod uoluisset fecisse, non quod debuisset. Quid si populi quoq; factum defendo Laterensis? & doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honorẽ, sed eo uenisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro equestri loco, possum ne eripere orationi tuæ cõtentionẽ nostrã, quæ tractari sine cõtumelia non potest? & te ad causam crimẽq; deducere? si ꝙ equitis Ro. filius est inferior esse debuit, oẽs tecũ equitũ Ro. filij petiuerunt, nihil dico amplius. Hoc tñ miror cur tu huic potissimũ irascare, qui lõgissime a te absfuit, equidẽ si qñ ut fit iactor in turba non illũ accuso, qui est in summa sacra uia. Cũ ego ad Fabiũ for-

uicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atq; incidit, tu neq;.Q.Pedio forti uiro succenses, neq; huic. A. Plotio ornatissimo homini familiari meo, & ab eo q hos dimouit potius q̃ ab his qui in teipsum incubuerũt, te depulsum putas, sed tamen hæc prima est tibi cum Plancio generis uestri familiæque contentio, qua abs te uincitur. Cur enim non confitear quod necesse est, sed non hic magis q̃ ego a meis competitoribus & alias in consulatus pepetitione uincebar. Sed uide ne hæc ipsa quæ despicis huic suffragata sint, sic enim conferamus, est tuum nomẽ utraq; familia consulare, num dubitas igitur quin omnes qui fauent nobilitati qui id putant esse pulcherrimum, q imaginibus, qui nominibus uestris ducuntur te ædilem feoerint? Eqdem non dubito, sed si parum multi sunt, qui nobilitatem amant, num ista est nostra culpa? & enim ad caput & ad fontem utriusq; generis ueniamus, tu es ex municipio antiquissimo Tusculano, ex quo plurimæ familiæ sũt cõsulares, in quibus est etiam iuuẽtitia, quot e reliquis municipijs omnibus non sunt, hic est e præfectura atinati non tam prisca, non tam honorata, non tam subur bana q̃tũ interesse uis ad rationem petendi. Primum utrum magis fauere putas Atinates, an Tusculanos suis? Alteri (scire enim hoc propter uicinitatem facile possum), cum huius honoratissimi atq; optimi uiri Cn. Saturnini patrẽ ædilem tum prætorem uiderũt, quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in præfecturã sellam curulem attulisset, mirãdum in modum lætati sunt. Alteros credo quia refertum est municipium consularibus (nã maliuolos non esse certe scio, numq̃ intellexi uehementius hospitum suorũ honore lætari, habemus hoc nos, habent nostra municipia. Quid ego de me, de fratre meo loquar, quorũ honoribus agri prope dicã ipsi mõtesq; fauerũt? Num aliqñ uides

tusculanũ aliquem de M.Catone illo in omni uirtute principe,num de Tito Coruncano municipe suo,num de tot Fabijs gloriari?uerbũ nemo facit.At in quẽcũq; arpinatẽ incideris etiã si nolis,erit tñ ibi fortasse de nobis aliqd, & de C.Mario audiendũ.Primũ igitur hic habuit studia suorũ ardẽtia,tu tanta quãta in hominibus iam saturatis honoribus esse potuerũt.Deinde tui municipes sũt illi quidẽ splẽdidissimi homines,sed tñ pauci siquidẽ cum Atinatibus cõferãtur,huius præfectura plena uirorũ fortissimorũ, sic ut nulla tota italia frequẽtior dici possit,quãquidẽ nunc multitudinẽ uidetis iudices in squallore & luctu supplicẽ uobis.Hi tot equites Ro.tot tribuni ærarij.Nã plebẽ a iudicio dimisimus,quæ cũcta comitijs affuit,qd roboris,qd dignitatis huius petitioni attulerũt?Nõ.n.Tribum Terẽtinã de qua dicã alio loco,sed dignitatẽ,sed oculorũ cõiectũ,sed solidã & robustã & assiduã frequentiã præbuerũt,iã municipia cõiũctione etiã uicinitatis uehemẽter mouent.Oĩa quæ dico de Plãcio dico expertus in nobis,sumus.n.finitimi Atinatibus,laudãda est uel etiã amãda uicinitas retinẽs ueterẽ illũ officij morẽ,nõ infuscata maliuolẽtia,nõ assueta mendacijs ,nõ fucata,nõ fallax,nõ erudita artificio simulatiõis uel suburbano uel ẽt urbano.Nemo Arpinas nõ Plãcio studuit,nemo Soranus,nemo Cassinas,nemo Aquinas,totus ille tractus celeberrimus Venafranus,Allifanus,tota deniq; nostra illa aspera & montosa,& fidelis,& simplex, & fautrix suorũ regio se huius honore ornari,se augeri dignitate arbitrabatur,ijsdẽq; nunc ex municipijs adsunt equites Ro.cũ legationis testimonio,nec minore nunc sunt sollicitudine q̃ tum erãt studio,&.n.est grauius spoliari fortunis,q̃ nõ augeri dignitate.Ergo ut alia in te erãt illustriora Laterẽsis,quæ tibi maiores tui reliquerãt,sic te Plãcius hoc nõ solũ municipij,uerũetiã uicinitatis genere uicebat.

nisi forte te Lauicana, aut Gabina, aut Bouillana, aut Sabina uicinitas adiuuabat, quibus e municipijs uix iam qui carnem latinis petant inueniunt. Adiungam si uis, id quod tu etiam huic obesse putas, patrem publicanum, qui ordo quanto adiumento sit in honore quis nescit? Flos.n.equitum Ro.ornamentum ciuitatis, firmamentum Reip.publicanorum ordine continetur. Quis est igitur qui neget ordinis eius studium fuisse in honore Plancij singulare? neque iniuria, uel quod erat pater is qui est princeps iamdiu publicanorum, uel quod is a socijs unice diligebatur, uel quod diligentissime rogabat, uel quia pro filio supplicabat, uel quia huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae, tribunatusque constabant, uel quod illi in hoc ornando ordinem se ornare & consulere liberis suis arbitrabantur, aliquid praeterea timide dico, sed tamen dicendum est. Non.n.opibus, non inuidiosa gratia, non potentia uix ferenda, sed commemoratione beneficij, sed misericordia, sed precibus aliquid attulimus etiam nos, Appellaui populum, tribubus summisi me & supplicaui, ultro mehercules, sed mihi etiam offerentes se ultro pollicentes rogaui, ualuit eam rogandi non gratia. Nec si uir amplissimus, cui nihil est quod roganti concedi non iure possit, de aliquo ut dicis non impetrauit, ego sum arrogans qui me ualuisse dico, nam ut omittam illud quod ego pro eo laboraui, qui ualebat ipse per sese, rogatio ipsa semper est gratiosissima, quae est officio necessitudinis coniuncta maxime, neque ego sic rogabam, ut petere uiderer, quia familiaris esset meus, quia uicinus, quia huius parente semper plurimum essem usus, sed ut quasi parenti & custodi meo, non potentia mea sed causa rogationis fuit gratiosa, nemo mea restitutione laetatus est, nemo iniuria doluit, cui non huius in me misericordia fuerit grata, & enim si ante reditum meum. Gn.Plancio se nulgo uiri boni, cum hic tribunatum peteret ultro offerebant, cui nomen meum honori fuisset, ei meas praesentes preces non putas profuisse? An Minturnenses coloni, qui C.Marium ciuili errore atque ex impijs.

manibus eripuerũt, q̃ tecto receperũt, q̃ fessum media fluctibusq́; recrearũt, q̃ uiaticũ cõgesserũt, q̃ nauigium dederũt, q̃ eũ linquẽtẽ terrã eã quã seruauerat lachrymis uotisq́; omnibus psecuti sunt, æterna in laude uersant. Plãcio q̃ me uel ui pulsum uel ratiõe cedentẽ tpi receperit, iuuerit, custodierit, is & senatui Po.q́;.Ro. ut haberent quod reducerẽt, cõseruarint, honori hanc fidẽ misericordiã uirtutem fuisse miraris? Vitia mehercule res hæ. Cn. Plan. de quibus dixi tegere potuerũt, ne tu in ea uita de qua iã dicã tot & tanta adiumenta huic honori fuisse mirere. Hic est.n. q̃ adolescẽtulus cũ. A. Torquato pfectus in Africã sic ab illo grauissimo & sanctissimo, atq; omni laude & honore dignissimo uiro dilectus est, ut & cõtubernij necessitudo, & adolescentuli modestissimi pudor postulabat, quod si adesset, nõ minus ille declararet, q̃ hic illius frater patruelis & socer T. Torquatus illi omni uirtute & laude par, q̃ est qdẽ cũ illo maximis uinculis & ppinquitatis & affinitatis coniũctus, sed ita magni amoris, ut illæ necessitudines causæ leues esse uideant. Fuit in creta postea cõtubernalis Saturnini ppinqui sui. Miles huius. Q. Metelli, qbus cũ fuerit pbatissimus hodieq́; sit, omnibus esse se pbatũ debet sperare. In ea puincia legatus fuit. C. sacerdos, qua uirtute, qua constantia uir? L. Flaccus, qui homo? qui ciuis? qualem hunc putent assiduitate testimonioq́; declarant. In Macedonia tribunus militum fuit, in eadem prouincia postea quæstor. Primum macedonia sic eum diligit, ut indicant hi principes ciuitatum suarũ, qui cum missi sint ob aliam causam, tamen huius repentino periculo commoti huic assident, pro hoc laborant, huic si præsto fuerint gratius se ciuitatibus suis facturos putãt, quã si legationẽ & mandata sua cõfecerint. L. uero Apuleius hũc tanti facit, ut morem illũ maiorũ qui præscribit in parẽtũ loco quæstoribus suis

prætores esse oportere, officijs beniuolentiaq; superarit, Triple. fuit nõ fortasse tã uehemẽs q̃ isti, quos tu iure laudas, sed certe talis quales si oẽs fuissent semper, nunq̃ desideratus uehemẽs esset tribunus. Omitto illa, quæ si minus necessaria sunt, at certe cũ sunt prolata laudanť, ut uiuat cũ suis. Primum cum parente, nã meo iudicio, pietas fundamẽtum est omniũ uirtutũ, quem ueretur ut deum. Neq; enim multo secus parẽs liberis, amat uero ut sodalem, ut fratrẽ, ut æqualem. Quid dicã, cũ patruo, cũ affinibus, cum propinquis, cũ hoc Cn. Saturnino ornatissimo uiro? cuius quã tam honoris huius cupiditatẽ fuisse creditis? cũ uideatis luctus societatẽ? Quid de me dicã, qui mihi in huius periculo reus esse uideor, q̃d de his tot uiris talibus, quos uidetis ueste mutata, atq; hæc sunt indicia solida iudices, & expressa hæc signa probitatis, nõ fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis ueritatis, facilis est illa occursatio & blãditia popularis, aspicitur, nõ attrectať, procul apparet, nõ excutiť, nõ in manus sumiť. Oĩbus igiť rebus ornatũ hoiem, quẽ externis, quem domesticis nõnullis rebus inferiorẽ q̃ te generis & nominis dico superiorẽ alijs municipum, uicinorũ, societatũ, studio, temporũ meorum memoria, patris uirtute, integritate, modestia ædilem factum esse miraris? Hunc tu uitæ splẽdorem maculis aspergis istis, Iacis adulteria, quæ nemo non modo noie, sed ne suspicione quidem possit agnoscere? Maritum appellas, ut uerba etiam fingas non solum crimina, ductum esse ab eo in prouinciam aliquẽ dicis libidinis causa, quod nõ crimẽ est, sed impunitũ in maledico etiã mẽdaciũ, raptã esse mimulã quod diciť Atinæ factum a iuuene, uetere quodam in scænicos iure maximeq; oppidano. O adolescentiam traductam eleganter, cui quidem cum quod licuerit obijciatur, tamen id falsum reperiatur, emissus aliquis ẽ carcere, & quidem emissus, ut cogno

ftis necessarij hominis optimiq; adolescentis rogatu. Idem postea prae mãdatis requisitus, atq; haec nec ulla alia sunt cõiecta maledicta in eius uitã, de cuius uos pudore, religiõe, integritate dubitetis. Pater uero inquit etiã obesse filio debet. O uocem durã atq; indignã tua probitate Laterensis, pater ut in iudicio capitis, pater ut in dimicatione fortunarũ? pater ut apud tales uiros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus sordidissimus, tamẽ ipso nomine patrio ualeret apud clementes iudices & misericordes, ualeret inquã cõmuni cõsensu oĩum, & dulcissima cõmẽdatiõe naturae, sed cũ sit Cn. Plan. is eques Romanus ea primũ uetustate equestris ordinis, ut pater, ut auus, ut maiores eius omnes eqtes Romani fuerint, summũ in praefectura florentissima gradũ tenuerint, & dignitatis & gratiae. Deinde ut ipse in legionibus. P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines eqtes Ro. summo splẽdore fuerit, ut postea priceps inter suos plurimarũ rerum sanctissimus & iustissimus iudex, maximarum societatum auctor, plurimarũ magister, si non mõ in eo nihil unq̃ reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen is oberit honestissimo filio pater, qui uel minus honestum & alienum tueri uel auctoritate sua uel gratia possit. Asperius inquit locutus est aliquid aliquãdo, immo fortasse liberius. At idipsum inquit non est ferẽdum, ergo ij ferẽdi sunt qui querũtur libertatẽ equitis Ro. se ferre nõ posse. Vbi nã ille mos? ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas, quae malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? equitum ego Ro. in homines nobilissimos maledicta, publicanorũ in. Q. Scaeuolam uirum omnibus ingenio, iusticia, integritate praestãtem aspere & ferociter & libere dicta cõmemorem? cõsuli. P. Nasicae praeco Granius medio in foro cum ille edicto iustitio domum descẽdens rogasset Granium quid tristis esset?

an quæstiones essent. Immo uero inquit quod legiones, idem tribuno plebis potentissimo homini .M. Druso, sed multa in rempu. molienti, cum ille eum salutasset (ut fit) dixissetque, quid agis Grani? respondit, immo uero tu Druse quid agis? Ille Lucij Crassi, ille Marci Antonij uoluntatem asperioribus facetijs sæpe perstrinxit impune. Nunc usque eo oppressa uestra arrogantia ciuitas, ut quæ fuit olim præconi in ridendo, nunc equiti Ro. in plorando non sit concessa libertas. Quæ.n. unquam fuit Plancio uox contumeliæ potius quam doloris? Quid est autem unquam questus, nisi cum a socijs & a se iniuriam propulsaret? cum senatus impediretur, quo minus id quod hostibus semper erat tributum, responsum equitibus .Ro. redderet, omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit. Sed eum ipsum dolorem hic tulit paulo apertius, communis ille sensus in alijs fortasse latuit, hic quod cum cæteris animo sentiebat, id magis quam cæteri & uultu promptum habuit & lingua. Quanquam iudices, agnosco enim ex me, permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus sed contentione dicendi aut lacessitus, & quia ut fit in multis, exit aliquando aliquid si non perfacetum, attamen fortasse non rusticum, quod quisque dixit me id dixisse dicunt. Ego autem si quid est quod mihi scitum esse uideatur & homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor, stomachor uero cum aliorum non me digna in me conferuntur. Nam quod primus sciuit legem de publicanis, tum cum uir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per Senatum si licuisset dedisset, si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis non tulit publicanus? si quia primum sciuit, utrum id sortis esse uis, an eius qui illam legem ferebat? si sortis, nullum crimen est in casu, si consulis, splendor etiam Plancij hunc a summo uiro principem ordinis iudicatum. Sed aliquando ueniamus ad causam in qua tu nomine

legis Liciniæ quæ est de sodalitijs oẽs ambitus legis cõplexus es, neq; enĩ quicq̃ aliud in hac lege nisi edilitios iudices es secutus, quod genus iudiciorũ si est æquũ nulla in re nisi hac tribunaria, nõ intelligo quamobrẽ senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accusatore, neq; eandẽ editionem transtulerit in cæteras causas, de ipso deniq; ambitu derogationẽ fieri uoluerit iudicũ alternorũ, cunćq; nullũ genus acerbitatis prætermitteret, hoc tñ unũ prætereundũ putarit, quid huius rei obscura causa est? an & non tũ agitata, cũ ista in Senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosius a. Q. Hortensio, cui tũ est Senatus assensus, hoc igitur sensimus cuiuscũq; tribus largitor esset, & per consensionẽ magistratuum, quæ honeste sodalitas nominaretur, quam quisq; tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime ijs omnibus q̃ eius tribus essent esse notum. Ita putauit Senatus cum reo tribus ederentur eæ quas ipse largitione deuinctas haberet, eosdem fore testes & iudices. Acerbum omnino genus iudicij, sed tamen si uel sua uel ea quæ maxime esset cuiq; cõiuncta tribus ederetur, uix recusandũ. Tu aũt Laterensis quas tribus edidisti? Terentinã credo, fuit certe id æquum, & certe expectatũ est, & fuit dignum cõstantia tua, cuius tu tribus uenditorem & corruptorem, & sequestrem Planciũ fuisse clamitas, eam tribum profecto seuerissimorũ præsertim hominum & grauissimorũ edere debuisti, aut uolitiniam libet.n.tibi nescio q̃d etiam, de illa tribu criminari. Hanc igitur ipsam cur non edidisti? quid Plancio cum Lemonia, cum Mentina, quid cum Crustumina? Nã Terẽtinam etiam quæ nõ iudicaret, sed quæ reijcerẽt esse uoluisti. Dubitatis ergo iudices quin uos Mar. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suã spẽ aliquã de ciuitate delegerit? dubitatis q̃n eas tribus in quibus magnas necessitudines habet Plãcius cũ

ius officium mihi saluti fuisset, ei meorum temporũ memoriã suffragari uidebam. Cum aũt audirem meos partim inimicos, partim inuidos huic accusationi esse fautores, eãdemq; rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adiutrix, dolebam iudices, & acerbe ferebã, si huius salus ob eam ipsam cãm esset infestior, quod is meam salutẽ, atq; uitam sua beniuolentia, præsidio, custodiaq; texisset. Nunc aũt uester iudices conspectus & cõsessus iste reficit & recreat mentẽ meã, cum intueor & cõtemplor unumquẽq; uestrũ. Video.n. hoc in numero neminẽ cui mea salus nõ cara fuerit, cuius nõ extet in me suum meritũ, cui nõ sim obstrictus memoria beneficij sempiterna. Itaq; nõ extimesco ne. Cn. Plãcio custodia meæ salutis apud eos obsit, q me ipm maxie saluũ uidere uoluerũt. Sæpiusq; Iud. mihi uenit in mentem admirandum esse. M. Laterensem hominem studiosissimum & diligentissimum salutis meæ reum hunc potissimum sibi delegisse, q̃ meatuendum ne uobis id ille magna ratione fecisse uideatur. Quanq̃ mihi non summo tantum iudices neq; arrogo, ut Cn. Planciũ suis erga me meritis impunitatem consecuturum putem, nisi eius integerrimã uitam, modestissimos mores, summam fidem, continentiam, pietatem, innocentiam ostendero, nihil de pœna recusabo. Sin omnia præstitero quæ sunt a bonis uiris expetenda, petam iudices a uobis, ut cuius misericordia salus mea custodita sit, ei uos uestram misericordiam me deprecante tribuatis. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio q̃ in cæteris etiã hanc molestiam assummo, q mihi non solum pro Cn. Plan. dicendum est, cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo, sed etiam pro meipso, de quo accusatores plura pene, q̃ de re reoq; dixerũt. Quãq̃ iudices si qd est ĩ meipso ita reprehẽsum, ut id ab hoc alienũ sit, nõ me id magnopere conturbet. Non enim timeo ne quia perra

ro grati homines reperiantur, iccirco cum me nimium gratum illi esse dicāt, id mihi criminosum esse possit, quæ uero ita sunt agitata ab illis, ut aut merita Cn. Plan. erga me minora esse dicerent, quam a meipso prædicarentur, aut si essent summa, negarent ea tamē ita magni ut ego putarem pōderis apud uos esse debere. Hæc mihi sunt tractanda iudices & modice, ne quid ipse offendā cœtum, deniq; cum respondero criminibus, ne non tā innocentia reus sua, quā recordatione meorum temporum defensus esse uideatur. Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur, nam si tantūmodo mihi necesse esset cōtra Laterensem dicere, tamen idipsum esset in tanto usu nostro tantaque amicitia molestum Vetus enim est lex illa iustæ ueraq; amicitiæ, quæ mihi cū illo iam diu est, ut idem amici semp uelint, neq; est ullum certius amicitiæ uinculum, q̄ consensus & societas cōsiliorum & uoluntatū. Mihi aūt non id est in hac re solum molestum cōtra illū dicere, sed multo illud magis, q in ea causa contradicendum est, in qua quædā hominum ipsorum uidetur facienda esse contentio. Quærit enim Laterēsis, atq; hoc uno maxime urget, qua se uirtute, qua laude Plācius, qua dignitate superarit. Ita si cedo illius ornamentis, quæ multa & magna sunt, non solum huius dignitatis iactura facienda est, sed etiam largitionis recipienda suspitio est. Sin hunc illi antepono comtumeliosa habenda est oratio, & dicendum est id quod ille me flagitat. Laterēsem a Plancio dignitate esse superatum, ita aut amicissimi hominis existimatio offendenda est, si illam accusationis conditionem sequar, aut optime de me meriti salus deserenda est, sed ego Laterensis cæcū me & præcipitem ferri confitear in causa, si te aut a Plācio, aut ab ullo dignitate potuisse superari dixero. Itaq; discedā ab ea cōtētiōe ad quā tu me uocas, et ue

niam ad illã ad quã me causa ipsa deducit. Quid? tu ne inanem dignitatis iudicẽ putas esse populũ? fortasse nõnunq̃ est. Vtinã uero semper esset, sed est perraro, & si qñ est in ijs magistratibus est mandãdis, quibus salutẽ suã cõmitti putat, his leuioribus comitijs diligentia & gratia petitorũ honos paritur, nõ ijs ornamẽtis quæ esse in te uidemus. Nã quod ad populũ pertinet semper dignitatis iniquus iudex est, qui aut inuidet, aut fauet, q̃q̃ nihil potest in te Laterensis cõstituere quod sit propriũ laudis tuæ, quin id tibi sit cõmune cũ Plancio, sed hoc totũ agetur alio loco, nũc tãtum disputo de iure populi, qui & potest & solet nõnunq̃ dignos præterire, nec si a populo præteritus est quem non oportuit, a iudicibus condemnandus est qui præteritus nõ est. Nã si esset quod patres apud maiores nostros tenere nõ potuerunt, ut reprehensores essent comitiorũ, id haberent iudices, uel id quod multo etiam minus esset ferendũ, tunc enim magistratũ non gerebat is q̃ cœperat, si patres auctores nõ erant facti. Nũc postulatur a nobis ut eius exilio qui creatus sit iudiciũ populi Ro. rep̃hẽdatis. Itaq; q̃q̃ qua uolui ianua sum ingressus in causam, sperare uideor tantum abfuturã esse orationem meã a minima suspitione offensionis tuæ, ut te potius obiurgem, q̃ iniquũ in discrimẽ adducas dignitatem tuam, q̃ ut ego eã ulla cõtumelia coner attingere. Tu continentiã, tu industriã, tu animũ in Remp. tu uirtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, q̃ ædilis nõ sis factus fractos esse & abiectos & repudiatos putas. Vide tandẽ Laterẽsis quantũ a te dissentiam, si mediusfidius decẽ soli essent in ciuitate uiri boni, sapientes, iusti, graues, qui te indignũ ædilitate iudicassent, grauius de te iudicatum putarẽ, q̃ est hoc quod tu metuis, ne a populo iudicatũ esse uideatur. Nõ enim comitijs iudicat semp̃ populus, sed mouetur plerũq; gratia, cedit precibus, facit

eos a quibus

eos a quibus est maxime ambitus, deniq; si iudicat, nō de lectu aliquo aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquā & quadam etiam temeritate. Non est enim consilium in uulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, semperq; sapientes ea quæ populus fecisset ferenda nō semper laudanda duxerūt, quare cum te ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam nō competitoris accusas. At fueris dignior quā Plancius, de quo ita tecum contendam paulo post, ut cōseruem dignitatem tuā, sed ut fueris dignior, non cōpetitor a quo es uictus, sed populus a quo es preteritus in culpa est. In quo primum illud debes putare comitijs præsertim ædilitijs studiū esse populi, nō iudicium, eblandita illa nō enucleata esse suffragia, eos qui suffragium ferāt, quid deniq; ipsi debeāt cōsiderare sæpius, quā quid cuiq; a Rep. uideatur deberi. Sin aūt mauis esse iudiciū nō tibi id rescindendum est sed ferendū, male iudicauit populus? at iudicauit, nō debuit? at potuit, nō fero, at multi clarissimi & sapiētissimi ciues tulerunt. Est enī cōditio liberorū populorū præcipueq; huius principis populi, & omnium gentiū domini atq; uictoris posse suffragijs uel dare uel detrahere quod uelit cuiq;, nostrum est autē qui in hac tempestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modice populi uolūtates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas, honores si magni non putemus non seruire populo, sin eos expetimus non defatigari supplicando. Venio iam ad ipsius populi partes, ut illius contra te oratione potius quā mea disputem, qui si tecum congrediatur, & si una uoce loqui possit, hæc dicat. Ego tibi Laterēsis Plāciū nō anteposui, sed cū essetis æque boni uiri meū beneficiū ad eum potius detuli, qui a me contenderat, quā ad eum qui mihi nō nimis summisse supplicarat. Respondebis credo, te splēdore et uetustate familiæ fretum nō ualde ambiēdū putasse. At uero te ille ad sua insti-

tuta suorūq; maiorū exempla reuocabit, semper se dicet rogari uoluisse, semp̱ placuisse. M. Seium, qui ne equestrē quidē splēdorē incolumē a calamitate iudicij retinere potuisset, homini nobilissimo innocētissimo eloquētissimo. M. Pisoni prætulisse, ꝓposuisse se. Q. Catulo sūma ī familia nato sapiētissimo et sctissimo uiro nō dico. C. Serenū subtilissimū hominē. Fuit eñi & animi satis magni & cōsilij, sed Cn. Mālium nō solū ignobilē, uerū sine uirtute, sine ingenio uita etiam contēpta ac sordida. Desiderarūt te inquit oculi mei cum tu esses cyrenis, me enim ꝙ socios tua frui uirtute malebā, & quo plus intererat eo plus aberas a me, certe nō uidebā, deinde sitientē me uirtutis tuæ deseruisti, cœperas enim petere Tr. Pl. tēporibus ijs, quæ istā eloquētiā & uirtutē requirebāt, quā petitionē cum reliquisses, si hoc indicasti tanta in tempestate te gubernare nō posse, de uirtute tua dubitaui, si nolles de uolūtate, sin qđ magis intelligo temporibus te alijs reseruasti, ego quoq; inꝙ, & R. P. ad ea te tēpora reuocaui, at quæ tu te ipse seruaras. Pete igitur eum magistratum in quo mihi magnæ utilitati esse possis, ædiles quicūq; erunt idē mihi quod ostenderas, aut si qđ mea minus interest, id te magis forte delectat, reddam tibi istā ædilitatē etiā negligēter petēti, sed āplissimos honores, ut pro dignitate tua cōsequare, cōdiscas cēseo mihi paulo diligēti⁹ supplicare. Hæc populi oratio est, mea uero Laterēsis hæc, quare uictus sis nō debere iudicē quærere, modo ne largitione sis uictus. Nam si quotienscunq; præteritus erit is qui nō debuerit præteriri, totiens oportebit eū qui factus erit cōdēnari, nihil iam est quod populo supplicetur, nihil quod direptio, nihil quod supplicatio magistratuū, renūtiatio suffragiorum expectetur, simul, ut qui sint professi, uideo quid dicā, hic familia consulari est, ille prætoria, reliquos uideo esse ex equestri loco, sunt omnes sine macula, sunt æque boni uiri atque integri, sed serua

ri necesse est gradum, cedat consulari generi prætorium, nec contendat cum prætorio equester locus, sublata sunt studia, extinctæ suffragationes, nullæ contentiones, nulla libertas populi in mandandis magistratibus, nulla expectatio suffragiorum, nihil ut plerumq; euenit pter opinionem accidet. Nulla erit post hac uarietas comitiorum, sin hoc sæpe accidit, ut & factos aliquos & nō factos eē miremur, si campus atq; illæ undæ comitiorum ut mare profundū & immensum sic efferuescunt quodam quasi æstu, ut ad alios accedant, ab aliis aūt recedant, in tanto nos impetu studiorum et motu temeritatis modum aliquē et consilium & rationem requiramus? Quare noli me ad cōtētionem uestrū uocare Laterensis, & n. si populo grata est tabella, quæ frōtes aperit hominum, mētes tegit, datq; eā libertatem, ut quod uelint faciant, promittant autem quod rogētur, cur tu in iudicio exprimis quod non fit in campo? Hic q̄ ille dignior per q̄ graue est dictu quo modo igitur est æquū? sic credo quod agitur, quod satis est iudici, hic factus est. Cur iste potius q̄ ego? uel nescio, uel non dico, uel deniq; quod mihi grauissimum esset dicere, sed impune tñ deberem dicere, non recte. Nunc quid assequerer si illa extrema defensione uterer populum quod uoluisset fecisse, non quod debuisset. Quid si populi quoq; factum defendo Laterensis? & doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honorē, sed eo uenisse cursu, qui semper patuerit omnibus hoc nostro equestri loco, possum ne eripere orationi tuæ cōtentionē nostrā, quæ tractari sine cōtumelia non potest? & te ad causam crimēq; deducere? si q equitis Ro. filius est inferior esse debuit, oēs tecū equitū Ro. filii petiuerunt, nihil dico amplius. Hoc tm̄ miror cur tu huic potissimū irascare, qui lōgissime a te abfuit, equidē si qn̄ ut fit iactor in turba non illū accusō, qui est in summa sacra uia. Cū ego ad Fabiū for

nicem impellor, sed eum qui in meipsum incurrit atq; incidit, tu neq; Q. Pedio forti uiro succenses, neq; huic A. Plotio ornatissimo homini familiari meo, & ab eo q hos dimouit potius q̄ ab his qui in teipsum incubuerūt, te depulsum putas, sed tamen haec prima est tibi cum Plancio generis uestri familiaeque contentio, qua abs te uincitur. Cur enim non confitear quod necesse est, sed non hic magis q̄ ego a meis competitoribus & alias in consulatus petitione uincebar. Sed uide ne haec ipsa quae despicis huic suffragata sint, sic enim conferamus, est tuum nomē utraq; familia consulare, num dubitas igitur quin omnes qui fauent nobilitati qui id putant esse pulcherrimum, q imaginibus, qui nominibus uestris ducuntur te aedilem fecerint? Eqdem non dubito, sed si parum multi sunt, qui nobilitatem amant, num ista est nostra culpa? & enim ad caput & ad fontem utriusq; generis ueniamus, tu es ex municipio antiquissimo Tusculano, ex quo plurimae familiae sūt cōsulares, in quibus est etiam iuuētitia, quot ereliquis municipijs omnibus non sunt, hic est e praefectura atinati non tam prisca, non tam honorata, non tam subur bana q̄tū interesse uis ad rationem petendi. Primum utrum magis fauere putas Atinates, an Tusculanos suis? Alteri (scire enim hoc propter uicinitatem facile possum), cum huius honoratissimi atq; optimi uiri Cn. Saturnini patrē aedilem tum praetorem uiderūt, quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in praefecturā sellam curulem attulisset, mirādum in modum laetati sunt. Alteros credo quia refertum est municipium consularibus (nā maliuolos non esse certe scio, numq̄; intellexi uehementius hospitum suorū honore laetari, habemus hoc nos, habent nostra municipia. Quid ego de me, de fratre meo loquar, quorū honoribus agri prope dicā ipsi mōtesq; fauerūt? Num aliqñ uides

tusculanũ aliquem de M.Catone illo in omni uirtute princi‑ cipe,num de Tito Coruẽcano municipe suo,num de tot Fa‑ bijs gloriari?uerbũ nemo facit.At in quẽcũq; arpinatẽ in‑ cideris etiã si nolis,erit tñ ibi fortasse de nobis aliqd, & de C.Mario audiendũ.Primũ igitur hic habuit studia suorũ ardẽtia,tu tanta quãta in hominibus iam saturatis honori‑ bus esse potuerũt.Deinde tui municipes sũt illi quidẽ splẽ‑ didissimi homines,sed tñ pauci siquidẽ cum Atinatibus cõ‑ ferãtur,huius præfectura plena uirorũ fortissimorũ, sic ut nulla tota italia frequẽtior dici possit,quãquidẽ nunc mul‑ titudinẽ uidetis iudices in squallore & luctu supplicẽ uo‑ bis.Hi tot equites Ro.tot tribuni ærarij.Nã plebẽ a iudicio dimisimus,quæ cũcta comitijs affuit,qd roboris,qd digni‑ tatis huius petitioni attulerũt?Nõ.n.Tribum Terẽtinã de qua dicã alio loco,sed dignitatẽ,sed oculorũ cõiectũ,sed soli‑ dã & robustã & assiduã frequentiã præbuerũt,iã munici‑ pia cõiũctione etiã uicinitatis uehemẽter mouent.Oĩa quæ dico de Plãcio dico exptus in nobis,sumus.n.finitimi Ati‑ natibus,laudãda est uel etiã amãda uicinitas retinẽs uete‑ rẽ illũ officij morẽ,nõ infuscata maliuolẽtia,nõ assueta men‑ dacijs ,nõ fucata,nõ fallax,nõ erudita artificio simulatiõis uel suburbano uel ẽt urbano.Nemo Arpinas nõ Plãcio stu‑ duit,nemo Soranus,nemo Cassinas,nemo Aquinas,totus ille tractus celeberrimus Venafranus,Allifanus,tota de‑ niq; nostra illa aspera & montosa,& fidelis,& simplex, & fautrix suorũ regio se huius honore ornari,se augeri di gnitate arbitrabatur,ijsdẽq; nunc ex municipijs adsunt eq‑ tes Ro.cũ legationis testimonio,nec minore nunc sunt solli‑ citudine q̃ tum erãt studio,&.n.est grauius spoliari fortu‑ nis,q̃ nõ augeri dignitate.Ergo ut alia in te erãt illustrio‑ ra Laterẽsis,quæ tibi maiores tui reliquerãt,sic te Plãcius hoc nõ solũ municipij,uerũetiã uicinitatis genere uicebat.

nisi forte te Lauicana, aut Gabina, aut Bouillana, aut Sabi na uicinitas adiuuabat, qbus e municipijs uix iã q carnem latinis petãt inueniunt. Adiũgã si uis, id qđ tu etiam huic obesse putas, patrẽ publicanũ, q ordo quanto adiumento sit in honore qs nescit? Flos .n. eqtũ Ro. ornamẽtũ ciuitatis, fir mamentũ Reip. publicanorũ ordine continet. Quis est igit̃ q neget ordinis eius studiũ fuisse ĩ honore Plãcij singula re? neq; iniuria, uel ꝗ erat pater is q est princeps iãdiu pu blicanorũ, uel ꝗ is a socijs unice diligebatur, uel quod dili gẽtissime rogabat, uel qa ꝓ filio supplicabat, uel qa huius ipsius ĩ illũ ordinẽ summa officia quæsturæ, tribunatusq; cõstãbãt, uel ꝗ illi in hoc ornando ordinẽ se ornare & con sulere liberis suis arbitrabant̃, aliqd ꝑterea timide dico, sed tñ dicẽdũ est. Non .n. opibus, nõ inuidiosa gratia, nõ potẽtia uix ferẽda, sed cõmemoratiõe bñficij, sed misericordia, sed ꝑcibus aliqd attulimus ẽt nos, Appellaui populũ, tribubus summisi me & supplicaui, ultro mehercules, sed mihi etiã offerẽtes se ultro pollicẽtes rogaui, ualuit cã rogãdi nõ gra tia. Nec si uir amplissimus, cui nihil est qđ rogati cõcedi nõ iure possit, de aliquo ut dicis nõ impetrauit, ego sum arro gãs q me ualuisse dico, nã ut omittã illud qđ ego ꝓ eo labo raui, q ualebat ipse ꝑ sese, rogatio ipsa semꝑ est gratiosissi ma, quæ ẽ officio necessitudinis cõiũcta maxime, neq; ego sic rogabã, ut petere uiderer, quia familiaris esset meus, quia uicinus, qa huius parẽte sꝑ plurimũ esse; usus, sed ut quasi parẽti & custodi meo, nõ potẽtia mea sed causa rogationis fuit gratiosa, nemo mea restitutiõe lætatus est, nemo iniu ria doluit, cui nõ huius in me misericordia fuerit grata, & em̃ si añ reditũ meũ. Gn. Plãcio se nulgo uiri boni, cũ hic tribunatũ peteret ultro offerebant, cui nomẽ meum honori fuisset, ei meas præsentes ꝑces nõ putas ꝓfuisse? An Min turnenses coloni, ꝗ C. Marium ciuili errore atq; ex impijs

manibus eripuerũt,ꝙ tecto receperũt,ꝙ fessum media fluctibusq; recrearũt,ꝙ uiaticũ cõgesserũt,ꝙ nauigium dederũt,ꝙ eũ linquẽtẽ terrã eã quã seruauerat lachrymis uotisq; omnibus ꝓsecuti sunt,æterna in laude uersant̃.Plãcio ꝙ me uel ui pulsum uel ratiõe cedentẽ tp̃i receperit,iuuerit,custodierit,is & senatui Po.q;.Ro.ut haberent quod reducerẽt,cõseruarint,honori hanc fidẽ misericordiã uirtutem fuisse miraris? Vitia mehercule res hæ.Cn.Plan.de quibus dixi tegere potuerũt,ne tu in ea uita de qua iã dicã tot & tanta adiumenta huic honori fuisse mirere.Hic est.n.ꝙ adolescẽtulus cũ.A.Torquato ꝑfectus in Africã sic ab illo grauissimo & sanctissimo,atq; omni laude & honore dignissimo uiro dilectus est,ut & cõtubernij necessitudo,& adolescentuli modestissimi pudor postulabat,quod si adesset,nõ minus ille declararet,ꝙ̃ hic illius frater patruelis & socer T.Torquatus illi omni uirtute & laude par,ꝗ est qdẽ cũ illo maximis uinculis & ꝓpinquitatis & affinitatis coniũctus,sed ita magni amoris,ut illæ necessitudines causæ leues esse uideant̃.Fuit in creta postea cõtubernalis Saturnini ꝓpinqui sui.Miles huius.Q.Metelli,ꝗbus cũ fuerit ꝓbatissimus hodieq; sit,omnibus esse se ꝓbatũ debet sperare.In ea ꝓuincia legatus fuit.C.sacerdos,qua uirtute,qua constantia uir? L.Flaccus,qui homo?qui ciuis? qualem hunc putent assiduitate testimonioq; declarant. In Macedonia tribunus militum fuit,in eadem prouincia postea quæstor.Primum macedonia sic eum diligit,ut indicant hi principes ciuitatum suarũ,qui cum missi sint ob aliam causam,tamen huius repentino periculo commoti huic assident,pro hoc laborant,huic si præsto fuerint gratius se ciuitatibus suis facturos putãt,quã si legationẽ & mandata sua cõfecerint.L.uero Apuleius hũc tanti facit,ut morem illũ maiorũ qui præscribit in parẽtũ loco quæstoribus suis

prætores esse oportere, officiis beniuolentiaq; superarit, Triple. fuit nõ fortasse tã uehemẽs quã isti, quos tu iure laudas, sed certe talis quales si oẽs fuissent semper, nunquã desideratus uehemẽs esset tribunus. Omitto illa, quæ si minus necessaria sunt, at certe cũ sunt prolata laudant, ut uiuat cũ suis. Primum cum parente, nã meo iudicio, pietas fundamẽtum est omniũ uirtutũ, quem ueretur ut deum. Neq; enim multo secus parẽs liberis, amat uero ut sodalem, ut fratrẽ, ut æqualem. Quid dicã, cũ patruo, cũ affinibus, cum propinquis, cũ hoc Cn. Saturnino ornatissimo uiro? cuius quã tam honoris huius cupiditatẽ fuisse creditis? cũ uideatis luctus societatẽ? Quid de me dicã, qui mihi in huius periculo reus esse uideor, qd de his tot uiris talibus, quos uidetis ueste mutata, atq; hæc sunt indicia solida iudices, & expressa hæc signa probitatis, nõ fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis ueritatis, facilis est illa occursatio & blãditia popularis, aspicitur, nõ attrectat, procul apparet, nõ excutit, nõ in manus sumit. Oibus igit rebus ornatũ hoiem, quẽ externis, quem domesticis nõnullis rebus inferiorẽ quã te generis & nominis dico superiorẽ aliis municipum, uicinorũ, societatũ, studio, temporũ meorum memoria, patris uirtute, integritate, modestia ædilem factum esse miraris? Hunc tu uitæ splẽdorem maculis aspergis istis, Iacis adulteria, quæ nemo non modo noie, sed ne suspicione quidem possit agnoscere? Maritum appellas, ut uerba etiam fingas non solum crimina, ductum esse ab eo in prouinciam aliquẽ dicis libidinis causa, quod nõ crimẽ est, sed impunitũ in maledico etiã mẽdaciũ, raptã esse mimulã quod dicit Atinæ factum a iuuene, uetere quodam in scænicos iure maximeq; oppidano. O adolescentiam traductam eleganter, cui quidem eum quod licuerit obiiciatur, tamen id falsum reperiatur, emissus aliquis ẽ carcere, & quidem emissus, ut cogno

stis necessarij hominis optimiq; adolescentis rogatu. Idem postea prae mãdatis requisitus, atq; haec nec ulla alia sunt cõiecta maledicta in eius uitã, de cuius uos pudore, religiõe, integritate dubitetis. Pater uero inquit etiã obesse filio debet. O uocem durã atq; indignã tua probitate Laterensis, pater ut in iudicio capitis, pater ut in dimicatione fortunarũ? pater ut apud tales uiros obesse filio debeat? qui si esset turpissimus sordidissimus, tamẽ ipso nomine patrio ualeret apud clementes iudices & misericordes, ualeret inquã cõmuni cõsensu oĩum, & dulcissima cõmẽdatiõe naturae, sed cũ sit Cn. Plan.is eques Romanus ea primũ uetustate equestris ordinis, ut pater, ut auus, ut maiores eius omnes eqtes Romani fuerint, summũ in praefectura florentissima gradũ tenuerint, & dignitatis & gratiae. Deinde ut ipse in legionibus. P. Crassi imperatoris inter ornatissimos homines eqtes Ro. summo splẽdore fuerit, ut postea priceps inter suos plurimarũ rerum sanctissimus & iustissimus iudex, maximarum societatum auctor, plurimarũ magister, si non mõ in eo nihil unq̃ reprehensum, sed laudata sunt omnia, tamen is oberit honestissimo filio pater, qui uel minus honestum & alienum tueri uel auctoritate sua uel gratia possit. Asperius inquit locutus est aliquid aliquãdo, immo fortasse liberius. At idipsum inquit non est ferẽdum, ergo ij ferẽdi sunt qui querũtur libertatẽ equitis Ro. se ferre nõ posse. Vbi nã ille mos? ubi illa aequitas iuris? ubi illa antiqua libertas, quae malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, et aliquando recreata se erigere debebat? equitum ego Ro. in homines nobilissimos maledicta, publicanorũ in. Q. Scaeuolam uirum omnibus ingenio, iusticia, integritate praestantem aspere & ferociter & libere dicta cõmemorem? cõsuli. P. Nasicae praeco Granius medio in foro cum ille edicto iustitio domum descẽdens rogasset Granium quid tristis esset?

an quæstiones essent. Immo uero inqt quæ legiones, idem tribuno plebis potentissimo homini .M. Druso, sed multa in rēpu. molienti, cū ille eum salutasset (ut fit) dixissetq́; quid agis Grani? respondit, immo uero tu Druse quid agis? Ille Lucij Crassi, ille Marci Antonij uolūtatem asperioribus facetijs sæpe perstrinxit impune. Nūc usq; eo oppressa uestra arrogantia ciuitas, ut quæ fuit olim præconi in ridēdo, nūc equiti Ro. in plorando nō sit concessa libertas. Quæ. n. unquam fuit Plancio uox cōtumeliæ potius quàm doloris? Quid est aūt unquā questus, nisi cū a socijs & a se iniuriā ppulsaret? cum senatus impediretur, quo minus id quod hostibus semp erat tributum, respōsum equitibus .Ro. redderet, omnibus illa iniuria dolori publicanis fuit. Sed eum ipsum dolorē hic tulit paulo apertius, cōmunis ille sensus in alijs fortasse latuit, hic quæ cū cæteris animo sentiebat, id magis quàm cæteri & uultu promptum habuit & lingua. Quanq; iudices, agnosco enim ex me, permulta in Plācium, quæ ab eo nunq; dicta sunt conferūtur. Ego quia dico aliquid aliquando nō studio adductus sed contentione dicendi aut lacessitus, & quia ut fit in multis, exit aliquādo aliquid si nō perfacetum, attamen fortasse non rusticum, quæ quisq; dixit me id dixisse dicunt. Ego autem si quid est quod mihi scitū esse uideatur & homine ingenuo dignum atq; docto, non aspernor, stomachor uero cum aliorum nō me digna in me conferuntur. Nā quæ primus sciuit legem de publicanis; tum cum uir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, quod per Senatū si licuisset dedisset, si in eo crimen est, quia suffragium tulit, quis nō tulit publicanus? si quia primū sciuit, utrum id sortis esse uis, an eius qui illam legem ferebat? si sortis, nullū crimē est in casu, si consulis, splendor etiam Plancij hūc a summo uiro principem ordinis iudicatum. Sed aliqñ ueniamus ad causam in qua tu nomine

legis Liciniæ quæ est de sodalitijs oēs ambitus legis cōplexus es, neq; eñ quicq̄ aliud in hac lege nisi edilitios indices es secutus, quod genus iudiciorū si est æquū nulla in re nisi hac tribunaria, nō intelligo quamobrē senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accusatore, neq; eandē editionem transtulerit in cæteras causas, de ipso deniq; ambitu derogationē fieri uoluerit iudicū alternorū, cunq; nullū genus acerbitatis prætermitteret, hoc tñ unū prætereundū putarit, quid huius rei obscura causa est? an & non tū agitata, cū ista in Senatu res agebatur, & disputata hesterno die copiosius a. Q. Hortensio, cui tū est Senatus assensus, hoc igitur sensimus cuiuscūq; tribus largitor esset, & per consensionē magistratuum, quæ honeste sodalitas nominaretur, quam quisq; tribum turpi largitione corrumperet, eum maxime ijs omnibus q eius tribus essent esse notum. Ita putauit Senatus cum reo tribus ederentur eæ quas ipse largitione deuinctas haberet, eosdem fore testes & indices. Acerbum omnino genus iudicij, sed tamen si uel sua uel ea quæ maxime esset cuiq; cōiuncta tribus ederetur, uix recusandū. Tu aūt Laterensis quas tribus edidisti? Terentinā credo, fuit certe id æquum, & certe expectatū est, & fuit dignum cōstantia tua, cuius tu tribus uenditorem & corruptorem, & sequestrem Planciū fuisse clamitas, eam tribum profecto seuerissimorū præsertim hominum & grauissimorū edere debuisti, aut uolitiniam libet. n. tibi nescio qd etiam, de illa tribu criminari. Hanc igitur ipsam cur non edidisti? quid Plancio cum Lemonia, cum Mentina, quid cum Crustumina? Nā Terētinam etiam quæ nō iudicaret, sed quæ reijcerer esse uoluisti. Dubitatis ergo iudices quin uos Mar. Laterensis suo iudicio non ad sententiam legis, sed ad suā spē aliquā de ciuitate delegerit? dubitatis qn eas tribus in quibus magnas necessitudines habet Plācius cū

ille nō ediderit iudicarit officijs ab hoc obseruatas nō largitione? Quid enim potest dicere? cur ista editio non summam habeat acerbitatē remota ratione illa, quā in decernēdo secuti sumus. Tu deligis ex oī populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut deniq; eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes. Tu me ignaro nec opināte inscio notes & tuos & tuorū necessarios uel iimicos meos uel etiā defensorū meorū, eosdēq; adiūgas quos natura putes asperos, atq; omnibus iniquos, deinde effundas repēte, ut ante cōsessū; eorū iudiciū uideā, q̄ potuerim, q essent futuri, suspicari apud eosq; me ne quidē quidē reiectis qd in proximo reo de cōsilij sententia cōstitutū est, cogas causam de fortunis oībus dicere, Nō.n. si aut Plāuta uixit, ut offenderet sciēs neminē, aut tu ita errasti, ut eos ederes imprudens, ut nos, inuito te tamē ad iudices non ad carnifices ueniremus, iccirco illa editio p se nō acerba est. An uero nuper clarissimi ciues nomē editi iudicis nō tulerūt? Cum ex.cxxv. iudicibus principibus equestris ordinis, quinq; et. lxx. reus reijceret. L. referret, omniaq; potius permiscuerūt q̄ ei legi cōditioniq; parerent. Nos neq; ex delectis iudicibus sed ex omni populo, neq; editos ad reijciendum sed ab accusatore cōstitutos iudices ita feremus ut neminē reijciamus? Neque ego nunc legis iniquitatē queror, sed factū tuum a sententia legis doceo discrepare, & illud acerbum iudicium si quemadmodū Senatus cēsuit populusq; iussit, ita fecisses, ut in hunc, & suam, & ab hoc seruatas ederēt non modo nō quererer, sed hunc iudicibus editis qui testes ijdem esse possent absolutum putarem. Neq; nunc multo secus existimo, cum enim has tribus edidisti & ignotis te iudicibus uti malle q̄ notis iudicauisti, fugisti sententiam, legis æquitatem omnem reiecisti, in tenebris q̄ in luce uersari causam maluisti. Volitinia tribus ab hoc corrupta, Te-

rentinam habuerat uenalem, quid diceret apud Volutinen ses aut tribules suos iudices, immo uero tu quid diceres? quem iudicẽ ex illis aut tacitũ testem haberes, aut non etiã excitares, & enim si reus tribus ederet, Volutiniã fortasse Plãcius propter uicinitatem, aut necessitudinẽ, suam non edidisset, & si quaesitor edendus fuisset, quem tandem potius quam hunc. C. Alfiũ. quẽ habet, cui notissimus esse debet, uicinum tribulem grauissimum hominẽ, iustissimumq; edi disset? cuius quidẽ aequitas & mera uoluntas erga. Cn. Plancij salutem quam ille sine ulla cupiditatis suspitione prae se fert, facile declarat nõ fuisse fugiendum tribulẽ huic iudicem, cui quaesitorẽ tribulẽ fuisse exoptãdũ uideatis. Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod nõ eas tribus quibus hic maxime notus erat edideris, sed a te doceo consilium non seruatum Senatus, & enim quis te tum audiret illorum? aut quid diceres? Sequestrẽ ne Planciũ? respuerẽt aures, nemo agnosceret, repudiaretur? an gratiosum? illi libẽter audirẽt, nos nõ timide cõfiteremur. Noli enim putare, Laterẽsis legibus istis quas Senatus de ambitu sancire uoluerit id esse actum, ut suffragatio, ut obseruãtia, ut gratia tolleret, semper fuerũt boni uiri, qui apud tribules suos gratiosi esse uellẽt, neque uero tam durus in plebem noster ordo fuit, ut eam coli nostra modica liberalitate noluerit, neque hoc liberis nostris interdicendum est, ne obseruent tribules suos, ne diligant, ne reficere necessarijs suis suam tribum possint, ne par ab his munus in sua petitione respectent. Haec enim plena sunt officij, plena obseruantiae, plena etiam antiquitatis. Isto in genere & fuimus ipsi cum ambitionis nostra tempora postulabãt, & clarissimos uiros esse uidimus, et hodie esse uidemus quamplurimos gratiosos. Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta seueritatem Senatus & bonorum omnium uim ac dolorem

excitauerũt. Hæc doce, hæc profer, huc incũbe Laterẽsis, decuriasse Plãcium, cõscripsisse, sequestrem fuisse, pnũciasse, diuisisse, tum mirabor te his armis uti, quæ tibi lex dabat noluisse. Tribulibus .n. iudicibus nõ mõ seueritatem illorũ si ista uera sunt, sed ne uultus qdem ferre possemus, hanc tu rationẽ cum fugeris, cũq; hos iudices habere nolueris, quorũ in eius delicto tũ scientia certissima, tũ dolor grauissimus esse debuerit, quid apud hos dices qui abs te taciti requirunt cur hoc sibi oneris imposueris, cur se potissimũ delegeris, cur deniq; se diuinare malueris, q̃ eos q scirent iudicare? Ego planciũ Laterensis, & ipsum gratiosum esse dico, et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos, quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiã nomine inquinas criminoso. Sin quia gratiosi sunt accusandos putas, noli mirari te id quod tua dignitas postularit repudiãdis gratiosorum amicitijs non esse assecutũ, iã ut ego doceo gratiosum esse tribubus Plancium, q multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurimos patris auctoritate & gratia miserit, q deniq; omnibus officijs per se per patrem maiores suos totam Atinatem præfecturam comprehenderit, sic tu doce sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse tribules, decuriauisse, qđ si nõ potes, noli tollere ex ordine nostro liberalitatẽ, noli maleficiũ putare esse gratiam, noli obseruantiam sancire pœna. Itaq; hæsitantem te in hoc sodalitiorũ tribuario crimine ad cõem ambitus causam contulisti. In qua desinamus aliqñ si uidet̃ uulgari & peruagata declamatione contendere, sic .n. tecum ago, quã tibi commodum est unam tribum delige, tum doce id quod debes per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit, ego si id facere nõ potueris, quod ut opinio mea fert ne incipies quidem, per quem tulerit docebo, est ne hæc uera cõtentio? placet ne sic agi? non possum magis pedem cõferre, ut aiũt,

aut propius accedere. Quid taces? qd dissimulas? qd tergiuersaris? etiã atq; etiã insto atq; urgeo. Insector posco, atq; adeo flagito crimen, quãcunq; tribũ inquã delegeris, quã tulerit Plancius. Tu ostẽdito si poteris uitiũ, ego qua ratione tulerit docebo, nec erit haec alia ratio Plãcio, atq; Laterẽsi, nam in quas tribus tu tulisti si iam ex te reqrã, possis quorũ studio tuleris explicare? sic ego cõtendo me tibi aduersario cuiuscunq; tribus rationem popósceris redditurũ. Sed cur ego sic ago? quasi non comitijs iam superioribus sit Plãcius designatus aedilis, quae comitia primum habere coepit cõsul cum omnibus in rebus summa auctoritate, tum harũ ipsarum legum ambitus auctor, deinde habere coepit subito praeter opinionẽ omnium, ut ne si cogitasset quidẽ quispiam largiri, daretur spacium comparandi, uocatae tribus, latum suffragium, descriptae, renunciatae, longe plurimum ualuit Plancius, nulla largitionis, nec fuit, nec esse potuit suspitio. An tandem una centuria praerogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo unq̃ prior eam tulerit, quin renũciatus sit, aut his ipsis comitijs consul, aut certe in illũ annum, aedilem tu Plancium factum esse miraris, in quo non exigua pars populi, sed uniuersus populus uolũtatem suã declararit? cuius in honore non unius tribus pars, sed comitia tota comitij fuerint praerogatiua, quo quidem tpe, si id Laterensis facere uoluisses, aut si grauitatis esse putasses tuae, qđ multi nobiles saepe fecerũt, ut cũ minus ualuissent suffragijs, q̃ putassent, postea prolatis comitijs prosternerent se, & Po. Ro. fracto animo, atq; humili supplicarent, non dubito quin omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. Nunq̃ enĩ nobilitas integra praesertim atq; innocẽs Po. Ro. supplex repudiata fuit. Sed si tibi grauitas tua, et magnitudo animi pluris fuit sicut eẽ debuit q̃ aedilitas, noli cũ habeas id qđ malueris, desiderare id qđ minoris puta-

ris. Equidem primũ ut honore dignus essem maxime semper laboraui, secũdo ut existimarer, tertium mihi fuit illud quod plerisq; primum est ipse honos, qui iis deniq; debet esse iucundus, quorũ dignitati Po. Ro. testimonium, non beneficium ambitioni dedit. Quaeris etiam Laterensis, quid imaginibus tuis, quid ornatissimo, atq; optimo uiro patri tuo respondeas mortuo? Noli ista meditari, atq; illud caue potius ne tua ista querela dolorq; nimius ab illis sapiẽtissimis uiris reprehendatur. Vidit enim pater tuus Appium Claudium nobilissimum hominem uiuo patre suo potentissimo & clarissimo ciue. C. Claudio aedilẽ nõ esse factum, et eundem sine repulsa factũ esse cõsulem, Vidit hominẽ maxime sibi cõiunctum egregium uirum. L. Volcatium. Vidit. M. Pisonẽ in ista aedilitate offensiũcula accepta summos a Po. Ro. esse honores adeptos. Auus uero tuus et. P. Nasicae tibi aedilitiã pdicaret repulsam, quo ciue neminẽ statuo ego in hac Rep. fortiorẽ, & C. Marij qui duabus aedilitatis acceptis repulsis septies cõsul est factus, & L. Caesaris, Cn. Octauij, M. Tullij, quos oẽs scimus aedilitate preteritos cõsules esse factos. Sed qd ego aedilitias repulsas colligo? quae saepe eiusmodi habitae sunt, ut iis q praeteriti essent, benigne a populo factum uideretur. Tribunus militum. L. Philippus summa nobilitate & eloquẽtia, qstor. Q. Caelius clarissimus atq; fortissimus adolescẽs. Trib. ple. Rutilius Ruf. C. Fimbria. C. Crassus. Cn. Orestes facti non sunt, quos tamen oẽs cõsules factos scimus esse. Quae tibi ultro pater & maiores tui non consolandi tui gratia dicerent, neq; uero quo te liberent aliqua culpa quã tu uereris ne a te suscepta uideaẽ, sed ut te ad cursum istũ tenendũ, quẽ a prima aetate suscepisti cohortẽtur. Nihil est enim mihi crede Laterensis de te detractum. Detractum dico si mehercule uere quod accidit interpretari uelis, est aliqd etiã de uirtute significatũ

tua. Noli

tuā.Noli.n.existimare non magnū quēdā motū fuisse illius petitiōis tuæ,de qua ne aliqd iurares destitisti,denūciasti hō adolescens qd de summa Repu.sentires,fortius tu qdē q̄ nōnulli defuncti honoribus,sed apertius q̄ uel ambitionis uel ætatis tuæ ratio postulabat.Quāobrē in dissentiēte populo noli putare nullos fuisse,quorū animos tuus ille fortis animus offenderet,q te incautū fortasse nūc tuo loco dimouere potuerūt,puidētē ante & præcauentē nunq̄ certe mouebūt.An te illa argumēta duxerunt?Dubitatis inquit quin coitio facta sit,cū tribus plerasq; cū Plotio tulerit Plācius?an una fieri potuerūt,si una tribus nō tulissent,an nō nullas pūctis pene totidē,qppe cū iā facti prope superioribus comitijs,declaratiq; uenissent,q̄q̄ ne id qdē suspitionē coitionis habuerit.Neq;.n.unq̄ maiores nostri sortitionē cōstituissent ædilitiā,nisi uiderent accidere posse,ut cōpetitores pares suffragijs essent,& dis prioribus comitijs Aniēsem a Plotio,Terētinā a Plācio tibi esse cōcessam,nūc ab utroq; eas auulsas ne in angustū uenirēt,q̄ cōuenit nō dū cognita populi uolūtate,hos quos iā tū coniunctos fuisse dicis iacturā suarū tribuum,quo uos adiuuaremini fecisse, eosdem cū iā essent experti quid ualerēt restrictos & tenaces fuisse.Et.n.uerebātur credo angustias,quasi res in cōtētionem,aut in discrimē aliqd' posset uenire,sed tamē tu,A. Plotium uirū ornatissimū in idē crimē uocandū iudicas,eā te arripuisse a quo nō sis rogatus?Nā quod questus es plures te testes habere de Volitinia,q̄ quot in ea tribu puncta tuleris,indicas aut eos testes te adducere q quia nummos acceperint te præterierint , aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse .Illud uero crimen de nummis quos in circo flaminio deprehēsos esse dixisti,caluit re recēti,nūc in causa refrixit.Neq; enim qui illi nummi fuerint, nec quæ tribus,nec qui diuisor ostenderis,atq; is quidem

adductus ad consules, q tum in crimē uocabatur, se iniquè a tuis iactari grauiter querebatur. Qui si erat diuisor præsertim eius quem tu habebas reum, cur abs te reus non est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium præiudicij comparasti? Sed neq; tu habes hæc, neq; eis confidis, alia te ratio, alia cogitatio ad spem huius opprimēdi excitauit. Magnæ sunt in te opes, late patet gratia, multi amici, multi cupidi tui, multi fautores laudis tuæ, multi huic inuident, multis etiam pater optimus uir nimium retinens equestris iuris & libertatis uidetur. Multi etiā communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimoniū de ambitu dicunt, quasi aut moueāt animos suis testimonijs, aut gratū Po. Ro. sit, aut ab eo facilius ob eam causam dignitatem quam uolunt consequantur. Quibuscum me iudices pugnantem meo more pristino non uidebitis, non quo mihi fas sit quicq̄ effugere, quod salus Plancij postulet, sed quia neq; necesse est me id persequi uoce, quod uos mente uideatis, & quod ita de me meriti sunt illi ipsi, quos ego testes uideo paratos, ut eorum reprehensionem uos uestræ prudētiæ assumere, meæ modestiæ remittere debeatis. Illud unum uos magnopere oro, atq; obsecro iudices cum huius quem defendo, tum communis periculi causa, ne fictis auditionibus, ne disseminato dispersoq; sermoni fortunas innocentium subijciendas putetis, multi amici accusatoris, nonnulli etiam nostri iniqui, multi communes obtrectatores ac omniū inuidi multa finxerūt. Nihil est aūt tam uolucre q̄ maledictū, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. Neque ego si fontē maledicti reperietis, ut negligatis, aut dissimuletis, unq̄ postulabo. Sed si quid sine capite manabit, aut quid erit eiusmodi, ut non extet auctor qui audierit, aut ille negligens uobis esse uidebitur, ut unde audierit oblitus sit, aut ita leuem habe-

bit auctorem, ut memoria dignũ nõ putarit, huius illa uox uulgaris auditu ne quid reo innocenti noceat oramus. Sed uenio iam ad Luciũ Cassium ad familiarẽ meũ cuius ex oratione, ne illũ quidẽ inuentũ tecũ expostulaui, quẽ ille omni & uirtute & humanitate ornatus adolescẽs primũ de plebe ædilem curulem factum esse dixit, in quo Cassi si illa tibi respondeam, nescisse id Po. Ro. neq; fuisse qui id nobis narraret præsertim mortuo Longino, non ut opinor admirere, cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis, me hic id ex te primum audisse confitear, & quoniam tua fuit perelegans, ac persubtilis oratio, digna equitis Ro. contra quem agebas uel studio uel pudore, quoniamq; sic ab his auditus es, ut magnus honos & ingenio & humanitati tuæ tribueretur, respondebo ad ea quæ dixisti, quæ pleraq; de ipso fine fuerunt, in quibus ipsi aculei si quos habuisti in me reprehendo, tamẽ mihi non ingrati acciderũt. Quæsisti utrũ mihi putarem equitis Ro. filio faciliorem fuisse ad adipiscẽdos honores uiã, an futuram esse filio meo, quia esset familia consulari. Ego uero q̃q̃ omnia illi malo q̃ mihi, tamen illi honorum aditus nunq̃ faciliores optaui, q̃ mihi fuerunt, quin etiam ne forte ille sibi me potius peperisse iam honores q̃ iter demonstrasse adipiscẽdorum putet, hæc illi soleo præcipere, q̃q̃ ad præcepta ætas nõ ẽ gnati, quæ ille a Ioue ortus suis præcipit filijs. Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis, nosti cætera quæ scripsit grauis ille & ingeniosus poeta, scripsit, non ut illos regios pueros, qui iam nusq̃ erant, sed ut nos & nostros liberos ad laborem & laudem excitaret. Quæris quid potuerit amplius assequi. Plancius, si Cn. Scipionis fuisset filius, magis ædilis fieri non potuisset, sed hoc præstaret, q̃ ei minus inuideret, & enĩ honorũ gradus summis hominibus et infimis sunt pares, gloriæ dispares. Quis nostrum se dicit. M.

Curio? quis Cn. Fabritio? quis. P. Dullio parem? q̃s Attilio Calatino? quis Cn. et. P. Scipionibus? quis Africano? Marcello? Maximo? Eosdem summos honorũ gradus, quos illi assecuti. Est enim in uirtute multis ascẽsus, ut is gloria maxime excellat, qui uirtute plurimum praestet, honorum populi finis est consulatus, quem magistratum iam octingenti fere consecuti sunt, horum, si diligenter quaeras, uix decimam partem reperies gloria dignam. Sed nemo unquã sic egit ut tu, cur iste sit consul? quid potuit amplius si L. Brutus esset, qui ciuitatem dominatu regio liberauit? honore nihil amplius, laude multum. Sic igitur Plancius nihilominus quaestor est factus, & Tribunus plebis, & aedilis q̃ si esset summo loco natus, Sed haec pari loco orti, sunt innumerabiles alij consecuti, profers triumphos. T. Gracchi, & C. Marij, & quaeris quid simile in Plancio, quasi uero isti quos commemoras propterea magistratus gesserint, q̃ triumpharunt, & non quia commissi sunt his magistratus, in quibus re bene gesta triũpharẽt. Rogas quae castra uiderit, q̃ miles in Creta hoc imperatore, & tribunus in Macedonia militum fuerit, & quaestor tantum ex re militari detraxerit temporis, quantum in me custodiendum transferre maluerit. Quaeris non disertus? immo id quod secundũ est, ne sibi quidẽ uidetur. Num iurisconsultus? quasi quisq̃ sit qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. Omnes enim istiusmodi artes in his reprehẽduntur, qui cum professi fuerint, satisfacere non possunt, nõ in ijs qui absuisse ab istis studijs confitentur. Virtus, probitas, integritas in candidato, non linguae uolubilitas, non ars, non scientia requiri solet. Vt nos in mancipijs parãdis quãuis frugi hominẽ si pro fabro, aut pro textore emimus, ferre moleste solemus, si eas artes quas in emendo secuti sumus forte nesciuerit. Sin emimus quem uillicum impone

remus, quem pecori præficeremus, nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, uigilãtiam esse curamus, sic Po.Ro. deligit ad magistratus, quasi Reipu. uillicos, in quibus, si qua præterea est ars, facile patitur, sin minus, uirtute eorum & innocentia contentus est. Quotus enim quisq; disertus, quotus quisq; iuris peritus est, ut eos numeres qui nolũt esse, q̃ si præterea honore dignus nemo est, quidnam tot optimis & ornatissimis ciuibus est futurum? Iubes Plancium de uitijs Laterensis dicere? nihil potest, nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse, idem effers Laterensem laudibus, facile patior id te agere multis uerbis, quod ad iudiciũ non pertineat, & id te accusantem tã diu dicere, quod ego defensor sine periculo possim confiteri, qui non modo confiteor summa in Laterense ornamenta esse, sed te etiam reprehendo q̃ ea non enumeres, alia quædam inania & leuia cõquiras. Preneste fecisse ludos, quid? alij quæstores nonne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos, iustum in socios fuisse, quis negat? Sed ita multa Romæ geruntur, ut uix ea quæ fiunt in prouincijs audiantur. Non uereor ne mihi aliquid iudices uidear arrogasse, si de quæstura mea dixero. Quamuis enim illa floruerit, tamen eum me postea fuisse in maximis rebus arbitror, ut non ita mihi multum sit ex quæsturæ laude repetendum, sed tamen non uereor ne quis audeat dicere ullius in Sicilia questuram, aut gratiorem, aut clariorem fuisse. Vere mehercule hoc dicam, sic tũ existimabã nihil homines aliud Romæ, nisi de q̃stura mea loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram, negociatoribus comis, mercatoribus iustus, municipibus liberalis, socijs abstinens omnibus erã uisus in omni officio diligẽtissimus. Excogitati q̃dã erãt a Siculis honores inauditi. Itaq; hac spe decedebã, ut mihi Po.Ro. ultro omĩa delaturũ putarem. At ego cum casu diebus ijs itineris fa

cidi cũ decedẽs e prouincia puteolos forte uenissem, cum plurimi et lautissimi solẽt esse in his locis, cõcidi pene iudices, cũ ex me qdã quæsisset quo die Roma exissem, & nũqd in ea esset noui. Cui cũ respõdissem me e puincia decedere, etiã mehercules inqt, ut opinor ex Africa, huic ego iam stomachãs fastidiose, immo e Sicilia inquã. Tũ qdã quasi qui oĩa sciret, qd tu? nescis inqt hũc syracusis quæstorẽ fuisse, qd multa? destiti stomachari, & me unum ex ijs feci, qui ad aquas uenissent. Sed ea res indices haud scio an plus mihi pfuerit, ꝙ si mihi tũ essent omnes cõgratulati. Nã postea ꝙ sensi. Po. Ro. aures hebetiores, oculos acres atq; acutos habere, destiti qd de me audituri essent homines cogitare, feci ut postea quotidie præsentẽ me uiderẽt, habitaui in oculis, repssi eorũ neminẽ a congressu meo, neq; ianitor meus neq; sõnus abstrusit. Et qd ego dicã de occupatis meis tpibus, cui fuerit ne ociũ qdẽ unq̃ ociosum? Nã quas tu cõmemoras Cassi legere te solere orationes cum ociosus sis, has ego scripsi ludis et ferijs, ne omnino unq̃ essem ociosus. Et eñ. M. Catonis illd qd in principio scripsit originũ suarũ semp magnificũ & præclarũ putaui, clarorũ uirorum, atq; magnorũ nõ minus ociĩ ꝙ negocij rationẽ extare oportere, ita si quã habeo laudẽ, quæ q̃ta sit nescio, parta Romæ est, quæsita in foro, meaq; priuata consilia publici quoq; casus cõprobauerũt, ut etiã summa Reipu. mihi domi fuerit gerẽda, & urbs in urbe seruãda. Eadẽ igitur Cassi uia munita Laterẽsi ẽ. Idẽ uirtutis cursus ad gloriã, hoc facilior fortasse, ꝙ ego huc a me ortus, et per me nixus ascẽdi, istius egregia uirtus adiuuabitur cõmẽdatione maiorũ. Sed ut redeã ad Plãciũ, nũq̃ ex urbe abfuit, nisi forte, lege, necessitate, non ualuit rebus ijsdẽ qbus fortasse nõnulli, at ualuit assiduitate, at ualuit seruandis amicis, ualuit liberalitate, fuit in oculis, petiuit, est usus ratiõe, qua minima inuidia noui

hominès plurimi eosdē honores cōsecuti sunt. Nā quod ais Cassi non plus me Plācio debere quàm bonis omnibus, quòd his æque mea salus cara fuerit, ego me debere bonis omnibus fateor, sed etiā ij quibus ego debeo boni uiri & ciues comitijs ædilitijs aliquid se meo nomine debere Plancio dicebāt. Verum fac me multis debere & in his Plancio, utrum igitur me conturbare oportet? an cæteris, cum cuiusque dies uenerit, hoc nomē quo urget nūc competitor dissoluere, quàmquàm dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Nam qui pecuniā dissoluit, statim nō habet id quod reddidit, qui autē debet, æs retinet alienū gratiam autē & qui refert habet, & qui habet, in eo ipso quòd habet refert. Neque nūc ego Plācio desinam debere, si hoc soluero, nec minus ei redderem uolūtate ipsa, si hoc molestiæ nō accidisset. Quæris a me Cassi quid pro fratre meo qui mihi est carissimus, quid pro meis liberis quibus nihil potest mihi esse iucūdius, amplius quàm pro Plancio facio facere possim? nec uides istorum ipsorū charitate ad huius salutē defendendā maxime stimulari me atque excitari. Nam neque illis huius salute a quo meā sciunt esse defensam quicquam est optatius, & ego ipse nūquā illos aspicio, quin per hunc me his cōseruatū esse meminerim, & huius meritum in me recorder. Opimium damnatum esse cōmemoras, seruatorem ipsum Reip. Calidiū adiungis, cuius lege. Q. Metellus in ciuitatem sit restitutus, reprehendis meas pro Plancio preces, quòd nec Opimius suo nomine liberatus sit, nec. Q. Metelli Calidius, de Calidio tantum tibi respondeo, quod ipse uidi. Q. Metellum Pium consulem prætorijs comitijs petente. Q. Calidio. Populo Ro. supplicasse, cum quidem non dubitaret & consul & homo nobilissimus patronum illum esse suum & familiæ suæ nobilissimæ dicere, quo loco quæro ex te num id in iudicio Calidij putes, quod ego in Plancij facio, aut

Metellum Piũ si Romæ eẽ potuisset, aut patrẽ eius si uixisset nõ fuisse facturum. Nã Opimij quidẽ calamitas utinã ex hominũ memoria posset euelli, uulnus illud Reip. dedecus huius imperij, turpitudo Po.Ro.nõ iudiciũ putãdũ est, quã.n.illi iudices si iudices & nõ parricidæ patriæ nominãdi sunt, grauiorẽ potuerũt.Reip.infligere securimẽ quod cũ illum e ciuitate eiecerunt, qui prætor finitimo, cõsul domestico bello Remp. liberarat? At.n.nimis ego magnũ beneficiũ Plãcio, & ut ais id uerbis exaggero, quasi uero me tuo arbitratu & nõ meo gratũ esse oporteat, quod istius tantum meritũ inquit? an quia te non iugulauit? immo uero quia iugulari passus nõ est, quo quidẽ tu loco Cassi ẽt purgasti inimicos meos, meaq; uitæ nullas ab illis insidias fuisse dixisti, posuit hoc idẽ Laterẽsis. Quãobrem de isto paulopost plura dicã, de te tantũ requiro, utrũ putes odiũ mediocre in me inimicorũ fuisse? quod fuit ullorũ tãtũ requiro. Vtrũ putes odium unquã barbarorũ tã immane, ac tã crudele in hostẽ? An fuisse in his aliquem aut famæ metũ aut pœnæ? quorũ uidisti toto illo ãno ferrũ in foro? flammã in delubris? uim in tota urbe uersari? nisi existimas eos iccirco uitæ meæ pepercisse quod de reditu meo non timerent, & quenquã putas fuisse tam excordem, qui uiuis his, stante urbe & curia rediturum me si uiuerẽ, non putaret? Quãobrem non debes is homo & is ciuis prædicare uitam meam, quæ fidelitate amicorum conseruata sit, inimicorum molestia non esse appetitam. Respondebo tibi nunc Laterensis minus fortasse uehementer, quam abs te sum prouocatus, sed profecto nec considerate minus, nec minus amice. Nam primum illud fuit asperius, me quæ de Plancio dicerem, mentiri, & temporis causa fingere .s. homo sapiens excogitaui quãobrem uiderer maximis beneficij uinculis obstrictus, cũ liber essem & solutus. Quid.n.

mihi ad defendēdū Plāciū parū multæ, parū iustæ necessitudines erāt familiaritatis, uicinitatis, patris amicitiæ? Quæ si nō essent, uereor credo ne turpiter facerē, si hoc splēdore & hac dignitate hominē defenderē, fingenda fuit mihi iudices causa peracuta, ut ei quē mihi debere oporteret, ego me oīa debere dicerē. At id etiā gregarij milites faciūt inuiti, ut coronā dent ei ciuicā, & se ab aliquo seruatos esse fateant, nō quo turpe sit protectū in acie hostiū manibus eripi, nā id accidere nisi forti uiro & pugnanti cominus non potest, sed onus beneficij reformidāt, q permagnū est alieno debere idē quod parenti. Ego cum cæteri uera beneficia etiā minora dissimulent, ne obligati esse uideantur, eo me beneficio obstrictū esse ementior, cui ne referri quidem gratia posse uideatur. An hoc tu Laterensis ignoras? qui cum mihi esses amicissimus, cū uel periculū uitæ tuæ mecū sociare uoluisses, cū me in illo tristi & acerbo luctu atq; discessu non lachrymis solum tuis, sed animo, corpore, copijs prosecutus esses, cū meos liberos, & uxorē me absente tuis opibus auxilioq; defendisses, sic mecū semper ægisti te mihi remittere atq; cōcedere, ut omne studiū meū in Cn. Plancij honorē consumerem, q eius in me meritum tibi etiam gratū esse dicebas. Nihil autem me noui, nihil temporis causa dicere, nonne etiam illa testis est oratio, quæ est a me prima habita in Senatu? in qua cū perpaucis nominatim ægissem gratias, q omnes enumerari nullo mō possent. Scelus autē quenq; præteriri, statuissemq; eos solū nominare, qui causæ nostræ duces, & quasi signiferi fuissent, in his Plancio gratias ægi. Recitetur oratio, quæ propter eius magnitudinē dicta descriptio est, in qua ego homo astutus ei me dedam, cui nihil magnopere deberē, & huius tāti officij seruitutē astringam testimonio sempiterno. Nolo cætera quæ a me mādata sunt litteris recitare, prætermitto ne aut pro

ferre uidear ad tempus, aut eo uti genere litterarũ, quod meis studijs aptius q̃ cõsuetudini iudiciorũ esse uideatur. Atq; etiã clamitas Laterensis, quousq; ista dicis? nihil in Ciprio profecisti, absolutæ sunt iam preces tuæ, de Ciprio mihi uidetur obijcies, quẽ ego de me benemeritũ, quia te teste cognouerã, te eodem auctore defendi, & ei dices quousq;? quẽ negas, quod pro Ciprio cõtenderim impetrare potuisse? Nã istius uerbi quousq; hæc poterat esse inuidia? datus est tibi, ille, cõdonatus ille, non facis finem? ferre nõ possumus. Ei quidẽ q̃ p uno laborarit, & ipsum id nõ obtinuerit, dici quousq; irridẽtis magis est q̃ reprehendentis, nisi forte ego unus ita me gessi in iudicijs, ita & cũ his & inter hos uixi, is in causis patronus. Is in Rep. ciuis & sum & semper fui, solus ut a te cõstituar, qui nihil a iudicibus debeã unquam impetrare, & mihi lachrymulã Cipriani iudicij obiectas, sic enim dixisti. Vidi ego tuã lachrymulam uide q̃ me uerbi tui pœniteat, nõ mõ lachrymulã, sed multas lachrymas & fletũ cum singultu uidere potuisti. An ego qui meorum lachrymis me absente cõmotus simultates quas mecũ habebat deposuisset, meæq; salutis nõ modo nõ oppugnator inimici mei putarẽt sed ẽt defensor fuisset, huius in periculo nõ dolorẽ significarẽ? tu aũt Laterẽsis qui tũ lachrymas meas gratas esse dicebas, nũc easdẽ uis inuidiosas uideri? Negas tribunatũ Plancij quicq̃ attulisse adiumẽti dignitati meæ, atque hoc loco quod uerissime facere potes. L. Racilij fortissimi & constantissimi uiri diuina in me merita commemoras, cui quidem ego sicut in Plancio nunquam dissimulaui me plurimum debere, semperq; præ me feram, nullas enim sibi ille neq; contentiões, neq; inimicitias, neq; uitæ dimicationes, neq; pro rep. neq; pro me defugiendas putauit. Atq; utinam q̃ ego sum in illum gratus, tam licuisset per hominum uim & iniuriam Po.

Ro. ei gratiam referri, sed si non eadem cōtendit in tribunā tu Plancius, existimare debes non huic uoluntatē defuisse, sed me cum iam Plancio deberē Marci Racilij beneficijs fuisse cōtentū. An uero putas iudices iccirco minus mea causa facturos, q̄ me esse gratū crimineris? An cum Po. Ro. illo. S. C. quod in monumēto Marij factum est, quo mea salus omnibus est gentibus cōmēdata uni. Cn. Plancio gratias egerit. Vnus enim fuit de magistratibus aut pro magistratib⁹ defensor salutis meæ, cui Senatus p̄ me gratias agēdas putauit, ei ego a me referēdā gratiā nō putem? Atqui eū uidēs, quo me tandē animo in te putes esse Laterēsis? Vllū esse tantū periculū, tantū laborē, tantā contētionē, quā ego nō modo pro salute tua, sed etiā p̄ dignitate defugerē? Quo quidē magis etiā sum nō dicā miser, natura quidē abhorret a uirtute uerbi, sed certe exercitus, nō quia multis debeo (leue enim onus beneficij gratia) sed quia sæpe cōcurrit propter aliquorū de me meritorū inter ipsos cōtētiones, ut eodē tempore in omnes uerear ne uix possim gratus uideri, sed ego hoc meis ponderibus examinabo nō solū quid cuiq; debeā, sed etiā quid cuius intersit, & q̄d a me cuiusq; tēpus poscat. Agit̄ studiū tuū, uel ēt si uis existimatio, laus ædilitatis, at. Cn. Plācij salus, patria, fortunæ. Saluū tu me esse cupisti, hic fecit ut ēt esse possem, distineor tñ & diuellor dolore, & in cā dispari offendi te a me doleo, sed mediusfidius multo citius meam salutē p̄ te obiecero, q̄. Cn. Plācij salutē tradidero cōtētioni tuæ. Etenī iudices cū oībus uirtutibus me affectū esse cupio, tum nihil est quod malim q̄ me et gratū esse et uideri. Hæc est. n. una uirtus non solum maxima, sed etiam mater uirtutum omnium reliquarū. Quid est pietas nisi uolūtas grata in parētes? qui sunt boni ciues? q̄ belli qui domi de patria beneme-

rentes, nisi q patriæ beneficia meminerũt? Qui sancti, qui religionum colentes, nisi qui meritam dijs immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt? Quæ põt eẽ iucunditas uitæ sublatis amicitijs? que porro amicitia põt eẽ inter ingratos? Quis est nostrũ liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atq; doctores, cui nõ locus ille mutus, ubi ipse alitus atq; doctus est cum grata recordatione in mente uersetur? cuius opes tantæ esse possunt, aut unquã fuerũt, quæ sine multorũ amicorũ officijs stare possint? Quæ certe sublata memoria & gratia nulla extare pñt. Eqdẽ nil tã propriũ hois existimo q̃ non mõ beneficio, sed ẽt beniuolentiæ significatione alligari. Nihil porro, tam inhumanũ, tam immane, tã ferum, q̃ cõmittere ut beneficio, nõ dicã indignus, sed uictus esse uideare. Quæ cũ ita sint, iam succumbam Laterẽsis isti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil potest esse nimium (quoniã ita tu uis) nimiũ me gratũ esse cõcedã, petamq; a uobis iudices ut eum beneficio cõplectamini, quem qui reprehẽdit in eo reprehendit quod præter modũ gratum esse dicat. Neq; enim ad negligendam meam gratiam debet ualere quod dixit idem, uos nec nocentes nec litigiosos esse, quominus me apud uos ualere oporteret, quasi uero in amicitia mea non hæc præsidia si qua forte sunt in me, parata semper amicis esse maluerim, q̃ necessaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere amicitiam meam uoluptati pluribus q̃ præsidio fuisse, meq; uehementer uitæ meæ pœniteret, si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti. Sed hoc nescio quomodo frequenter in me congessisti, saneq; in eo creber fuisti, te iccirco in locos causam conijcere noluisse ne ego mea consuetudine aliquid de Thensis misericordiæ causa dicerem, quod in alijs ædilibus ante fecissem, non nihil ægisti hoc loco, nam mihi eripuisti ornamentum oratio

bis meæ, deridebor si mentionem thensarum fecero, cum tu id prædixeris, sine thensis autē quid potero dicere? Hic etiā addidisti me iccirco mea lege ex isto ambitu traxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere. Num uobis uideor cum aliquo declamatore non causa laboris & fori disputare? Rhodi enim inquit non fui, me uult fuisse, sed fui inquit putabam in niceis dicturum, bis in Bithynia, si locus habet reprehensionis ansam aliquam, nescio cur seuiorē Niceā putes ꝙ Rhodum, si spectanda causa est & tu in Bithynia summa cum dignitate fuisti, & ego Rhodi non minore.
Nam quod in eo me reprehendisti quod nimium multos defenderim, utinam & tu qui potes, & cæteri qui defugiūt, uellent me labore hoc leuare, sed fit uestra diligentia qui in causis ponderādis oēs fere repudiatis, ut ad nos pleræq; confluant, qui miseris & laborantibus nihil negare possumus. Admonuisti etiam ꝙ in Creta fuisses, dictum aliquid in petitione tua dici potuisse, me id perdidisse. Vter igitur nostrum est cupidior dicti? ego ne qui quod dici potuit non dixerim, an tu qui etiam ipse in te dixeris? te aiebas de tuis rebus gestis nullas litteras misisse, ꝙ mihi meæ quas ad aliquē missem obfuissent, quas ego mihi obfuisse nō intelligo, Reip. uideo ꝓdesse potuisse. Sed sunt hæc leuiora, illa uero grauiora atq; magna quod meū discessum quē sæpe defleras, nunc quasi reprehendere & subaccusare uoluisti, dixisti eīn non auxiliū mihi, sed me auxilio defuisse. Ego uero fateor me quod uiderim mihi auxiliū nō deesse. Iccirco me illi auxilio pepercisse. Qui. n. status, qđ discrimē, quæ fuerit in Rep. tempestas illa, quis nescit? Tribunitius me terror, an consularis furor mouit? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquis eorum quos ego florentes atque integros sine ferro uiceram. Consules post hominū memoriā teterrimi atque turpissimi, sicut & illa principia et hi recētes re-

rum exitus declararũt, quorũ alter exercitũ perdidit, alter uẽdidit emptis prouincijs a senatu a Rep. a bonis omnibus defecerãt, qui exercitibus, qui armis, qui opibus plurimis poterãt cum quid sentirẽ nesciretur, furialis illa uox nefarijs stupris religiosis altaribus effœminata, secum & illos & cõsules facere acerbissime personabat, egẽtes in locupletes, perditi in bonos, serui in dominos armabãtur. Aderat mecũ Senatus & quidẽ ueste mutata, q̃d pro me uno post hominũ memoriã publico cõsilio susceptũ est. Sed recordare qui tum fuerint consulũ nomine hostes, qui soli in hac urbe Senatum Senatui parere nõ siuerint, edictoq; suo nõ luctũ P. sed luctus indicia ademerint. Aderat mecũ cũctus equester ordo, quẽ quidem in concionibus saltator ille Catilinæ consul proscriptionis denũciatione terrebat. At tota Italia conuenerat, cui quidẽ belli intestini & uastitatis metus inferebatur. Hisce ego auxilijs studentibus, atq; incitatis uti me Laterẽsis potuisse confiteor, sed erat nõ iure, non legibus, nõ disceptãdo decertãdũ, nã profecto, præsertim tã bona in causa, nunq̃ quo cæteri abundarũt, id mihi ipsi auxiliũ meũ defuisset. Armis fuit, armis inq̃ fuit dimicãdũ quibus a seruis, atq; a seruorũ ducibus cædẽ fieri Senatus, & bonorum Reipu. exitiosum fuisset. Vinci aũt improbos a bonis fateor fuisse præclarũ si finem eũ uincẽdi uiderẽ, quẽ profecto nõ uidebã. Vbi.n. præsto fuisset mihi, aut tam fortis cõsul, q̃ L. Opimius, q̃ C. Marius, q̃. L. Flaccus, q̃bus ducibus improbos ciues Respu. uicit armatis, aut si minus fortes, attamen tam iusti, q̃ P. Mutius, qui arma quæ priuatus. P. Scipio sumpserat, ea. T. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit. Esset igitur pugnandum cum cõsulibus, nihil amplius dico nisi illud, uictoriæ nostræ graues aduersarios paratos, interitus nullos ultores esse uidebã. Hisce ego auxilijs salutis meæ si icciirco defui quia nolui.

dimicare fatebor id quod uis non mihi auxiliũ, sed me auxi lio defuisse. Sin aũt quo maiora studia ĩ me bonorũ fuerũt, hoc his magis cõsulendũ & parcendũ putaui, tu id in me reprehendis quod Q. Metello laudi datũ est, hodieq; est, et semper erit maximæ gloriæ, quem ut potes ex multis audi re qui tũ affuerunt, inuitissimis uiris cõstat bonis cessisse, nec fuisse dubium quin contentione & armis superior pos set esse. Ergo ille cum suum non cum. Senatus factum de fenderet, cum perseuerantiam sententiæ suæ non salutem Reip. retinuisset, tamen ob illam constantiam, qua illud uo luntarium uulnus accepit, iustissimus omniũ Metellorum habitus est, & clarissimos triumphos gloriæ laude supera uit, q; & illos ipsos improbissimos ciues interfici noluit, & ne quis bonus interiret in eadem cæde prouidit, ego tã tis periculis propositis cum si uictus essem, interitus Reipubli. si uicissem, infinita dimicatio pararetur, com mitterem, ut idem perditor Reipubli. nominarer, qui seruator fuissem? mortem me timuisse dicis. Ego uero ne immortalitatem quidem contra Rempubli. accipien dam putarem, ne dum emori cum pernitie Reipub. uellem, nam qui pro Repub. uitam dediderunt (licet me desipere dicatis) nunq̃; mehercule eos potius mortem q̃ immortali tatem assecutos putaui. Ego uero si tum illorum impiorum ferro & manu concidissem, in perpetuũ Resp. ciuile præsi dium salutis suæ perdidisset, q̃n etiã si me uis aliqua morbi aut natura ipsa cõsumpsisset, tñ auxilia; posteritatis essent imminuta, q; peremptum esset mea morte id exemplũ, qua lis futurus in me retinendo fuisset. S.P.Q.R. an si unq̃; in me uitæ cupiditas fuisset, ego mense decẽbri mei cõsulatus oĩm parricidarũ tela cõmossem, quæ si uiginti dies q̃essem, in aliorum iugulum consulum recidissent. Quamobrem si

uitæ cupiditas contra Remp est turpis, certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cum pernitie ciuitatis. Nã φ esse te in Rep. liberum gloriatus es, id ego & fateor & lætor, & tibi etiam in hoc gratulor, φ me autẽ negasti, in eo neq; te, neq; quenq; diutius patiar errare, nã si quis iccirco aliqd de libertate mea diminutum putat, φ nõ ab oĩbus eisdem a quibus antea solitus sum dissentire dissentiã. Primum si bñ de me meritis gratum me præbeo, non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris, nimiumq; grati. Sin autem sine ullo Reip. detrimento respicio ẽt aliqñ salutem tum meam tum meorũ, certe non mõ nõ sum reprehendendus, sed ẽt si ruere uellem, boni uiri, ut ne id facerẽ me rogarent. Res uero ipsa. P. si loq posset ageret mecũ, ut qm̃ sibi seruiuissem, semper nunq; mihi, fructus aũt ex sese non ut oportuisset lætos & uberes, sed magna acerbitate pmixtos tulissem, ut iam mihi seruirem, consulerem meis, se non modo satis habere a me, sed etiam uereri ne parum mihi pro eo φ a me haberet reddidisset, quod si horũ ego nihil cogito, & idem sum in Repu. qui fui semper, tu ne libertatem reqres meam? quam tu ponis in eo, si semper cum ijs quibus cum aliquando cõtendimus depugnemus, quod est longe secus. Stare enim omnes debemus tanq; in orbe aliquo Reipu. q quonã uersetur, eã diligere partẽ debemus ad quã nos illius utilitas salusq; conuerterit. Ego aũt Cn. Pom. non dico auctorem, ducem, defensorem salutis meæ, nam hæc priuatim fortasse officiorum memoriam & gratiam quærunt, sed dico hoc quod ad salutẽ. Reipu. pertinet, ego eũ nõ tuear quẽ omnes in Rep. principẽ esse cõcedunt? Ego C. Cæsaris laudibus desim? quas primũ Po. Ro. nũc etiã Senatus cui me semper addixi plurimis, atq; ãplissimis iudicijs uiderã esse celebratas, tũ hercule me cõfitear nõ iudiciũ aliquod habuisse de Reipu. utilitate, sed hominibus amicum

bus amicũ aut inimicũ fuisse, an cũ uideã nauẽ secũdis uẽtis cursum tenentẽ suum, si nõ eũ petat portũ quem ego aliquãdo probaui, sed alium nõ minus tutũ atq; trãquillũ, cũ tẽpestate pugnẽ periculose, potius q̃ illi salute praesertim proposita obtemperẽ & pareã? Ego uero haec didici, haec uidi, haec scripta legi, haec de sapientissimis & clarissimis uiris, & ĩ hac Repu. et ĩ aliis ciuitatib9 monumẽta nobis literae ꝓdiderũt. Non sẽꝑ easdẽ sentẽtias ab hisdẽ, sed quascunq; Reipu. status, cõditio tẽporũ, ratio cõcordiae postularet esse defendendas, quod ego & facio Laterẽsis, & sẽꝑ faciam, libertatemq́; quã in me requiris, quã ego neq; dimisi unq̃ neq; dimittã, nõ in pertinacia, sed in quadam moderatione positam putabo. Nũc uenio ad illud extremũ qđ dixisti cum Plancii in me uerbis meritum extollerẽ, me arcem facere ex cloaca, lapidemq́; ex sepulchro uenerari pro deo. Neq; enim mihi insidiarũ periculũ ullũ, neq; mortis fuisse, cuius ego temporis rationẽ explicabo breui, neq; inuitus, nil enim ex meis est temporibus, quod minus peruagatũ, quodq́; minus aut mea cõmemoratione celebratũ sit, aut hominibus auditũ atq; notũ. Ego enim Laterensis ex illo incẽdio legum, iuris, Senatus, bonorũ omnium, cedens cum mea domus ardore suo deflagrationẽ urbi, atq; Italiae toti minaretur nisi quieuissem, Siciliam petiui animo, quae & ipsa erat mihi sicut domus una coniuncta, & obtinebat a. C. Virgilio, quo cum me uno uel maxime tũ uetusta amicitia, tum mei fratris collegia, tũ Respu. sociarat. Vide nũc caliginem temporum illorum, cum ipsa pene insula mihi se se obuiam ferre uellet, praetor ille eiusdem Trib. pleb. contionibus propter eandem Reipu. causam saepe uexatus nihil amplius dico nisi me in Siciliam uenire noluit Quid dicam C. Virgilio tali ciui, & uiro beniuolentiam in me, memoriam communium temporum, pietatẽ, humanitatem, fidem

defuisse? Nihil uidelicet est eorũ, sed quã tempestatem nos nobiscũ nõ tulissemus, metuit, ut eam ipse nõ posset opibus suis sustinere, tum cõsilio repẽte mutato iter a Vibone Brũdusium terra petere contendi. Nã maritimos cursus praeclu debat hyemis magnitudo, cũ omnia illa municipia quae sunt a Vibone Brundusium in fide mea iudices essent, tũc mihi iter tutum multis minitantibus magno cum suo metu prae stiterunt. Brundusium ueni uel potius ad moenia accessi, urbem unam mihi amicissimã declinaui, quae se uel potius excindi q̃ ex suo complexu, ut eriperer facile pateretur, in hortos me. Mar. Lenij Flacci cõtuli, cui cum omnis metus, publicatio bonorum, exiliũ, mors proponerẽt, haec perpeti si acciderẽt maluit, q̃ custodiã mei capitis dimittere, huius ego & parentis eius prudentissimi, atq; optimi senis & utriusq; filiorũ manibus in naui tuta, ac fideli collocatus, eorumq; preces & uota de meo reditu exaudiens Dyrrhachium quod erat in fide mea petere contendi, quo cum ue nissem, cognoui id quod audieram refertã esse graeciã sce leratissimorum hominũ ac nephariorũ, quorũ impiũ ferrũ ignesq; pestiferos meus ille consulatus e manibus extorse rat, qui anteq̃ de meo aduentu audire potuissent cum tum abessent aliquorum dierum uiam in Macedoniam ad Plan ciumq; perrexi. Hic uero simulatq; me mare trãsisse cogno uit, Audi audi atq; attende Laterensis, ut scias q̃d ego Plã cio debeam, confitearéq; aliquando quod faciam me grate & pie facere, huic quae pro salute mea fecerit si minus pro futura sint, obesse certe non oportere. Nam simul ac me dyrrachium attigisse audiuit, statim ad me lictoribus di missis, insignib9 abiectis, ueste mutata p̃fectus est. O acer bam mihi iudices memoriã tẽporis illius & loci, cũ hic in me incidit, cõplexus est, cõspersitq; lachrymis, nec loq̃ prae moerore potuit. O rem tũ auditu crudelẽ, tũ uisu nefariam,

& reliquas oẽs dies noctesq; eas qbus iste a me nõ recedẽs Thessalonicã me i quæstoriũ perduxit. Hic ego nũc de prætore Macedoniæ nihil dicã amplius nisi eũ & ciuẽ optimũ semper, & mihi amicũ fuisse, sed eadem timuisse, quæ cæteros. Cn. Plancium fuisse unum non qui minus timeret, sed si acciderent ea quæ timerentur mecum ea subire & perpeti uellet, qui cum ad me. L. Tubero meus necessarius qui fratri meo legatus fuisset decedens ex Asia uenisset, easq; insidias quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat, animo amicissimo detulisset, in Asiam me ire propter eius prouinciæ metum, & cũ meo fratre necis insidias comparatas non est passus. Vt me inq; Plancius, & cõplexu suo retinuit, multosq; mẽses a capite meo nõ discessit abiecta quæstoria psona, comitisq; sumpta. O excubias tuas Cn. Planci miseras, O flebiles uigilias, o noctes acerbas, o custodiam mei capitis infœlicem, si quidem ego tibi uiuus nõ prosum qui fortasse mortuus profuissem. Memini.n. memini neq; unquã obliuiscar tuæ noctis illius, cũ tibi uigilãti, assidenti, mœrenti uana quædam miser atq; inania falsa spe inductus pollicebar, me si essem in patria restitutus præsentem tibi gratiam relaturum, si autem uitã mihi sors ademisset, aut uis aliqua maior reditum peremisset, Hos hos (quos eñ ego tum alios animo intuebar), omnia tibi illorũ laborum premia pro me persoluturos, quid me aspectas? quid mea promissa repetis? quid meã fidem imploras? Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar, sed horum erga me beniuolentiam promittebam, hos pro me lugere, hos gemere, hos decertare pro meo capite uel uitæ periculo uelle uidebam, de eorum desiderio, luctu, querelis, quotidie aliquid tecum simul audiebam. Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud nisi mœ

rere, nisi flere, nisi te cũ mea salute cõplecti, salutẽ tibi ij dẽ dare possunt q mihi reddiderũt, huc tamẽ exurge quæso re tinebo & cõplectar, nec me solũ deprecatorẽ fortunarũ tua rũ, sed comitem sociumq́; profitebor, atque ut spero nemo erit tam crudeli animo tamq́; inhumano, nec tã immemor meorũ nõ dicam in bonos meritorum, sed bonorum in me, qui a me mei seruatorem capitis diuellat atq; distrahat. Nõ ego meis ornatum beneficijs a uobis deprecor iudices, sed custodẽ salutis meæ, non opibus contendo, non auctoritate, non gratia, sed præcibus, sed lachrymis, sed misericordia, mecũq; uos simul miserrimus et optimus obtestatur parẽs, & ꝓ uno filio duo patres deprecamur. Nolite iudices per uos, per fortunas uestras, per liberos, inimicis meis ijs præsertim quos ego pro uestra salute suscepi dare lætitiam gloriantibus uos iã oblitos mei salutisq; eius a quo mea sa lus conseruata est hostes extitisse, nolite animũ meũ debili tare tũ luctu, tum etiam metu commutatæ uestræ uolunta tis erga me, sinite me, quod uobis fretus huic sæpe promisi id a uobis ei ꝑsoluere, teq; C. Flaui oro & obtestor, q meo rũ consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerũ quas gessi adiutor fuisti, meq; nonmodo saluũ semꝑ, sed etiam ornatũ florentemq; esse uoluisti, ut mihi per hos conserues eũ, per quẽ me tibi & his conseruatũ uides. Plu ra ne dicam tuæ me etiã lachrymæ impediunt, uestræq; iu dices non solũ meæ, quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem uos eosdem in hoc conseruando futuros q fueritis in me, quoniam istis uestris lachrymis de illis recor dor, quas pro me sæpe & multum profudistis.

M.T.C. PRO PVBLIO SYLLA ORATIO.

MAXIME VELLEM IVDICES, ut P. Sylla, & antea dignitatis suæ splēdorē obtineret, & post calamitatē acceptā modestiæ fructū aliquē potuisset pcipere, sed qm̄ ita tulit casus infestus, ut amplissimo in honore cū cōmuni ambitionis inuidia, tū singulari Antronij odio euerterē, et in his pristinæ fortunæ reliquijs miseris & afflictis tamen haberet quosdā, quorū animos ne supplicio qdē suo satiare posset, quanq̃ ex huius incōmodis magnā animo molestiā capio, tñ in cæteris malis facile patior oblatū mihi tēpus in quo boni uiri lenitatē meā misericordiāq; notā omnibus quōdā, nūc quasi intermissam agnoscerēt, improbi ac perditi ciues edomitiq; atq; uicti præcipitātē Rep. uehemētē me fuisse atq; fortem, conseruata mitē ac misericordē faterent. Et quoniā L. Torquatus meus familiaris, ac necessarius iudices existimauit si nostrā in accusatiōe sua necessitatē familiaritatēq; uiolasset, aliqd se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere, cū huius periculi propulsatione cōiungā defensionem officij mei, quo quidē genere nō uterer orationis iudices hoc tpe si mea solū interesset, multis.n. mihi locis et data facultas est, et sæpe dabit̄ de mea laude dicēdi. Sed ut ille iudices quātū de mea auctoritate diripuisset, tātū se de huius præsidijs diminuturū putauit, sic hoc sentio si mei facti rōnem uobis cōstantiamq; huius officij ac defensionis probaro, causam quoq; me P. Sylle probaturū. Ac primum abs te illud. L. Torquate quæro, cur me a cæteris clarissimis uiris ac principibus ciuitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas? Quid em̄ est q̃obrem abs te. Q. Hortēsij factum clarissimi uiri atque ornatissimi ciuis non reprehendatur, reprehendatur meum? Nam si initum est cōsilium a

P. Sylla inflãmandæ ciuitatis huius, extinguendi imperij, delendæ urbis, mihi maiorẽ he res dolorem q̃ Q. Hortensio, mihi maius odiũ afferre debẽt, meũ deniq; grauius esse iudiciũ qui adiuuandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse uideatur. Ita inquit, tu.n.inuestigasti, tu patefecisti cõiurationẽ, quod cũ dicit, nõ attendit eũ qui patefecerit hoc curasse ut id oẽs uiderent quod antea fuisset occultum, quare ista cõiuratio si patefacta per me est, tã patet Hortensio q̃ mihi, quẽ cũ uideas honore hoc auctoritate, uirtute, cõsilio p̃ditum, nõ dubitasse quin innocentẽ P. Syllã defenderet. Quæro cur qui aditus ad cãm Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit? Quæro illud etiã si me q defendo rep̃hendendũ putas esse, quid tãdẽ de his existimes summis uiris & clarissimis ciuibus, quorũ studio & dignitate celebrari hoc iudiciũ & ornari, cãm defendi huius innocentis uides? Nõ.n.una est ratio defensionis ea quæ posita est in oratione, oẽs q adsunt, q laborant, qui saluũ uolũt pro sua parte atq; auctoritate defendũt. An uero in q̃bus subselliis hæc ornamenta, hæc lumina Reip. uiderẽ in his me apparere nollẽ? quorũ ego auxilio & ope illũ in locũ atq; in hãc celsissimã sedẽ dignitatis atq; honoris multis meis ac magnis laboribus & periculis ascẽdissem? Atq; ut intelligas Torquate quẽ accuses, si te id offendit quod ego qui hoc genere quæstionis defenderim neminem, non desim P. Syllæ, recordare de cæteris quos adesse huic uides. Intelliges iudiciũ meũ & horũ par atq; unũ fuisse. Quis nostrũ affuit Vargũteio? nemo, ne hic q̃dẽ Q. Hortẽ. p̃sertim q illum solus antea de ambitu defendisset, nõ.n.iã se ullo officio cũ illo coniũctũ arbitrabatur, cum ille tãto scelere cõmisso omnium officiorum societatem diremisset. Quis nostrum Seruiũ Syllã? Quis Lentulum? quis Marcum Leccam? quis Cornelium defendendum pu-

[...]uit? quis his horum affuit? nemo. quid ita? Quia cæteris in causis etiam nocentes uiri boni si necessarij sunt, non defendendos esse non putant. In hoc crimine non solum leuitatis est culpa, Verumetiam quædam contagio sceleris, si defendas eum quem obstrictũ esse patriæ suspicere. Quid Antronio? nonne sodales non collegæ sui, non ueteres amici quorum copia ille quondam abundarat, non hi homines qui sunt in Rep. princeps defuerunt? immo etiã testimonio pleriq; læserunt? Statuerãt tñ illud esse maleficium quod nonmodo nõ occultari per se sed etiam aperiri illustrariq; deberet. Quamobrem quid est quod mirere, si cum iisdem me in hac causa uides adesse, cum quibus in cæteris intelligis abfuisse? nisi uero me unum uis ferum præter cæteros, me asperum, me inhumanum existimari, me singulari inimanitate & crudelitate preditum. Hanc mihi tu si propter res gestas meas imponis in omni uita mea personam Torquate, uehementer erras, me natura misericordem, patria seuerum, crudelẽ nec patria nec natura esse uoluit, deniq; istam personam uehementem & acrem quã mihi tum tempus & Resp. imposuit, iam uoluntas & natura ipsa detraxit. Illa enim ad breue tempus seueritatem postulauit. Hæc in omni uita misericordiam lenitatemq; desiderat. Quare nihil est ꝙ ex tanto comitatu uirorum amplissimorum me unum abstrahas simplex officiũ atq; una est bonorũ omniũ causa. Nihil erit quod admirere posthac si ĩ ea parte in qua hos animaduerteris me uidebis. Nulla est.n. in Rep. cã mea propria, tp̃s agendi fuit magis mihi proprium ꝙ̃ cæteris, doloris uero & timoris & periculi fuit illa causa cõmunis, neq;.n. princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent. Quare necesse est quod mihi cõsuli præcipuum fuit præter alios id iam priuato cum cæteris esse cõmune. Neq; ego hoc partiendæ inuidiæ, sed communicãdæ

laudis causa loquor, oneris mei partē nemini impertio, gloriae bonis omnibus. In Antroniū testimoniū dixisti inquit, Syllā defendis? hoc totū eiusmodi est iudices ut si ego sim incōstans ac leuis, nec testimonio fidē tribui cōuenerit, nec defensiōi auctoritatē, sin est in me ratio Reip. religio priuati officij, studiū retinendae uoluntatis bonorū, nihil minus accusator debet dicere, q̄ a me defendi Syllā testimonio laesum esse Antroniū. Videor. n. nō solū studiū ad defendēdas causas, uerū opinionis aliqd & auctoritatis afferre, qua et moderate ego utar iudices & omnino non uterer, si ille me non coegisset. Duae coniuratiōes abs te Torquate cōstituuntur. Vna quae Lepido & Volcatio cōsulibus patre tuo consule designato facta esse dicit, altera quae me cōsule, harum in utraq; Syllā dicis fuisse, patris tui fortissimi uiri atq; optimi consulis scis me cōsilijs non interfuisse, scis me cū mihi summus tecum usus esset, tamē illorū expertē temporū & sermonum fuisse, credo quod nondum penitus in Rep. uersabar, quod nōdum ad propositum mihi finem honoris perueneram, qd' mea me ambitio & forēsis labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Quis igitur intererat uestris consilijs? oēs hi quos uides huic adesse, & in primis Q. Hortensius, qui tum propter honorem & dignitatem atque animum eximium in Rēp. tum propter summam familiaritatē summumq; amorem in patrem tuum, tum communibus, tū praecipuis patris tui periculis commouebatur, ergo istius coniurationis crimen defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognouit, qui particeps & consilij uestri fuit & timoris, cuius in hoc crimine propulsando cū esset copiosissima atq; ornatissima oratio, tamen nō minus inerat auctoritatis in ea q̄ facultatis. Illius igitur cōiurationis quae facta contra uos delata ad uos, a uobis prolata esse dicit, ego testis esse non potui. Non modo. n. nihil cōperi, sed uix ad aures meas

istius suspitionis fama puenit, q uobiscũ in consilio fuerũt, q uobiscum illa cognouerũt, qbus ipsis periculũ tũ conflari putabãt, q Antronio nõ affuerũt, q ĩ illũ testimonia grauia dixerunt, hunc defendunt, huic adsunt. In huius periculo declarant se non crimine coniurationis ne adessent cæteris, sed hominum maleficio deterritos esse, mei consulatus autem tempus & crimen maxime cõiuratiõis a me defendetur, atq; inter nos partitio nõ est fortuito iudices nec temere facta, sed cũ uideremus eorum criminũ nos patronos adhiberi, quorum testes esse possemus, uterq; nostrũ id sibi suscipiendũ putauit, de quo aliquid scire ipse atq; existimare potuisset, & quoniã de criminibus superioris coniuratiõis Hortensium diligenter audistis, de hac coniuratione quæ me consule facta est, hoc primum attendite. Multa cũ essem cõsul de summis Reip. periculis audiui, multa quæsiui, multa cognoui. Nullus unq̃ de Sylla nuncius ad me, nullũ indicium, nullæ litteræ peruenerũt, nulla suspitio. Multum hæc uox fortasse deberet ualere eius hominis qui consul insidias Reip. consilio inuestigasset, ueritate aperuisset, magnitudine animi uindicasset, cum ipse nihil audisse de. P. Sylla, nihil suspicatũ fuisse diceret. Sed ego nõdũ utor hac uoce ad hunc defendendũ, ad purgandum me potius utor ut mirari Torquatus desinat me q Antronio abfuerim, Syllam defendere Q uæ.n. Antronij causa fuit? quæ Syllæ est? Ille ambitus iudicium tollere ac disturbare primum conflato uoluit gladiatorum ac fugitiuorum tumultu, deinde id quod uidimus omnes lapidatione atq; concursu. Sylla si sibi suus pudor ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisiuit, ille damnatus ita se gerebat non solum consilijs et sermonibus, uerũetiã aspectu atq; uultu ut inimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patriæ uideretur, hic se ita fractum illa calamitate atque affli

ctum putauit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinuisset. Hac uero in coniuratione quid tam coniūctum quàm ille cum Catilina? cum Lētulo? quæ tanta societas ullis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis sceleris, libidinis, audaciæ? quod flagitium Lentulus non cum Antronio concepit? quod sine eodē illo Catilina facinus admisit? cum interim Sylla cū eisdē illis non modo noctem solitudinemq; non quæreret, sed ne mediocri quidem sermone & congressu coniungeretur. Illū Allobroges maximarum rerum indices uerissimi, illum multorum literæ ac nunciū coarguerunt. Syllam interea nemo insimulauit, nemo noīauit, postremo eiecto siue emisso iā ex urbe Catilina, Ille arma misit, cornua, tubas, falces, signa, legiones. Ille relictus intus expectatus foris Lentuli pœna compressus conuertit se aliquando ad timorem, nunquam ad sanitatem, hic contra ita quieuit ut eo tempore oī Neapoli fuerit, ubi neque homines fuisse putantur huius affines suspitionis, & locus est ipse non tam ad inflammādos calamitosorū animos, quam ad cōsolandos accommodatus, propter hāc igitur tantam dissimilitudinem hominum atque causarū dissimilem me in utroque præbui, ueniebat enim ad me, et sæpe ueniebat Antronius multis cū lachrymis supplex ut se defenderem, & se meum cōdiscipulū in pueritia, familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse. Multa mea in se, nōnulla etiam sua in me proferebat officia, quibus ego rebus iudices ita flectebar animo atq; frangebar, ut etiam ex memoria quas ipse mihi fecerat insidias deponerem, ut iam immissum ab eo esse .C. Corneliū, qui me in sedibus meis in conspectu uxoris meæ ac liberorum meorum trucidaret, obliuiscerer, quæ si de uno me cogitasset, qua molitia sum animi ac lenitate, numquam mehercule illius lachrymis ac preci-

bus restitissem, sed cum mihi patriæ cum uestrorum pericu lorum, cum huius urbis, cum illorum delubrorum, atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum ac uirginum ueniebat in mentem, & cum illæ infestæ ac fu nestæ faces, uniuersum & totius urbis incendium, cum te la, cum cædes, cum ciuium cruor, cum cinis patriæ uersari ante oculos atque animum memoria refricare cœperat, tum deniq; ei resistebam, nec solum illi hosti ac parricidæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis patri & filio, quorũ alter apud me parentis grauitatem, alter filij suauitatem obtinebat. Neq; me arbitrabar sine summo scelere posse q̃d maleficium in alijs uindicassem, idem in illorum socio cum scirem defendere. Atq; idem ego neq;. P. Syllam supplicem ferre, neq; eosdem Marcellos, neque huius. M. Messalæ ho minis necessarij preces sustinere potui, neque enim est cau sa aduersata naturæ, nec homo nec res misericordiæ meæ repugnauit, nusquam nomen, nusquam uestigium fue rat, nullum crimen, nullum indicium, suscepi causam Torquate suscepi, & feci libenter, ut me quem boni con stantem, ut spero, semper existimassent, eundem ne im probi quidem crudelem dicerent, hic ait se ille iudices re gnum meum ferre non posse, quod tandem Torquate re gnum? consulatus credo mei. In quo ego imperaui nihil, sed contra, patribus conscriptis & bonis omnibus parui, quo in magistratu nõ institutum est a me iudices regnum, sed non permissum, quẽ tum in tãto imperio tanta potesta te non dicis fuisse regem nunc priuatum regnare dicis? Quo tandem nomine? Quot in quos testimonia dixisti in quit damnati sunt, quem defendis sperat se absolutum iri, hic tibi ego de testimonijs meis hoc respondeo si falsum di xerim, te in eos dixisse, si uerũ nõ esse hoc regnare. Cũ uerũ iuratos dicas probare, de huius spe tantũ dico nullas a me

opes. P. Syllam, nullam potentiam, nihil deniq; præter fidē defensionis expectare, nisi tu inquit causam recepisses, nunq̄ mihi restituisset, sed in dicta causa profugisset, si iam hoc tibi concedam. Q. Hortensium tanta grauitate hominem, si hos tales uiros non suo stare iudicio sed meo, si hoc tibi id quod credi non potest nisi ego huic adessem, hos adfuturos non fuisse, uter tandem rex est? is ne cui innocentes homines non resistunt, an is qui calamitosos nō deserit? At hic etiam, id quod tibi necesse minime fuit, facetus esse uoluisti cum Tarquinium & Numam & me tertium peregrinum regem esse dixisti, mitto iam de rege quærere, illud quæro peregrinū cur me eē dixeris? nam si ita sum, non tā est admirādum regem esse me, quia ut tu uis etiam peregrini reges Romæ fuerunt, q̄ cōsulē Romæ fuisse peregrinū, hoc dico inquit te esse ex municipio, fateor, & addo etiā ex eo municipio Vnde iterū iam salus huic urbi imperioq; missa est, sed scire ex te peruelim, quamobrem qui ex municipiis ueniāt peregrini tibi esse uideātur? Nemo enim istud M. illi Catoni seni cum plurimos haberet inimicos, nemo. Ti. Corūcano, nemo huic ipsi nostro. C. Mario, cū ei multi inuiderent, obiecit unquam. equidē uehemēter lætor eū eē me in quē tu cū cuperes nullā cōtumeliam iacere potueris, quæ nō ad maximā partē ciuium conueniret. Sed tamen te a me pro magnis causis nostræ necessitudinis monendum eē etiam atque etiā puto, non possunt esse omnes patricii si uerum quæris, ne curant quidem, nec se æquales tui propter istam causam abs te anteiri putant, at si tibi nos peregrini uidemur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic urbi & hominum famæ ac sermonibus, q̄ tibi illos competitores tuos peregrinos uideri necesse erit, qui iam ex tota Italia delecti tecum de honore & de omni dignitate contendunt, quorū caue tu quenq; peregrinum

appelles, ne peregrinorũ suffragijs obruare, qui si attule-
rint neruos & industriam, mihi crede, excutient tibi istã
uerborum iactationem, & te ex somno sæpe excitabũt, nec
patientur se abs te nisi uirtute uincẽtur, honore superari,
at si iudices cæteris patritijs me & uos peregrinos uideri
oporteret a Torquato tamen hoc uitium sileretur. Est enim
ipse a materno genere municipalis hõestissimi ac nobilissi-
mi generis. Sed tñ Asculani, aut ergo doceat picentes solos
nõ eẽ peregrinos, aut gaudeat suo generi me meũ nõ ante-
ponere. Quare neq; me peregrinũ posthac dixeris ne gra-
uius refutere, neq; regẽ, ne derideare nisi forte regium tibi
uidetũ ita uiuere, ut nõ mõ hoĩni nemini, s; ne cupiditati qdẽ
ulli seruias, cõtemnere omnes libidines, non auri, nõ argẽ-
ti, nõ cæterarum rerum indigere, in senatu sentire libere,
populi utilitati magis cõsulere, q̃ uolũtati, nemini cedere,
multis obsistere, si hoc putas esse regiũ, me regẽ esse cõfite-
or, sin te potentia mea, si dominatio, si deniq; aliquod dictũ
arrogans, aut superbũ mouet, quin tu id potius profers q̃
uerbi inuidiam cõtumeliamq; maledicti? ego tantis a me be-
neficijs in Rẽpu. positis, si nullũ aliud mihi premiũ a. S. P.
Q. R. nisi honestũ ocium postularẽ, qs nõ cõcederet? sibi ha
berent honores, sibi imperia, sibi prouincias, sibi triũphos
sibi alia præclaræ laudis insignia, mihi liceret & eius ur-
bis quam conseruassem conspectu tranquillo animo & quie-
eto frui. Quid si hoc non postulo? si ille labor meus pristi-
nus, si solicitudo, si officia, si operæ, si uigiliæ deseruiunt
amicis, præsto sunt omnibus, si neq; amici in foro requirũt
studium, meũ neq; Resp. in curia, si me nonmodo non
rerum gestarum uacatio, sed neq; honores, neq; ætatis ex-
cusatio uindicat a labore, si uoluntas mea, si industria, si do
mus, si animus, si aures patent omnibus, si mihi ne ad ea
qdẽ quæ pro salute omniũ gessi recordãda & cogitãda q̃cq̃

relinquitur temporis, tamen hoc regnum appellabitur. Cu- ius uicarius qui uelit esse inueniri nemo potest, lōge abest regni suspitio, si quæris qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annaliū memoriā ex domesticis imagi nibus inuenies. Res .n. gestæ credo meæ me nimis extulerūt ac mihi nescio quos spiritus attulerūt, quibus de rebus tam claris tam immortalibus iudices hoc possum dicere, me qui e summis eripuerim periculis urbem hāc, & uitam omniū ciuium satis adeptū fore, si ex hoc tanto in oēs mortales be- neficio nullū in me periculū redundabit. Et .n. in qua ciui- tate res tātas gesserim memini, & in qua urbe intelligo, plenum forū est eorum hominū, quos ego a uestris ceruici- bus depuli iudices, a meis nō remoui, nisi uero paucos fuis- se arbitramini qui conari aut sperare possent se tantum imperium posse delere. Horum ego faces eripere de mani- bus, & gladios extorqre potui sicut feci, uoluntates uero consceleratas ac nephartas, nec sanare potui, nec tollere, quare non sum nescius q̄nto periculo uiuam in tanta multi tudine improborum, cum mihi uni, cum oībus improbis æternum uideam bellum esse susceptum. Quod si illis meis præsidijs forte inuides, & si ea tibi regia uidentur q oēs boni omnium generum, atq; ordinum suam salutem cum mea coniungunt, consolare te q omnium mentes improbo- rum mihi uni maxime sunt infensæ atq; aduersæ, qui me non mō solum iccirco oderunt q eorum conatus impios & furorem consceleratum repressi, sed eo magis ēt qd nihil iam se simile me uiuo conari posse arbitrantur. At uero qd ego miror si quid ab improbis de me improbe dicitur, cum L. Torquatus primum ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe proposita amplissimæ dignitatis, deinde L. Torquati fortissimi consulis constantissimi Senatoris, sem- per optimi ciuis filius interdum efferatur immoderatiōe

uerborum? qui cum suppressa uoce de scelere .P. Lĕtuli, de audacia cōiuratorū oīum dixisset, tāmō ut uos qui ea ꝓbatis exaudire possetis, de supplicio .P. Lĕtuli, de carcere magna et q̄ribūda uoce dicebat. In quo primū illd' erat absurdū qd' cū ea q̄ leuiter dixerat uobis probare uolebat. Eos aūt q cir cū iudiciū stabāt audire nolebat, nō intelligebat ea que clare diceret ita illos audituros, quibus se uenditabat, ut uos quoq; audiretis q id non probatis. Deinde alterū iam oratoris uitiū nō uidere, quid quæq; causa postulet. Nihil em̄ est tam alienum ab eo qui alterū cōiurationis accuset, q̄ uideri cōiuratorū pœnā mortēq; lugere, quod is Tribunus plebis facit qui unus uidetur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nec mirū est. Difficile est enim tacere cum doleas, te si quid eiusmodi facis, & non modo talem adolescentem, sed in ea causa in qua te uindicem coniurationis uelis esse uehemēter admiror, sed reprehendo tū illud maxime ꝙ isto ingenio & prudentia præditus causam Reip. nō tenes, qui arbitrere plebi Romanæ res eas non probari, quas me consule omnes boni pro salute communi gesserūt, & quem tu horum qui adsunt quibus te cōtra ipsorum uoluntatē uenditabas, aut tam sceleratū statuis fuisse, ut hæc omnia perire uoluerit, aut tam miserum, ut & se perire cuperet, & nihil haberet ꝙ saluum esse uellet? an uero clarissimū uirum generis uestri ac nominis nemo reprehendit, qui filium suum uita priuauit, ut in cæteris firmaret imperium? tu Rempu. reprehendis que domesticos hostes ne ab his ipsa necaretur, necauit? Itaq; attende iam Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem consulatus mei, maxima uoce, ut oēs exaudire possint, dico semperq; dicam, adestote oēs animis qui adestis corporibus, quorū frequentia magnopere lætor, erigite mētes auresq; uestras, & me de inuidiosis rebus ut ille putat dicentē attēdite. Ego cōsul cū exercitus

perditorum ciuium clandestino scelere conflatus crudelissimum, ac luctuosissimũ exitiũ patriæ cõparasset, cũ ad occasumq́; interitumq́; Reip. Catilina in castris, in his autem templis atq; tectis dux Lentulus esset constitutus, meis cõsilijs, meis laboribus, mei capitis periculis sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu quinq; hominibus comprehensis, atq; cõfessis incensione urbẽ, internitione ciues, uastitate Italiã, interitu Rẽpu. liberaui, ego uitã omniũ ciuiũ, statũ orbis terræ, urbẽ hãc deniq; sedem omniũ uestrũ, arcem regũ, ac nationum exterarũ, lumẽ gentiũ, domiciliũ imperij quinq; hominũ amentium, ac perditorum pœna redemi. An me existimasti hæc iniuratum in iudicio non esse dicturum, quæ iuratus in maxima concione dixissem? Atq; etiam illud addam ne qui forte incipiat improbus subito te amare Torquate, & aliquid sperare de te, atq; ut idem oẽs exaudiant, clarissima uoce dicam harum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute communi suscepi & gessi. Lalle Torquatus cum esset meus contubernalis in consulatu, cũ signifer esset iuuentutis, atq; in prætura fuisset auctor, adiutor, particeps extitit, cum princeps cũ auctor cum signifer etiã esset iuuentutis parens eius homo amantissimus patriæ, maximi animi, summi consilij, singularisq́; cõstantiæ cum esset æger, tamẽ omnibus rebus illis interfuit, nunq; est a me digressus, studio, consilio, auctoritate unus adiuuit plurimũ, cum infirmitatem corporis animi uirtute superaret. Vides ne ut eripiam te ex improborũ subita gratia? & reconciliem bonis omnibus qui te diligunt & retinent, retinebuntq́; semper? nec si a me forte desciueris, idcirco te a se, & a Repub. & a tua dignitate deficere patientur. Sed iam redeo ad cãm, atq; hoc uos iudices testor, mihi de memetipso tã multa dicendi necessitas quædã imposita est ab illo. Nã si torquatus Syllã solũ accusasset, ego quoq;

hoc tempore

hoc tpē nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset defenderē. Sed cū ille tota sua oratiōe in me esset inuectus, & cū initio ut dixi defensiōem meam auctoritate spoliare uoluisset, etiam si dolor meus respondere non cogeret, tamen ipsa causa hāc a me orationē flagitasset. Allobrogibus nominatum Syllam esse dicis quis negat? At uide quēadmodum nominatus sit. L. Cassium dixerunt commemorasse cum cæteris Antronium secum facere, quæro nū Syllam dixerit Cassius? Nunquā sese diūt quæsisse de Cassio, quid Sylla sentiret. Videte diligentiam Gallorum qui uitā hominum naturamq; non nossent, attamen tantum eos audissent pari calamitate qui fuerant, esse in eadem uolūtate. Quid tum? Cassius si respōdisset idem sentire & secum facere Syllā? tñ mihi non uideretur in hūc id criminosum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellū impelleret, non debebat minuere illorum suspitionem, & purgare eos de quibus illi aliqd suspicarētur. Nō respōdit tñ una facere Syllam, etenim esset absurdum, cum cæteros sua sponte noīasset, mentionem Sillæ facere nullam, nisi admonitum & interrogatū, nisi forte uerisimile est. P. Sillæ nomē in memoria Cassio nō fuisse. Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquiæ pristinæ dignitatis nō tam illustres fuissent, tamē Antronij commemoratio memoriam Sillæ retulisset, etiam ut arbitror cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cum sciret exteras nationes maxime nobilitate moueri, nō prius Antroniū, q̃ Syllam nominasset. Id uero illd' probari minime pōt, Gallos Antronio nominato putasse propter calamitatis similitudinem sibi aliqd de Sylla esse querēdū, Cassio, si hic esset in eodē scelere, ne eū appellasset quidē Antroniū, huius in mētē uenire potuisse. Sed tamē qd respōdit de Silla Cassius? se nescire certū

non purgat inquit, dixi antea ne si argueret quidē, tum denique cum esset interrogatus id mihi criminosum uideretur. Sed Ego in iudicijs & quæstionibus non hoc quærendum arbitror num purgetur aliquis, sed num arguatur. Etenim cū negat se scire Cassius utrum subleuat Syllam, an satis probat se nescire? subleuat apud Gallos, quid ita? ne indicēt. Quid si periculum esse putasset ne illi unquam indicarent? de se ipso confessus esset? Nescijt iudices credo cælatū esse Cassiū de Sylla uno, nā de cæteris certe sciebat, & ea domi eius pleraque conflata esse constabat, qui negare noluit esse in eo numero Syllam, quo plus spei Gallis daret. Dicere aūt falsum nō ausus est, nescire dixit, atqui hoc perspicuum est cum is qui de oībus scierit, de Sylla se scire negarit, eādē uim esse negationis huius, quam si extra cōiurationem hunc esse se scire dixisset. Nā cuius scientiā de omnibus cōstat fuisse, eius ignoratio de aliquo purgatio debet uideri. Sed iam nō quæro purget ne Cassius Syllam, illud mihi tantū satis est, cōtra Sylla nihil esse in iudicio. Exclusus hac criminatione Torquatus rursus in me irruit, me accusat, ait me aliter ac dictū est in tabulas publicas retulisse. O Dij immortales (uobis.n. tribuā quæ uestra sunt) nec uero possum meo tantū ingenio dare, ut tot res, tātas, tā uarias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reipu. mea sponte dispexerim. Vos profecto animū meū tū cōseruandæ patriæ cupiditate incendistis, uos me ab oībus cæteris cogitationibus ad unā salutē Reipu. cōtulistis. Vos denique in tātis tenebris erroris & inscitiæ clarissimū lumē ꝓtulistis menti meæ. Vidi ego hoc iudices nisi recenti memoria senatus auctoritatē huius iudicij monumētis publicis testatus essem, fore ut aliquando non Torquatus, neque Torquati quispiā similis (Nā id me multū fefellit), sed ut aliqs patrimonio naufragus, inimicus ocij, bonorū hostis,

aliter indicata hæc esse diceret, quo facilius ucto aliquo in optimum quenq; excitato posset in malis Reip. portum suorum malorum aliquem inuenire, itaq; introductis in Senatum indicibus constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa, perscriberent, at quos uiros? non solum summa uirtute & fide cuius generis in senatu facultas maxima, sed etiam quos sciebam memoria, sciētia, consuetudine & celeritate scribendi facillime quæ dicerentur persequi posse. C. Cosconium qui tum erat prætor. M. Messalā qui tum preturam petebat. P. Nigidium, Appium Claudiū, credo esse neminē, qui his omnibus, aut uere referendis, aut etiam scribendis putet ingenium defuisse, quid deinde? qd feci? cū scirē ita indicium in tabulas publicas referri, ut illæ tabulæ, priuata tñ custodia more maiorū continerentur, non occultaui, non continui domi, sed describi ab omnibus statim librarijs, diuidi passim, et peruulgari, atq; edi. Po. Ro. imperaui, diuisi toti Italiæ. diuisi oēs in prouincias, etus indicij, e quo salus oblata esset omnibus, exptem neminē esse uolui. Itaq; dico locum in orbe terrarum esse nullum quo in loco Po. R. nomen sit qn eode; per scriptum hoc indicium peruenerit, in quo ego tam subito & exiguo & turbido tempore multa diuinitus, ita ut dixi non mea sponte prouidi, primum ne quid posset tantū, aut de Reip. aut de alicuius periculo meminisse quantum uellet, deinde ne cui liceret unquā reprehendere illud indicium, aut temere creditum criminari. Postremo ne quid iam a me, ne quid ex meis commentarijs quæreretur, ne aut obliuio mea, aut memoria nimia uideretur, ne deniq; aut negligentia turpis, aut diligētia crudelis putaret. Sed tñ abs te Torquate qro cū indicatus sylla tuus inimicus eēt, & eēt eius rei frequens Senatus, & recens memoria testis, tibi meo familiari & cōtubernali, prius etiā edituri indiciū fuerint scribæ

mei si uoluisses, quod in codice retulissent, cũ uideres aliter fie ri, tacuisti, passus es, nõ mecũ, aut cũ familiari meo questus es, aut quoniã tã facile inueheris in amicos iracundius, aut uehementius expostulasti. Tu cũ tua uox nunquam sit audita cũ indicio lecto, descripto, diuulgato, queueris, tacueris repẽ te tantã rem enũciare audeas, & in eum locũ te deducas, ut antequam me cõmutati indicij coargueris, te summæ negli gentiæ tuo iudicio conuictũ esse fateare. Mihi cuiusquam sa lus tanti fuisset ut meã negligerem? per me ego ueritatẽ pa tefactã contaminarem aliquo mendacio? quenquam denique ego iuuarem a quo, & crudeles insidias in Remp. factas, & in me potissimũ cõsulem putarẽ? Quod si iã essem oblitus seue ritatis, & constantiæ meæ, tam ne amẽs erã, ut cum litteræ posteritatis causa repertæ sint, quæ subsidio obliuioni esse possent ego recentẽ putarem memoriam cũcti senatus com mẽtario meo posse superari? Fero ego te Torquate iamdudũ fero, & nonnunquã animũ incitatum ad ulciscendam ora tionẽ tuam, reuoco ipse & reflecto, permitto aliquid iracun diæ tuæ, do adolescentiæ, cedo amicitiæ, tribuo parenti, sed nisi tibi aliquem modum uitæ cõstitueris, coges oblitum me nostræ amicitiæ, habere rationem meæ dignitatis. Nemo nunquam me tenuissima suspitiõe perstrinxit, quẽ nõ per uerterim, sed mihi hoc credas uelim nõ his libentissime so leo respondere, quos mihi uideor facillime posse superare, tu quoniã minime ignoras consuetudinẽ dicendi meã, noli hac noua lenitate abuti mea. Noli aculeos orationis meæ qui reconditi sunt excussos arbitrari. Noli id putare omnino a me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum, cum illæ ualeant apud me excusationes iniuriæ tuæ, iratus animus tuus, ætas, amicitia nostra, tum nondum statuo te uirium satis habere, ut ego luctari tecum & congredi de beam, quod si esses usu atque ætate robustior, essem idem qui

soleo cum sum lacessitus, nunc tecum sic agam tulisse ut potius iniuriam quam retulisse gratiā uidear. Neque uero quod mihi irascare intelligere possum, si eum defendo quem tu accusas, cur tibi quoque ipse non succenseo, qui accuses eum quem ego defendo? inimicum inquis accuso meum, & amicum ego defendo meum. Non debes tamen quenquam in coniurationis quæstione defendere, immo nemo magis eum, de quo nihil est suspicatus quam is qui de alijs multa cogitauit. Cur dixisti testimonium in alios? quia coactus. Cur damnati sunt? quia creditum est, regnum est dicere in quem uelis ac defendere quem uelis, immo seruitus est non dicere in quem uelis ac non defendere quem uelis, at si considerare cœperis utrū magis hoc mihi necesse fuerit facere an tibi, intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse, quam me humanitatis. An uero cū honos agebatur amplissimus familiæ uestræ hoc est consulatus parentis tui, sapientissimus uir familiarissimis suis nō succēsuit pater tuus cum Syllam & defenderent & laudarēt. Intelligebat hāc nobis a maioribus esse traditā disciplinam, ut nullius amicitia ad propulsanda pericula impediremur, & erat huic iudicio longe dissimilis illa contentio, cum afflicto. P. Sylla consulatus uobis pariebatur, sicuti partus est, honoris erat certamen, ereptum repetere uos clamitabatis ut uicti in campo in foro uinceretis? tum qui contra uos pro huius salute pugnabant amicissimi uestri, quibus non irascebamini consulatum uobis eripiebant, honori uestro repugnabant, & tamen id inuiolata uestra amicitia, integro officio, ueteri exemplo atque instituto optimi cuiusque faciebant. Ego uero quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati uestræ repugno? Quid ē qđ iā ab hoc expectas? honor ad patrē, insignia honoris ad te delata sunt, ut ornatus erūnis uenis ad eū lacerādū quem interemisti,

ego iacentem & spoliatum defendo, & protego, atque id tu & reprehendis me quia defendã, & irasceris, ego autẽ non modo tibi non irascor, sed ne reprehendo quidem factum tuum, te enim existimo tibi statuisse quid faciendum putares, et satis idoneum officij iudicem posuisse. At accusat Cn. Cornelij filius, idẽque ualere debet ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem, qui quod premij solet esse in indicio reliquerit, quod turpitudinis in confessione id per accusationẽ filij susceperit. Sed quid est tandem quod indicat per istũ puerum Cornelius? Si est causa mihi ignota, cum Hortensio communicata sit, eadem respondeat Hortẽsius. Sin tu ais illũ comitatum Antronij & Catilinæ cum in campo consularibus comitijs, quæ a me habita sunt cædem facere uoluerunt, Antronium tum in campo uidimus, & quid dixi uidisse nos? Ego uidi, uos.n.tũ iudices nihil laborabatis, neq; suspicabamini, ego tectus præsidio firmo amicorum, Catilinæ tum & Antronij copias & conatum repressi. Nũ quis est igitur qui tum dicat in campũ aspirasse Syllam? atqui si tum se cum Catilina societate sceleris coniunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Antronio non erat? cur in pari causa non paria signa criminis reperiuntur? Sed quoniã Cornelius ipse etiã nunc de indicando dubitat, ut dicitis, infirmat hoc adumbratum indicium filij. Quid tandẽ de illa nocte dicit? cũ inter falcarios ad M. Leccam nocte ea quæ consecuta est posterũ diem nonis nouembriũ me cõsule Catilinæ de nunciatione cõuenit? Acerrimũ tempus coniurationis, quæ nox omniũ temporũ coniurationis acerrima fuit, atq; acerbissima, tum Catilinæ dies exeundi, tũ cæteris manẽdi cõditio, tum descriptio totam per urbẽ cædis atq; incendiorum constituta est, tunc tuus pater Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam prouinciã depoposcit, ut cũ prima luce

consulem salutatum ueniret, intromissus meo more & iure amicitiæ me in meo lecto trucidaret. Hoc tempore cum arderet acerrime cõiuratio, cum Catilina egrederet ad exercitum, Lentulus in urbe relinqueretur, Cassius incẽdiis, Cethegus cædi præponeretur, Antronio ut occuparet hetruriam præscriberetur, cum omnia ordinarentur, instituerent, pararentur, ubi fuit Sylla Corneli? nũ Romæ? immo longe abfuit. Num in his regionibus quo se Catilina inferebat? multo etiam longius. Num in agro camerti, piceno, gallico, quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris peruaserat, nihil uero minus, fuit enim ut iam ante dixi Neapoli, fuit in ea parte Italiæ quæ maxime ea suspitione caruit. Quid ergo indicat, aut quid affert, aut ipse Cornelius, aut uos qui ab eo hæc mandata defertis? Gladiatores emptos esse Fausti simulatione ad cædem ac tumultum. Ita prorsus interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris deberi uidemus, at empta est familia, quæ si esset pretermissa, posset alia familia Fausti munus præbere. Vtinam quidem hæc ipsa non iniquorum inuidia esset, æquorum expectationi satisfacere posset, præparat uehementer cum lõge tempus muneris abesset. Quasi uero tempus dandi muneris non ualde appropinquaret nec opinãte Fausto, cum is neq; sciret, neq; uellet, familia est comparata. At litteræ sunt Fausti, per quas ille precibus a. P. Sylla petit ut emat gladiatores, & ut hos ipsos emat, nec solum ad Syllam missæ, sed ad. L. Cæsarem. Q. Pompeium. C. Memmium, quorum de sententia tota res gesta est. At præfuit familiæ Cor. iam si in cõparãda familia nulla suspitio est quod profert, nihil ad rem pertinet, sed tamen munere seruili obtulit se ad ferramẽta prospiciẽda, præfuit uero nũquam, ea res per Bellũ Fausti libertũ omni tẽpore administrata est. At enim Cincius est ab hoc in ulteriorem Hispa

niam missus, ut eam prouinciam perturbaret. Primum Cincius iudices. L. Iulio. C. Figulo consulibus profectus est, aliquanto ante furorē Catilinæ, & suspitionē huius cōiurationis, deinde est profectus nō tum primū, sed cū in iisdē locis aliquāto ante eadem de cā aliquot annos fuisset, ac profectus est nō modo ob causam sed etiam necessariam causam magna ratione cum Mauritaniæ rege contracta, tum autem illo profecto Sylla procurante eius rem & gerente plurimis & pulcherrimis. P. Cincij prædijs uenditis æs alienū eiusdē dissolutum est ut quæ causa cæteros ad facinus impulit cupiditas retinēdæ possessionis, ea Cincio nō fuerit prædijs diminutis. Iam uero illud q̄ incredibile q̄ absurdum qui Romæ cædē facere, qui hanc urbē inflammare uellet, cum familiarissimū suum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras uirū, quo facilius Romæ ea quæ conabatur efficeret, si in Hispania turbatū esset, at hæc ipsa per se sine ulla coniunctione agebātur, an tantis rebus tā nouis consilijs, tam periculosis tam turbulētis hominem amantissimum sui familiarissimum coniunctissimum officijs, usu, consuetudine dimittēdum esse arbitraretur? Veri simile non est ut quem in secundis rebus, quem in ocio secum semper habuisset, hunc in aduersis & in eo tumultu quem ipse comparabat ab se dimitteret. Ipse autē Cincius (non enim mihi deserenda est causa amici ueteris atque hospitis) is homo est, aut ea familia? aut disciplina, ut hoc credi possit eum bellum Reipu. facere uoluisse? ut cuius pater cum cæteri deficerent finitimi ac uicini singulari extiterit in Remp nostram officio & fide, is sibi nefarium bellum contra patriam suscipiendum putaret? cuius æs alienum uidemus iudices non libidine sed negocij gerendi studio esse contractum, qui ita Romæ debuit ut in prouincijs & in regnis maximæ ei pecuniæ deberentur, quas cum pete-

ret non cõmisit ut sui procuratores quicq̃ oneris absente se sustinerẽt, uenire omnes suas possessiões & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, q̃ ullã morã cuiquam fieri creditorum suorũ, a quo quidẽ genere iudices ego nunq̃ timui cum in illa Reip. tempestate uersarer. Illud erat genus hominũ horribile & pertimescendum, qui tãto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra diuelli citius ac distrahi posse diceres. Cincius nunquã sibi cognationem cum p̃diis esse existimauit suis. Itaq; se non modo ex suspitione tanti sceleris, uerũetiam ex omni hominum sermone nõ armis sed patrimonio suo uẽdicauit. Iã uero quod obijcit Pompeianos esse a Sylla impulsos, ut ad istam coniurationen ac ad hoc nefarium facinus accederent id cuius modi sit intelligere non possum. An tibi Pompeiani coniurasse uidentur? quis hoc unq̃ dixit? aut quæ fuit istius rei uel minima suspitio? disiunxit inquit eos a colonis, ut hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset & Pompeianos habere, primum omnis Pompeianorum colonorumq; dissensio delata ad patronos est, cum iam inueterasset, ac multos annos esset excogitata, deinde ita a patronis res cognita est, ut nulla in re a cæterorum sententijs Sylla dissenserit, postremo coloni ipsi sic intelligunt nõ Põpeianos a Sylla magisq̃ sese esse defensos. Atq; hoc iudices ex hac frequentia colonorum honestissimorum hominum intelligere potestis, qui adsunt, laborant, hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ si in omni fortuna atq; in omni honore incolumen habere non potuerunt, in hoc tamen casu quo afflictus iacet, per uos tutari conseruariq; cupiunt. Adsunt pari studio Pompeiani qui ab illis etiam in crimẽ uocant, qui ita de ambitione & de suffragijs suis cũ colonis dissenserunt, ut idem de communi salute sentirent. Ac ne hæc quidẽ. P. Syllæ mihi uidetur silentio pretereũda

esse uirtus, quod cum ab hoc illa colonia deducta sit, & cum commoda colonorum a fortunis Pompeianorũ Po.Ro.fortuna diuiserit, ita carus utrisq; est atque iucundus, ut non alteros demouisse, sed utrosq; cõstituisse uideatur, at enim & gladiatores & omnis ista uis rogationis Ceciliæ causa comparabatur, atque hoc loco in. L. Cecilium prudentissimum atq; ornatissimum uirum uehementer inuectus est, cuius ego de uirtute & constantia iudices tantum dico talem hunc in ista rogatione quam promulgauit non de tollenda, sed de leuanda calamitate fratris sui fuisse, ut consultum esse uoluerit fratri, tamen cum Republica pugnare noluerit, promulgarit impulsus amore fraterno destiterit fratris auctoritate deductus, atq; in ea re per. L. Cecilium Sylla accusatur, in qua re est uterq; laudandus, primum Cecilius qui id ꝓmulgarit in quo res iudicatas uidebatur uoluisse rescindere, ut statueretur Sylla recte reprehendit. Status enim Reip. maxime iudicatis rebus cõtinetur. Neq; ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quisquã de salute suorum consulat, communem relinquat, nihil iudicio auferebat, sed pœnam eam ambitus ferebat, quæ fuerat nuper superioribus legibus constituta. Itaq; hac rogatione non iudicum sententiam, sed legis uitium corrigebat, nemo iudicium reprehendit cum de pœna quæritur, sed legem, damnatio enim est iudicum quæ manebat, pœna legis quæ leuabatur, noli igitur animos eorum ordinum qui presunt iudicijs summa cum grauitate & dignitate alienare a causa, nemo labefactare iudicium est conatus, nihil est eiusmodi promulgatum, semper Cecilius in calamitate fratris sui iudicum potestatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit. Sed quid ego de hoc plura disputem? forstasse & facile & libẽter dicerem, si paulo etiam longius quam finis quotidiani officij postulat, pietas & fraternus amor.

L.Celium protulisset,implorarem sensus uestros,uniuscu iusq; indulgentiam in suos testarer,peterem errato uenia. L.Cecilij ex intimis uestris cogitationibus atq; ex humanitate communi lex,dies fuit proposita post paucos, ferri cœpta, nunq; posita est in Senatu,relaturi cum in capito lium nos Senatum conuocassemus,nihil est actum prius & id mãdato Syllæ.Q.Metellus prætor se loqui dixit, Syllam illam cognitionem de se nolle ferri,ex illo tempore.L. Cecilius multa de repu.ægit.Agrariæ legi quæ tota a me reprehensa & abiecta est intercessorem fore perpessus est, improbis largitiõibus restitit,senatus auctoritatem nunq; impediuit.Ita se gessit in tribunatu ut onere deposito domestici officij nihil postea nisi de Reip.commodis cogitarit,atque in ipsa rogatione ne per uim quid ageretur. Quis tamen nostrum Syllam aut Cecilium uerebatur?nonne omnis ille terror,omnis seditionis timor atq; opinio ex Antronij improbitate pendebat?eius uoces,eius minæ ferebant, eius aspectus,concursatio,stipatio,greges hominum perditorum metũ nobis seditionesq; afferebant.Itaque.P.Sylla hoc importunissimo tũ honoris tũ etiã calamitatis socio atq; comite & secundas fortunas amittere coactus est, & in aduersis sine ullo remedio atq; alleuamento permanere. hic tu epistolam meam sæpe recitas,quã ego ad Cn.Pompeiũ de meis rebus gestis,& de summa Reip.misi,et ex ea crimen aliquod in.P. Syllam quæris, & qui furorem incredibilẽ biẽnio ante cõceptũ erupisse in meo cõsulatu scripsi, hoc me demonstrasse dicis, Syllã in illa fuisse superiore cõiuratione,scilicet is sum,qui existimẽ.Cn.Pisonẽ & Catilinã & Vargũteiũ & Antroniũ nihil scelerate,nihil audacter ipsos per sese sine.P.Sylla facere potuisse,de quo etiã si qs dubitasset antea,num id, qđ tu arguis cogitasset? interfe

cto patre tuo consule descendere. Kal. Ianuarijs cum lictori bus, sustulisti hanc suspitionem cum dixisti hunc ut Catili nam consulem efficeret, contra patrem tuum operas & ma num comparasse, quod si tibi ego confiteor quod non facio, tu mihi concedas necesse est, hunc cum Catilinæ suffraga retur, nihil de suo consulatu quem iudicio amiserat per uim recuperando cogitauisse. Neque enim istorum facinorum tantorum tam atrocium crimen iudices. P. Syllæ persona su scipit. Iam enim faciam criminibus omnibus fere dissolutis contra atq; in cæteris causis fieri solet, ut nunc deniq; de uita hominis ac de moribus dicã, & enim de principio stu duit animus occurrere magnitudini criminis, satisfacere expectatiõi hominum, de me aliquid, de ipso qui accusatus erat dicere. Nunc iam reuocandi estis eo, quo uos ipsa cau sa etiam tacente me cogit. Animis omnibus in rebus iudi ces quæ grauiores maioresq; sunt quid quisq; uoluerit, co gitauerit, admiserit, nõ ex crimine sed ex moribus eius qui arguitur est ponderandum, neq; enim potest quisq; nostrũ subito fingi, neq; cuiusq; repente uita mutari, aut natura cõuerti, nemo repẽte fit summus, nemo repẽte turpissimus. Circunspicite paulisper mentibus uestris, ut alia omitta mus, hosce ipsos homines qui huic affines sceleri fuerũt, Catilina cõtra Rep. cõiurauit, cuius aures unq; hoc respue runt, cõtaminatũ esse hominem usq; a pueritia, non solum intemperantia & scelere, sed etiã consuetudine & studio, & in omni flagitio, stupro, cæde uersatum. Quis eum con tra patriam pugnantem perijsse miratur, quem semper oẽs ad ciuile latrocinium natum putauerunt? Quis Lentuli so cietates cum indicibus? Quis insaniam libidinum? quis per uersam, atq; impiam religionem recordatur, quis illũ aut nefarie aut stulte cogitasse miretur? Quis de C. Cethego, atque eius in Hispaniã profectione, ac de uulnere. Q. Me

telli Pij cogitat, cui nõ ad illius pœnam carcer ædificatũ esse uideatur? Omitto cæteros ne sit infinitum, tãtum a uobis peto, ut taciti de omnibus quos cõiurasse cognitum est cogitetis, intelligetis unumquẽq; illorum prius a sua uita quam nostra suspitione esse damnatum, ipsum illum Antronium, quoniam nomẽ eius finitimum maxime est huius periculo & crimini, non sua cõsuetudo ac uita conuincit? semper audax petulans libidinosus, quem in stuprorum defensionibus, non solum uerbis uti improbissimis solitum esse scimus, uerumetiam pugnis & calcibus, quem exturbare homines e possessionibus? cædem facere uicinorum? spoliare fana sociorum? Vi conatu & armis disturbare iudicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non Reipub. cedere, non fortunæ ipsi succumbere, huius si causa non manifestissimis rebus teneretur, tamen eum mores ipsiu s ac uita conuincerent. Agedum conferte nũc cũ illius uita uitam. P. Syllæ uobis Po.q; Ro. notissimam iudices, & eam ante oculos uestros proponite, ecqđ huius factum aut commissum non dicam audacius, sed qđ cuiq; paulominus consideratum uideretur factum quæro. Verbũ ecquod unquã ex ore huius excidit, unde ui quisq; posset offendi? At uero in illa graui L. Syllæ uictoria turbulentaq; quis P. Sylla mitior? multorum hic uitam est a .L. Sylla deprecatus, quam multi sunt summi homines & ornatissimi & nostri & equestris ordinis, quorũ pro salute se hic Syllæ obligauit, quos ego nominarem, neq; enim ipsi nolunt, & huic animo gratissimo adsunt, sed quia maius est beneficium quam posse debet ciuis ciui dare, ideo a uobis peto, ut quod potuit tempori tribuatis quod fecit ipsi. Quid reliquam constantiam uitæ commemorem? dignitatem, liberalitatem, moderationem in priuatis rebus, splendorem in publicis, quæ ita a fortuna deformata sunt, ut ta-

men a natura inchoata compareant? Quæ domus? quæ cele bratio quotidiana? Quæ familiaris dignitas? Quæ studia amicorum? quæ ex quoque ordine multitudo? Hæc diu multum & multo labore quæsita, una eripuit hora, accepit. P. Sylla iudices uulnus uehemens & mortiferum, uerumtamē hmōi qđ uiderēt eius uita & natura accipere potuisse, honestatis & dignitatis habuisse nimis magnam iudicatus est cupiditatem, quam si nemo alius habuit in consulatu petēdo, cupidior iudicatus ē hic fuisse q̄ cæteri, sin etiā in alijs nonnullis fuit iste consulatus amor, fortuna in hoc fuit fortasse grauior, q̄ in cæteris. Postea uero quis. P. Syllam nisi demissum mœrentem afflictumq; uidit? & quis unquam est suspicatus hunc magis odio, q̄ pudore hominū aspectum lucemq; uitare? qui cum multa haberet inuitamēta urbis & fori propter summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restiterunt, abfuit ab oculis uestris, & cum lege retineretur, ipse se exilio pene mulctauit, in hoc uos pudore iudices, & in hac uita tanto sceleri locū fuisse creditis? aspicite ipsum, contuemini os, conferte crimen cū uita usq; ad hoc tempus explicata, cum crimine recognoscite. Mitto Remp. quæ fuit semper Syllæ carissima, hos ne amicos tales uiros tam cupidos sui per quos res eius secundæ quondam erant ornatæ, nunc subleuantur aduersæ, crudelissime perire uoluit? ut cum Lētulo, & Catilina, & Cethego fœdissimam uitam & miserrimam turpissima morte proposita degeret. Non inquam cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc uitam, non in hunc hominem ista suspitio, noua quædam illa immanitas exorta est, incredibilis fuit ac singularis furor ex multis ab adolescētia collectis perditorum hominum uitijs repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit. Nolite iudices arbitrari hominum illum impetum & conatū fuisse, neq; enim ulla

gens tam barbara, aut tam immanis unq̃ fuit, in qua non modo tot, sed unus tam crudelis hostis patriæ sit inuentus. Beluæ quædam illæ ex portentis immanes ac feræ formam hominum indutæ extiterunt, perspicite etiam atq; etiam iudices. Nihil enim est quod in hac causa dici possit uehementius, penitus introspicite Catilinæ, Antronij, Cethegi, Lẽtuli cæterorumq; mentes, quas uos in his libidines, quæ flagitia, quas turpitudines, quantas audacias, q̃ incredibiles furores, quas notas scelerum? quæ indicia parricidarum, quantos aceruos facinorum reperietis? Ex magnis & ex diuturnis & iam desperatis Reipu. morbis, ista repente uis erupit, ut ea confecta & eiecta conualescere aliquando & sanari ciuitas possit. Neq; enim est quisquam qui arbitretur illis inclusis in Repu. pestibus diutius hæc stare potuisse, itaq; eos non ad perficiendum scelus, sed ad luendas Reip. pœnas furiæ quædam incitauerunt. In hunc igitur gregem uos nunc. P. Syllam iudices ex ijs qui cum hoc uiuunt, atq; uixerunt honestissimorum hominum gregibus reijcietis? ex hoc hominũ numero, ex hac familiarũ dignitate in impiorum partem, atq; in parricidarum cædem ac numerum transferetis? Vbi erit igitur illud fortissimũ præsidium pudoris? quo in loco nobis uita ante acta proderit? Quod ad tempus existimationis partæ fructus reseruabitur, si in extremo discrimine ac dimicatione fortunæ deseruerit? si non aderit? si nihil adiuuarit? Quæstiones nobis seruorum, ac tormenta accusator minitatur, in quibus q̃q̃ nil periculi suspicamur, tamen illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq; tũ animi, tũ corporis, regit quæstor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerũ angustijs nihil ueritati loci relinquat. Vita. P Syllæ torquatei ex ea quæratur num quæ occultetur libido? num quod lateat facinus? num quæ crudelitas? num

quæ audacia? nihil erroris erit in causa, nec obscuritatis iudices, si a uobis uitæ ꝑpetuæ uox ea quæ grauissima debet esse audietur, nullũ in hac causa testẽ timemus, nihil quem quã scire, nihil uidisse, nihil audisse arbitramur, sed tamen si nihil uos. P. Syllæ fortuna mouet iudices, uestra moueat. Vestra enim qui cum summa elegantia, atque integritate uixistis, hoc maxime interest non nõ ex libidine, aut simultate, aut leuitate testiũ causas honestissimorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus repentinisq; periculis uitã uniuscuiusq; esse testẽ, quã uos iudices nolite armis suis spoliatã atq; nudatã obijcere inuidiæ, dedere suspitioni, munite cõmunẽ arcẽ bonorũ, obstruite perfugia improborũ, ualeat ad pœnam & ad salutẽ plurimũ, quã solã uidetis ipsam ex ui sua naturaq; facillime ꝑspici, subito flecti, fingiq; non posse. Quid uero hæc autoritas? semꝑ enĩ de ea dicendum est, quanq̃ a me timide modiceq; dicetur. Quid inquã hæc autoritas nostra, qui a cæteris coniurationis causis abstinuimus. P. Syllã defendimus, nihil hunc tandem iuuabit? graue si appetimus aliquid, si cũ cæteri de nobis silent, non etiam nosmetipsi tacemus, graue, sed si lædimur, si accusamur, si in inuidiã uocamur, profecto conceditis iudices, ut nobis libertatem retinere liceat, si minus liceat dignitatẽ, accusati sunt, quæro nũ hic ille? sed omnes uno nomine consulares, ut iam uideatur honoris amplissimi nomen plus inuidiæ, quã dignitatis afferre. Affuerunt inquit Catilinæ, illumq; laudarunt, nulla tamen patebat, nulla erat cognita coniuratio, defendebãt amicum, aderant supplici, uitæ eius turpitudinem in summis eius periculis non insequebantur, quin etiam parens tuus Torquate consul reo de pecunijs repetundis Catilinæ fuit aduocatus improbo homini, at supplici, fortasse audaci, & aliquando amico, cui cum affuit post delatam ad eum primum illam

coniurationem

coniurationem indicauit se audisse aliquid non credidisse. At idem non affuit alio in iudicio cum adessent cæteri, sed postea cognorat ipse aliquid quod in consulatu ignorasset, ignoscēdum est ijs qui postea nihil audierunt. Sin illa res, prima ualuit num inueterata quam recens debuit esse grauior? Sed si tuus parens etiam in illa suspitione periculi sui tamen humanitate adductus, aduocationem hominis improbissimi sella curuli atq; ornamentis & sui & consulatus honestauit, quid est quamobrem cōsulares qui Catilinæ affuerunt, reprehendantur? At ijdem ijs qui ante hūc causam de coniuratione dixerunt nō affuerunt, tanto sceleri astrictis hominibus statuerunt nihil a se adiumenti, nihil opis, nihil auxilij ferri oportere. At ut de eorū constantia atq; animo in Rempu. dicam, quorū tacita grauitas & fides de unoquoq; loquitur, neque cuiusquam ornamenta orationis desiderat, potest quisquam dicere unquam meliores, fortiores, constantiores consulares fuisse, quā his temporibus & periculis, quibus pene oppressa est Respubli. Quis non de communi salute apertissime, qs nō fortissime, quis non constantissime sensit? Neque ego præcipue de consularibus disputo nā hæc & hominum ornatissimorum q̃ prætores fuerūt, & uniuersi Senatus communis est laus, ut constet post hominū memoriam nunquam in illo ordine plus uirtutis, plus amoris in Rempublicam plus grauitatis fuisse, sed quia sunt descripti consulares, de ijs tantum mihi dicendum putaui, quod satis esset attestante memoria omnium neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studio, uirtute, auctoritate incubuerit ad Remp. conseruandam. Sed quid ego qui Catilinam non laudaui, qui reo Catilinæ consul non affui, qui testimonium de coniuratione dixi in alios, adeo ne uobis alienus a sanitate, adeo oblitus constantiæ meæ, adeo immemor rerum a me

gestarũ esse uideor, ut cum consul bellum gesserim cum cõ-iuratis, nunc eorum ducẽ seruare cupiã? & in animũ indu-cam, cuius nuper ferrũ retuderim flãmamq; restinxerim, eiusdem nũc causam uitamq; defendere? Si mediusfidius iudices nõ me ipsa Respu. meis laboribus & periculis con-seruata ad grauitatem animi & cõstantiam sua dignitate reuocaret, tamẽ hoc natura est insitum, ut quem timueris, qui cum de uita fortunisq; contenderis, cuius ex insidijs euaseris, hunc semper oderis. Sed cum agatur honor meus amplissimus, gloria rerũ gestarũ singularis, cum quotiens quisquam est in hoc scelere conuictus, totiẽs renouetur me-moria per me inuẽtæ salutis, ego sim tam demẽs, ego cõmit-tam, ut ea quæ pro salute omniũ gessi, casu magis & fœlici-tate a me, q̃ uirtute & consilio gesta esse uideantur? Quid ergo, hoc tibi summis dicet fortasse quispiã, ut quia tu de-fenderis, innocens iudicet? Ego uero iudices non modo ni-hil mihi assummo, in quo quispiam repugnet, sed etiã si q̃d ab oĩbus conceditur, id reddo ac remitto, non in ea Repub. uersor, non his temporibus caput meũ obtuli pro patriæ pe-riculis omnibus, non aut ita sunt extincti quos uici, aut ita grati quos seruaui, ut ego mihi plus appetere coner q̃ q̃tũ oẽs inimici inuidiq; patiantur. Graue eum esse uidetur qui inuestigarit cõiurationẽ, qui patefecerit, q oppresserit, cui senatus singularibus uerbis gratias ægerit, cui uni togato supplicationẽ decreuerit, dicere in iudicio, non defenderem si coniurasset, non dico id quod graue est, dico illud quod in his causis cõiurationis nõ auctoritati assummã sed pudori meo. Ego ille cõiurationis inuestigator atq; ultor certe non defenderem Syllam, si cõiurasse arbitrarer. Ego iudices de tantis omniũ periculis cũ quærerẽ oĩa, multa audirẽ, nõ cre-derẽ oĩa cauerẽ omnia, dico hoc q̃d initio dixi nullius indi-cio, nullius suspitione, nullius litteris de Rep. Syllæ rẽ ullã

ad me esse delatã. Quãobrem uos Dij patrij & penates q
huic urbi, atq; huic imperio præsidetis, qui hoc imperium,
qui hãc libertatẽ Po. q; Ro. qui hæc tecta atq; templa me cõ
sule uestro numine auxilioq; seruastis, testor ĩtegro me anĩ
mo ac libero. P. Syllæ causam defendere, nullum a me scien
te facinus occultari, nullum scelus susceptũ contra salutem
omniũ defendi atq; tegi, nihil de hoc cõsul cõperi, nihil su-
spicatus sum, nihil audiui. Itaq; idem ego ille qui uehemẽs
in alios, qui inexorabilis in cæteros esse uisus sum, persolui
patriæ q̃d debui, reliqua iam a me meæ perpetuæ cõsuetudĩ
ni naturæq; debentur. Tam sum misericors iudices q̃ uos,
tã mitis q̃ qui lenissimus, in quo uehemens fui uobiscũ ni-
hil feci, nisi coactus Reip. præcipitanti subueni, patriam de
mersam extuli, misericordia ciuiũ adducti tũc fuim? tã ue-
hementer, q̃ necesse fuit. Salus esset omniũ amissa una no-
cte nisi esset seueritas illa suscepta, sed ut ad sceleratorum
pœnam amore Reipu. sum adductus, sic ad salutem innocẽ-
tium uoluntate deducor. Nihil uideo esse in hoc P. Sylla iu-
dices odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim
nũc propulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad uos iu-
dices cõfugit, sed ne qua generi ac nomini suo nota nefariæ
turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem si erit uestro iudi
cio liberatus, quæ habet ornamenta, quæ solatia reliquæ ui
tæ, quibus lætari & perfrui possit? domus erit credo exor-
nata, aperientur maiorũ imagines, ipse ornatum & uestitũ
recuperabit? Omnia iudices hæc amissa sunt, omnia gene-
ris, honoris, nominis insignia atq; ornamenta unius iudi-
cij calamitate occiderunt. Sed ne extinctor patriæ, ne pro-
ditor, ne hostis appelletur, ne hanc labem tanti generis in
familia relinquat, id laborat, id metuit, cui honoris inte-
gros fructus nõ sit traditurus, ne æternã memoriã dedeco-
ris relinquat. Hic uos orat o iudices paruus, ut se aliquã-

do si non integra fortuna, at afflicta patri suo gratulari sinatis, huic misero notiora sunt iudiciorũ itinera & fori quam disciplinarũ. Nõ iã de uita. P. Syllæ iudices, sed de sepultura cõtẽditur, uita erepta est superiori iudicio, nunc ne corpus eijciatur laboramus. Quid.n. est huic reliq, quod eũ in uita hac teneat? Aut quid est quãobrẽ hæc cuiquã uita uideat? Nuper is homo fuit in ciuitate. P. Sylla, ut nemo ei se neq; honore neq; gratia neq; fortunis anteferret. Nunc spoliatus omni dignitate, quæ erepta sunt nõ repetit, quod fortuna in malis reliqui fecit, ut cum parente, cum liberis, cũ fratre, cum his necessarijs lugere suam calamitatem liceat, id sibi ne eripiatis uos iudices obtestatur. Te ipsum iã Torquate expletũ huius miserijs pateat, & si nihil aliud Syllæ nisi consulatũ abstulissetis, tñ eo uos contentos esse oportebat, honoris.n. contentio uos ad cãm nõ inimicitiæ deduxerũt. Sed cũ huic omnia cũ honore detracta sint, cũ i hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit, quid est qđ expetas amplius? Lucis ne hãc usuram eripere uis plenam lachrymarum atq; mœroris, in qua cũ maximo cruciatu atq; dolore retinetur? libẽter reddiderit adempta ignominia fœdissimi criminis. An uero inimicũ ut expellas, cuius ex miserijs si esses crudelissimus, uidendo fructum caperes maiorem quam audiendo? O miserũ, o infelicem illũ diẽ, quo consul omnibus centurijs. P. Sylla renũciatus est. O falsam spem, o uolucrẽ fortunã, o cæcam cupiditatem, o præposterã gratulationẽ, quam cito oĩa illa ex lætitia & uoluptate ad luctum & lachrymas reciderunt, ut qui pauloante cõsul designatus fuisset, retineret repente nullum uestigium pristinæ dignitatis. Quid enim erat mali quod huic spoliato honore, fama, fortunis deesse uideretur? Aut cui nouæ calamitati locus ullus relictus esset? Vrget eadẽ fortuna quæ cœpit, repperit nouum mœrorẽ, nõ patitur hominẽ calamitosum uno

modo afflictum uno in luctu perire. Sed iam impedior ego-met iudices dolore animi, ne de huius miseria plura dicam. Vestræ iam sunt partes iudices, in uestra mãsuetudine atque humanitate causam totam repono. Vos reiectione interposita nihil suspicantibus nobis repentini in nos iudices cõsedistis, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitatis, a fortuna nobis ad præsidium innocentiæ cõstituti, ut ego quid de me Popu. Roma. existimaret, quia seuerus in improbos fueram, laboraui, & quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi. Sic uos seueritatem iudiciorum quæ per hos menses in homines audacissimos facta est, lenitate de misericordia mitigate. Hoc tum impetrare a uobis ipsa causa debet, tũ est uestri animi atque uirtutis declarare nõ esse eos uos, ad quos potissimũ interposita reiectione deuenire cõuenerit. In quo ego iudices uos quãtũ meus amor ĩ uos postulat, tantũ hortor, ut communi studio quoniã in Repub. coniuncti sumus, mansuetudine & misericordia uestra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

M.T.C. PRO AVLO LICINIO ARCHIA POETA CONTRA GRACCHVM ORATIO.

I quid est in me ingenij iudices, quod sentio ꝗ̃ sit exiguum, aut si qua exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse uersatum, aut si huiusce rei ratio aliqua ab optimarum artium studijs & disciplina profecta, a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse, earum rerum omnium uel in primis hic Aulus Licinius fructum a me repetere prope suo iure

debet. Nã quoad lõgissime potest mẽs mea respicere spaciũ præteriti temporis, & pueritiæ memoriã recordari ultimã, inde usque repetens, hunc uideo mihi principẽ & ad suscipiendã, & ad ingrediendã rationẽ horum studiorum extitisse. Quod si hæc uox huius hortatu, præceptisq; cõfirmata, nonnullis aliquando saluti fuit, a quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus, huic profecto ipsi quantum est situm in nobis, & opem & salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte mireť, ꝙ alia quædam in hoc facultas sit ingenij, neq; hæc dicendi ratio aut disciplina, nec nos quidem huic cuncti studio penitus unq̃ dediti fuimus. Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune uinculũ, & quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed ne cui uestrũ mirũ esse uideatur me in quæstione legitima, & in iudicio publico cum res agatur apud prætorem Pop. Ro. lectissimum uirũ, & apud seuerissimos iudices tanto conuentu hominũ ac frequẽtia hoc uti genere dicẽdi, qđ nonmodo a consuetudine iudiciorum, uerũetiã a forẽsi sermone abhorreat. Quæso a uobis ut in hac causa mihi detis hanc ueniã accommodatã huic reo, uobis quemadmodũ spero nõ molestam, ut me pro summo poeta ac eruditissimo homine dicentem hoc cõcursu hominum litteratissimorũ hac uestra humanitate, hoc deniq; p̃tore exercente iudiciũ, patiamini de studijs humanitatis ac litterarum paulo loqui liberius, & in eiusmodi persona quæ propter ocium ac studium minime in iudicijs periculisq; tractata est, uti prope nouo quodam & inusitato genere dicendi, quod si mihi a uobis tribui cõcediq; sentiã, perficiam profecto ut hunc. A. Licinium nonmodo non segregandũ, cum sit ciuis a numero ciuium, uerũetiam si non esset, putetis asciscendum fuisse. Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atq; ab ijs artibus quibus

ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribẽdi studium cõtulit, primũ antiochiæ, nam ibi natus est loco nobili, celebri quondam urbe & copiosa, atq; eruditissimis hominibus, liberalissimisq; studijs affluenti celeriter antecellere omnibus ingenij gloria cõtigit, post in cæteris Asiæ partibus, cunctæq; græciæ, sic eius aduẽtus celebrabatur, ut famam ingenij expectatio hoĩs, expectationẽ ipsius aduẽtus admiratioq; superaret. Erat tum Italia plena græcarũ artium, ac disciplinarum, studiaq; hæc & in latio uehemẽtius tum colebantur, q̃ nunc ijsdem in oppidis, & hic Romæ propter tranquillitatẽ Po.Ro. nõ negligebantur. Itaq; hunc & tarentini & rhegini & neapolitani ciuitate cæterisq; præmijs donarunt, & omnes qui aliquid de ingenijs poterant iudicare, cognitione atq; hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famæ cum esset iam absentibus notus Romam uenit Mario consule & Catulo. Nactus est primum consules eiusmodi, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studiũ atq; aures adhibere posset. Statim Luculli cũ prætextatus etiam tum Archias esset, eum in domum suam recepẽrunt. Sed etiam hoc non solum ingenij ac litterarum, uerũ etiam naturæ atq; uirtutis fuit, ut domus quæ huius adolescentiæ prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti. Erat temporibus illis iucundus Metello illi Numidico, & eius Pio filio, audiebatur a M. Emilio, uiuebat cũ Q. Catulo & patre & filio, a Lucio Crasso colebatur. Lucullos uero & Drusos & Octauios & Catonem & totam Hortẽsiorum domum deuinctã consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, quod eum nõ solum colebant, q aliqd percipere aut audire studebãt, uerũetiam si qui forte simulabãt. Interim satis longo interuallo cum esset cũ L. Lucullo in Siciliam profectus, & cum ex ea prouincia cum eodẽ

Lucullo decederet, uenit Heracleā. Quæ cum esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatē uoluit, idq; cum ipse per se dignus putaret, tū auctoritate & gratia Luculli ab Heracliensibus impetrauit. Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis, si qui fœderatis ciuitatib⁹ ascripti fuissent, si tū cū ferebatr in Italia domiciliū habuissent, & si sexaginta diebus apud prætorem essent professi, cum hic domicilium Romæ multos iam antea annos haberet, pfessus est apud prætorem. Q. Metellum familiarissimum suū. Si nihil aliud nisi de ciuitate ac lege dicimus, nihil dico amplius, cā dicta est. Quid enim horum infirmari Grace che potest? Heracliæ ne esse eum ascriptum negabis? adest uir summa auctoritate & religione & fide. M. Lucullus, q se non opinari sed scire, nō audiuisse sed uidisse, nō interfuisse, sed egisse dicit, adsunt Heracliēses legati nobilissimi homines huius iudicij causa cum mandatis, & cū publico testimonio uenerūt, qui hunc ascriptū Heracliensem dicūt, hic tu tabulas desideras Heracliēsium publicas, quas italico bello incenso tabulario interijsse scimus omnes. Est ridiculum ad ea quæ habemus nihil dicere, quærere quæ habere non possumus, & de hominū memoria tacere, litterarū memoriā flagitare, & cū habeas amplissimi uiri religionē, integerrimi municipij iusiurandum fidēque, ea quæ deprauari nullo modo possunt repudiare, tabulas quas idē dicis solere corrumpi, desiderare. At domicilium Romæ non habuit is qui tot annis ante ciuitatem datam sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romæ collocauit? At non est professus, immo uero his tabulis quæ solæ ex illa professiōe collegioque prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Nam cum Appij tabulæ negligentius adseruatæ dicerentur, Gabij s quādiu incolumis fuit leuitas, post dannationem calamitas omnem tabularū fidē resignasset,

Metellus homo sanctissimus, modestissimusq; omniũ tanta diligentia fuit, ut ad L. Lentulũ prætorẽ, & ad iudices uenerit, & unius nominis litura se cõmotũ esse dixerit. His igitur tabulis nullã liturã in nomẽ A. Licinij uidetis. Quæ cum ita sint, quid est quod de eius ciuitate dubitetis? præsertim cũ alijs quoq; in ciuitatibus fuerit ascriptus, & enim cum mediocribus multis, & aut nulla aut humili aliqua arte præditis gratuito ciuitatem in græcia homines impertiebantur, rheginos credo, aut Locrenses, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id huic summa ingenij prædito gloria noluisse. Quid cum cæteri non modo post ciuitatem datam, sed etiã post legem papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserũt, hic qui nec utitur quidẽ illis in quibus est scriptus, quod semper se heracliẽsem ciuẽ esse uoluit, reijcietur? Census nostros requiris scilicet. Est.n. obscurũ proximis cẽsoribus hunc cum clarissimo imperatore L. Lucullo apud exercitũ fuisse, superioribus cum eodem quæstore fuisse in Asia, primis Iulio & Crasso nullã populi partem esse censam. Sed quoniam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat eum qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue his temporibus quæ tu criminaris, nec ipsius quidem iudicio in ciuium Romanorum iure esse uersatum, & testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adijt hæreditates ciuium Romanorum, & in beneficijs ad ærarium delatus est a L. Lucullo p̃tore & consule. Quære argumenta si qua potes, nũquam enim hic neq; suo neq; amicorũ iudicio reuincetur. Quæres a nobis Gracche cur tantopere hoc hoĩe delectemur? q̃a suppeditat nobis, ubi & aĩus hoc forensi strepitu reficiatur, & aures cõuitio defessæ cõquiescãt? An tu existimas aut suppetere nobis posse q̃d quotidie dicamus in tãta uarietate rerũ, nisi animos nostros doctrina excola

mus? aut ferre aios tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego uero fateor me his studijs esse deditũ, cæteros pudeat si q se ita litteris abdiderũt, ut nihil possint ex his neq; ad cõem afferre fructum, neq; in aspectum lucemq; proferre. Me autẽ quid pudeat, qui tot annos ita uiuo iudices ut ab illis nullo unq̃ me t pe aut commodum aut ocium meũ abstraxerit, aut uoluptas auocarit, aut deniq; somnus retardarit, quare quis tandem me rep̃hendat, aut quis mihi iure succenseat, si quantum cæteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorũ celebrandos, quantum ad alias uoluptates, & ad ipsam requiẽ animi, & corporis cõceditur temporũ, quantum alij tribuunt tempestiuis conuiuijs, quantum deniq; aleæ, quantũ pilæ, tm̃ mihi egomet ad hæc studia recolẽda sũpsero? Atq; hoc ideo mihi concedendum est magis, q̄ ex his studijs hæc quoq; crescit oratio & facultas, quæ quãtacũq; in me ẽ, nũq̃ amicorũ periculis defuit, quæ si cui leuior uidet̃, illa quidem certe quæ summa sunt ex quo fonte hauriam sentio. Nam nisi multorum p̃ceptis multisq; litteris mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in uita magnopere expetendũ nisi laudem atq; honestatem, in ea autem persequenda oẽs cruciatus corporis, oĩa p̃icula mortis atq; exilij parui esse ducenda, nunq̃ me pro salute uestra in tot ac tantas dimicationes, atq; in hos profligatorum hominum quotidiãos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenæ sapientum uoces, plena exemplorum uetustas, quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accenderet. Quam multas nobis imagines non solum ad intuendum, uerumetiã ad imitandum fortissimorum uirorum expressas, scriptores & græci & latini reliquerunt? quas ego mihi semper in administrãda Repu. proponẽs animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium confirmabã.

Quæret quispiã, quid illi ipsi summi uiri, quorum uirtutes litteris pditæ sunt, ista ne doctrina quã tu laudibus effers, eruditi fuerunt? difficile est hoc de oĩbus confirmare. Sed tamen est certũ quid respondeã. Ego multos homines excellenti animo & uirtute fuisse, et sine doctrina naturæ ipsius habitu prope diuino per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor. etiam illud adiungo sæpius ad laudem, atq; uirtutem naturam sine doctrina, q̃ sine natura ualuisse doctrinam, atq; idem ego contendo cum ad naturam eximiam atq; illustrẽ accesserit ratio quædã cõfirmatioq; doctrinæ, tum illud nescio quid præclarum ac singulare solere existere. Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri uiderũt diuinũ hoĩem Africanum, ex hoc .C. Lælium. L. Furium modestissimos homines & continentissimos, ex hoc fortissimũ uirum, & illis temporibus doctissimum Catonem illum senem, qui profecto si nihil ad percipiẽdam colendamq; uirtutem litteris adiuuarentur, nunq̃ se ad earum studiũ contulissent, q̃ si non hic tantus fructus ostenderetur, & si ex his studijs delectatio sola peteretur, tamen ut opinor, hanc animaduersionẽ humanissimã, atq; liberalissimã iudicaretis. Nã cæteræ res neq; temporum sunt, neq; ætatũ omniũ, neq; locorũ, hæc studia adolescentiam agunt, senectutẽ oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur, quod si ipsi hæc, neque attingere, neq; sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus etiam cum in alijs uideremus, quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscij morte nuper non cõmoueretur? Qui cum esset senex, mortuus tamen propter excellentẽ artem, ac uenustatem uidebatur omnino mori nõ debuisse, ergo ille corporis motu tãtũ amorem sibi conciliarat a nobis omnibus, nos animorum incre

dibiles motus, celeritatemq; ingeniorũ negligemus? Quõtiens ego hũc Archiam uidi iudices (utar enim uestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) Quotiens ego hunc uidi cum litteram scripsisset nullam magnum numerum optimorum uersuũ de ijs ipsis rebus, quæ tum agebantur dicere ex tempore. Quotiens reuocatum eandem rem dicere commutatis uerbis atq; sententijs. Quæ uero accurate cogitateq; scripsisset, ea sic uideri probari, ut ad ueterum scriptorũ laudem peruenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? nõ omni ratione defendendum putem? Atqui sic a summis hominibus eruditissimisq; accepimus, cæterarum rerum studia & doctrina & præceptis, & arte constare, poetam natura ipsa ualere, et mentis uirib9 excitari, et quasi diuino quodã spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono, atq; munere commẽdati nobis esse uideantur. Sit igitur iudices sanctum apud uos humanissimos homines hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria uiolauit, saxa & solitudines uoce respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt, nos instituti rebus optimis non poetarũ uoce moueamur? Homerũ Colophonij ciuem esse dicũt suũ, Chij suum uẽdicant, Salaminij repetũt. Smyrnei uero suũ esse confirmãt, itaque etiam delubrum eius in urbe dedicarunt, permulti alij præterea pugnant inter se atq; contendunt. Ergo illi alienum quia poeta fuit etiam post mortem expetunt, nos hũc uiuum qui uoluntate & legibus noster est, repudiamus? presertim cum omne olim studium, atq; omne ingenium contulerit Archias ad Po. Ro. gloriã laudemq; celebrandã. Nã & cymbricas res adolescẽs attigit, etiã ipsi illi. C. Mario, qui durior ad hæc studia uidebatur iucũdus fuit. Neq;.n. quisq; est tã auersus a musis, qui nõ man-

dari uersibus æternum suorum laborum preconium facile patiatur. Themistoclem illum summum Athenis uirum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur quod acroama, aut cuius uocem libentissime audiret, eius a quo sua uirtus optime prædicaretur. Itaq; illum Marius item eximie. L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quæ gesserat posse celebrari. Mithridaticum uero bellum magnum atq; difficile, & in multa uarietate terra mariq; uersatum, totum ab hoc expressum est, qui libri non modo. L. Lucullum fortissimum & clarissimum uirum, uerumetiam Po. Ro. nomē illustrāt. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante pontum, & regijs quondam opibus & ipsa natura regionis uallatum, Po. Ro. exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles armeniorum copias fudit, Popu. Ro. laus est urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam. Nostra semper feretur ac prædicabitur. L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostiū classis, & incredibilis apud tenedon pugna illa naualis, nostra sunt trophæa, nostra monumēta, nostri triūphi, quia quorum ingenijs hæc ferūtur, ab his Po. Ro. fama celebrat, carus fuit Aphricano superiori noster Ennius. Itaq; etiam in sepulchro Scipionū putatur is esse cōstitutus, & marmoratis laudibus, certe non solum ipsi qui laudātur, sed etiā Po. Ro. nomē ornatur, ī cœlū huius proauus Cato tollitur, magnus honor Popu. Ro. adiūgitur, omēs deniq; illi Maximi, Marcelli, Fuluij nō sine cōmuni omniū nostrū laude decorātur, ergo illū qui hæc fecerat rudē tū hominē maiores nostri in ciuitatem receperūt, nos hunc heracliensem multis ciuitatibus expetitū, in hac autē legibus constitutum, de nostra ciuitate eijciemus? Nā si qs maiorē gloriæ fructum putat ex græcis uersibus percipi q̄

ex latinis, uehementer errat, propterea q græca leguntur in oĩbus fere gentibus, latina suis finibus exiguis sane cõtinentur. Quare si res eæ quas gessimus orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus quo minus manuum nostrarum tela peruenerint, eodem gloriã famamq; penetrare, q cum ipsis populis de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt, tum ijs certe qui de uita gloriæ causa dimicãt, hoc maximum & periculorum incitamentum est & laborum, q̃ multos scriptores rerũ suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? atq; is tamen cum in sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate inquit adolescens, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneris. & uere, nam nisi illi ars illa extitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat, nomẽ etiam obruisset, quid noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit? Nonne Theophanem Mityleneum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit? & nostri illi fortes uiri & rustici ac milites dulcedine quadam gloriæ cõmoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt, itaq; credo si ciuis Romanus Archias legibus nõ esset, ut ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Sylla cum Hispanos & Gallos donaret, credo hunc petentem repudiasset, quem nos in cõcione uidimus, ei cum libellum malus poeta de populo subiecisset, q epigrãma in eum fecisset tantummodo alternis uersibus longiusculis, statim ex his rebus, quas tunc uendebat, iubere ei premium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet, qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tñ premio dignam, huius ingenium & uirtutem in scribendo & copiam non expetisset? Quid a Q. Metello Pio familiarissimo suo qui ciuitate multos donauit, neq; per se, neq; p Lucullos impetrauisset? qui presertim usq; eo de suis rebus

scribi cuperet, ut etiã Cordubæ natis poetis pingue quiddam sonantibus, atq; peregrinum, tñ aures suas dederet. Neq;.n.est hoc dissimulandum, quod obscurari non põt, sed præ nobis ferendum, trahimur omnes studio laudis, & optimus quisq; maxime gloria ducitur, ipsi philosophi etiã illis in libellis, quos de contẽnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, & in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prædicari de se, ac nominari uolunt. Decius quidẽ Brutus summus ille uir & imperator Accij amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit suorum. Iam uero ille qui cũ ætholis Ennio comite bellauit Fuluius non dubitauit Martis manubias musis consecrare, quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen, & musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a musarum amore, & poetarum salute abhorrere, atque ut id libentius faciatis, iã me uobis iudices indicabo, & de meo quodã amore gloriæ nimis acri fortasse, uerũtamẽ honesto uobis cõfitebor, nã quas res nos in cõsulatu nostro uobiscũ simul ꝓ salute huius æque imperij, & ꝓ uita omniũ ciuiũ, proq; uniuersa Republica gessimus, attigit hic uersibus, atque inchoauit, quibus auditis ꝙ mihi magna res, & iucũda uisa est, hunc ad perficiendũ hortatus sum. Nullã enim uirtus aliã mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua quidem detracta iudices quid est, ꝙ in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus? Certe si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus uitæ spacium circunscriptum est, iisdẽ omnes cogitatus terminaret suos, nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis uigilijsq; angeret, neq; totiẽs de ipa uita dimicaret. Nũc insidet quædã in optimo quoque uirtus, quæ noctes ac dies animũ glo-

riæ stimulis cõcitat atq; admonet, nõ cũ uitæ tẽpore esse dimittendã cõmemorationẽ nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquãdã. An uero tã parui animi uideamur esse oẽs, qui in Republi. atque ĩ his uitæ periculis laboribusq; uersamur, ut cum usq; ad extremũ spiritũ nullũ tranquillum, atque ociosum spatium duxerimus, nobiscũ simul moritura omnia arbitremur? An cum statuas & imagines nõ animorum simulachra, sed corporum studiose multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac uirtutum nostrarum effigiem, nonne multo malle debemus summis ingenijs expressam & politam? Ego uero omnia quæ gerebam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriã sempiternã. Hæc uero siue a meo sensu post mortem absutura est, siue ut sapiẽtissimi homines putauerũt, ad aliquã animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadã speq; delector. Quare conseruate iudices hominem pudore eo, quẽ amicorũ studijs uidetis comprobari, tum dignitate, tum etiam uenustate, ingenio autẽ tanto quanto id conuenit existimari, qđ summorum hominum ingenijs expetitũ esse uideatis. Causa uero eiusmodi quæ beneficio legis, auctoritate municipij testimonio Luculli, tabulis Metelli cõprobeẽ. Quæ cum ita sint, petimus a uobis iudices si qua nonmodo humana, uerumetiam diuina in tantis negocijs commendatio debet esse, ut eum qui uos, qui uestros imperatores, qui Popu. Roma. res gestas semper ornauit, qui etiam his recentibus nostris uestrisque domesticis periculis æternum se testimoniũ laudis daturum esse profitetur, quiq; est eo numero qui semper apud omnes, sancti sunt habiti, atq; dicti, sic in uestrã accipiatis fidẽ, ut humanitate uestra leuatus potiusq; acerbitate uiolatus esse uideatur. Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterq; dixi iudices, ea cõfido

probata

probata esse omnibus, quæ non fori neq; iudiciali consuetu dine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius stu dio locutus sum, ea iudices a uobis spero esse in bonã partẽ accepta, ab eo qui iudicium exercet certe scio.

M.T.C. DE LEGE AGRARIA CONTRA P. RVLLVM ORATIO ABSQVE PRINCIPIO.

q Væ res aperte petebatur ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Dicent.n. decemuiri id quod & dicitur a multis, et sæpe dictũ est, post eosdem consules regis Alexandrini testamẽto regnũ illud Po.Ro. esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clã petentibus ijs qbus apertissime pugnantibus restitistis. Hæc per Deos immortales utrum esse uobis cõsilia siccorum an uinolẽtorum somnia? & utrum cogitata sapientum an optata furiosorum uidentur? Videte nunc proximo capite ut impurus helluo turbet Remp. ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat, ac dissipet, ut sit non minus in Po.R. patrimonio nepos q̃ in suo, ꝑscribit in sua lege uectigalia quæ decemuiri uẽdant, hoc est præscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi uult qui diuidantur, quærit pecuniam, uidelicet excogitabit aliqd atq; afferet, nam superioribus capitibus dignitas Po.Ro. uiolabatur, nomẽ imperij in cõe odium orbis terræ uocabatur, Vrbes pacatæ, agri sociorum, regum status decemuiris donabantur, nũc præsens certa pecunia numerata quæritur, expecto quid Tr.Pl. uigilans & acutus excogitet, ueneat inquit sylua scantia, utrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an incensorũ pascuis

inuenisti? Si quid est qđ indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quanq̃ iniquum est, tamen cõsume sane qm̃ commodum est, quandoquidem tu attulisti. Syluã uero tu scãtiam uendas nobis consulibus atq; hoc senatu? Tu ullum uectigal attingas? Tu Po. Ro. subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum uero hoc me inertiorem consulem iudicabo q̃ illos fortissimos uiros, qui apud maiores nostros fuerunt, q̃ quæ uectigalia illis consulibus. P.R. parta sunt, ea me consule ne retineri quidem potuisse iudicabũtur. Vẽdit Italiæ possessiones ex ordine oẽs, Sane est in eo diligẽs nullam.n.prætermittit, persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam, nullum ædificiũ, nullos agros relinquit. Audistis auctionem. Po. Ro. proscriptam a Tr.pl. constitutam in mensem Ianuarii, & credo non dubitatis, quin iccirco hæc ærarii causa non uendiderunt ii qui armis & uirtute pepererunt, ut esset qđ nos largitionis causa uenderemus. Videte nunc quod fecerit iter apertius q̃ antea. Nam superiore parte legis quẽadmodũ Pompeium oppugnarẽt, a me indicati sunt, nunc iam seipsi indicabunt. Iubent uenire agros attalẽsium, atq; olimpenorum. Hos Po. Ro. Seruilii fortissimi uiri uictoria adiunxit. Deinde agros in macedonia regios, qui partim. T. Flaminii, partim. L. Pauli, q̃ Persen uicit, uirtute parti sunt. Deinde agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui. L. Mummii imperio ac fœlicitate ad uectigalia. P.R adiunctus est. Post autẽ agros in Hispania apud Carthaginem nouã duorum Scipionum eximia uirtute possessos, tum ipsam ueterem Carthaginem uendunt, quam. P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus siue ad notandam Carthaginensium calamitatem, siue ad testificandam nostram uictoriam, siue ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominum memoriam, consecrauit. His insignibus atque insulis imperii uenditis, quibus

ornatam nobis maiores nostri Rempu. tradiderunt, iubeẽ eos agros uenire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaq; possederit. Num obscure uidentur prope hasta praeconis insectari Cn. Pomp. exercitũ, qui uenire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat atque uersetur? Hoc uero cuiusmodi est, q' eius auctionis quam constituunt locum sibi nullum definiunt. Nam decemuiris quibus in locis ipsis uideatur uendendi potestas lege permittitur, censoribus uectigalia locare nisi in conspectu Po. Ro. non licet, his uendere uel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimonijs faciunt, ut in atrijs auctionarijs potiusquam in triuijs aut in compitis auctionentur. Hic permittit sua lege decemuiris, ut in quibus cõmodum sit tenebris, ut in qua uelint solitudine bona. Popu. Ro. possint diuendere. Iam illa omnibus in prouincijs, regnis, liberis populis, quam acerba, quam formidolosa, q̃; quaestuosa concursatio decemuiralis futura sit, non uidetis. Haereditatum obeundarum causa, quibus uos legationes dedistis? qui & priuati & priuatum ad negocium exierunt nõ maximis opibus, neque summa auctoritate praediti, tamen auditis profecto quam graues eorum aduentus socijs uestris esse soleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cum mittantur in orbem terrarũ decẽuiri summo cum imperio, summa cum auaritia, infinitaq; omniũ rerum cupiditate? Quorum cum aduentus graues, cum fasces formidolosi, tum uero iudicium ac potestas erit non ferenda. Licebit enim quod uidebitur publicum iudicare, quod iudicarint uendere, etiam illud quod homines sancti nõ faciunt, ut pecuniam accipiant ne uendant, tamen ijs id ipsum per legem licebit. Hinc uos quas spoliationes, quas pactiões, quam deniq; in omnibus locis

nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla & Pom. consulibus, id rursus liberum infinitumq; fecerunt. Iubet eosdem decemuiros omnibus agris publicis peragrandis uectigal imponere, ut ijdē possint & liberare agros quos commodum sit & quos ipsis libeat publicare. Quo in iudicio perspici non potest utrum seueritas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura, sūt tamē in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ ꝙ suspitiosæ. Excipit in uectigali imponendo agrum recentoricum, sicilienſem, in uendendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Hi sunt in Aphrica qui ab Hyempsale possidētur, hic quæro si Hyempsali satis est cautū fœdere, et recentoricus ager priuatus est, quid attinuerit excipi? Sin & fœdus illud habet aliquā dubitationem, & ager recentoricus dicitur nōnūꝗ esse publicus, quem putet existimaturū duas causas in orbe terrarū repertas quibus gratis parceret? Nūc quisnā tam abstrusus usquam nummus uidetur, quem non archi tecti huiusce legis olfecerint? prouincias, ciuitates liberas, socios, amicos, reges deniq; exhauriunt. Admouēt manus uectigalibus. P. Ro. nō est satis, audite uos qui amplissimo Populi Senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quod ad quēq; ꝑuenit, aut ꝑuenerit ex p̄da, ex manubijs, ex auro coronario, qđ neq; consumptū in monumēto, neq; in ærarium relatum sit, id ad decemuiros referri iubet. Hoc capite multa sperant, in omnes imperatores hæredesq; eorum quæstionem suo iudicio cōparant, sed maximā pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrātur. Quam causam suscipere iurati iudices noluerūt, hāc isti decēuiri susceperere, ieeirco a iudicibus fortasse prætermissa; esse arbitrāt, ꝙ sit ipsis reseruata. Deinde etiam in reliquum tēpus diligētissime sancit, ut quod quisq; imperator habeat pecuniæ,

protinus ad decemuiros deferat. Hic tñ excipit Pōpeium si- millime ut mihi uidetur, atq; in illa lege, qua peregrini Ro ma eijciuntur, Glaucippus excipitur. Non.n. hac exceptiõe unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria. Si cui manubias remittit, in huius uectigalia inuadit. Iubet.n. pecuniã si qua post nos cõsules ex nouis uectigalibus reci- piatur, hac uti decẽuiros quasi uero nõ intelligamus, hæc eos uectigalia quæ Cn. Pompe. adiunxerit uendere cogita- re. Videtis iam. P.C. omnibus rebus & modis cõstructam & coaceruatã pecuniã decẽuiralem. Minuetur huius pe- cuniæ inuidia, cõsumetur.n. in agrorũ emptionibus opti- me. Quis ergo emet agros istos, ijdẽ decemuiri? Tu Rulle? missos.n. facio cæteros, emes quod uoles, uendes quod uo- les, utrũq; horũ facies quãti uoles. Cauet enĩ uir optim⁹ ne emat ab inuito, quasi uero nõ intelligamus ab inuito eme- re iniuriosum esse, ab nõ inuito quæstuosum. Quãtum tibi agri uẽdet, ut alios omittã, socer tuus? & si ego eius æquita tẽ animi probe noui, uẽdet nõ inuitus, faciẽt idẽ cæteri & libẽter, ut possessionis inuidiã pecunia cõmutẽt, accipiant quod cupiũt, dent quod retinere uix possũt. Nũc prospicite oĩum rerũ infinitam atq; intolerandã licentiã, pecunia co- acta est ad agros emẽdos, hi porro ab inuitis nõ emẽtur, si consenserint possessores non uendere, quid futurum est? Referetur pecunia? non licet, exigetur? uetat. Verum esto nihil est, quod non emi possit, si tantum des quantum uelit uẽdito. Spoliemus orbem terrarum. Vendamus uectigalia. Effundamus ærarium ut locupletatis aut inuidiæ aut pe stilentiæ possessoribus agri tamen emantur. Quid tum? quæ erit in istos agros deductio? quæ totius rei ratio atq; descriptio? Deducentur inquit Coloniæ, quo? quorum ho- minum? in quæ loca? Quis enim non uidet in colonijs esse hæc omnia consideranda? Tibi nos Rulle & istis tuis harũ

omnium rerum machinationibus totam Italiam inermem tradituros existimasti? quam p̃sidiis cõfirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus uinclis deuinctam & constrictam teneretis? Vbi.n. cauetur ne in ianiculo Coloniam constituatis? ne urbem hanc urbe alia p̃mere, atq; urgere possitis? Nõ faciemus inquit. Primum nescio, deinde timeo. Postremo non committam, ut uestro beneficio potius q̃ nostro consilio salui esse possimus. Quid uero totam Italiam uestris coloniis complere uoluistis? id cuiusmodi esset, neminẽ ne nostrum intellecturum existimastis? Scriptum est.n. quæ in municipia, quasq; in colonias decemuiri uelint, deducant colonos quos uelint, & iis agros assignent, quibus in locis uelint, ut cum totam Italiam militibus suis occuparint, nobis non modo dignitatis retinendæ, sed ne libertatis quidem recuperãdæ spes reliquat. Atq; hæc a me suspitionibus & coniectura coarguuntur. Iam omnis omnium tolletur error. Iam aperte ostẽdent sibi nomen huius Reip. sedem urbis atq; imperii, deniq; hoc templum Iouis optimi maximi, atq; hanc oram oĩum gentium displicere. Capuã deduci colonos uolunt. Illam urbem huic urbi rursus opponere, Illuc opes suas deferre, & imperii nomen transferre cogitant. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamq; rerum oĩum, superbiam, & crudelitatem genuisse dicitur. Ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemuiris collocabũtur? Et credo qua in urbe homines in ueteri dignitate fortunaq; nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti uestri satellites modeste insolentiam suam continebunt? Maiores nostri Capuæ magistratus, senatum, consilium cõmune, omnia deniq; insignia Reip. sustulerunt. Neq; aliud quicq̃ nisi inane nomen Capuæ reliquerunt. Non crudelitate. Quid.n. illis fuit elemẽtius? qui ẽt externis hostibus uictis sua sæpissime reddiderunt,

ſed conſilio, quod uidebant ſi quod Reip. ueſtigium illis mœnibus contineretur, urbem ipſam imperio domicilium pbere poſſe. Vos hæc niſi euertere Remp. cuperetis, ac uobis nouam dominationem comparare, credo q̃ pernicioſa eſſent non uideretis? Quid enim cauendum eſt in colonijs deducendis, ſi luxuries Hannibalem ipſum capuæ corrupit, ſi ſuperbia nata inibi eſſe ex campanorum faſtidio uidetur, ſi preſidium non præponit huic urbi iſta colonia, ſed opponit. At quemadmodum armatur dij immortales? Nā bello punico quicq̃d potuit Capua potuit ipā p ſeſe. Nunc omnes urbes quæ circum Capuā ſunt a colonijs per eoſdem decemuiros occupabuntur. Hanc enim ob cauſam pmittit ipſa lex, in omnia quæ uelint oppida colonos ut decēuiri deducant quos uelint. Atq; his colonis agrum cāpanum, & ſtellatem campum diuidi iubet. Non queror diminutionem uectigalium, non flagitium huius iacturæ atq; damni. Prætermitto illa quæ nemo eſt, quin grauiſſima & ueriſſima cōqueri poſſit. Nos caput patrimonij publici, pulcherrimam Po.Ro. poſſeſſionem, ſubſidium annonæ, horreum belli ſub ſigno clauſtriſq; Reip. poſitum uectigal ſeruare nō potuiſſe. Eum deniq; nos agrū. P. Rullo cōceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe & ſyllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet. Non dico ſolum hoc in Repub. uectigal eſſe, quod amiſſis alijs remaneat, intermiſſis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat. Prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reſeruo. De periculo ſalutis ac libertatis loquor. Quid enim exiſtimatis integrum nobis in Repu. fore, aut in noſtra libertate, ac dignitate retinendum, cum Rullus, atq; hi quos multomagis q̃ Rullum timetis, cum omni egētium atq; improborū manu, cū omnibus copijs, tum omni argento et auro Capuam, &

urbes circa Capuam occuparint? His ego rebus.P.C.resistam uehementer atq; acriter. Neq; patiar homines ea me consule expromere, quæ contra Rempu.iamdiu cogitarint. Errasti Rulle uehemẽter & tu & nõnulli collegæ tui, qui sperastis uos cõtra cõsulẽ ueritate nõ ostẽtatione popularẽ, posse ĩ euertẽda Repub. populares existimari. Lacesso uos, In cõcionẽ uoco. P.R. disceptatore uti uolo. Etenĩ ut circunspiciamus omnia quæ populo grata atq; iucũda sunt, nihil tã populare q̃ pacem, q̃ concordiã, q̃ ocium reperiemus. Sollicitã mihi ciuitatẽ suspitiõe, suspẽsam metu, ꝑturbatam uestris legibus & cõcionibus & seditionibus tradidistis. Spẽ improbis ostẽdistis, Timorẽ bonis iniecistis, Fidẽ de foro, dignitatẽ de Repub. sustulistis, hoc motu atq; hac perturbatione animorũ atq; rerũ, cũ Po.Ro. uox & auctoritas cõsulis repente in tãtis tenebris illuxerit, cũ ostẽderit nihil esse metuẽdũ, nullũ exercitũ, nullã manũ, nullas colonias, nullam uenditionẽ uectigaliũ, nullũ imperiũ nouũ, nullum regnũ decemuirale, nullã alterã Romã, neque aliã sedem imperij nobis cõsulibus futurã, summamq; trãquillitatem pacis atque ocij, uerẽdũ credo nobis erit, ne uestra ista præclara lex agraria magis popularis esse uideatur. Cũ uero scelera cõsiliorũ uestrorũ fraudemq; legis & insidias quæ ipsi Po.Ro. a popularibus Tr.Pl. fiant ostendero, pertimescã credo, ne mihi nõ liceat cõtra uos in cõcione consistere, præsertim cũ mihi deliberatũ & cõstitutũ sit ita gerere cõsulatum, quo uno modo geri grauiter ac libere potest, ut ne q̃ prouinciã, neq; honorẽ, neq; ornamentũ aliquod aut cõmodũ, neq; rem ullã quæ a Tr.Pl. impediri possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimo Senatu consul Kal. Ianu. sese si status hic Reip. maneat, neq; aliud negociũ extiterit, qđ honeste subterfugere non possit, in prouinciã non iturum. Sic me in hoc magistratu geram Po.Ro. ut possim Tribunũ

Pl. Reip. iratum coercere, mihi iratũ contẽnere. Quamobrẽ per deos immortales colligite uos Tri. Pl. deserite eos a quibus nisi prospicitis breui tẽpore deseremini. Cõspirate nobiscũ. Consentite cum bonis, cõmunẽ Rẽp. communi studio atq; amore defendite. Multa sunt occulta Reipub. uulnera, multa nefariorũ ciuium perniciosa cõsilia, nullum externũ periculum est. Non rex nõ gens ulla nõ natio pertimescenda est. Inclusum malũ, intestinũ ac domesticũ est, huic p se quisq; nostrũ mederi, atq; hoc oẽs sanari uelle debem⁹. Erratis si Senatum probare ea quæ dicunt a me putatis, populũ aũt esse in alia uoluntate. Omnes qui se incolumes uolẽt, sequentur auctoritatẽ consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. Quod si quis uestrũ spe ducitur se posse turbulenta ratiõe honori uelificari suo, primũ me cõsule id sperare desistat, deinde habeat meipsum sibi documẽto, quẽ equestri ortũ loco cõsulẽ uidet, quæ uitæ uia facillime uiros bonos ad honorẽ dignitatemq; perducat. Quod si uos uestrũ mihi studium. P. C. ad communem dignitatem defendẽdam profitemini, perficiã profecto id quod maxime Respu. desiderat, ut hui⁹ ordinis auctoritas, quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo interuallo Reipub. restituta esse uideatur.

M. T. C. DE LEGE AGRARIA AD POPVLVM ORATIO.

C OMMODIVS FECISSENT Tri ple. Quir. si quæ apud uos de me deferunt, ea corã potius me præsente dixissent Nam & æquitatem uestræ disceptatiõis, & consuetudinem superiorum, & ius suæ potestatis retinuissent, sed quoniam adhuc præsens certa

dibiles motus, celeritatemq; ingeniorũ negligemus? Quo tiens ego hũc Archiam uidi iudices (utar enim uestra benignitate, quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis) Quotiens ego hunc uidi cum litteram scripsisset nullam magnum numerum optimorum uersuũ de ijs ipsis rebus, quæ tum agebantur dicere ex tempore. Quotiens reuocatum eandem rem dicere commutatis uerbis atq; sententijs. Quæ uero accurate cogitateq; scripsisset, ea sic uideri probari, ut ad ueterum scriptorũ laudem peruenirent. Hunc ego non diligam? non admirer? nõ omni ratione defendendum putem? Atqui sic a summis hominibus eruditissimisq; accepimus, cæterarum rerum studia & doctrina & præceptis, & arte constare, poetam natura ipsa ualere, et mentis uirib⁹ excitari, et quasi diuino quodã spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas, q quasi deorum aliquo dono, atq; munere commẽdati nobis esse uideantur. Sit igitur iudices sanctum apud uos humanissimos homines hoc poetæ nomen, quod nulla unquam barbaria uiolauit, saxa & solitudines uoce respondent, bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur, atque consistunt, nos instituti rebus optimis non poetarũ uoce moueamur? Homerũ Colophonij ciuem esse dicũt suũ, Chij suum uẽdicant, Salaminij repetũt. Smyrnei uero suũ esse confirmãt, itaque etiam delubrum eius in urbe dedicarunt, permulti alij præterea pugnant inter se atq; contendunt. Ergo illi alienum quia poeta fuit etiam post mortem expetunt, nos hũc uiuum qui uoluntate & legibus noster est, repudiamus? presertim cum omne olim studium, atq; omne ingenium contulerit Archias ad Po. Ro. gloriã laudemq; celebrandã. Nã & cymbricas res adolescẽs attigit, etiã ipsi illi. C. Mario, q durior ad hæc studia uidebat inciidus fuit. Neq;.n. quisq; est tã auersus a musis, qui nõ man

dari uersibus æternum suorum laborum preconium facile patiatur. Themistoclem illum summum Athenis uirum dixisse aiunt, cum ex eo quæreretur quod acroama, aut cuius uocem libentissime audiret, eius a quo sua uirtus optime prædicaretur. Itaq; illum Marius item eximie. L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quæ gesserat posse celebrari. Mithridaticum uero bellum magnum atq; difficile, & in multa uarietate terra mariq; uersatum, totum ab hoc expressum est, qui libri non modo. L. Lucullum fortissimum & clarissimum uirum, uerumetiam Po. Ro. nomẽ illustrãt. Populus enim Romanus aperuit Lucullo imperante pontum, & regijs quondam opibus & ipsa natura regionis uallatum, Po. Ro. exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles armeniorum copias fudit, Popu. Ro. laus est urbem amicissimam Cyzicenorum eiusdem consilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam. Nostra semper feretur ac prædicabitur. L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depressa hostiũ classis, & incredibilis apud tenedon pugna illa naualis, nostra sunt trophæa, nostra monumẽta, nostri triũphi, quia quorum ingenijs hæc ferũtur, ab his Po. Ro. fama celebrat, carus fuit Aphricano superiori noster Ennius. Itaq; etiam in sepulchro Scipionũ putatur is esse cõstitutus, & marmoratis laudibus, certe non solum ipsi qui laudãtur, sed etiã Po. Ro. nomẽ ornatur, i cœlũ huius proauus Cato tollitur, magnus honor Popu. Ro. adiũgitur, omẽs deniq; illi Maximi, Marcelli, Fuluij nõ sine communi omniũ nostrũ laude decorãtur, ergo illũ qui hæc fecerat rudẽ tũ hominẽ maiores nostri in ciuitatem receperũt, nos hunc heracliensem multis ciuitatibus expetitũ, in hac autẽ legibus constitutum, de nostra ciuitate eijciemus? Nã si qs maiorẽ gloriæ fructum putat ex græcis uersibus percipi q̃

ex latinis, uehementer errat, propterea quod græca leguntur in oĩbus fere gentibus, latina suis finibus exiguis sane cõtinentur. Quare si res eæ quas gessimus orbis terræ regionibus definiuntur, cupere debemus quo minus manuum nostrarum tela peruenerint, eodem gloriã famamq́; penetrare, quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur, hæc ampla sunt, tum ijs certe qui de uita gloriæ causa dimicãt, hoc maximum & periculorum incitamentum est & laborum, quàm multos scriptores rerũ suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? atq; is tamen cum in sigæo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate inquit adolescens, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneris. & uere, nam nisi illi ars illa extitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat, nomẽ etiam obruisset, quid noster hic magnus, qui cum uirtute fortunam adæquauit? Nonne Theophanem Mitylenenum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit? & nostri illi fortes uiri & rustici ac milites dulcedine quadam gloriæ cõmoti quasi participes eiusdem laudis magno illud clamore approbauerunt, itaq; credo si ciuis Romanus Archias legibus nõ esset, ut ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit? Sylla cum Hispanos & Gallos donaret, credo hunc petentem repudiasset, quem nos in cõcione uidimus, ei cum libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigrãma in eum fecisset tantummodo alternis uersibus longiusculis, statim ex his rebus, quas tunc uendebat, iubere ei premium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet, qui sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tñ premio dignam, huius ingenium & uirtutem in scribendo & copiam non expetisset? Quid a Q. Metello Pio familiarissimo suo qui ciuitate multos donauit, neq; per se, neq; per Lucullos impetrauisset? qui presertim usq; eo de suis rebus

scribi cuperet, ut etiā Cordubæ natis poetis pingue quiddam sonantibus, atq; peregrinum, tñ aures suas dederet. Neq;.n.est hoc dissimulandum, quod obscurari non pōt, sed præ nobis ferendum, trahimur omnes studio laudis, & optimus quisq; maxime gloria ducitur, ipsi philosophi etiā illis in libellis, quos de contēnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt, & in eo ipso, in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt, prædicari de se, ac nominari uolunt. Decius quidē Brutus summus ille uir & imperator Accij amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit suorum. Iam uero ille qui cū ætholis Ennio comite bellauit Fuluius non dubitauit Martis manubias musis consecrare, quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen, & musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a musarum amore, & poetarum salute abhorrere, atque ut id libentius faciatis, iā me uobis iudices indicabo, & de meo quodā amore gloriæ nimis acri fortasse, uerūtamē honesto uobis cōfitebor, nā quas res nos in cōsulatu nostro uobiscū simul ꝓ salute huius æque imperij, & ꝓ uita omniū ciuiū, proq; uniuersa Republica gessimus, attigit hic uersibus, atque inchoauit, quibus auditis ꝙ mihi magna res, & iucūda uisa est, hunc ad perficiendū hortatus sum. Nullā enim uirtus aliā mercedem laborum periculorumque desiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua quidem detracta iudices quid est, ꝙ in hoc tam exiguo uitæ curriculo, & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus? Certe si nihil animus præsentiret in posterum, & si quibus regionibus uitæ spacium circunscriptum est, iisdē omnes cogitatus terminaret suos, nec tantis se laboribus frangeret, neq; tot curis uigilijsq; angeret, neq; totiēs de ipā uita dimicaret. Nūc insidet quædā in optimo quoque uirtus, quæ noctes ac dies animū glo-

riæ stimulis cōcitat atq; admonet, nō cū uitæ tēpore esse di-mittendā cōmemoratione nominis nostri, sed cum omni po-steritate adæquādā. An uero tā parui animi uideamur esse oēs, qui in Republi. atque ī his uitæ periculis laboribusq; uersamur, ut cum usq; ad extremū spiritū nullū tranquil-lum, atque ociosum spatium duxerimus, nobiscū simul mo-ritura omnia arbitremur? An cum statuas & imagines nō animorum simulachra, sed corporum studiose multi summi homines reliquerunt, consiliorum relinquere ac uirtutum nostrarum effigiem, nonne multo malle debemus summis ingenijs expressam & politam? Ego uero omnia quæ gere-bam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbi-trabar in orbis terræ memoriā sempiternā. Hæc uero siue a meo sensu post mortem abfutura est, siue ut sapiētissimi ho-mines putauerūt, ad aliquā animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadā speq; delector. Qua-re conseruate iudices hominem pudore eo, quē amicorū stu-dijs uidetis comprobari, tum dignitate, tum etiam uenu-state, ingenio autē tanto quanto id conuenit existimari, qđ summorum hominum ingenijs expetitū esse uideatis. Cau-sa uero eiusmodi quæ beneficio legis, authoritate municipij testimonio Luculli, tabulis Metelli cōprobet. Quæ cum ita sint, petimus a uobis iudices si qua nonmodo humana, ue-rumetiam diuina in tantis negocijs commendatio debet esse, ut eum qui uos, qui uestros imperatores, qui Popu. Ro-ma. res gestas semper ornauit, qui etiam his recentibus no-stris uestrisque domesticis periculis æternum se testimoniū laudis daturum esse profitetur, quiq; est eo numero qui semper apud omnes, sancti sunt habiti, atq; dicti, sic in ue-strā accipiatis fidē, ut humanitate uestra leuatus potiusq; acerbitate uiolatus esse uideatur. Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterq; dixi iudices, ea cōfido

probata esse omnibus, quæ non fori neq; iudiciali consuetudine, & de hominis ingenio, & communiter de ipsius studio locutus sum, ea iudices a uobis spero esse in bonã partẽ acepta, ab eo qui iudicium exercet certe scio.

M.T.C. DE LEGE AGRARIA CONTRA P. RVLLVM ORATIO ABSQVE PRINCIPIO.

Væ res aperte petebatur ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. Dicent. n. decemuiri id quod & dicitur a multis, et q sæpe dictũ est, post eosdem consules regis Alexandrini testamẽto regnũ illud Po. Ro. esse factum. Dabitis igitur Alexandriam clã petentibus ijs q̃bus apertissime pugnantibus restitistis. Hæc per Deos immortales utrum esse uobis cõsilia siccorum an uinolẽtorum somnia? & utrum cogitata sapientum an optata furiosorum uidentur? Videte nunc proximo capite ut impurus helluo turbet Remp. ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat, ac dissipet, ut sit non minus in Po. R. patrimonio nepos q̃ in suo, ꝑscribit in sua lege uectigalia quæ decemuiri uẽdant, hoc est præscribit auctionem publicorum bonorum, agros emi uult qui diuidantur, quærit pecuniam, uidelicet excogitabit aliq̃d atq; afferet, nam superioribus capitibus dignitas Po. Ro. uiolabatur, nomẽ imperij in cõe odium orbis terræ uocabatur, Vrbes pacatæ, agri sociorum, regum status decemuiris donabantur, nũc præsens certa pecunia numerata quæritur, expecto quid Tr. Pl. uigilans & acutus excogitet, ueneat inquit sylua scantia, utrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an incensorũ pascuis

inuenisti? Si quid est qd' indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quanq̃ iniquum est, tamen cōsume sane qm̃ commodum est, quandoquidem tu attulisti. Syluā uero tu scātiam uendas nobis consulibus atq; hoc senatu? Tu ullum uectigal attingas? Tu Po. Ro. subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum uero hoc me inertiorem consulem iudicabo q̃ illos fortissimos uiros, qui apud maiores nostros fuerunt, q quæ uectigalia illis consulibus. P.R. parta sunt, ea me consule ne retineri quidem potuisse iudicabūtur. Vēdit Italiæ possessiones ex ordine oēs, Sane est in eo diligēs nullam.n.prætermittit, persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam, nullum ædificiū, nullos agros relinquit. Audistis auctionem. Po. Ro. proscriptam a Tr.pl. constitutam in mensem Ianuarii, & credo non dubitatis, quin iccirco hæc ærarii causa non uendiderunt ii qui armis & uirtute pepererunt, ut esset qd' nos largitionis causa uenderemus. Videte nunc quod fecerit iter apertius q̃ antea. Nam superiore parte legis quēadmodū Pompeium oppugnarēt, a me indicati sunt, nunc iam seipsi indicabunt. Iubent uenire agros attalēsium, atq; olimpenorum. Hos Po. Ro. Seruilii fortissimi uiri uictoria adiunxit. Deinde agros in macedonia regios, qui partim. T. Flaminii, partim. L. Pauli, q Persen uicit, uirtute parti sunt. Deinde agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui. L. Mummii imperio ac fœlicitate ad uectigalia. P.R. adiunctus est. Post autē agros in Hispania apud Carthaginem nouā duorum Scipionum eximia uirtute possessos, tum ipsam ueterem Carthaginem uendunt, quam. P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus siue ad notandam Carthaginensium calamitatem, siue ad testificandam nostram uictoriam, siue ad oblatam aliquam religionem, ad æternam hominum memoriam, consecrauit. His insignibus atque infulis imperii uenditis, quibus

ornatam nobis maiores nostri. Rempu. tradiderunt, iubet eos agros uenire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaq; possederit. Num obscure uidentur prope hasta præconis insectari. Cn. Pomp. exercitũ, qui uenire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat atque uersetur? Hoc uero cuiusmodi est, qđ eius auctionis quam constituunt locum sibi nullum definiunt. Nam decemuiris quibus in locis ipsis uideatur uendendi potestas lege permittitur, censoribus uectigalia locare nisi in conspectu. Po. Ro. non licet, his uendere uel in ultimis terris licebit? At hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimonijs faciunt, ut in atrijs auctionarijs potiusquam in triuijs aut in compitis auctionentur. Hic permittit sua lege decemuiris, ut in quibus cõmodum sit tenebris, ut in qua uelint solitudine bona. Popu. Ro. possint diuendere. Iam illa omnibus in prouincijs, regnis, liberis populis, quam acerba, quam formidolosa, q̃ quæstuosa concursatio decemuiralis futura sit, non uidetis. Hæreditatum obeundarum causa, quibus uos legationes dedistis? qui & priuati & priuatum ad negocium exierunt nõ maximis opibus, neque summa auctoritate præditi, tamen auditis profecto quam graues eorum aduentus socijs uestris esse soleant. Quamobrem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cum mittantur in orbem terrarũ decẽuiri summo cum imperio, summa cum auaritia, infinitaq; omniũ rerum cupiditate? Quorum cum aduentus graues, cum fasces formidolosi, tum uero iudicium ac potestas erit non ferenda. Licebit enim quod uidebitur publicum iudicare, quod iudicarint uendere, etiam illud quod homines sancti nõ faciunt, ut pecuniam accipiant ne uendant, tamen ijs id ipsum per legem licebit. Hinc uos quas spoliationes, quas pactiões, quam deniq; in omnibus locis

nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? Etenim quod superiore parte legis præfinitum fuit, Sylla & Pom. consulibus, id rursus liberum infinitumq; fecerunt. Iubet eosdem decemuiros omnibus agris publicis peragrandis uectigal imponere, ut iidē possint & liberare agros quos commodum sit & quos ipsis libeat publicare. Quo in iudicio perspici non potest utrum seueritas acerbior, an benignitas quæstuosior sit futura, sūt tamē in tota lege exceptiones duæ, non tam iniquæ q̃ suspitiosæ. Excipit in uectigali imponendo agrum recentoricum, sicilienſem, in uendendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere. Hi sunt in Aphrica qui ab Hyempsale possidētur, hic quæro si Hyempsali satis est cautū fœdere, et recentoricus ager priuatus est, quid attinuerit excipi? Sin & fœdus illud habet aliquā dubitationem, & ager recentoricus dicitur nōnūq̃ esse publicus, quem putet existimaturū duas causas in orbe terrarū repertas quibus gratis parceret? Nūc quisnā, tam abstrusus usquam nummus uidetur, quem non archi tecti huiusce legis olfecerint? prouincias, ciuitates liberas, socios, amicos, reges deniq; exhauriunt. Admouēt manus uectigalibus. P. Ro. nō est satis, audite uos qui amplissimo Populi Senatusq; iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quod ad quēq; puenit, aut puenerit ex p̄da, ex manubijs, ex auro coronario, qd' neq; consumptū in monumēto, neq; in ærarium relatum sit, id ad decemuiros referri iubet. Hoc capite multa sperant, in omnes imperatores hæredesq; eorum quæstionem suo iudicio cōparant, sed maximā pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrātur. Quam causam suscipere iurati indices noluerūt, hāc isti decēuiri susceperes, icciro a iudicibus fortasse prætermissa; esse arbitrāt, q̃ sit ipsis reseruata. Deinde etiam in reliquum tēpus diligētissime sancit, ut quod quisq; imperator habeat pecuniæ,

protinus ad decemuiros deferat. Hic tñ excipit Põpeium simillime ut mihi uidetur, atq; in illa lege, qua peregrini Roma eijciuntur, Glaucippus excipitur. Non.n. hac exceptiõe unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria. Si cui manubias remittit, in huius uectigalia inuadit. Iubet.n. pecuniã si qua post nos cõsules ex nouis uectigalibus recipiatur, hac uti decẽuiros quasi uero nõ intelligamus, haec eos uectigalia quæ Cn. Pompe. adiunxerit uendere cogitare. Videtis iam. P.C. omnibus rebus & modis cõstructam & coaceruatã pecuniã decẽuiralem. Minuetur huius pecuniæ inuidia, cõsumetur.n. in agrorũ emptionibus optime. Quis ergo emet agros istos, ijdẽ decemuiri? Tu Rulle? missos.n. facio cæteros, emes quod uoles, uendes quod uoles, utrũq; horũ facies quãti uoles. Cauet eñ uir optim⁹ ne emat ab inuito, quasi uero nõ intelligamus ab inuito emere iniuriosum esse, ab nõ inuito quæstuosum. Quãtum tibi agri uẽdet, ut alios omittã, socer tuus? & si ego eius æquitatẽ animi probe noui, uẽdet nõ inuitus, faciẽt idẽ cæteri & libẽter, ut possessionis inuidiã pecunia cõmutẽt, accipiant quod cupiũt, dent quod retinere uix possũt. Nũc prospicite oĩum rerũ infinitam atq; intolerandã licentiã, pecunia coacta est ad agros emẽdos, hi porro ab inuitis nõ emẽtur, si consenserint possessores non uendere, quid futurum est? Referetur pecunia? non licet, exigetur? uetat. Verum esto nihil est, quod non emi possit, si tantum des quantum uelit uẽdito. Spoliemus orbem terrarum. Vendamus uectigalia. Effundamus ærarium ut locupletatis aut inuidiæ aut pestilentiæ possessoribus agri tamen emantur. Quid tum? quæ erit in istos agros deductio? quæ totius rei ratio atq; descriptio? Deducentur inquit Coloniæ, quo? quorum hominum? in quæ loca? Quis enim non uidet in colonijs esse hæc omnia consideranda? Tibi nos Rulle & istis tuis harũ

omnium rerum machinationibus totam Italiam inermem tradituros existimasti? quam p̄sidijs cōfirmaretis, colonijs occuparetis, omnibus uinclis deuinctam & constrictam teneretis? Vbi.n. cauetur ne in ianiculo Coloniam constituatis? ne urbem hanc urbe alia p̄mere, atq; urgere possitis? Nō faciemus inquit. Primum nescio, deinde timeo. Postremo non committam, ut uestro beneficio potius q̄ nostro consilio salui esse possimus. Quid uero totam Italiam uestris colonijs complere uoluistis? id cuiusmodi esset, nemine ne nostrum intellecturum existimastis? Scriptum est.n. quae in municipia, quasq; in colonias decemuiri uelint, deducant colonos quos uelint, & ijs agros assignent, quibus in locis uelint, ut cum totam Italiam militibus suis occuparint, nobis non modo dignitatis retinendae, sed ne libertatis quidem recuperādae spes reliquat. Atq; haec a me suspitionibus & coniectura coarguuntur. Iam omnis omnium tolletur error. Iam aperte ostēdent sibi nomen huius Reip. sedem urbis atq; imperij, deniq; hoc templum Iouis optimi maximi, atq; hanc oram oīum gentium displicere. Capuā deduci colonos uolunt. Illam urbem huic urbi rursus opponere, Illuc opes suas deferre, & imperij nomen transferre cogitant. Qui locus propter ubertatem agrorum abundantiamq; rerum oīum, superbiam, & crudelitatem genuisse dicitur. Ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decemuiris collocabūtur? Et credo qua in urbe homines in ueteri dignitate fortunaq; nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti uestri satellites modeste insolentiam suam continebunt? Maiores nostri Capuae magistratus, senatum, consilium cōmune, omnia deniq; insignia Reip. sustulerunt. Neq; aliud quicq̄ nisi inane nomen Capuae reliquerunt. Non crudelitate. Quid.n. illis fuit clemētius? qui ēt externis hostibus uictis sua saepissime reddiderunt,

ſed conſilio, quod uidebant ſi quod Reip. ueſtigium illis mœnibus contineretur, urbem ipſam imperio domicilium pbere poſſe. Vos hæc niſi euertere Remp. cuperetis, ac uobis nouam dominationem comparare, credo q̃ perniciosa eſſent non uideretis? Quid enim cauendum eſt in colonijs deducendis, ſi luxuries Hannibalem ipſum capuæ corrupit, ſi ſuperbia nata inibi eſſe ex campanorum faſtidio uidetur, ſi preſidium non præponit̃ huic urbi iſta colonia, ſed opponit̃. At quemadmodum armatur dij immortales? Nã bello punico quicq̃d potuit Capua potuit ipa p ſeſe. Nunc omnes urbes quæ circum Capuã ſunt a colonijs per eoſdem decemuiros occupabuntur. Hanc enim ob cauſam pmittit ipſa lex, in omnia quæ uelint oppida colonos ut decẽuiri deducant quos uelint. Atq; his colonis agrum cãpanum, & ſtellatem campum diuidi iubet. Non queror diminutionem uectigalium, non flagitium huius iacturæ atq; damni. Prætermitto illa quæ nemo eſt, quin grauiſſima & uerißima cõqueri poſſit. Nos caput patrimonij publici, pulcherrimam Po.Ro. poſſeßionem, ſubſidium annonæ, horreum belli ſub ſigno clauſtrisq; Reip. poſitum uectigal ſeruare nõ potuiſſe. Eum deniq; nos agrũ P. Rullo cõceſſiſſe, qui ager ipſe per ſeſe & ſyllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni reſtitiſſet. Non dico ſolum hoc in Repub. uectigal eſſe, quod amiſſis alijs remaneat, intermißis non conquieſcat, in pace niteat, in bello non obſoleſcat, militem ſuſtentet, hoſtem non pertimeſcat. Prætermitto omnem hanc orationem, & concioni reſeruo. De periculo ſalutis ac libertatis loquor. Quid enim exiſtimatis integrum uobis in Repu. fore, aut in noſtra libertate, ac dignitate retinendum, cum Rullus, atq; hi quos multomagis q̃ Rullum timetis, cum omni eg꞉tium atq; improborũ manu, cũ omnibus copijs, tum omni argento et auro Capuam, &

urbes circa Capuam occuparint? His ego rebus. P.C. resistam uehementer atq; acriter. Neq; patiar homines ea me consule expromere, quæ contra Rempu. iamdiu cogitarint. Errasti Rulle uehemẽter & tu & nõnulli collegæ tui, qui sperastis nos cõtra cõsulẽ ueritate nõ ostẽtatione popularẽ, posse ĩ euertẽda Repub. populares existimari. Lacesso uos, In cõcionẽ uoco. P.R. disceptatore uti uolo. Etenĩ ut circunspiciamus omnia quæ populo grata atq; iucũda sunt, nihil tã populare ꝙ̃ pacem, ꝙ̃ concordiã, ꝙ̃ ocium reperiemus. Sollicitã mihi ciuitatẽ suspitiõe, suspẽsam metu, ꝑturbatam uestris legibus & cõcionibus & seditionibus tradidistis. Spẽ improbis ostẽdistis, Timorẽ bonis iniecistis, Fidẽ de foro, dignitatẽ de Repub. sustulistis, hoc motu atq; hac perturbatione animorũ atq; rerũ, cũ Po. Ro. uox & auctoritas cõsulis repente in tãtis tenebris illuxerit, cũ ostẽderit nihil esse metuẽdũ, nullũ exercitũ, nullã manũ, nullas colonias, nullam uenditionẽ uectigaliũ, nullũ imperiũ nouũ, nullum regnũ decemuirale, nullã alterã Romã, neque aliã sedem imperij nobis cõsulibus futurã, summamq; trãquillitatem pacis atque ocij, uerẽdũ credo nobis erit, ne uestra ista præclara lex agraria magis popularis esse uideatur. Cũ uero scelera cõsiliorũ uestrorũ fraudemq; legis & insidias quæ ipsi Po. Ro. a popularibus Tr. Pl. fiant ostendero, pertimescã credo, ne mihi nõ liceat cõtra uos in cõcione consistere, præsertim cũ mihi deliberatũ & cõstitutũ sit ita gerere cõsulatum, quo uno modo geri grauiter ac libere potest, ut neq; prouinciã, neq; honorẽ, neq; ornamentũ aliquod aut cõmodũ, neq; rem ullã quæ a Tr. Pl. impediri possit, appetiturus sim. Dicit frequentissimo Senatu consul Kal. Ianu. sese si status hic Reip. maneat, neq; aliud negociũ extiterit, qđ honeste subterfugere non possit, in prouinciã non iturum. Sic me in hoc magistratu geram Po. Ro. ut possim Tribunũ

Pl.Reip.iratum coercere,mihi iratũ contẽnere.Quamobrẽ per deos immortales colligite uos Tri.Pl.deserite eos a quibus nisi prospicitis breui tẽpore deseremini.Cõspirate nobiscũ.Consentite cum bonis,cõmunẽ Rẽp.communi studio atq; amore defendite.Multa sunt occulta Reipub.uulnera, multa nefariorũ ciuium perniciosa cõsilia,nullum externũ periculum est.Non rex nõ gens ulla nõ natio pertimescenda est.Inclusum malũ,intestinũ ac domesticũ est,huic ꝓ se quisq; nostrũ mederi,atq; hoc oẽs sanari uelle debem⁹.Erratis si Senatum probare ea quæ dicunt̃ a me putatis,populũ aũt esse in alia uoluntate.Omnes qui se incolumes uolẽt,sequentur auctoritatẽ consulis soluti a cupiditatibus,liberi a delictis,cauti in periculis,non timidi in contentionibus. Quod si quis uestrũ spe ducitur se posse turbulenta ratiõe honori uelificari suo,primũ me cõsule id sperare desistat,deinde habeat meipsum sibi documẽto,quẽ equestri ortũ loco cõsulẽ uidet,quæ uitæ uia facillime uiros bonos ad honorẽ dignitatemq; perducat.Quod si uos uestrũ mihi studium. P.C.ad communem dignitatem defendẽdam profitemini, perficiã profecto id quod maxime Respu.desiderat,ut hui⁹ ordinis auctoritas,quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo interuallo Reipub.restituta esse uideatur.

M.T.C.DE LEGE AGRARIA AD POPVLVM ORATIO.

C

OMMODIVS FECISSENT Triple.Quir.si quæ apud uos de me deferunt,ea corã potius me præsente dixissent Nam & æquitatem uestræ disceptatiõis, & consuetudinem superiorum,& ius suæ potestatis retinuissent,sed quoniam adhuc præsens certa

men contĉtionéq; fugerũt, nunc si uidetur eis, in meam cõcionem prodeãt, & quo prouocati a me uenire noluerunt, reuocati saltẽ reuertant. Video quosdam Quir. strepitu significare nescio quid, & nõ eosdem uultus, quos proxima mea concione præbuerũt, in hanc cõcionem mihi retulisse. Quare a uobis qui nihil de me credidistis, ut eam uoluntatem quã semper habuistis erga me, retineatis peto. A uobis aũt quos leuiter immutatos esse sentio, paruã exigui temporis usurã bonæ de me opinionis postulo, ut eã, si quæ dixero uobis probabo, ꝑpetuo retineatis. Sin aliter, hoc ipso in loco depositam, atq; abiectã relinquatis. Cõpleti sunt animi auresq; uestræ Quir. me gratificãtem septẽ tyrãnis, cæterisq; Syllanarũ assignationum possessoribus, agrariæ legi & commodis uestris obsistere. Hæc si qui crediderunt, illd prius crediderint necesse est, hac lege agraria, quæ promulgata sit adimi Syllanos agros, uobisq; diuidi, aut deniq; minui priuatorum possessiones, ut in eas uos deducamini. Si ostẽdo nõmõ non adimi cuiquã glebã de Syllanis agris, sed etiam genus id agrorũ certo capite legis impudentissime cõfirmari atq; sanciri, si doceo agris iis qui a Sylla sunt dati, sic diligenter Rullũ sua lege consulere, ut facile appareat eam legem nõ a uestrorũ cõmodorũ patrono, sed a Valgi genero esse conscriptã, nũquid est causæ Quir. quin illa criminatione, qua in me absentem usus est, nõ solũ meam, sed etiam uestram diligentiã prudentiãq; despexerit? caput est legis quadragesimum, de quo ego consulto Quir. neq; apud uos ante feci mentionẽ, ne aut refricare obductam iã Reipu. cicatricem uiderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere. Neq; uero nunc ideo disputabo, ꝙ hunc statum Reipub. non magnopere defendendũ putem, præsertim qui ocii, & concordiæ patronum me in hũc annũ Reipu. confessus sim, sed ut doceam Rullum post

hac in his saltem tacere rebus, in quibus de se & de suis] factis [taceri uelit. Omnium legum iniquissimam dissimillimamq; legis esse arbitror eam, quam. L. Flaccus interrex de Sylla tulit, ut omnia quæcunq; ille fecisset essent rata. Nam cum cæteris in ciuitatibus tyrannis institutis leges omnes extinguantur atq; tollantur, hic Reipubli. tyrannum lege costituit. Est inuidiosa lex sicuti dixi. Verumtamen habet excusationem. Non enim uidetur hominis lex esse sed temporis. Quid si est hæc multo impudentior? nam Valeria lege Cornelijsq; legibus eripitur, cui datur. Coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria. Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam cui ademptus est, aliquem scrupulum cui datus est. Rulli cautio est hæc, qui post. C. Marium. Cn. Papiriũ Cõss. q̃ procul a suspitione fugit? ꝙ eos Cõss. qui aduersarij Syllæ maxime fuerunt potissimum nominauit. Si enim Syllam dictatorem nominasset perspicuũ fore & inuidiosum arbitratus est, sed quẽ uestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Cõss. Syllam dictatorem fuisse in mẽtem uenire non posset? quid ergo ait Marianus Trib. Pl. qui nos Syllanos in inuidiam rapit, qui post Marium, & carbonem cõss. agros, ædificia, lacus, stagna, loca, possessiones, cœlum & mare prætermisit, cætera complexus est? publice data, assignata, uendita, cõcessa sunt, a quo Rulle? post Marium & Carbonem cõss. quis assignauit? quis dedit? quis cõcessit præter Syllã? ea omnia eo iure sint, quo iure? labefactat uidelicet nescio quid nimium acre, nimium uehemens Trib. pl. Syllana rescindit, ut quæ optimo iure priuata sint, etiam ne meliore quam paterna & auita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit, corneliæ leges non sanciunt, Sylla ipse nõ postulat, si isti agri partẽ aliquã iuris, aliquã similitudinem propriæ possessionis, aliquam spem diu-

turnitatis attingūt, nemo est tā imprudens istorum, quin agi secū praeclare arbitretur. Tu uero Rulle quid quaeris? quod habent ut habeāt, quis uetat? ut priuatū, sed ita latū est, ut melior tui soceri fundus hirpinus sit, siue ager hirpinus, totū.n.possidet, q̄ȝ meus paternus auitusq́ȝ fundus Arpinas. Id enim caues, optimo enim iure ea sunt profecto praedia quae optima cōditione sunt, libera meliore iure sunt q̄ȝ serua, capite hoc omnia quae seruiebāt nō seruient, soluta meliore in causa sunt q̄ȝ obligata, eodem capite subsignata omnia si modo Syllana sunt liberant. Immunia meliore conditiōe sunt q̄ȝ illa quae pensitāt. Ego Tusculanis pro aqua crebra uectigal pendā, q a municipio fundū accepi, si a Sylla mihi datus esset, Rulli lege nō pēderē. Video uos Quir. sicuti res ipsa cogat cōmoueri, uel legis, uel orationis impudētia, legis, quae ius melius Syllanis praedijs cōstituat q̄ȝ paternis, oratiōis, quae in eiusmodi causa insimulare quēq̄ȝ audeat, ratiōes Syllae nimiū uehemēter defendere. At si illa solum sanciret quae a Sylla essent data tacerē, modo ipse se Syllanum esse cōfiteret, sed non modo illis cauet, uerūetiā aliud quoddā genus donationis inducit, & is qui a me Syllanas possessiones defendi criminatur, nō eas solum sancit, uerū ipse nouas assignationes instituit, & repētinus Sylla nobis exorit, nā attendite quantas cōcessiones agrorū hic noster obiurgator uno uerbo facere conetur, quae data, donata, concessa, uendita, patior, audio, quid deinde? possessa. hoc Trib.pl.promulgare ausus est, ut quod quisq́ȝ post Marium et Carbonē cōss. possidet, id eo iure teneret, quo optimo priuatū? etiā ne si ui eiecit? etiam ne si clam, si praecario uenit in possessionē? Ergo hac lege ius ciuile, causae possessionum, praetorū sub hoc uerbo interdicta tollentur, nō mediocris res, nec paruū sub hoc uerbo futurū malum Quir. latet. Sūt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cui

quam assignati, neque uenditi, qui a paucis hominibus impudentissime possidetur, his cauet, hos defendit, hos priuatos facit, hos inquã agros quos Sylla nemini dedit, Rullus non uobis assignare uult, sed eis cõdonare q possidẽt. Caussam quæro cur ea quæ maiores uobis in Italia, Sicilia, duabus Hispanijs, Macedonia, Asia quæsiuerunt, uenire patiamini? cũ ea quæ uestra sunt cõdonari possessoribus eadẽ lege uideatis? iam totam legem intelligetis? cum ad paucorum donationem scripta sit, tum ad Syllanæ assignationis rationes esse accõmodatissimã. Nam socer huius uir multũ bonus est, neq; ego nunc de illius bonitate, sed de genere impudẽtiæ disputo. Ille.n. quod habet retinere uult, neq; se Syllanum esse dissimulat, hic ut ipse habeat quod nõ habet, quæ dubia sunt per uos sancire uult, & cum plus appetat q̃ ipse Sylla, quibus rebus resisto Syllanas res defendere criminor, habet agros nõnullos inqt socer meus desertos atque longinquos, uendet eos mea lege quãti uolet, habet incertos, ac nullo iure possessos, confirmabuntur optimo iure, habet publicos, reddam priuatos, deniq; eos fundos quos in agro cassinati optimos fructuosissimos cõtinuauit, cum usq; eo uicinos proscriberet, quoad oculis continuando ex multis prædijs unam eũdi regionem formamq; perfecerit, quos nunc cum aliquo metu tenet, sine ulla cura possidebit. Et quoniam qua de causa, & quorum causa ille hoc promulgauit ostendi doceat, ipse num ego quem possessorem defendam? cum agrariæ legi resisto. Syluam scantiam uendis? Resp. possidet, defendo campanum agrum diuidis, uos estis in possessione, non cedo. Deinde Italiæ, Siciliæ, cæterarumq; prouinciarũ possessiones uenales ac proscriptas hac lege uideo. Vestra sunt prædia, uestræ possessiones, resistam, atq; repugnabo, neq; patiar a quoq̃ Po. Ro. de suis possessionibus me consule dimoueri, præsertim cum uobis

nihil queratur. Hoc enim uos in errore uersari diutius non oportet. Num quis uestrũ ad uim, ad facinus, ad cedẽ accõmodatus est? Nemo, atqui ei generi hominũ, mihi credite, campanus ager, & præclara illa Capua seruatur. Exercitus contra uos, cõtra libertatẽ uestrã, cõtra Cn. Pompeium cõstituit, cõtra hãc urbẽ Capua, cõtra uos manus hominũ audacissimorũ, cõtra Cn. Pompeiũ decem duces cõparãtur. Veniant coram, & quoniam me in uestrã concionem uobis flagitantibus conuocauerunt, disserant.

M.T.C. PRO M. MARCELLO AD P.C. ET C. CAESAREM ORATIO.

d IVTVRNI SILENTII, P. C. quo erã his temporibus usus non timore aliquo, sed partim dolore, partim uerecũdia finẽ hodiernus dies attulit, idemq; initium quæ uellem quæq; sentirem meo pristino more dicendi. Tantã enim mansuetudinẽ, tam inusitatam, inauditamq; clementiã, tantũ in summa potestate rerũ omniũ modũ, tam deniq; incredibilem sapientiam, ac pene diuinã tacitus nullo modo præterire possum. M. n. Marcello uobis. P C. Reiq; pu. reddito non illius solum, sed etiam uocem meã & auctoritatẽ & uobis, & Reipub. conseruatam, ac restitutam, puto. Dolebam enim. P. C. & uehementer angebar cũ uiderem uirũ talem, qui in eadẽ cã esset, in qua ego fuissem non in eadem fortuna esse, nec mihi persuadere poterã, nec fas esse ducebam, uersari me in uestro ueteri curriculo illo æmulo, atq; imitatore studiorum, atque laborum meorum, & quasi quodam socio & comite distracto. Ergo & mihi & meæ pristinæ uitæ cõsuetudinẽ. C. Cæsar interclusam aperuisti, et his

oibus ad bene de Repu. sperandum quasi signũ aliquod sustulisti. Intellectum enim est mihi quidem in multis & maxime in meipso & pauloante in oibus cum. M. Marcellum Senatui Reiq; pub. concessisti, cõmemoratis præsertim etiã offensionibus te auctoritatem huius ordinis, dignitatemq; Reipub. tuis uel doloribus uel suspitionibus anteferre. Ille quidẽ fructũ omnis ante actæ uitæ hodierno die maximũ cœpit, cum summo cõsensu Senatus, tum præterea iudicio tuo grauissimo & maximo, ex quo profecto intelligis quãta in dato beneficio sit laus, cũ in accepto tãta sit gloria. Est uere fortunatus ille, cuius ex salute non minor pene ad omnes q̃ ad illum cui uentura sit lætitia peruenerit, quod quidem ei merito, atq; optimo iure contigit. Quis enim est illo aut probitate, aut nobilitate, aut optimarum artium studio, aut innocentia, aut ullo genere laudis præstantior? Nullius tantũ fluminẽ ingenij est, nullius dicendi, aut scribendi, tanta uis tantaq; copia, quæ nõ dicã exornari, sed enarrare. C. Cæsar res tuas gestas possit, tamẽ hoc affirmo & hoc pace dicam tua, nullam in his esse laudẽ ampliorẽ, q̃ eam quam hodierno die cõsecutus es. Soleo sæpe ante oculos ponere, idq; libenter crebris usurpare sermonibus oẽs nostrorũ imperatorũ, oẽs exterarũ gentiũ potẽtissimorumq; populorũ, oẽs regũ clarissimorum res gestas cum tuis, nec cõtẽtionũ magnitudine, nec numero prœliorum, nec uarietate regionũ, nec celeritate cõficiendi, nec dissimilitudine bellorũ posse cõferri. Nec uero disiũctissimas terras citius passibus cuiusq̃ potuisse pagrari, q̃ tuis, nõ dicã cursib⁹ sed uictorijs illustratæ sunt, quæ quidẽ ego nisi ita magna esse fatear, ut ea uix cuiusquã mens aut cogitatio capere possit, amẽs sim. Sed tñ sunt alia maiora, nã bellicas laudes solẽt quidã extenuare uerbis, easq; detrahere ducibus, cõmunicare cũ militibus, ne propriæ sint imperatorum, & certe in armis

militũ uirtus, locorũ opportunitas, auxilia sociorũ, classes, cõmeatus multũ iuuãt. Maximã uero partẽ quasi suo iure fortuna sibi uendicat, & quicqd est prospere gestum, id pene oẽ ducit suũ. At uero huius gloriæ. C. Cæsar, quã es paa loante adeptus sociũ habes nemmẽ. Totũ hoc quãtumcunq; est, quod certe maximũ est, totũ inq̃ est tuũ. Nihil. n. tibi ex ista laude Cẽturio, nihil prefect9, nihil cohors, nihil turma decerpit. Quinetiã illa humanarũ rerũ domina fortuna in istius societatem gloriæ se nõ offert, tibi cedit, tuã esse totã & propriã fatetur. Nunq̃. n. temeritas cũ sapiẽtia cõmiscetur, neq; ad cõsiliũ casus admittitur. Domuisti gẽtes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas, oĩ copiarũ genere abũdantes. Ea tñ uicisti quæ & naturã & cõditionẽ, ut uinci ui possent, habebãt. Nulla est. n. tãta uis, tãta copia, quæ nõ ferro ac uiribus debilitari frãgiq; possit. Verũ animũ uincere, iracundiã cohibere, uictoriam tẽperare, aduersariũ nobilitate, ingenio, uirtute præstantẽ, nõ mõ extollere iacentẽ, sed etiã amplificare eius pristinã dignitatem, hæc qui faciat non ego eũ cum summis uiris cõparo, sed simillimũ deo iudico. Itaq;. C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabũtur, ille qdem nõ soliũ nostris, sed pene omniũ gentiũ litteris atq; linguis, neq; ulla unq̃ ætas de tuis laudibus conticescet, sed tamẽ eiusmodi res nescio quomodo etiã dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepere clamore militũ uidentur, & tubarũ sono. At uero cum aliqd clementer, mãsuete, iuste, recte, moderate, sapiẽterq; factũ in iracũdia præsertim quæ est inimica cõsilio, & in uictoria, quæ natura & insolẽs & superba est, aut audimus, aut legimus, quo studio incendimur, nõ mõ in gestis reb⁹, sed etiã in fictis? ut eos sæpe quos nũq̃ uidimus diligamus. Te uero quẽ p̃sentem intuemur, cuius mẽtẽ sensusq; & os cernimus, ut quicquid belli fortuna reliquum Reipu. fecerit, id esse

id esse saluum uelis, quibus laudibus efferemus? qbus studijs prosequemur? Qua beniuolentia, complectemur? Parietes. C. Cæsar mediusfidius, ut mihi uidet, huius curiæ tibi gratias agere gestiunt, q breui tpe futura sit illa auctoritas in his maiorũ suorũ & suis sedibus. Equidem cũ M. Marcelli uiri optimi & commemorabili pietate ac uirtute prediti lachrymas modo uobiscũ uiderem, oĩum Marcellorũ meũ pectus memoria effodit, qbus tu etiã mortuis. M. Marcello conseruato dignitatem suam reddidisti, nobilissimãq; familiã iã ad paucos redactam pene ab interitu uindicasti. Hunc tu igitur diem tuis maximis & innumerabilibus gratulationibus iure antepones, hæc. n. res unius est propria. C. Cæsaris, cæteræ duce te gestæ, magnæ illæ quidem, sed tñ multo magnoq; comitatu. Huius autẽ rei tu idẽ dux es & comes, quæ quidẽ tanta est, ut ei nulla sicut trophæis, monumẽtisq; tuis finem allatura sit ætas. Nihil aũt est opere ac manu factum, quod aliqñ non cõficiat, & non consumat uetustas. At uero hæc tua iusticia & lenitas animi florescet indies magis, ita ut qñtum operibus tuis diuturnitas detrahet, tãtum afferat laudibus. Et cum cæteros quidẽ oẽs uictores bellorũ ciuiliũ iam antea æquitate & misericordia uiceras, hodierno uero die teipsum uicisti. Vereor ut hoc quod dicam non pinde possit intelligi auditu, atq; ego ipsa cogitans sentio, ipsam uictoriam uicisse uideris, cũ ea illa quæ ipsa adepta erat uictis remisisti. Nã cum ipsius uictoriæ cõditiõe iure oẽs uicti occidissemus, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus. Recte igit unus inuictus es, a quo ẽt ipsius uictoriæ conditio usq; deuicta est. At q hoc. C. Cæsaris iudiciũ. P. C. qñ late pateat attẽdite. Oẽs. n. q ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero funestoq; cõpulsi, & si aliqua culpa tenemur erroris humãi, a scelere certe liberati sumus. Nã cũ. M. Marcellũ deprecantibus

uobis Reip. cōseruauit, memet mihi & itē Reip. nullo dep̄cāte, & reliquos āplissimos uiros et sibiipsis et patriæ reddidit, quorum & frequentiam & dignitatē hoc ipso in cōsessu uidetis. Nō ille hostes induxit in curiam, sed indicauit a plerisq; ignoratione aut potius & falso atq; inani metu, q̄ cupiditate, crudelitate ciuile bellū eē susceptū aut, quo q̄dē in bello semp̄ de pace agendum audiēdumq; esse putaui, sempq; dolui nonmō pacē, & orationē ciuiū pacē efflagitātium repudiari. Neq;.n. ego illa nec ulla unq̄ secutus sum arma ciuilia, sempq; mea consilia pacis & togæ socia non belli atq; armorum fuerunt, hoīem sum secutus priuato officio non publico, tantumq; apud me grati animi fidelis memoria ualuit, ut nulla nōmō cupiditate, sed ne spe q̄dē prudēs & sciens tanq̄ ad interitum ruerem uolūtariū, q̄d q̄dē meum consilium minime obscurum fuit. Nam & hoc in ordine integra re multa de pace dixi, & in ipso bello eadem ēt cū capitis mei periculo sensi, ex quo nemo erit tam iniustus rerum æstimator qui dubitet, quæ Cæsari de bello uoluntas fuerit, cum pacis auctores conseruandos statim censuerit, cæteris fuerit iratior. Atq; id minus mirum uideretur fortasse, tum cum esset incertus exitus & anceps fortuna belli. Qui uero uictor pacis auctores diligit, is profecto declarat maluisse se nō dimicare q̄ uincere. Atq; hui⁹ quidem rei. M. Marcello sum testis. Nostri.n. sensus ut in pace semp̄ sic tū etiā in bello cōgruebāt. Quotiēs ego eū & quāto cū dolore uidi? cum insolētiā cæterorum hominū, tū ipsius uictoriæ ferocitatē extimescentē? Quo gratior tua liberalitas. C. Cæsar nobis, qui illa uidimus, debet esse. Nō enim iā causæ sunt inter se, sed uictoriæ comparandæ. Vidimus tuā uictoriā p̄liorū exitu terminatā, gladium uagina uacuū ī urbe nō uidimus. Quos amisimus ciues, eos Martis uis perculit, nō ira uictoriæ, ut dubitare debeat nemo

quin multos si fieri posset. C. Cæsar ab iferis excitaret, quõ niã ex eadem acie conseruat quos põt. Alterius uero partis nihil amplius dico q̃ id qđ oẽs uerebamur, nimis iracũdã futurã esse uictoriam. Quidã.n.nõ modo armatis, sed inter dũ etiam ociosis minabant̃. Nec qd quisq; sensisset sed ubi fuisset cogitandũ esse dicebant, ut mihi quidẽ uideãtur dij immortales etiã si pœnas a. Po. Ro. ob aliquod delictum expetiuerint, qui ciuile bellũ tantũ & tam luctuosum excitauerũt, uel placati iã uel etiam saciati aliquando omnẽ spem salutis ad clementiam uictoris & sapientiam contulisse. Quare gaude tuo isto tam excellenti bono, & fruere cum fortuna & gloria, tum etiam natura & moribus tuis, ex quo quidem maximus est fructus iucunditasq; sapienti. Cætera cum tua recordabere, & si persæpe uirtuti, tamen plerũq; fœlicitati tuæ gratulabere. De nobis quos in Repu. tecum simul saluos esse uoluisti, quotiens cogitabis, totiens de tuis maximis beneficijs, totiens de incredibili liberalitate, totiẽs de singulari sapiẽtia tua cogitabis, quæ nõ mõ summa bona, sed nimirum audebo, uel sola dicere. Tantus est enim splendor in laude uera, tanta in magnitudine animi & consilij dignitas, ut hæc a uirtute donata, cætera a fortuna cõmodata esse uideantur. Noli igitur in conseruandis uiris bonis defatigari non cupiditate præsertim aut prauitate aliqua lapsis, sed opiniõe officij stulta fortasse certe nõ improba & specie quadã Reipublicæ. Nõ eñi ulla tua culpa est, si te aliq timuerũt. Contraq; summa tibi laus est, q̃ plerique minime timendum fuisse senserũt. Nunc uenio ad grauissimam querelam, & atrocissimam suspitionem tuam, quæ non tibi ipsi magis q̃ cum omnibus ciuibus, tum maxime nobis qui a te conseruati sumus prouidenda est, quã & si spero esse falsam, nunq̃ tamen uerbis extenuabo. Tua.n. cautio nostra cautio est, ut si in alterutro peccandum sit,

malim uideri nimis timidus q̃ parum prudens. Sed q̃snam est iste tam demẽs? qui scilicet tibi insidiaretur? De tuis ne? Tam & si qui magis sunt tui q̃ quibus tu salutem isperãtibus reddidisti? An ex eo numero qui una tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor, ut quo duce omnia summa sit adeptus, huius uitam non anteponat suæ. At si tui nihil cogitant sceleris, cauendũ est ne q̃d inimici. Qui? Omnes enim qui fuerunt, aut sua pertinacia uitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt, ut aut nulli supersint de inimicis, aut qui superfuerunt amicissimi sint. Sed tamẽ cum in animis hominum tantæ latebræ sint & tanti recessus, augeamus sane suspitionẽ tuã, simul enim augebimus & diligentiam. Nam quis omnium tam ignarus rerum, tam rudis in Repub. tam nihil unq̃ nec de sua nec de cõmuni salute cogitans, qui non intelligat tua salute contineri suã? & ex unius tui uitã uitã pẽdere omniũ? Equidẽ de te dies noctesq;, ut debeo, cogitãs casus dũtaxat humanos te euentus incertos ualitudinis & naturæ communis fragilitatẽ extimesco. Doleoq; cum Respu. immortalis esse debeat, eã in unius mortalis anima consistere. Si uero ad humanos casus incertosq; motus ualitudinis sceleris etiã accedat insidiarumq; consensio, quem deum etiã si cupiat, opitulari posse reipublicæ credamus? Omnia sunt excitãda tibi. C. Cæsar uni, quæ iacere sentis belli ipsius impetu, q̃d necesse fuit perculsa ac prostrata, plura uidere, cõstituẽda iudicia, reuocãda fides, cõprimẽdæ libidines, ꝓpagãda soboles, omniaq; quæ delapsa iam fluxerunt, seueris legibus uinciẽda sunt. Nõ fuit recusandũ in tãto ciuili bello, tãtoq; animorũ ardore & armorũ, quin quassata Respub. quicũq; belli euentus fuisset, multa perderet & ornamẽta dignitatis, & præsidia stabilitatis suæ, multa uterq; dux faceret armatus, quæ idẽ togatus fieri prohibuisset. Quæ quidem

nũc tibi oĩa belli uulnera sanãda sunt, quibus p̃ter te medeⷭ ri nemo põt. Itaq; illã tuã præclarissimã et sapiẽtissimã uocẽ inuitus audiui, satis te diu uel naturæ uixisse uel gloriæ. Satis si ita uis fortasse naturæ, addo etiã si placet gloriæ. At id quod maximũ est patriæ certe parũ. Quare omitte quæso istam doctorum hominum in contẽnenda morte prudẽtiã. Noli nostro p̃iculo sapiẽs esse. Sæpe.n.uenit ad meas aures te idẽ istd' nimis crebro dicere satis te tibi uixisse, Credo, sed tũ id audirẽ, si tibi soli uiueres, aut si tibi soli etiã natus esses. Nũc cũ oĩum ciuiũ salutẽ, cũctáq; Rẽp. es tuæ gestæ cõplexæ sint, tãtum abes a perfectione maximorum operũ, ut fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. Hic tu modũ uitæ tuæ non salute Reipub. sed æquitate animi definies? Quid si istud ne gloriæ q̃dẽ tuæ satis est? cuius te esse auidissimum, q̃uis sis sapiens, non negabis. Parum ne igitur inquies gloriã magnam relinquimus? Immo uero alijs q̃uis multis satis, tibi uni certe parum. Quicquid ẽ.n. q̃uis amplum sit, idem certe parum est, tum cum est aliquid amplius. Quod si rerum tuarũ immortaliũ.C. Cæsar hic exitus futurus fuit, ut deuictis aduersarijs Remp. in eo statu reliqueres, in quo nunc est, uide quæso ne tua diuina uirtus admirationis plus sit habitura q̃ gloriæ. Siquidem gloria est illustris & peruagata multorum & magnorum uel in suos ciues, uel in patriam, uel in omne genus hoïum fama meritorum. Hæc tibi igitur reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandum est, ut rempub. constituas, eaq; tu in primis composita cum summa tranquillitate & otio perfruare, tum te & si uoles cum & patriæ quod debes solueris, & naturam ipsam expleueris satietate uiuendi, satis diu uixisse dicito. Nec est enim omnino hoc ipsum diu, in quo est aliquid extremum, quod cum uenerit, omnis uoluptas præterita pro nihilo est habenda, q̃a postea

nulla futura est. Quanquam iste tuus animus nunquam his angustijs quas nobis natura ad uiuendum dedit contentus fuit, semper immortalitatis amore flagrauit. Nec uero haec tua uita dicenda est, quae corpore & spiritu continetur, illa inquam illa uita est tua Caesar quae uigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet, quam ipsa aeternitas semper intuebitur. Huic tu inseruias, huic te ostentes oportet, quae quidem, & quae miretur iam pridem multa habet, Nunc etiam quae laudet, expectat. Obstupescent posteri certe, imperia, prouincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles uictorias, monumenta innumera, triumphos audientes & legentes tuos. Sed nisi haec urbs stabilita tuis consilijs & institutis fuerit, uagabitur modo tuum nomen longe atque late. Sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam qui nascentur, sicut inter nos fuit magna dissensio, cum alij laudibus ad coelum res tuas gestas efferent, alij fortasse aliquid requirent, idque uel maximum nisi belli ciuilis incendium salute patriae restinxeris, ut illud fati fuisse uideatur, hoc consilij. Serui igitur ijs etiam iudicibus, qui multis post saeculis de te iudicabunt. Et quidem haud scio an incorruptius quam nos. Nam & sine amore, et sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine inuidia iudicabunt. Id autem etiam si tunc ad te ut quidam falso putant, non pertinebit, nunc certe pertinet te esse talem, ut laudes tuas obscuratura nulla unquam sit obliuio. Diuersae uoluntates ciuium fuerunt, distractaeque sententiae. Non enim consilijs solum & studijs, sed armis etiam & castris dissidebamus. Erat autem obscuritas quaedam, erat certamen inter clarissimos duces, multi dubitabant quid optimum esset, multi quid sibi expediret, multi quid deceret, nonnulli etiam quid liceret, perfuncta est Resp. hoc misero fatalique bello, uicit is qui non furore inflammaret odium suum, sed bonitate leniret, neque omnes

quibus iratus esset, eosdem etiã exilio aut morte dignos iu-dicaret. Arma ab alijs posita, ab alijs erepta sunt. Ingratus est iniustusq; ciuis, qui armorum periculo liberatus animũ tamen retinet armatum, ut iam ille sit melior qui in acie cecidit, q̃ qui in causa animã profudit. Quæ enim pertinacia quibusdam, eadẽ alijs constantia uideri potest. Sed quia iam omnis fracta dissensio est armis, & extincta æquitate uictoris, restat ut omnes unum uelint, qui habent aliquid non sapientiæ modo, sed etiam sanitatis, quia nisi te. C. Cæsar saluo & in ista sententia, qua cum antea tũ hodie maxime usus es manẽte salui esse non possumus. Quare omnes te q̄ hæc salua esse uolumus, & hortamur, & obsecramus, ut uitæ, ut saluti tuæ consulas, omnesq; tibi, ut p̄ alijs etiã loquar, id quod de meipso sentio, quoniam subesse aliquid putas quod cauẽdum sit, non modo excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur, sed ut unde est orsa in eodem oratio mea terminetur, maximas tibi omnes gratias agimus. C. Cæsar, maiores etiam habemus. Nam omnes idem sentiunt, quod ex omnium precibus & lachrymis sentire potuisti. Et quoniam non est omnibus astantibus necesse dicere, a me certe dici uolunt, cui necesse est quodammodo, & quod uolunt, & quod fieri decet, & quod. M. Marcello a te huic ordini. P.Q.R. & Reip. reddito precipue a me fieri debere intelligo. Nam lætari omnes non ut de unius solum sed ut de cõmuni omnium salute sentio. Quod autem summæ beniuolentiæ est, quæ mea erga illum omnibus nota semper fuit, ut uix. M. Marcello optimo & amantissimo fratri, p̄ter eũ quidem cederem nemini, cum id sollicitudine, cura, labore tãdiu p̄stiterim q̃diu est de illius salute dubitatum, certe hoc tẽpore magnis curis, molestijs, dolorib⁹ liberatus p̄stare debeo. Itaq;. C. Cæsar sic tibi gratias ago, ut me omnib⁹

rebus a te non seruato solum sed etiam ornato, tamen ad tua in me unũ innumerabilia merita, quod fieri iã posse nõ arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit.

M.T.C. PRO Q. LIGARIO AD C. CAESAREM ORATIO.

n Ouum crimẽ. C. Cæsar, & ante hunc diẽ inauditũ propinquus meus ad te. Q. Tubero detulit. Q. Ligariũ in Aphrica fuisse. Idq;. C. Pansa præstanti uir ingenio fretus fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum, ausus est cõfiteri. Itaq; quo me uertã nescio, paratus .n. ueneram, cũ tu id neq; per te scires, neq; aliunde audire potuisses, ut ignoratiõe tua ad hõis miseri salutẽ abuterer. Sed qm̃ diligẽtia inimici inuestigatũ est, id qd' latebat confitendũ est, ut opinor, præsertim cum meus necessarius. C. Pansa fecerit, ut id iam integrum non esset, omissaq; cõtro uersia oĩs oratio ad misericordiã tuã cõferenda est, qua plurimi sunt conseruati, cũ a te nõ liberationẽ culpæ, sed errati ueniã impetrauissent. Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandũ, confitentẽ reũ, sed tñ hoc ita confitentẽ, se in ea parte fuisse, qua te, qua uirũ omni laude dignũ patrem tuũ, itaq; prius de uestro delicto cõfiteamini necesse est, q̃ Ligarij ullam culpam reprehendatis. Q. igitur Ligarius cũ esset adhuc nulla belli suspitio legat⁹ in Aphricã cũ cõsule. C. Cõsidio profectus est, qua in legatiõe & ciuibus & socijs ita se probauit, ut decedẽs Cõsidi⁹ ꝓuicia, satisfacere hominibus nõ posset, si quenq; aliũ ꝓuinciæ præfecisset, itaq;. Q. Ligarius cum diu recusans nihil profecisset, prouinciã accepit inuitus, cui sic præfuit in pace, ut & ciuibus & socijs gratissima esset eius integritas & fides, bellum subito exarsit, quod qui erant in Aphrica ante

audierũt geri q̃ parari. Quo audito partim cupiditate inconsiderata, partim cæco quodã timore, primum salutis causa, postea etiam studij sui quærebant aliquem ducem, tum Ligarius domum spectans, & ad suos redire cupiens, nullo se implicari negocio passus est. Interim. P. Actius Varus qui prætor Aphricam obtinuerat, Uticã uenit, ad eũ statim concursum est, atq; ille cupiditate nõ mediocri arripuit imperium, si illud imperium esse potuit, quod ad priuatũ clamore multitudinis imperitæ, nullo publico cõsilio deferebatur, itaq; Ligarius qui omne tale negociũ cuperet effugere, paululũ aduentu Vari cõquieuit. Adhuc. C. Cæsar. Q. Ligarius omni culpa uacat, domo est gressus, nonmõ nullum ad bellũ, sed ne ad minimam quidem suspitionẽ belli. Legatus in pace profectus est, in prouincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacem esse expediret, profectio certe animũ tuum non debet offendere. Num igitur remansio? multo minus, nam profectio uoluntatem habuit non turpem, remansio necessitatẽ etiam honestam, ut gereret præfecturam. Ergo hæc duo tempora carent crimine, unum cum est legatus profectus, alterum cum efflagitatus a prouincia præpositus Aphricæ est, tertium tempus est quo post aduentũ Vari in Aphrica restitit, quod si est criminosum, necessitatis crimen est non uoluntatis. an ille si potuisset illinc ullo modo euadere, Uticæ potius q̃ Romæ, cum. P. Actio, q̃ cum concordissimis fratribus, cum alienis esse quam cũ suis maluisset? Cum ipsa legatio plena desiderij ac sollicitudinis fuisset propter incredibilem quendam fratrum amorem, hic æquo animo esse potuit belli dissidio distractus a fratribus? Nullũ igit habes signũ Cæsar adhuc in Quinto Ligario alienæ a te uolũtatis, cuius ego causam animaduerte quæso qua fide defendam, qui prodo meam. O clemẽtiam admirabilem, atq; omniũ laude, prædicatiõe, litteris,

monumentisq; decorandam. M. Cicero apud te defendit alium in ea uoluntate non fuisse, in qua seipsum confitetur fuisse, nec tuas tacitas cogitatiões extimescit, nec quid tibi de alio audienti de seipso occurrat reformidat. Vide q̃ non formidem. Vide q̃ta lux liberalitatis & sapientiæ tuæ mihi apud te dicenti oboriatur, q̃tum potero uoce contendã, ut hoc. Po. Ro. exaudiat. Suscepto bello. C. Cæsar gesto etiã ex magna parte nulla ui coactus iudicio meo ac uoluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contra te. Apud quem igitur hoc dico? Nempe apud eum, qui cũ hoc sciret, me anteq̃ uidit Reipu. reddidit qui ad me ex Egypto litteras misit, ut essem idem qui fuissem. Qui cum ipse imperator in toto imperio Popu. Roma. unus esset, esse me alterum passus est. A quo hoc ipso. C. Pansa mihi nuncium perferente concessos fasces laureatos tenui, quoad tenendos putaui, qui mihi tum deniq; se salutem dare putauit, si eam nullis spoliatam ornamentis dedisset. Vide, quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam cõfiteri? Atq; hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero cum de se eadem dicerẽ ignosceret, cuius ego industriæ gloriæq; faueo, uel propter propĩquam cognationem, uel q̃ eius ingenio studũsq; delector, uel q̃ laudẽ adolescentis propinqui etiam existimo ad meum aliquem fructum redundare. Sed hoc quæro, quis putat esse crimẽ fuisse in Aphrica Ligarium? Nempe is qui & ipse in Aphrica eadem esse uoluit, & prohibitum se a Ligario quæritur, & certe contra ipsum Cæsarem est cõgressus armatus. Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas, nimis urgeo, commoueri uidetur adolescens, ad me reuertar, iisdem in armis fui. Quid

aũt aliud ægimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos posse mus? quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuit oratio, atq; in hac causa nõ nihil equidem Tubero etiam tuam, sed multo magis tui patris prudentiã desidero, q̃ hõ ingenio, tũ etiã doctrina excellens genus hoc causæ quod esset non uiderit, nam si uidisset quouis profecto q̃ isto modo a te agi maluisset. Arguis fatentem, non est satis, accusas eum, qui causam habet, aut ut ego dico meliorem q̃ tu, aut ut tu uis parem. Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigijs similia quæ dicam, non habet eam uim ista accusatio, ut. Q. Ligarius cõdemnetur, sed ut necetur. Hoc ægit ciuis Romanus ante te nemo. Externi isti mores, usq; ad sanguinem incitare solent odia, aut leuium græcorum, aut immanium barbarorũ. Nã quid agis aliud, nisi ut occidatur, ut Romæ ne sit, ut domo careat, ne cũ optimis fratribus, ne cũ hoc Tito Brocco auunculo suo, ne cum eius filio cõsobrino suo, ne nobiscum uiuat, ne sit in patria, num ita est? Num potest magis carere his omnibus, q̃ caret? Italia prohibetur, exulat, non tu ergo hunc patria priuare qua caret, sed uita uis. At istud ne apud eum quidem dictatorem qui omnes quos oderat morte mulctabat, q̃sq̃ ægit isto modo, ipse iubebat occidi nullo postulante, premijs etiam inuitabat, quæ tñ crudelitas ab hoc eodem aliquot annis post quẽ tu nũc crudelem esse uis uindicata est? Ego uero istud non postulo inquies, ita mehercule existimo Tubero. Noui.n.te, noui patrẽ, noui domũ, nomẽq; uestrũ, studia deniq; generis ac familiæ uestræ, uirtutis, humanitatis, doctrinæ, plurimarum artium, atq; optimarũ nota sunt mihi, idq́; certo scio uos nõ petere sanguinẽ, sed parũ attẽditis. Res.n.eo spectat, ut ea pœna in qua adhuc est. Q. Ligari⁹ nõ uideamini esse contenti. Quæ igit̃ est alia præter mortẽ? Si.n. in exilio est sicuti est, quid

amplius postulatis? an ne ignoscatur? Hoc uero multo acerbius, multo est durius, multo est grauius, nã quod nos domi petimus precibus & lachrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, q̃ huius humanitati, id ne impetremus pugnabis? & in nostrum fletum irrumpes? & nos iacentes ad pedes supplicũ uoce prohibebis? Si cum domi hoc faceremus qđ & fecimus, & ut spero non frustra fecimus, tu repente irruisses, & clamare cœpisses. C. Cæsar caue credas, caue ignoscas, caue te fratrum pro fratris salute obsecrãtiũ misereat, nõne oẽm humanitatẽ exuisses? Quãto hoc durius quod nos domi petimus, id a te in foro oppugnari, & in tali miseria multorũ perfugiũ misericordiæ tollere? Dicã plane. C. Cæsar qđ sentio, si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta nõ esset, q̃tam tu per te inq̃ obtines, intelligo quid loquar, acerbissimo luctu redundaret ista uictoria, quia essent multi de uictoribus q te crudelem esse uellẽt, cũ ẽt de uictis repiãtur multi, q cum a te ignosci nemini uelint, impedirent tuã clemẽtiã, cũ ẽt hi qbus ipse ignouisti, nolint te esse in alios misericordẽ. Qđ si probare Cæsari possemus in Aphrica Ligariũ oĩno non fuisse, si honesto & misericordi mendacio saluti ciui calamitoso esse uellemus, tñ hoĩs nõ esset in tanto discrimine & periculo ciuis refellere, & coarguere nostrũ mendacium, & si esset alicuius, eius certe nõ esset qui ĩ eadẽ cã et fortuna fuisset, sed tñ aliud est errare Cæsarẽ nolle, aliud nolle misereri, tũ dices, Caue Cæsar credas, fuit in Aphrica Ligarius, tulit arma contra te, nũc quid dicis? caue ignoscas. Hæc nec hominis, nec ad hominẽ uox est, qua q apud te. C. Cæsar utetur, suam citius abiiciet humanitatem, q̃ extorquebit tuã, ac primus aditus & postulatio Tuberonis hæc ut opinor fuit, uelle se de. Q. Ligarij scelere dicere, non dubito quin admiratus sis, uel quod de nullo alio quis q̃, uel q is qui ĩn

eadem causa fuisset, uel quidnam noui facinoris afferret, scelus tu illud uocas Tubero? cur? isto.n.nomine illa adhuc causa caruit, alij errorem appellant, alij timorem. Quid durius, spem, cupiditatem, odium, pertinaciam, qui grauissime temeritatem, scelus præter te adhuc nemo, ac mihi quidem si proprium & uerũ nomen nostri mali quæritur, fatalis quædam calamitas incidisse uidetur, & improuidas hominum mentes occupasse, ut nemo mirari debeat humana cõsilia diuina necessitate eẽ superata. Liceat esse miseros, quanquam hoc uictore esse non possumus, sed non loquor de nobis, de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces, sceleris uero crimine furoris, parricidij immunes sint. Liceat. Cn. Pompeio mortuo, liceat multis alijs carere, quã ex te quisque. C. Cæsar audiuit? aut tua quid aliud arma uoluerũt, nisi a te cõtumeliã propulsare? Quid ægit ille tuus inuictus exercitus, nisi ut suũ ius tueretur & dignitatem tuam? Quid tu cum pacem esse cupiebas? idne agebas? ut tibi cum sceleratis, an ut cum bonis ciuibus cõueniret? Mihi uero Cæsar tua in me maxima merita tãta certe nõ uiderent, si me ut sceleratũ a te cõseruatũ putarẽ. Quomodo tu autẽ de Republi. benemeritus esses, si tot sceleratos incolumi dignitate esse uoluisses? Secessionem tu illam existimasti Cæsar initio bellum, non hostile odium, sed ciuile dissidiũ utrisque cupiẽtibus Remp. saluam esse, sed partim cõsilijs, partim studijs a cõmuni utilitate aberrãtibus, principum dignitas erat pene par, non par fortasse eorum qui sequebantur. Causa tum quidem dubia, quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset, nunc melior certe indicanda est, quam etiam dij immortales adiuuerunt. Cognita uero clementia tua, quis nõ eam uictoriam probet? in qua occiderit nemo nisi armatus, sed ut omittam cõem cãm, ueniamus ad nostram. Vtrum tandem existimas tu facilius

fuisse Tubero Ligariū ex Aphrica uenisse, an nos ī Aphricam non uenire. Poteramus ne inquies cum Senatus censuisset? si me consulis, nullo modo, sed tamen Ligarium Senatus idem legauerat, atq; ille eo tempore paruit, cum parere Senatui necesse erat, uos tum paruistis, cum paruit nemo nisi qui noluit. Reprehendo igitur, minime uero. Neq; enim licuit aliter uestro generi, nomini, familiæ, disciplinæ, sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Tuberonis sors coniecta est ex Senatusconsulto, cum ipse non adesset, morbo etiam impediret, statuerat excusare se, hæc ego noui propter communes necessitudines, quæ mihi sunt cum L. Tuberone, domi una eruditi sumus, militiæ contubernales, post affines, in omni deniq; uita familiares, magnum etiam uinculum, q̄ ijsdem studijs semper usi sumus. Scio igitur Tuberonem domi manere uoluisse, sed ita quidam agebant, ita Reipub. sanctissimum nomen opponebāt, ut etiam si aliter sentiret, uerborum tamen ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi uiri uel potius paruit. Vna est profectus cum his quorum erat una causa, tardius iter fecit, itaq; in Aphricam uenit iam occupatam. Hinc in Ligariū crimen oritur, uel ira potius, nam si crimen est prohibere illum uoluisse, tamen non minus magnum est, uos Aphricam arcem omnium prouinciarum natam ad bellum cōtra hanc urbem gerendum obtinere uoluisse, q̄ aliquem imperatorem se esse uoluisse, atq; is tamen ligarius non fuit. Varus imperium se dicebat habere, fasces non certe habebat, sed quoquo modo illud se habet, hæc querela uestra Tubero quid ualet? recepti in prouinciam non sumus, quid si essetis? Cæsari ne eam tradituri fuissetis? an contra Cæsarem retenturi? Vide quid licentiæ Cæsar noua tua nobis liberalitas det, uel potius audaciæ, sed si responderit Tubero

Aphricam quo Senatus eum forsq; miserat, tibi patrem traditurum fuisse, non dubitabo apud teipsum cuius id facere interfuit, grauissimis uerbis consilium eius reprehendere. Non enim si tibi hæc res grata fuisset, esset etiam probata, sed iam hoc totum omitto non tam propter id ne offendam tuas patientissimas aures, q̃ ne Tubero, quod nunq̃ cogitauit, facturus fuisse uideatur. Veniebatis igitur in Aphricam prouinciam unam ex omnibus huic uictoriæ maxime infestam, in qua rex erat potentissimus inimicus huic causæ, aliena uoluntas, conuentus firmi atq; magni. Quæro quid facturi fuissetis? q̃q̃ quid facturi fueritis non dubitem, cum uideam quid feceritis, prohibiti estis in prouinciam uestram pedem ponere, ut perhibetis, summa cum iniuria. Quomodo id tulistis? acceptæ iniuriæ querelam ad quem detulistis? nempe ad eum cuius auctoritatem secuti in societatem belli ueneratis. Quod si Cæsaris causa ĩ prouinciam ueniebatis, ad eum profecto exclusi prouincia uenissetis. Venistis ad Pompeiũ, quæ est ergo apud Cæsarem querela? cũ eũ accusetis, a quo uos queramini prohibitos cõtra Cæsarem bellũ gerere. Atq; in hoc quidem uel cũ mendacio si uelitis, gloriari per me licet uos prouinciam Cæsari tradituros fuisse, etiam si a Varo, & quibusdam aliis ꝓhibiti essetis, ego tamen cõfitebor culpam esse Ligarii, qui uos tantæ laudis occasione priuauerit, Sed uide quæso Cæsar constantiam ornatissimi uiri. L. Tuberonis, quam ego q̃uis ipse probarem, ut probo, tñ nõ commemorarem, nisi a te cognouissem in primis eam uirtutẽ solere laudari. Quæ fuit igitur unq̃ in ullo homine tanta constantia? constantiã dico, nescio an melius patiẽtiã possim dicere? Quotus.n.ist' q̃sq; fecisset, ut a q̃bus partib⁹ in dissensiõe ciuili nõ esset receptus, esset etiã cũ crudelitate eiectus, ad eas ipas rediret? Magni cuiusdã animi, atq; eius uiri est quem

de suscepta causa propositaq; sententia nulla contumelia, nulla uis, nullum periculum posset depellere. Vt .n. cætera paria Tuberoni cum Varo fuissent, honor, nobilitas, splēdor, ingenium, quæ nequaq; fuerunt, hoc certe p̄cipuū Tuberonis fuit, quod iusto cum imperio ex senatusconsulto in prouinciam suam uenerat. Hinc prohibitus non ad Cæsarem, ne iratus, non domum, ne iners, non aliquam in regionem, ne condemnare cām illam, quam secutus esset, uideretur. In Macedoniam in Cn. Pomp. castra uenit in eam ipsam cām a qua erat eiectus cum iniuria, quid ? cum ista res nihil commouisset eius animum ad quem ueneratis, languidiore credo studio in causa fuistis, tantummodo in præsidijs eratis, animi uero a causa abhorrebāt? An ut fit in ciuilibus bellis, nec in uobis magis q̄ in reliqs, omēs .n. uincēdi studio tenebamur. Pacis eq̄dē semp auctor fui, sed tamē sero. Erat .n. amētis cum aciē uideres, pacem cogitare, oēs inquā uincere uolebamus. Tu certe p̄cipue q in eum locum ueneras, ubi tibi esset pereundū nisi uicisses, q̄q̄ ut nunc res sese habet, non dubito quinetiā hāc salutē antepo nas illi uictoriæ, hæc ego nō dicerem si aut uos cōstātiæ uestræ, aut Cæsarē beneficij sui pœniteret. Nunc quero utrū uestras iurias an reipu. p̄sequamini. Si reipu. q̄d de uestra in ea cā p̄seuerātia respōdebitis? si uestras uidete ne erretis q Cæsarē inimicis uestris iratū fore putetis, cum ignouerit suis. Itaq; nū tibi uideor. C. Cæsar in cā Ligarij eē occupatus? nū de eius facto dicere? Quicq̄d dixi ad unā summā referri uolo, uel humanitatis, uel clementiæ, uel misericordiæ tuæ. Causas Cæsar ægi multas & quidē tecū, dū te tenuit in foro ratio honorū tuorū, certe nūq̄ hoc mō. Ignoscite iudices, errauit, lapsus est, nō putauit, si unq̄ posthac, ad parētē sic agi solet, ad iudices nō fecit, nō cogitauit falsi testes fictū crimē. Dic te Cæsar de facto Ligarij iudicē esse, q̄bus

in præsidijs

in præsidijs fuerit quære, taceo, ne hæc quidē colligo, quæ fortasse ualerent etiā apud iudicē. Legatus ante bellū profectus, relictus in pace, bello oppressus, in eo ipso nō acerbꝰ fuit, tametsi totus animo & studio tuus. Ad iudicē sic agi solet, sed ego ad parentem loquor, errauit, temere fecit, pœnitet, ad clemētiā tuam cōfugio, delicti ueniā peto, ut ignoscas oro, si nemo impetrauit, arrogāter peto, si plurimi, tu idem fer opem qui spē dedisti. An sperandi de Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit ēt pro altero depcandi, q̄q̄ neq; in hac oratione spes est posita causæ, nec in eorū studijs qui a te pro Ligario petūt tui necessarij. Vidi.n. & cognoui quid maxime spectares, cum pro alicuius salute multi laborarēt, causas apd' te rogātiū gratiores eē q̄ uultus, neq; te spectare, q̄ tuꝰ eēt necessarius is qui te oraret, sed q̄ illius eā pro quo laboraret. Itaq; tribuis q̄dē tuis multa, ut mihi eē beatiores illi uideantur interdum qui tua libe ralitate fruuntur, q̄ tu ipse qui ipsis tam multa concedas. Sed uideo tamen apud te, ut dixi, causas rogantium ualere plusq̄ preces, ab hisq; te moueri maxime, quorum iustissimum uideas dolorē in petendo. In.Q. Ligario conseruando multis tu quidem gratū facies necessarijs tuis, sed hoc quæso cōsidera qd' soles. Possum fortissimos uiros sabinos tibi probatissimos, totumq; agrum sabinum florem Italiæ ac robur Reipu. proponere, nosti homines istos optime. Animaduerte horū omnium mœstitiam & dolorem huius. T. Brochi, de quo nō dubito quid existimes, lachrymas, squalorem ipsius & filij uides, quid de fratribus dicam? Noli Cæsar putare de unius capite nos agere, aut tres Ligarij tibi in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exterminādi. Nā quoduis exiliū his est optatius q̄ patria, q̄ domꝰ, q̄ dij penates, uno illo exulante, si fraterne, si pie, si cū dolore faciunt, moueant te horum lachrymæ, moueat pietas,

moueat germanitas. Valeat illa uox tua quæ uicit. Te em̃ dicere audiebamus nos oẽs aduersarios putare, nisi q̃ nobiscũ essent, te oẽs qui cõtra te nõ essent, tuos. Vides ne igit̃ hũc splendorẽ, oẽm hanc Brochorũ domũ, hũc. L. Marcũ. C. Cesenium. L. Cornificiũ, hosce omnes eq̃tes Ro. qui adsunt ueste mutata, nõ solũ notos tibi, uerũetiam probatos uiros qui tecũ fuerũt. Atqui his irascebamur, & hos requirebamus, & his nõnulli etiã minabant̃. Cõserua igit̃ tuis suos, ut quẽadmodũ cætera quæ a te dicta sunt, sic hoc uerissimum reperiatur. Quod si penitus perspicere posses cõcordiã Ligariorũ, omnes fratres tecũ iudicares fuisse. An potest quiq̃ dubitare, quin si. Q. Ligarius in Italia esse potuisset, in eadẽ sententia futurus fuerit in qua fratres fuerunt? Quis est q̃ horum consensum cõspirantẽ & pene cõflatũ in hac prope æqualitate fraterna non nouerit? q̃ hoc nõ sentiat? quiduis prius futurum fuisse, q̃ ut hi fratres diuersas sententias fortunasq́; sequerentur. Voluntate igitur omnes tecũ fuerũt, tẽpestate abreptus est unus q̃ si cõsilio id fecisset, esset eorum similis, quos tu tñ saluos esse uoluisti. Sed ierit ad bellũ, dissenserit nõ a te solũ, uerũetiam a fratribus, hi te orant tui. Equidem cũ tuis omnibus negocijs interessem, memoria teneo qualis tum. T. Ligarius quæstor urbanus fuerit erga te & dignitatẽ tuã. Sed parũ est me hoc meminisse. Spero ẽt te qui obliuisci nil soles nisi iniurias, quoniã est hoc animi, quoniam & ingenij tui te aliquid de huius quæstoris officio cogitantem, ẽt de alijs quæstoribus reminiscentem recordari. Hic igitur. T. Ligarius qui tum nihil egit aliũd, neq̃. n. hæc diuinabat, nisi ut tu eũ studiosum & bonũ uirũ iudicares, nunc a te supplex fratris salutẽ petit, quã huius admonitus officio cũ utrisq; his dederis, tres fratres optimos & integerrimos nõ solum sibi ipsos, neq; his tot ac talibus uiris neq; nobis necessarijs, sed etiam Reip.

cōdonaueris. Fac igitur quod de homine nobilissimo ac clarissimo. M. Marcello restituto fecisti nuper in curia, nūc idē in foro de optimis & huic omni frequentiæ probatissimis fratribus, ut concessisti illum Senatui, sic da hunc populo, cuius uoluntatē clarissimā semp habuisti. Et si ille dies tibi gloriosissimus et Po.Ro. gratissimus fuit, noli obsecro dubitare Cæsar, similem illi gloriæ laudē q̃ sæpissime quærere. Etenim nihil est tam populare, q̃ bonitas, nulla de uirtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordia est. Homines enim ad deos nulla re propius accedunt, q̃ salutem hominibus dando. Nihil enim habet nec fortuna tua maius, q̃ ut possis, nec natura tua melius, q̃ ut uelis cōseruare q̃ plurimos. Longiorē orationē causa forsitā postulat, tua certe natura breuiorē. Quare cū utilius esse arbitrer teipsum, q̃ aut me, aut quenq̃ aliū loq tecū, finē iā faciā. Tantū teipsum admonebo, si illi absenti salutem dederis, præsentibus his omnibus te daturum.

M.T.C. PRO REGE DEIOTARO, AD C. CAESAREM ORATIO.

VM IN OMNIBVS CAVSIS grauioribus. C. Cæsar initio dicendi commoueri soleam uehementius q̃ uidetur uel usus uel ætas mea postulare, tñ in hac causa ita me multa perturbant, ut quantum mea fides studij mihi afferat ad salutē regis Deiotari defendēdam, tantū mihi facultatis timor detrahat. Primum dico pro capite fortunisq; regis Deiotari. Quod ipsum si nō iniquum est in tuo duntaxat periculo, tamen est ita inusitatum regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. Deinde

cũ regẽ, quẽ ornare antea cuncto cũ Senatu solebamus pro perpetuis eius in nostrã Rẽpu. meritis, nũc cõtra atrocissimũ crimẽ cogor defendere. Accedit ut accusatorũ alterius crudelitate, alterius indignitate perturber. Crudelẽ Castorem ne dicã, an sceleratũ & impiũ, q nepos auum in discrimen capitis adduxerit? adolescentiaeq; suae terrorem intulerit ei cuius senectutẽ tueri & regere debebat, commẽdationẽq; ineũtis aetatis ab impietate & a scelere duxerit? ac aui seruũ corruptũ pmijs ad accusandũ dominũ impulerit? & a legatorũ pedibus abduxerit? fugitiui aũt dñm accusantis & dominũ absentẽ & dominũ amicissimũ nostrae reip. cum os uidebã, cũ uerba audiebã, nõ tã afflictã regiã cõditionẽ dolebã, qͣ de fortunis cõibus extimescebam. Nã quum more maiorũ de seruo in dominũ ne tormẽtis qdẽ queri liceat, in qua quaestione dolor elicere uerã uocẽ posset, etiã ab inuito extortus est seruus, q quẽ in eculeo appellare nõ posset, eũ accuset solutus, perturbat me. C. Caesar ẽt illud interdum, quod tñ cũ te penitus recognoui timere desino, re. n. iniquũ est, sed tua sapientia fit aequissimũ. Nã dicere apud eũ de facinore cõtra cuius uitã consiliũ facinoris inijsse arguare, si per seipsum consideres, graue est. Nemo. n. fere est q sui periculi iudex non sibi se aeqorẽ qͣ reo pbeat. Sed tua Caesar pstans singularisq; natura hũc mihi metũ minuit. Non. n. tam timeo qd tu de rege Deiotaro, qͣ intelligo qd de te caeteros uelis iudicare. Moueor ẽt loci ipsius insolẽtia, qꝛ tantã cãm qͣta nulla unqͣ in disceptatione uersata est, dico intra domesticos parietes, dico extra cõuentũ et eã frequẽtiã, in qua oratorũ studia niti solent. In tuis oculis, in tuo ore uultuque acqesco, te unũ intueor, ad te unũ oĩs mea spectat oratio, q mihi ad spem obtinẽdae ueritatis grauissima sunt, ad motum aĩ & ad oẽm impetũ dicendi cõtẽtionẽq; leuiora, hãc. n. C. Caesar cãm si in foro dicerẽ, te eodem audiente

& disceptãte, quãtã mihi alacritatẽ Po.Ro. concursus afferret? Quis.n. ciuis ei regi nõ faueret, cuius oẽm ætatẽ in Po.Ro. bellis consumptã esse meminisset? Spectarẽ curiã, intuerer forũ, cœlũ deniq; testarer ipsum, sic cũ & deorũ immortaliũ & Po.Ro. & Senatus beneficia in regem Deiotarum recordarer, nullo mõ mihi deesse posset oratio, quæ quoniã angustiora parietes faciũt, actioq; maximæ causæ debilitatã loco, tuũ Cæsar est qui pro multis sæpe dixisti, qd mihi nũc animi sit ad teipsum referre, quo facilius tum æquitas tua, tũ audiẽdi diligẽtia minuat hãc perturbationẽ meam. Sed ante qdem q̃ de accusatiõe ipsa dico, de accusatorũ spe pauca dicam, q cum uideant neq; ingenio, neq; usu atq; exercitatione rerũ ualere, tamẽ ad hanc causam nõ sine aliqua spe & cogitatione uenerũt. Iratum te regi Deiotaro fuisse non erant nescij. Affectũ illũ quibusdã incõmodis & detrimentis ꝓpter offensionẽ animi tui meminerant, teq; tum huic iratũ tum sibi amicũ fuisse cognouerãt, cũq; apud teipsum de tuo periculo dicerẽt, fore putabãt, ut in exulcerato animo facile fictum crimẽ insideret. Quamobrẽ hoc nos primum metu Cæsar per fidẽ & constantiam & clemẽtiã tuã libera, ne residere in te ullam partem iracũdiæ suspicemur, & per dextrã istã te oro, quã regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, istã inq̃ dexteram non tam in bellis & in ꝓlijs, q̃ in promissis & fide firmiorem. Tu illius domum inire, tu uetus hospitiũ renouare uoluisti, te eius dij penates acceperunt, te amicũ & placatũ Deiotari regis aræ focíq; uiderũt. Cum facile orari Cæsar, tum semel exorari soles. Nemo unq̃ te placauit inimicus qui ullas resedisse in te simultatis reliqas senserit, q̃q̃ cui sunt inauditæ de Deiotaro querelæ tuæ? Nunq̃ tu illũ accusauisti ut hostẽ, sed ut amici officio parum functũ, q propensior in Cn. Pom. amicitiã fuisset, q̃ i tuã. Cui tñ ipsi regi ueniã te daturũ fuisse

dicebas, si cum auxilia Pompeio, uel si ẽt filiũ misisset, ipse tñ ætatis excusatione usus esset. Ita cũ maximis eum de rebus liberares, perparuã amicitiæ culpã relinquebas. Itaq; nõ solũ in eũ non animaduertisti, sed omni metu liberauisti, hospitem agnouisti, regẽ reliquisti. Neq;.n. ille odio tui progressus est, sed errore cõi lapsus est. Is rex quem Senatus hoc noĩe sæpe honorificentissimis decretis appellauisset, quiq; eũ illum ordinem ab adolescentia grauissimum sanctissimumq; duxisset, hisdem rebus est pturbatus hõ lõginquus & alienigena, qbus nos in media Rep. nati semperq; uersati. Cum audiret Senatus cõsentientis auctoritate arma sumpta esse, cõsulibus ptoribus. Tr. pl. nouis imperatoribus Rẽp. defendendam datã, mouebatur aĩo, & uir huic imperio amicissimus de salute. Po. Ro. extimescebat, in qua etiã suã inclusam esse uidebat. In summo tñ timore qescendũ sibi esse arbitrabatur, maxime uero pturbatus est ut audiuit consules ex Italia profugisse & oẽs consulares, sic.n. nunciabatur cunctum Senatum, totam Italiã esse effusam, talibus.n. nuncijs & rumoribus patebat ad oriẽtẽ uia, nec ulli ueri nuncij subsequebantur. Nihil ille de cõditionibus tuis, nihil de studio cõcordiæ & pacis, nihil de cõspiratiõe audiebat cæterorũ hoĩum contra dignitatem tuã. Quæ cũ ita essent, tamen usq; eo se tenuit, quoad. Cn. Põpeij ad eũ legati literæq; uenerũt. Ignosce, ignosce Cæsar, si eius uiri auctoritati Rex Deiotarus cessit, quẽ nos oẽs secuti sumus, in quem cum dij atque homines omnia ornamenta cõgessissent, tũ tu ipse plurima & maxima. Neq; enim si tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem attulerunt, iccirco. Cn. Pom. memoriam amisimus. Quantum nomẽ illius fuerit, quantæ opes, quãta in omni genere bellorũ gloria, quãti honores. Po. Ro. quanti Senatus, quãti tui, quis ignorat? quanto ille superiores uicerat gloria, tanto tu oĩbus præsti

tisti. Itaq; Cn. Pom. bella, uictorias, triumphos, consulatus admirātes numerabam⁹, tuos aūt enumerare nō possumus. Ad eū igitur rex Deiotarus uenit hoc misero fataliq; bello, quē antea iustis hostilibusq; bellis adiuuerat, quocum erat non hospitio solū, uerumetiā familiaritate cōiunctus, & uenit uel rogatus ut amicus, uel accersitus ut socius, uel euocatus, ut is qui Senatui parere didicisset. Postremo uenit ut ad fugientē nō ut ad insequentē. i. ad periculi non ad uictoriæ societatem. Itaq; Pharsalico prælio facto a Pompeio discessit, spē infinitam persequi noluit, uel officio si quid debuerat, uel errori si quid nescierat, satisfactū esse duxit, domum se contulit, teq; alexandrinum bellū gerente utilitatibus tuis paruit. Ille exercitū Cn. Domitij amplissimi uiri suis tectis & copijs sustentauit. Ille Ephesum ad eum, quē tu ex tuis fidelissimum & probatissimū oībus delegisti, pecuniā misit. Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit, qua ad bellum utereris. Ille corpus suum periculo obiecit, tecumq; in acie cōtra Pharnacē fuit, tuumq; hostem duxit esse suum. Quæ quidem a te in eam partem accepta sunt Cæsar, ut eum amplissimo honore & regis nomine affeceris. Is igitur nō a te modo periculo liberatus, sed etiā honore amplissimo ornatus, arguitur te domi suæ interficere uoluisse, quod tu nisi eum furiosissimū iudicas, profecto non potes suspicari. Vt. n. cætera omittā, cuius tāti sceleris fuerit in cōspectu deorū penatiū necare hospitem, cuius tātæ importunitatis omniū gentiū, atq; omnis memoriæ clarissimū lumē extinguere, cuius tātæ ferocitatis uictorē orbis terrarū nō extimescere, cuius tā inhumani & ingrati animi, a quo rex appellatus esset, in eū tyrannū inueniri, ut ergo omittā, cuius tāti furoris fuit, oēs reges quorū multi erant finitimi, oēs socios, oēs liberos populos, omnes prouincias, oīa deniq; omnium arma contra se unū excita-

re? Quonā illc modo, cū regno, cū domo, cum coniuge, cum clarissimo filio distractus esset, tanto scelere nō modo perfecto, sed etiā cogitato? At credo hæc hō inconsultus & temerarius nō uidebat? qs cōsideratior illo? qs rectior? quis prudentior? quāquā hoc loco Deiotarum non tam ingenio & prudentia, quā fide & religione uitæ defendendū puto. Nota tibi est hoīs probitas. C. Cæsar, noti mores, nota constantia. Cui porro q mō Po. Ro. nomē audiuit Deiotari integritas, grauitas, uirtus, fides non audita est? Qd' igitur facinus nec etiā in hominē imprudentem cadere posset, propter metū presentis exitij, nec in facinorosum, nisi esset idem amentissimus, id uos & à uiro optimo, & ab homīe minime stulto cogitatum esse confingitis? At quā nonmodo non credibiliter, sed ne suspitiose quidem. Cum inquit in castellum Luceiū uenisses, & domum regis hospitis tui diuertisses, locus erat quidā in quo erant ea composita, quibus te rex munerare cōstituerat, huc te è balneo priusquā accumberes ducere uolebat. Ibi eñi erant armati qui te interficerent in eo ipso loco collocati. En crimen, en causa, cur regē fugitiuus, dūm seruus accuset, ego mehercule Cæsar initio cum est ad me ista causa delata Philippū medicū seruum regium, q cū legatis missus esset, ab isto adolescēte existimaui esse corruptum, hac sum suspitiōe perculsus, medicum indicem subornauit, fingit uidelicet aliquod crimen ueneni, & si a ueritate longe, tamen a consuetudine criminandi non multū res abhorrebat, qd ait medicus? nihil de ueneno. At id fieri potuit primū occultius in potione, uel in cibo. Deinde etiā impunius fit, quod cum & factum est, factū negari potest. Sed si palam te interemisset, omnium in se gentium non solum odia, sed etiam arma conuertisset, si ueneno, Iouis illius quidem hospitalis numen nunquā cælare potuisset, homines uero fortasse cælauisset. Quod igitur & conari occulti

us, & efficere cautius potuit, id tibi & medico callido & seruo ut putabat fideli non credidit? de armis, de ferro, de insidijs cælare te noluit. At q̃ festiue crimen contexitur. Tua te inquit eadem quæ semper fortuna seruauit, negaui sti tum te inspicere uelle, quid postea? an Deiotarus rex illo tempore nõ perfecta re continuo dimisit exercitum? Nullus erat alius insidiandi locus? At eodem te cum cœnauisses rediturũ dixeras. Itaq; fecisti, horam unam, aut duas eodẽ loco armatos ut collocati fuerant retinere magnũ fuit, cũ in conuiuio comiter & iucũde fuisses, tum illuc isti ut dixeras. Quo in loco Deiotarũ talem erga te nouisti, qualis rex Attalus i P. Aphricanũ fuit, cui magnificẽtissima dona, ut scriptũ legimus usq; Numãtiã misit ex Asia, quæ Aphrica nus inspectante exercitu accepit, quod cum præsens Deiotarus regio & aĩo, & more fecisset, tu in cubiculũ discessisti. Obsecro te Cæsar repete illius tẽporis memoriam, pone ante oculos illum diem, uultus hominum te intuentiũ, atq; admirantiũ recordare. Num quæ trepidatio? num quis tumultus? num quid nisi moderate, nisi quiete, nisi ex hominis grauissimi & sanctissimi disciplina? quid igitur causæ excogitari potest? Cur te lautum uoluerit? cœnatum nolucrit occidere? in posterum inquit diem distulit, ut cum in castellum Luceium uentum esset, ibi cogitata perficeret, non uideo causam loci mutandi. Sed tñ acta res criminose est, cum inquit uomere post cœnam uelle dixisses, in balneum te ducere cœperunt. Ibi. n. erant insidiæ. At te eadem tua illa fortuna seruauit, in cubiculum ire te malle dixisti. Dij te perdant fugitiue, ita nonmodo neq; & improbus, sed & fatuus & amens es. Quid? ille signa ænea i insidijs posuerat, quæ e balneo in cubiculum transferri non possent? Habes crimina insidiarum, nihil. n. dixit amplius, horũ inquit eram cõscius. Quid tum? ita demẽs ille erat, ut

eum quem conscium tanti sceleris haberet a se dimitteret? Romam etiam mitteret? ubi et inimicissimũ sciret esse nepotem suũ & C. Cæsarem cui fecisset insidias, presertim cum is unus esset qui posset de absente se uindicare? & fratres meos inquit ꝙ erant cõscij, in uincula coniecit. Cum igitur eos uinceret, quos secũ habebat, te solũ Romam mittebat, ꝗ eadẽ scires q̃ illos scire dicis. Reliqua pars accusatiõis duplex fuit, Vna regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno. Altera exercitum eum cõtra te magnum cõparasse. De exercitu breuiter dicam, ut cætera, nunꝙ eas copias rex Deiotarus habuit ꝗbus inferre bellum. P. R. posset, sed ꝗbus fines suos ab excursionibus & latrociniis hostiũ tueretur, & imperatorib⁹ nostris auxilia mitteret, atꝗ antea quidẽ maiores copias alere poterat, nunc exiguas uix tueri põt. At misit ad nescio quẽ Cæliũ, sed eos quos misit ꝙ ire noluerunt in uincula cõiecit. Nõ quæro ꝙ uerisimile sit, aut nõ habuisse regem quos mitteret, aut eos qui missi essent, non paruisse, aut qui dicto audientes in tanta re nõ fuissent, eos uinctos potius ꝙ necatos uoluisse, sed tñ cũ ad Cælium mittebat, utrũ cãm illã uictã esse nesciebat? an Cælium istum magnũ hominẽ putabat? Quẽ profecto rex is ꝗ optime nostros homines nouit, uel quia nõ nouisset, uel ꝗa nouisset, cõtemneret? Addidit etiã illud equites nõ optimos misisse tibi. Veteres credo Cæsar, nihil ad tuũ equitatum, sed misit ex iis quos habuit electos. Ait etiã nescio quem ex eo numero seruum iudicatum, non arbitror, nõ audiui, sed in eo etiam si accidisset, culpam regis nullam arbitrarer fuisse. Alieno autem a te animo fuit, quo modo, sperauit credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus propter regionis naturam & fluminis. At eo tempore ipso pecuniam dedit, exercitũ aluit, ei quẽ Asiæ præfeceras, nulla ĩ re defuit. Tibi uictori non solum ad hospitiũ, sed ad periculum etiam

atq; ad aciem præsto fuit. Secutum est bellũ Aphricanum graues de te rumores sparsi, qui ẽt furiosum illum Cælium excitauere. Quo tum rex erga te aĩo fuit, qui auctionatus sit, seseq; & filium suum expoliare maluerit, q̃ tibi pecuniã nõ subministrare. At eo inquit tẽpore ipso Niceã Ephesumq; mittebat, qui rumores Aphricanos exciperent, & celeriter ad se referrent. Itaq; cum esset ei nunciatũ Domitiũ naufragio periisse, ẽt te in castello circunsideri, de Domitio dixit uersum græcum eadem sentẽtia, qua ẽt nos habemus latinũ. Pereant amici, dum inimici una intercidant. Quod si ille esset tibi inimicissimus, nunq̃ tñ dixisset. Ipse.n. mansuetus est, uersus immanis, quis aũt Domitio poterat esse amicus, qui tibi esset inimicus? Tibi porro inimic' cur esset? a quo cũ uel interfici belli lege potuisset, regem, & se, & filium suum cõstitutos esse meminisset? q̃d deinde furcifer, quo progreditur? Ait hac lætitia Deiotarũ elatum uino se obruisse, & in conuiuio nudum saltauisse. Quæ crux huic fugitiuo põt satis supplicij afferre? Deiotarum saltantem q̃sq̃ aut ebriũ uidit unq̃? Omnes sunt ĩ illo rege uirtutes, quod te Cæsar ignorare non arbitror, sed præcipue singularis & admiranda frugalitas, & si hoc uerbo scio laudari reges non solere, frugi hominem dici, non multum habet laudis in rege. Fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalẽ. Hæ sunt regiæ laudes, illa priuata est, ut; uolet quisq; accipiat. Ego tamen frugalitatem idest modestiam & temperantiã uirtutẽ esse maximã iudico, hæc in illo est ab incũte ætate, tũ a cũcta Asia, tũ a magistratibus legatisq; nostris, tũ ab equitibus Ro. q̃ in Asia negociati sunt cõspecta & cognita. Multis ille q̃dẽ gradibus officiorũ erga rempub. nostrã ad hoc regium nomen ascendit. Sed tñ quicq̃d a bellis. Po. R. uacabat, cum hominibus nostris cõsuetudines, amicitias, res,

rationesq; iungebat, ut nō solū Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur. Qui igitur adolescēs nondum tanta gloria præditus nihil unq̃ nisi seuerissime & grauissime fecerit, is ea extimatione atq; ætate saltauit? Imitari Castor potius aui tui mores disciplinãq; debebas, q̃ optimo & clarissimo uiro fugitiui ore maledicere. Quod si saltatorē auū habuisses, neq; eum uirū unde pudoris pudicitiæq; exempla peterent, tñ hoc maledictū minime in illā ætatē cōueniret, qbus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat, nō saltãdi, sed bñ ut armis, optime ut eqs uteretur, ea tñ illū cūcta iam exacta ætate defecerāt, itaq; cū plures in equū Deiotarū sustulissent qđ hærere in eo senex posset admirari solebamus. Hic uero adolescēs q meus in Cilicia miles, in græcia cōmilito fuit, cū in illo nostro exercitu equitaret cū suis delectis eqtibus quos una cū eo ad Pompeiū pater miserat, quos concursus facere solebat? q̃ se iactare, quam ostentare? quam nemini in illa causa studio & cupiditate concedere? Cū uero exercitu amisso ego qui pacis semp auctor fui, post pharsalicū aūt prœliū suasor fuissem armorum nō deponendorum sed abijciendorū, hunc ad meam auctoritatē non potui reuocare, q & ipse ardebat studio ipsius belli, et patri satisfaciēdū esse arbitrabat. Fœlix ista domus Castoris, quæ nō impunitatē solum adepta sit, sed habeat etiam accusandi licentiam, calamitosus Deiotarus, qui & ab eodem qui in ijsdem castris fuerit & non modo a peregrinis apud te, sed a suis etiā accusetur. Vos uestra secunda fortuna Castor nō potestis sine propinquorū calamitate esse contenti? Sint sane inimicitiæ quæ esse nō debebãt. Rex enim Deiotarus uestram familiā abiectam & obscurā e tenebris in lucem euocauit, qs tuum patrē antea qui esset, q̃ cuius gener esset, audiuit? Sed quãuis ingrate & impie necessi-

tudinis nomen repudiaueritis, tamen inimicitas hominum more gerere poteratis, non ficto crimine insectari, nõ expetere uitam, non capitis arcessere. esto, concedatur haec quoque acerbitatis, & odij magnitudo. Adeo ne ut omnia uitae salutisq; cõmunis, atq; etiam humanitatis iura uiolentur? Seruum sollicitare uerbis, spe, premijsq; corrumpere, abducere domo, contra dominum armare, hoc est non uni propinquo, sed omnibus familijs nefarium bellum indicere Nam ista corruptela serui si nonmodo impunita fuerit, sed etiam a tanta auctoritate approbata, nulli parietes nostram salutem, nullae leges, nulla iura custodient. Vbi enim id quod intus est, atq; nostrum impune euolare potest, contraq; nos pugnare, fit i dominatu seruitus, in seruitute dominat⁹. O tempora, o mores. Cn. Domitius ille quem nos pueri consulem, censorem, Pontificem maximum uidimus, cum Tr. Ple. M. Scaurum principem ciuitatis in iudiciũ populi uocauisset. Scauriq; seruus ad eum clam domum uenisset, & crimina in dominum delaturum se esse dixisset, apprehendi hominem iussit, ad Scaurumq; deduci. Vide quid intersit, & si inique Castorem cum Domitio comparo. Sed tamẽ ille inimico seruum remisit, tu ab auo abduxisti. Ille incorruptum audire noluit, tu corrupisti, ille adiutorem seruum contra dominum repudiauit, tu etiam accusatorem adhibuisti. At semel iste est corruptus a uobis? Nõne cum esset productus, & cũ tecũ fuisset, refugit ad legatos? Nõne etiam ad hunc Cn. Domitium uenit? Nonne audiẽte hoc Seruio Sulpitio clarissimo uiro, qui tum casu apud Domitium cœnabat, & hoc Tito Torquato optimo adolescente se a te corruptum tuis promissis in fraudem impulsum se esse confessus est? Quae est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata inhumanitas? Iccirco in hanc urbẽ uenisti, ut huius urbis iura et exẽpla corrũperes? domesticaq; tua imani-

tate nostræ ciuitatis humanitatem inquinares? At quam acute collecta crimina, Blesamius inquit, eius enim nomine uiri optimi nec tibi ignoti maledicebat tibi. At regem inquit scribere solebat te inuidiose tyrānū existimari. Statua inter reges posita animis hominū uehemēter offensis plaudi tibi non solere. Nonne intelligis Cæsar ex urbanis maliuolorum sermunculis, hæc ab istis esse collecta? Blesamius tyrannum Cæsarem scriberet? Multorum enim capita ciuium uiderat, multos iussu Cæsaris uexatos, uerberatos, necatos, multas afflictas & euersas domos, armatis militibus refertum forum, quæ semper in ciuili uictoria sensimus ea te uictore nō uidimus. Solus es inquam. C. Cæsar cuius uictoria cecidit nemo nisi armatus, & quem nos liberi in summa. Po. Ro. libertate nati nō modo non tyrannum, sed clementissimum in uictoria uidemus ducem, is Blesamio qui uiuit in regno, tyrannus uideri potest? Nam de statua quis queritur una presertim, cum tam multas uideat? Valde enim inuidendum est statuæ eius, cuius trophæis non inuidemus. Nam si locus affert inuidiam, nullus locus est ad statuam quidem rostris clarior. De plausu autem quid respondeam? qui nec disideratus unquam a te est, & nonnunquam obstupefactis hominibus ipsa admiratione compressus est, & fortasse eo prætermissus, quia nihil uulgare te dignum uideri potest. Nihil a me arbitror prætermissum, sed aliquid ad extremam causæ partem reseruatum. Id autem aliquid est, te ut plane Deiotaro reconciliet oratio mea. Non enim iam metuo ne illi tu succenseas. Illud uereor, ne illum tibi succensere aliquid suspiceris. Quod abest longissime, mihi crede Cæsar, quid enim retineat pro te meminit, non quid amiserit, neque se a te mulctatum esse arbitratur, sed cū existimaret a multis tibi multa esse tribuenda, quominus a se qui in altera parte fuisset, ea sumeres nō recusa-

fauit, etenim si Anthiochus magnus ille rex Asiæ, qui posteaquam à Scipione deuictus Tauro tenus regnare iussus esset, omnemque hanc Asiam quam nunc nostri prouinciam fecerunt amisisset, dicere est solitus, benigne sibi à Po. Ro. esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur, potest multo facilius se Deiotarus consolari, ille. n. furoris mulctam subierat, hic erroris, omnia tu Deiotaro Cæsar tribuisti, cum et ipsi et filio nomen regium concessisti. Hoc nomine retento atque conseruato nullum beneficium Pop. Ro. nullum iudicium de se Senatus imminutum putat, magno animo & erecto est, nec unquam succumbet inimicis, ne fortunæ quidem, multa se arbitratur & peperisse antea factis, & habere in animo atque uirtute quæ nullo modo possit amittere. Quæ. n. fortuna? aut quis casus? aut quæ tanta possit iniuriam omnium imperatorum de Deiotaro decreta delere? Ab omnibus. n. est ornatus, qui posteaquam in castris esse potuit per ætatem, in Asia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, Syria, bella gesserunt. Senatus uero iudicia de illo tam multa tamque honorifica, quæ publicis Po. Ro. litteris monumentisque consignata sunt, quæ unquam uetustas obruet? aut quæ tanta delebit obliuio? Quid de uirtute eius dicam, quid de magnitudine animi, grauitate, constantia? quæ omnes docti atque sapientes summa, quidam etiam sola bona esse dixerunt, hisque non modo ad bene, sed etiam ad beate uiuendum contentam esse uirtutem. Hæc ille reputans, dies, noctesque cogitans, non modo tibi non succenset (esset. n. non solum ingratus sed etiam amens) uerum omnem tranquillitatem & quietem senectutis refert acceptam clementiæ tuæ. Quo quidem animo cum antea fuerit, tamen non dubito quin tuis litteris, quarum exemplum legi, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti, se magis etiam erexerit, ab omnique sollicitudine abstraxerit. Iubes. n. eum sperare bene, & bono esse animo, quod scio te non frustra scribere solere. Memini. n. iisdem fere uerbis ad me te scribere, meque tuis litteris bene

ſperare nõ fruſtra eẽ iuſſum. Laboro equidẽ regis Deiotari cã, quocũ mihi amicitiã Reſp. cõciliauit, hoſpitiũ uoluntas utriuſq; coniunxit, familiaritatẽ conſuetudo attulit, ſummam uero neceſſitudinẽ magna eius officia & in me & in exercitũ meũ effecerũt. Sed cũ de illo laboro, tum de multis ampliſſimis uiris, qbus ſemel ignotũ a te eſſe oportet, nec tuũ beneficiũ in dubiũ uocari, nec hærere in animis hominum ſollicitudinẽ ſempiternã, nec accidere ut quiſq̃ te timere incipiat eorũ qui ſunt a te ſemel liberati timore. Non debeo. C. Cæſar qđ fieri ſolet in tãtis periculis tẽtare, quonam mõ dicẽdo miſericodiã tuã cõmouere poſſim, nihil. n. eſt opus. Occurrere ſolet ſupplicibus ipſa & calamitoſis nullius oratiõe euocata. Propone tibi duos reges, & id aio cõtẽplare quod oculis non potes. Dabis profecto miſericordiæ, qđ iracũdiæ denegaſti. Multa ſunt tue clemẽtiæ monumenta. Sed maxime eorũ incolumitates qbus ſalutẽ dediſti. Quæ ſi in priuatis glorioſa ſunt, multo magis cõmemorabuntur in regibus. Semp. n. regiũ nomẽ in hac ciuitate ſanctum fuit, ſociorũ uero regũ & amicorũ ſanctiſſimũ. Quod nomen hi reges ne amitterẽt timuerũt te uictore. Retentũ uero a te & confirmatũ, poſteris ẽt ſuis tradituros eſſe confidunt. Corpora uero ſua pro ſalute regũ ſuorũ hi legati regĩj tibi tradũt Hieras & Bleſamius & Antigonus tibi nobiſq; oibus iam diu noti, eademq; fide & uirtute preditus Dorilaus, q nuper cũ Hiera legatus eſt ad te miſſus, tũ regum amiciſſimi, tũ tibi ẽt, ut ſpero probati. Exquire de Bleſamio, nũ qd ad regẽ cõtra dignitatẽ tuã ſcripſerit. Hieras qdem cauſam oẽm ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reũ, memoriã tuã implorat, qua uales plurimum. Negat unq̃ ſe a te in Deiotari tetrarchia pedẽ diſceſſiſſe. In primis finibus tibi ſe præſto fuiſſe dicit, uſq; ad ultimos profecutum. Cum e balneo exiſſes tecũ ſe fuiſſe. Cũ illa munera inſpexiſſes

nera inspexisses cœnatus, cũ in cubiculo recubuisses, eãdẽ deq; assiduitatẽ tibi se præbuisse postridie. Quãobrẽ si qđ eorũ quæ obiecta sunt, cogitatũ sit, nõ recusat qn id facinus suum iudices. Quocirca. C. Cæsar uelim existimes hodierna die sententiã tuã aut cũ summo dedecore miserrimã peste importaturã esse regibus, aut incolumẽ famã cũ salute. Quorum alterum optare illorum crudelitatis est, alterum conseruare clementiæ tuæ.

M.T.C. PRO AVLO CLVENTIO HABITO ORATIO.

Nimaduerti iudices omnẽ accusatoris orationẽ in duas diuisam esse partes, quarum altera mihi niti & magnopere cõfidere uidebatur inuidia iã inueterata iudicij Iuniani. altera tantũmodo cõsuetudinis causa timide et diffidẽter attingere rationẽ ueneficij criminũ, qua de re lege hæc quæstio cõstituta est. Itaq; mihi certũ est hanc eandẽ distributionẽ inuidiæ & criminum sic in defensione seruare, ut oẽs intelligant nihil me nec subterfugere uoluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Sed cũ cõsidero quomodo mihi in utraq; re sit elaborandũ, altera pars quæ propria est iudicij uestri, & legitimæ ueneficij quæstionis ꝑ mihi breuis, & nõ magnæ in dicẽdo cõtẽtiõis fore uidet. altera aũt quæ procul a iudicio remota est, q̃ cõcionibus seditiose cõcitatis accõmodatior est, q̃ tranqllis moderatisq; iudicijs, perspicio q̃tum in agendo difficultatis, & quantũ laboris sit habitura. Sed in hac tãta difficultate illa me res tamẽ iudices cõsolat, q uos de criminibus sic audire cõsueuistis, ut eorũ omnẽ dissolutionẽ ab oratore quæratis, ut nõ existimetis plus uos ad salutẽ reo largiri oportere, q̃ quantũ defensor purgãdis criminibus conseq, & dicẽdo ꝓbare

potuerit. De inuidia aũt sic inter uos disceptare debetis, ut nõ quid dicatur a nobis, sed ꝗd oporteat dici, consideretis. Agitur.n.in criminibus Auli Cluentij propriũ periculũ, inuidia cã cõmunis. Quãobrẽ alterã partẽ causæ sic agemus, ut uos doceamus, alterã partẽ sic, ut oremus. In altera diligentia uestra nobis adiũgenda est, in altera fides implorãda. Nemo est.n. qui inuidiæ sine uestro ac sine taliũ uirorũ subsidio possit resistere. Equidem quod ad me attinet, quo me uertã nescio. Negem fuisse illã infamiã iudicij corrupti? negẽ illã rẽ agitatã in cõcionibus? iactatã in iudicijs? cõmemoratã in Senatu? Euellam ex animis hoĩum tantam opinionẽ, tã penitus insitam? tã uetustam? Nõ est nostri ingenij, uestri auxilij est iudices huius innocentiæ sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua pniciosissima flamma atq; in cõi incẽdio subuenire. Etenim sicut alijs in locis parũ firmamẽti, & parũ uiriũ falsitas habet, sic ĩ hoc loco falsa inuidia imbecillis esse debet. Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs, ualeat in opinionibus ac sermonibus impitorũ, ab ingenijs prudẽtiũ repudietur, uehemẽtes habeat repentinosq; impetus, spacio interposito & causa cognita cõsenescat. Deniq; illa diffinitio iudiciorũ æquorũ, quæ nobis a maioribus tradita est retineatur, ut in iudicijs, & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Quãobrẽ a uobis iudices anteq; de ipsa cã dicere incipio, hoc postulo. primũ id ꝗđ æquissimũ est, ut ne ꝗd huc ꝑiudicati afferatis. Et.n. nonmõ auctoritatẽ, sed ẽt nomẽ iudicũ amittemus, nisi hic ex ipsis causis iudicabimus, ac si ad causas iudicia iã facta domo deferemus. Deinde si quã opinionem iã uestris mentibus cõprehendistis, si eam rõ conuellet, si rõ labefactabit, si deniq; ueritas extorquebit, ne repugnetis, eamq; aĩs uestris aut libentibus aut æqs remittatis. Tũ aũt cũ ego unaquaq; de re dicã, & diluã, ne ipsi ꝗ cõtraria

ſunt, taciti cogitatiõi ueſtræ ſubijciatis, ſed ad extremũ ex‑
pectetis, et me meũ dicẽdi ordinẽ ſeruare patiamini, quũ p‑
oratũ fuerit, ſi q̃d erit p̃teritũ, aio req̃ratis. Ego me iudices 7
ad eam cãm accedere quæ iã p̃ annos octo cõtinuos ex cõtra
ria parte auditur, atq; ipſa opinione hoĩum tacita prope cõ
uicta atq; dãnata ſit, facile intelligo. Sed ſi q̃s mihi deus
ueſtrã ad me audiẽdũ beniuolentiã cõciliarit, efficiã profe‑
cto, ut intelligatis nihil eſſe hoĩ tã timendũ, q̃ inuidiã, ni‑
hil innocenti ſuſcepta inuidia tã optandũ q̃ æquũ iudiciũ,
q̃d in hoc uno deniq; falſæ infamiæ finis aliq̃s atq; exitus
reperiatur. Quãobrẽ magna me ſpes tenet, ſi ea quæ ſunt
in cã, explicare atq; oĩa dicendo cõſeq̃ potuero, hũc locũ cõ‑
ſeſſumq; ueſtrũ, quem illi horribilẽ Aulo Cluentio & for‑
midoloſum fore putauerũt, eũ tandem eius fortunæ miſeræ
multũq; iactatæ portũ atq; p̃fugiũ futurũ, tametſi p̃multa
ſunt, quæ mihi anteq̃ de cã dicã, de cõibus inuidiæ pericu‑
lis dicenda eſſe uideãtur, tñ ne diutius oratione mea ſuſpẽ‑
ſa expectatio ueſtra teneatur, aggrediar ad crimẽ cum illa
deprecatiõe iudices qua mihi ſæpius utendũ eſſe intelligo,
ſic ut me audiatis, quaſi hoc tp̃e hæc cauſa primũ dicatur ſi
cuti dicitur, nõ quaſi ſæpe iam dicta & nunq̃ probata ſit.
Hodierno.n.die primũ ueteris iſtius criminis diluẽdi pote
ſtas eſt data, ante hoc tẽpus error in hac cauſa atq; inuidia
uerſata eſt. Quãobrẽ dũ multorũ annorũ accuſatiõi breui‑
ter dilucideq; rñdeo, quæſo ut me iudices ſicuti facere iſti‑
tuiſtis, benigne attenteq; audiatis. Corrupiſſe dicitur Au‑ 9
lus Cluentius iudicium pecunia, quo inimicũ ſuũ innocen‑
tem Statiũ Albiũ cõdemnaret. Oſtendã primum iudices,
q̃m caput illius atrocitatis atq; inuidiæ fuit, innocentem
pecunia circũuctum, neminẽ unq̃ maioribus criminibus,
grauioribus teſtibus in iudiciũ eſſe uocatũ. Deinde ea de
eo p̃iudicia eſſe facta ab ipſis iudicibus, a q̃bus cõdẽnat⁹ ẽ,

ut nonmō ab eisdē, sed ne ab alijs qdē ullis absolui ullo mō posset. Cū hæc docuero, tum illud ostendā quod maxime re quiri intelligo, iudicium istud pecunia esse tentatum, nō a Cluentio, sed contra Cluentiū, faciamq; ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, qd inuidia conflarit. Primū igit illud erit ex quo intelligi possit, debuisse Cluentiū magnopere causæ cōfidere, q certissimis criminibus & testibus fretus ad accusandū descenderit. Hoc loco faciendū mihi iudices est, ut uobis breuiter illa qbus Albius condemnatus est crimina exponā. abs te peto Oppianice, ut me inuitū de patris tui causa dicere existimes, adductum fide atq; officio defensionis, & enim tibi si in præsentia satisfacere nō potuero, tamē multæ mihi ad satisfaciendum reliquo tempore facultates dabuntur. Cluētio nisi nunc satisfecero, postea mihi satisfaciēdi potestas nō erit, simul & illud. Quis est qui dubitare debeat cōtra damnatum & mortuū p incolumi & uiuo dicere? cū illi in quē dicitur, damnatio oē ignominiæ periculum iam abstulerit, mors uero etiam doloris, huic autē pro quo dicit, nihil possit offensionis accedere, sine acerbissimo animi sensu ac dolore, & sine summo dedecore uitæ ac turpitudine. Atq; ut intelligatis Cluentiū non accusatorio animo, nō ostētatione aliqua, aut gloria adductum, sed nefarijs iniurijs, quotidianis insidijs, proposito ante oculos uitæ periculo nomen Oppianici detulisse, paulo longius exordiū cā rei demōstrādæ petam, quod quæso iudices ne moleste patiamini. Principijs .n. cognitis multo facilius extrema intelligetis. Aulus Cluentius Habitus fuit pater huiusce iudices, hō non solū municipij larinatis ex quo erat, sed & regionis illius & uicinitatis uirtute, existimatione, nobilitate facile princeps. Is cū esset mortuus Sylla & Pōp. consulibus, reliquit hunc annos quindecim natū, grandem autem & nubilē filiam,

quæ breui tempore post mortem patris nupsit Aulo Aurio Melino consobrino suo adolescenti, in primis ut tum habebatur inter suos & honesto & nobili. Cũ essent hæ nuptiæ plenæ dignitatis, plenæ cõcordiæ, repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido, non solũ dedecore uerũetiã scelere coniuncta. Nam Sassia mater huius Habiti, mater enim a me nominis causa (tametsi in hunc hostili odio & crudelitate est) mater inq̃ appellabitur. Neq; unq̃ illa ita de suo scelere & immanitate audiet, ut naturæ nomẽ amittat. Quo.n.est ipsum nomẽ amãtius indulgẽtiusq; maternum, hoc illius matris, quæ multos iam annos & nũc cum maxime filiũ interfectũ cupit, singulare scelus maiore odio dignum esse ducetis. Ea igitur mater Habiti, Melini illius adolescentis generi sui, cõtra q̃ fas erat amore capta, primo neq; id ipsũ diu quoquo modo poterat in illa cupiditate cõtinebatur. Deinde ita flagrare cœpit amentia, sic inflãmata ferri libidine, ut eam non pudor, nõ pudicitia, nõ pietas, non macula familiæ, non hominũ fama, non filij dolor, nõ filiæ mœror a cupiditate reuocaret. Animum adolescentis nõdũ cõsilio ac rõne firmatũ pellexit his omnibus reb⁹, quibus illa ætas capi⁹ & deliniri potest, filia quæ nõ solũ illo cõi dolore muliebri in eiusmodi uiri iniurijs angeret, sed nefariũ matris pellicatum ferre nõ posset, de quo ne queri q̃dem sine scelere se posse arbitraret, cæteros sui tanti mali ignaros esse cupiebat. In huius amantissimi sui fratris manibus & gremio mœrore & lachrymis consenescebat, ecce autem subitũ diuortiũ, qđ solatiũ malorũ oĩum fore uidebatur. Discedit a Melino Cluẽtia, ut in tãtis iniurijs nõ inuita, ut a uiro non libẽter, tũ uero illa ægregia & p̃clara mater palã exultare lætitia, ac triũphare gaudio cœpit, uictrix filiæ nõ libidinis. Itaq; diutius suspitionibus obscuris lædi famã suã noluit, lectũ illũ genialẽ, quẽ biẽnio ante filiæ suæ

nubēti strauerat, in eadē domo sibi ornari & sterni expulsa atq; exturbata filia iubet, nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus, funestis ominibus. O mulieris scelus incredibile, & pter hãc unã in oĩ uita inauditum. O libidinē effrenatam & indomitam. O audaciã singularē. Nõ timuisse si minus uim deorũ hominumq; famã, at illã ipam noctē, facesq; illas nuptiales, non limē cubiculi, non cubile filiæ, nõ parietes deniq; ipos superiorũ testes nuptiarũ? pfregit & prostrauit oĩa cupiditate & furore, Vicit pudorē libido, timorē audacia, rõnem amētia. Tulit hoc dedecus cõe familiæ, cognationis, noĩs grauiter filius. Augebatur autem eius molestia quotidianis q̃rimonijs, & assiduo fletu sororis, statuit tñ nil sibi in tantis iniurijs ac tanto scelere matris grauius faciēdũ, q̃ ut illa matre ne uteretur. Ne quam uidere sine summo aĩ dolore nõ poterat, ea si matre uteretur, nõ solũ uidere, sed ẽt probare suo iudicio putaretur, Initiũ quod huic cũ matre fuerit simultatis audiuistis, pertinuisse hoc ad cãm, tũ cũ reliqua cognoueritis, intelligetis, Nã illud me nõ p̃terit cuiusmodicũq; mater sit, tñ in iudicio filij de turpitudine parētis dici uix oportere, nõ esse; ad ullam cãm idoneus iudices, si hoc qđ in coĩbus hoĩum sensibus atq; ĩ ipsa natura positũ atq; infixum est, id ego q ad amici pericula depellēda adhiberer, nõ uidere, facile intelligo nonmõ reticere hoĩes parentũ iniurias, sed ẽt animo æquo ferre oportere, sed ego ea q̃ ferri pñt ferēda q̃ taceri, tacēda eẽ arbitror. Nihil ĩ uita. A. Cluēti⁹ uidit calamitatis nullũ piculũ mortis adijt. nihil mali timuit qđ nõ totũ a matre eẽt cõflatũ et pfectũ, q̃ hoc tpe fileret oĩa, atq; ea si obliuiõe nõ posset, tñ taciturnitate sua esse pateretur, sed ea uero sic agit ut prorsus reticere nullo mõ possit. Hoc. n. ipm iudiciũ, hoc piculũ, illa accusatio, oĩs testium copia q̃ futura est, a matre initio est adornata, a matre hoc tpe in-

struit, atq; oibus eius opibus et copijs cōpatur. Ipsa deniq; nup Larino huius opprimēdi cā Romā aduolauit, p̄sto est mulier audax, pecuniosa, crudelis, instituit accusatores, instruit testes, squallore hui⁹ & sordib⁹ lætat̃, exitiū exoptat, sanguinē suū profundere oēm cupit, dūmō pfusum huius añ uideat. Hæc nisi oĩa in cā prospexeritis, temere a nobis illā appellari putatote, sin aūt erūt & apta et nefaria, cluētio ignoscere dētis, qđ hæc a me dici patiat̃, mihi ignoscere nō debetis, si tacerē. Nūc iā summati exponā qb⁹ criminib⁹ Oppianicus dānatus sit, ut & cōstantiā. A. Cluentij & rō. nē accusationis pspicere possitis. Ac primū cā accusandi q̃ fuerit ostēdā, ut id ipsum. A. Cluentiū ui ac necessitate coactū fecisse uideatis, cū manifesto uenenum dep̄hēdisset, q̄ uir matris Oppianicus ei parauisset, & res nō cōiectura, sed oculis ac manibus teneret̃, neq; in causa ulla dubitatio posset esse accusauit Oppianicū, q̃ cōstanter, & q̃ diligenter postea dicā. Nūc hoc scire uos uolui, nullā huic aliā accusandi cām fuisse, nisi uti ppositū uitæ periculū, et quotidianas capitis insidias hac una ratione uitaret, atq; ut intelligatis his accusatū esse criminibus Oppianicū, ut neq; accusator timere, neq; reus sperare debuerit, pauca uobis illius iudicij crimia exponā, qb⁹ cognitis nemo uestrū mirabit̃ illū diffidētē suis reb⁹ ad Scalenū, atq; ad pecuniā cōfugisse: Larinas quædā fuit Dinea socrus Oppianici, quæ filios habuit Marcū & Numeriū Aurios, et Cn. Magium et filiam Magiam nuptam Oppianico. M. Aurius adolescentulus bello Italico capt⁹ apud Asculū in Quinti Sergij Senatoris eius qui inter sicarios damnatus est, manus incidit, & fuit apud eum in ergastulo. Numerius autem Aurius frater eius mortuus est, hæredemq; Cn. Magium fratrē suū reliquit. Postea Magia uxor Oppianici mortua est, Postremo unus q reliquus erat Dineæ filius. Cn. Magius

est mortuus. Is fecit hæredẽ illũ adolescentẽ Oppianicum sororis suæ filium, eumq́; partiri cum Dinea matre iussit. Interim uenit index ad Dineam, neq; obscurus, neq; incertus, qui nunciaret ei filiũ eius .M. Aurium uiuere, & in agro gallico esse in seruitute. Mulier amissis liberis, cum unius filij recuperandi spes esset ostentata, omnes suos propinquos sui filij necessarios conuocauit, & ab his flens petijt ut negociũ susciperent, adolescẽtẽ inuestigarent, sibi restituerent eum filiũ, quẽ tantũ unũ fortuna ex multis reliquum esse uoluisset. Hæc cum agere instituisset, oppressa morbo est, itaq; testamẽtũ fecit eiusmodi, ut illi filio .xl. milia legaret, hæredẽ institueret eundẽ illum Oppianicũ nepotem suum, atq́; his diebus paucis est mortua, propinqui tamẽ illi, quẽadmodum uiua Dinea instituerãt, ita mortua illa ad ĩuestigãdũ Auriũ cum eodẽ illo indice in agrum gallicum profecti sunt. Interim Oppianicus, ut erat sicuti multis ex rebus reperietis singulari scelere et audacia, per quẽdã gallicanũ familiarẽ suũ primũ illum indicẽ pecunia corrupit, deinde ipsum Auriũ nõ magna iactura facta tollẽdũ interficiẽdumq́; curauit. Illi autem qui erãt ad propinquũ inuestigãdũ & recuperãdum profecti, litteras Larinum ad Aurios illius adolescentis propinquos, suosq́; necessarios mittũt, sibi difficilẽ esse inuestigãdi rõnem, ꝙ intelligerẽt indicem ab Oppianico esse corruptum, quas litteras. A. Aurius uir fortis & experiẽs & domi nobilis, & .M. illius Aurij propinquus in foro palã multis audiẽtibus cũ adesset Oppianicus, recitat, & clarissima uoce se nomẽ Oppianici, si interfectum .M. Auriũ comperisset, delaturũ esse testatur. Interim breui tpe illi qui erant in agrum gallicum profecti Larinũ reuertũtur, interfectũ esse .M. Auriũ renũciãt. Animi nõ solũ propinquorũ, sed etiã omniũ Larinatium odio Oppianici, & illius adolescentis misericorida cõ

mouentur. Itaq; cum. A. Aurius, q antea denunciarat, clamore & minis hominem insequi cœpisset, Larinū profugit, & se in castra clarissimi uiri. Q. Metelli contulit. Post illā aūt fugam & sceleris & cōscientiæ testem nūq; se iudicijs, nunq; legibus, nunq; inermem inimicis committere ausus est, sed per illam. L. Syllæ uim atq; uictoriā Larinū in summo timore omnium cum armatis aduolauit, quattuor uiros quos municipes fecerant sustulit. Se uero a Sylla, & alios tres pterea factos eē dixit, & ab eodē sibi eē imperatum, ut Auriū illū, qui sibi delationē nois, & capitis periculū ostētarat, & alterū Auriū, & eius. C. filiū & Sex. Vibiū, quo sequestre in illo indice corrūpēdo dicebatur esse usus, proscribēdos interficiēdosq; curaret. Itaq; illis crudelissime interfectis nō mediocri ab eo cæteri proscriptionis & mortis metu terrebātur. His rebus ī cā iudicioq; patefactis, qs est qui illum absolui potuisse arbitraretur? Atq; hæc parua sunt. cognoscite reliqua, ut nō aliqñ cōdēnatū eē Oppianicū sed aliquādiu incolumē fuisse miremini. Primū uidete hoīs audaciā. Sassiā in matrimoniū ducere Habiti matrē illam, cui⁹ uirū. A. Auriū occiderat, cōcupiuit. Vtrū impudentior hic q postulet, an crudelior illa si nubat? difficile dictu est. Sed tñ utriusq; humanitatē cōstātiamq; cognoscite, petit Oppianic⁹ ut sibi Sassia nubat et id magnopere cōtēdit. Illa aūt nō admiratur audaciā, nō impudētiā aspernat. Nō denicq; illā Oppianici domū uiri sui sanguine redūdātē reformidat, sed q haberet tres ille filios, iccirco se ab his nuptijs abhorrere rñdit. Oppianic⁹ q pecuniā Sassiæ cōcupiuisset, domo sibi quærēdū remediū existimauit, ad eā morā, q̄ nuptijs afferebatur, nā cū haberet ex Nouia infantem filiū, alter aūt ei⁹ filius Pappia nat⁹ Teani apuli, qd' abest a Larino decē & octo milia passuū, apud matrē educaret, arcessit subito sine cā puerū Teano, qd' facere nisi ludis publicis,

aut festis dieb⁹ añ nõ solebat. Mater nihil mali suspicãs mi
sera mittit, ille se Tarentũ ꝓficisci cũ simulasset, eo ipso die
puer cũ hora.xi. in publico ualẽs uisus esset, ante noctẽ mor
tuus est, & postridie añq̃ luceret cõbustus est, atq; hũc tã-
tũ mœrorẽ matri prius hoĩum rumor, q̃ q̃sq̃ ex Oppianici
familia nunciauit, illa cũ uno tp̃e audisset sibi nõ solũ filiũ,
sed ẽt exequiarũ munus ereptũ, Larinũ cõfestim exaĩata ue
nit, & ibi de integro funus iã sepulto filio fecit. Dies nõdũ
decẽ intercesserãt, cũ ille alter filius infans necat̃. Itaq; nu
bit Oppianico cõtinuo Sassia lætanti iã aĩo, & spe optima
cõfirmata, nec mirũ quæ se nõ nuptialibus donis, sed filio-
rũ funeribus delinitã uideret, ita ꝙ cæteri ꝑꝑ liberos pecu-
niæ cupidiores solẽt esse, ille ꝑꝑ pecuniã liberos amittere
iucũdius esse duxit. Sẽtio iudices uos ꝓ uestra humanitate
his tãtis sceleribꝰ breuiter a me demõstratis uehemẽter eẽ
cõmotos. Quo tãdẽ igit̃ aĩo fuisse illos arbitramini, quibus
his de rebus nõmõ audiendũ fuit, uerũ etiã iudicandũ? Vos
auditis de eo in quẽ iudices nõ estis, de eo quẽ nõ uidetis,
de eo quem odisse iam non potestis, de eo q & naturæ & le
gibus satisfecit, quẽ leges exilio, natura morte mulctauit,
auditis nõ ab inimico, auditis sine testibus, auditis cum ea
quæ copiosissime dici pñt, breuiter a me strictimq; dicunt̃.
Illi audiebant de eo, de quo iurati sententias ferre debebãt,
de eo cuius pñtis nefariũ & cõsceleratũ uultũ intuebãtur,
de eo quem oderãt ꝑꝑ audaciã, de eo quẽ oĩ supplicio dignũ
esse ducebãt, audiebant ab accusatoribus, audiebant uerba
multorum testiũ, audiebant cũ unaquaq; de re, a. P. Cãnu-
tio hoĩe eloquẽtissimo grauiter & diu diceret, & est q̃sq̃
q cũ hoc cognouerit, suspicari possit Oppianicũ iudicio op-
pressum, & circũuentũ esse innocẽtẽ? Aceruatim iam reli-
qua iudices dicã, ut ad ea q̃ ꝓpiora huius cãæ & adiun-
ctiora sunt perueniã. Vos quæso memoria teneatis, nõ mihi

hoc esse propositũ, ut accusem Oppianicum mortuũ, sed cũ hoc ꝑsuadere uobis uelim, iudiciũ ab hoc nõ esse corruptũ, hoc uti initio ac fundamẽto defensiõis, Oppianicum hoĩem sceleratissimũ & nocentissimũ esse dãnatum, qui uxori suæ Cluentiæ, q̃ amita huius Habiti fuit, cum ipse poculum dedisset, subito illa in media potione exclamauit, se maximo cum dolore mori, nec diutius uixit quam locuta est. Nã in ipso sermone hoc & uociferatione mortua est, & ad hanc mortem tam repentinam uocesq́; morientis, omnia p̃terea quæ solẽt eẽ indicia & uestigia ueneni in illi⁹ mortuæ corpore fuerunt. eodemq́; ueneno. C. Oppianicum fratrẽ necauit. Neq; hoc est satis, tametsi in ipso fraterno parricidio nullũ scelus prætermissum uidetur, tamẽ ut ad hoc nefariũ facinus accederet, aditum sibi alijs sceleribus ante muniuit. Nam cum esset grauida Auria fratris uxor, et iam appropinquare partus uideretur, mulierẽ ueneno interfecit, ut una illud quod erat ex fratre cõceptũ necarẽt, postea fratrẽ aggressus ẽ, qui sero iam exhausto illo poculo mortis, cũ & de suo & de uxoris interitu clamaret, testamẽtũq́; mutare cuperet, in ipsa significatiõe huius uoluntatis est mortuus, ita mulierẽ, ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderẽt, necauit. Fratris aũt liberos prius uita priuauit, q̃ illi hãc a natura propriã lucẽ accipere potuerũt, ut oẽs intelligerẽt nihil ei clausum, nihil sanctum esse posse, a cuius audacia fratris liberos, ne materni quidẽ corporis custodia tegere potuisset. Memoria teneo Milesiã quandã mulierẽ cũ essem in Asia, q̃ ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abægisset, rei capitalis esse dãnatã, neq; iniuria quæ spem parentis, memoriã nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, & designatum reipu. ciuem sustulisset. Quanto est Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? siquidem illa cum suo cor-

pori uim attulisset, seipsam cruciauit. Hic aũt idẽ illud effecit p alieni corporis mortẽ atq; cruciatũ. Cæteri non uidentur in singulis hoĩbus multa parricidia suscipere posse. Oppianicus inuẽtus est, qui in uno corpe plures necaret. itaq; cũ hanc eius cõsuetudinẽ, audaciãq; cognosceret auũculus illius adolescẽtis Oppianici Cn. Magius, isq; graui morbo affectus esset, & hæredẽ illũ sororis suæ filiũ faceret, amicis adhibitis præsente sua matre Dinea uxorem suam interrogauit, esset ne prægnans? quæ cũ se esse respondisset, ab ea petiuit, ut se mortuo apud Dineam, quæ tũ ei mulieri socrus erat, quoad pareret habitaret, diligentiãq; adhiberet, ut id quod cõceperat, seruaret, ut saluũ parere posset. Itaq; ei testamẽto legat grandẽ pecuniã a filio si q natus esset, ab scđo hærede nihil legat, qd de Oppianico suspicatus sit, uidetis, quid iudicarit, obscurũ nõ est, nã cũ eius filiũ faceret hæredẽ, eũ tutorẽ liberis nõ adscripsit. Quid Oppianicus fecerit, cognoscite, ut illũ Magium intelligatis lõge animo prospexisse morientẽ, quæ pecunia mulieri legata erat a filio si q natus esset, eam præsentẽ Oppianicus non debitam mulieri soluit. Si hæc solutio legatorũ & nõ merces abortionis appellanda est. Quo illa precio accepto, multisq; præterea muneribus, quæ tũ ex tabulis Oppianici recitabantur, spẽ illã quã in aluo cõmendatã a uiro continebat, uicta auaritia sceleri Oppianici uendidit. Nihil posse iam ad hãc improbitatẽ addi uidet. Attendite exitũ, quæ mulier obtestatione uiri decẽ illis mensibus, ne domũ quidẽ ullã, nisi socr9 suæ nosse debuit, hæc quinto mẽse post uiri mortẽ ipsi Oppianico nupsit, quæ nuptiæ nõ diuturnæ fuerunt. Erant. n. non matrimonij dignitate, sed sceleris societate coniunctæ.

Quid illa cædes Asinij Larinatis adolescẽtis pecuniosi, q̃ clara cũ recens fuit, q̃ omniũ sermone celebrata? fuit Arullius quidã Larinas pdita nequitia & summa ægestate arte

quadã præditus ad libidines adolescẽtulorũ excitandas ac cõmodat?, q ut se blanditijs & assentationibus in Asinij cõsuetudinẽ penitus immersit, Oppianicus cõtinuo sperare cœpit hoc se Arullio tanquã aliqua machina admota capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse. Ratio excogitata Larini est, res translata Romã. Inire enim id consiliũ facilius in solitudine, perficere rẽ eiusmodi cõmodius in turba posse arbitrati sunt. Asinius uero cũ Arullio Romã est profectus, hos uestigijs Oppianicus secutus est. Iam ut Romæ uixerint, quibus conuiuijs, quibus flagitijs, quantis & quã profusis sumptibus nõmõ conscio, sed etiã cõmiua & adiutore Oppianico, lõgum est mihi dicere præsertim ad alia properãti, exitũ huius assimulatæ familiaritatis cognoscite. Cũ esset adolescẽs apud mulierculã quandã, atque ibi pernoctaret, & ibi diẽ posterum cõmoraretur, Arullius ut erat cõstitutũ, simulat se ægrotare, & testamẽtum se facere uelle. Oppianicus obsignatores ad eũ qui neque Asiniũ neque Arulliũ nossent, adducit, & illũ Asiniũ appellat. Ipse testamẽto Asinij noĩe obsignato discedit, Arullius illico cõualescit. Asinius aũt breui illo tpe quasi ĩ hortulos iret, in arenarias quasdã extra portã esquilinã pductus occiditur, q cũ unũ iam & alterũ diem desideraretur, neque in his locis ubi ex cõsuetudine q̃rebaĩ inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictaret nuper se & suos amicos testamentũ eius obsignasse, liberti Asinij & nõnulli amici, quod eodẽ die quo postremũ Asinius uisus erat, Arullium cũ eo fuisse, & a multis uisum esse constabat, in eum inuadunt, & hominem ante pedes. Q. Manilij, qui tum erat triumuir, consistũt, atque ille cõtinuo nullo teste, nullo indice, recentis maleficij cõscientia perterritus, oĩa ut a me paulo ãte dicta sunt, exponit. Asiniumque a se cõsilio Oppianici interfectum fatetur. Extrahitur domo latitans Oppia-

nicus a manilio. Index Arullius ex altera parte corã tenetur. His iam q̃d reliqua quæritis? Maniliũ pleriq; noratis, non illi honorẽ a pueritia, non studia uirtutis, non ullũ existimatiõis bonæ fructũ unq̃ cogitarat, sed ex petulanti atq; improbo scurra in discordijs ciuitatis ad eã colũnã ad quã multorũ sæpe conuitijs perductus erat, tum suffragijs populi peruenerat. Itaq; rem cum Oppianico transigit, pecuniã ab eo accipit, cãm & susceptam & manifestam relinqt. Ac tũ in Oppianici causa crimen hoc Asinianũ cum testibus multis, tũ uero indicio Arullij cõprobatur, in quo inter allegatos Oppianici nomen primum esse cõstabat, eius quẽ uos miserum atq; innocentẽ falso iudicio circũuentum esse dicitis. Quid? auiã tuã Oppianice Dineã cui tu es hæres, pater tuus nõ manifesto necauit? ad quã cũ adduxisset medicũ illũ suũ iã cognitũ & sæpe uictorem per quem interfecerat plurimos, mulier exclamat se ab eo nullo modo uelle curari, quo curante suos oẽs perdidisset. Tũ repente Anconitanum quendam. L. Clodiũ pharmacopolã circũforaneũ, qui casu tum Larinum uenisset, aggreditur, & cũ eo duo milia, id quod ipsius tabulis est demonstratum transigit. L. Clodius q̃ properaret, cui fora multa restarent, simul atq; introductus est, rem confecit, prima potione mulierem sustulit, neq; postea Larini punctum est tp̃is cõmoratus, eadẽ hac Dinea testamentũ faciẽte cũ tabulas ꝑhendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit, & cum id multis locis fecisset, post mortem eius ne lituris coargui posset, testamentũ in alias tabulas transcriptũ signis adulterinis obsignauit. Multa prætereo cõsulto, & .n. uereor ne hæc ipsa nimiũ multa eẽ uideãtur, uos tñ eũ similẽ sui fuisse in cæteris quoq; uitæ suæ ꝑtibus existimare debetis. Illum tabulas publicas Larini cẽsorias corrupisse. decuriões uniuersi iudicauerũt, cũ illo iã nemo rationẽ, nemo rẽ ullã cõ

trahebat, nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unq̃ liberis suis scripsit, nemo illũ aditu, nemo cõgressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignũ iudicabat, omnes aspernabantur, oẽs abhorrebant, omnes ut aliquam immanem atq; perniciosam bestiã pestemq; fugiebãt, hũc tamen hominẽ tam audacẽ, tam nefariũ, tam nocẽtem nunq̃ accusasset Habitus iudices, si id p̃termittere saluo capite suo potuisset. Erat huic inimicus Oppianicus, erat. Sed tñ erat uitric⁹, crudelis, & huic infesta mater: attñ mater. Postremo nihil tã remotũ ab accusatiõe q̃ Cluentius, & natura, & uoluntate, & instituta ratione uitæ, sed cũ esset hæc ei proposita conditio, ut aut iuste pieq; accusaret, aut acerbe indigneq; moreretur, accusare quoquo mõ posset, q̃ illo mõ emori maluit. Atq; ut hoc ita esse pspicere possitis, exponã uobis Oppianici facinus manifesto compertũ, atq; dep̄hensum, ex quo simul utrumq;, & huic accusare & illum condemnari necesse fuisse intelligetis. Martiales quidam appellantur Larini ministri publici Martis, atque ei deo ueteribus institutis religionibusq; Larinatium consecrati, quorum cũ satis magnus numerus esset, cunq; item ut in Sicilia permulti uenerei sunt, sic illi Larini ĩ Martis familia numerarentur, repente Oppianicus eos omnes liberos esse ciuesq; Romanos cœpit defendere, grauiter id decuriones Larinatium, cunctiq; municipes tulerũt. Itaq; ab Habito petiuerunt, ut eam causam susciperet, publiceq; defenderet. Habitus cum se ab omni eiusmodi negocio remouisset, tamen pro loco, pro antiquitate generis sui, pro eo qđ se nõ solum suis commodis, sed etiam suorum municipũ cæterorumq; necessariorum natum esse arbitrabatur, tantæ uoluntati uniuersorum Larinatium deesse noluit. Suscepta causa Romamq; delata magnæ quotidie contentiones inter Habitum & Oppianicũ ex utriusq; studio

defensionis excitabantur. Erat ipse immani acerbáq; natura Oppianicus. Incendebat eius amentiã infesta atque inimica filio mater Habiti. Magni aũt illi sua interesse arbitrabantur hunc a causa Martialiũ dimouere. Suberat etiam alia cã maior, quæ Oppianici hoĩs auarissimi atq; audacissimi mentẽ maxime cõmouebat. Nam Habitus usq; ad illius iudicij tẽpus nullũ testamentũ unq̃ fecerat, neq; enim legare eiusmodi matri poterat animũ inducere, neq; testamẽto nomen omnino p̃termittere parentis. Id cũ Oppianicus sciret, neque.n. erat obscurũ, intelligebat Habito mortuo bona eius oĩa ad matrẽ esse uentura, quæ ab sese postea aucta pecunia maiore premio orbata filio, minore periculo necaretur. Itaq; his rebus incensus qua ratione Habitũ ueneno tollere conatus sit, cognoscite. C. & L. Fabritij fratres gemini fuerũt ex municipio Larinate. homines inter se, tũ forma, tum moribus similes, municipũ aũt suorũ dissimillimi, in quibus quantus splendor sit, q̃ prope æquabilis, q̃ fere omniũ constans & moderata ratio uitæ, nemo uestrũ, ut mea fert opinio, ignorat. his Fabritijs semper usus est Oppianicus familiarissime. Iã hoc fere scitis oẽs quantam uim habeat ad coniungendas amicitias studiorũ ac naturæ similitudo. Cum illi ita uiuerẽt, ut nullũ quæstũ turpẽ esse arbitrarentur, cũ omnis ab his fraus, oẽs insidiæ circũscriptionesq; adolescẽtium nascerent, cumq; essent uitijs atque improbitate omnibus noti, studiose ut dixi ad eorũ se familiaritatem multis ante iã annis Oppianicus applicarat. Itaq; tum sic statuit per C. Fabritium. Nam Lucius erat mortuus, insidias Habito comparare. erat illo tempore infirma ualitudine Habitus, utebatur autem medico ignobili sed spectato homine Cleophanto, cuius seruum Diogenem Fabritius ad uenenum Habito dandum spe & precio sollicitare cœpit. Seruus non incallidus, sed ut ipsa res declarauit, frugi,

rauit, frugi atq; integer, sermonẽ Fabritij non est asper natus. Rem ad dominũ detulit. Cleophantus aũt cum Habito est locutus. Habitus statim cũ M. Bæbrio senatore familiarissimo suo cõmunicauit, qui qua fide, qua prudẽtia, qua dignitate fuerit, meminisse uos arbitror, ei placuit ut Diogenẽ Habitus emeret a Cleophãto, quo facilius aut cõprehẽderet̃ res eius indicio, aut falsa eẽ cognosceret̃. ne multis Diogenes emitur, uenenũ diebus paucis cõpat̃ (multi uiri boni cũ ex occulto ĩteruenissent) pecuniaq; obsignata, quæ ob eã rem dabatur, in manibus Scamãdri liberti Fabritiorũ deprehendit̃. Proh dij immortales Oppianicũ quisquã his rebus cognitis circũuentum dicit esse? quis unq; audacior? quis nocẽtior? quis apertior in iudicium adductus est? quod ingeniũ, quæ facultas dicendi, quæ a quoq; excogitata defensio huic uni crimini potuit obsistere? Simul et illud quis est qui dubitet quin hac re cõperta manifestoq; deprehensa aut obeunda mors Cluentio, aut suscipienda accusatio fuerit. Satis esse (arbitror) demõstratũ indices his criminibus accusatũ esse Oppianicũ, ut honeste nullo modo absolui potuerit. Cognoscite nunc ita reũ citatũ esse illũ, ut re semel atq; iterum præiudicata cõdemnatus in iudiciũ uenerit. Nam Cluentius iudices primum nomẽ eius detulit, cuius in manibus uenenũ deprehenderat, is erat libertus Fabritiorũ Scamander, integrũ cõsilium, iudicij corrupti nulla suspicio, simplex in iudicium causa, certa res, uerũ crimẽ allatum est. Hic tum Fabritius is de quo ante dixi, q liberto damnato sibi illud impendere periculũ uideret, quod mihi cum Aletrinatibus uicinitatem, & cum plerisq; eorum magnum usum esse sciebat, frequentes eos ad me domum adduxit, quiq̃q; de homine sicut necesse erat, existimabãt, tamẽ q erat ex eodem municipio, suæ dignitatis esse arbitrabantur, eum quibus rebus possent defendere. Idq; a me

ut facerem, & ut causam Scamandri susciperem petebant; in qua causa patroni omne periculū continebatur. Ego qui neq; illis talibus uiris ac tā amātibus mei rem possem ullā denegare, neq; illud crimē tantum ac tam manifestum esse arbitrarer, sicut nec illi quidem ipsi qui mihi tum illā cām cōmendabant arbitrabantur, pollicitus his sum me omnia quæ uellent esse facturū. Res agi cœpta est, citatus est Scamander reus. Accusabat P. Cānutius hō in primis ingenio sus & in dicendo exercitatus. Accusabat aūt ille Scamandrum uerbis tribus, uenenum esse deprehēsum, oīa tela totius accusationis in Oppianicū cōijciebantur. Aperiebatur causa insidiarū. Fabritiorū familiaritas cōmemorabatur, hominis uita & audacia proferebať, deniq; oīs accusatio grauiter utrinq; tractata, ad extremum manifesta ueneni dep̄hensiōe cōclusa est. Hic ego cū ad r̄ndēdū surrexi, qua cura dij immortales, qua sollicitudine animi, quo timore? Semp̄ equidem magno cū metu incipio dicere, quotiēscūq; dico totiens mihi uideor in iudiciū uenire, nō ingenij solū, sed etiam uirtutis atq; officij, ne aut id p̄fiteri uidear, quod nō possim implere, qđ ē impudētiæ, aut id nō efficere qđ possim, qđ est aut p̄fidiæ, aut negligentiæ. Tum uero ita sum p̄turbatus, ut oīa timerem, si nihil dixissem, ne infantissimus, si multa in eiusmodi cā dixissem, ne impudentissimus existimarer. Collegi me aliqñ, & ita cōstitui fortiter esse agēdū, illi ætati qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. Itaq; feci, sic pugnaui, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi, quātum ego assequi potui remedia ac perfugia causarū, ut hoc quod timide dicam, consecutus sim, ne quis illi causæ patronum defuisse arbitraretur. Sed ut quicq; ego app̄hender am, statim accusator extorquebat e manibus, si quæ fuerant inimicitiæ Scamandro cum Habito, fatebať nul-

las fuisse. Sed Oppianicum cuius ille minister fuisset, huic inimicissimum fuisse, atque esse dicebat. Si nautē illud ægeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti uenturū emolumentum fuisse, concedebat. Sed ad uxorem Oppianici hominis in uxoribus necandis exercitati oīa bona Habiti uentura esse dicebat. Cum illa defensione usus essem, quæ in libertinorum causis honestissima semper existimata est, Scamandrum patrono esse probatum fatebatur, sed quærebat cui probatus esset ipse patronus, cum ego pluribus uerbis in eo commoratus essem Scamandro factas insidias esse per Diogenem, constitutumq́; inter eos de alia re fuisse, ut medicamentum non uenenum Diogenes afferret, hoc cuiuis usu uenire posse, quærebat cur in eiusmodi locum tam abditum, cur solus, cur cum obsignata pecunia uenisset? Deniq́; hoc loco causa testibus honestissimis hoībus premebatur. M. Bebius suo cōsilio Diogenem emptum se præsente, Scamandrum cum ueneno pecuniáq́; deprehensum esse dicebat. P. Quintius Varus homo summa religione, & summa auctoritate præditus, de insidijs quæ fierēt Habito, & de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophantum locutum esse dicebat, atq; in illo iudicio cum Scamandrum nos defendere uideremur, uerbo ille reus erat? Re quidem uera & periculo & tota accusatiōe Oppianicus, neq; id obscure ferebat, nec dissimulare ullo modo poterat, aderat frequens, aduocabat, omni studio gratiáq́; pugnabat, postremo id quod maximo malo illi causæ fuit, hoc ipō in loco quasi reus ipse esset, sedebat. Oculi omnium iudicum nō in Scamandrum, sed in Oppianicum conijciebantur, timor eius, perturbatio, suspēsus incertusq́; uultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebāt. Cū in cōsiliū iri oporteret quæsiuit ab eo. C. Iunius quæsitor ex lege illa cornelia q̄ tū erat, clā an palā de se

ſniam ferri uellet, de Oppianici ſnia reſponſum eſt, ꝙ is Habiti familiarē Iunium eſſe dicebat, clā uelle ferri. Itū eſt in conſiliū, omnibus ſententijs pter unā, quā ſuam Staleſnus eſſe dicebat. Scamander prima actione cōdēnatus eſt. Quis tū erat oīum qui Scamādro cōdemnato non iudiciū de Oppianico factū eſſe arbitraret? Quid eſt illa damnatio, ne iudicatum, niſi uenenū id qđ Habito daretur eſſe quæſitum? Quæ porro tenuiſſima ſuſpicio collata in Scamādrū eſt, aut conferri potuit, ut is ſua ſponte necare uoluiſſe Habitum putaret? Atque hoc tū iudicio facto, & Oppianico re & exiſtimatione iam lege & pronūciatione nondū cōdemnato, tamen Habitus Oppianicū reum ſtatim nō fecit. Voluit cognoſcere utrū iudices in eos ſolos eſſent ſeueri, quos uenenum habuiſſe ipſos cōperiſſent, an etiā cōſilia cōſcientiasq; eiuſmodi facinorū ſupplicio dignas iudicarent. Itaq; C. Fabritium, quem propter familiaritatē Oppianici cōſciū illi facinori fuiſſe arbitrabatur, reū ſtatim fecit, utiq; eius locus primus cōſtitueretur, propter cauſæ cōiunctionē impetrauit. Hic tum Fabritius nōmō ad me meos uicinos & amicos Aletrinates nō adduxit, ſed ipſe his neq; defenſoribus uti poſtea, neq; laudatorib' potuit. Rem.n. integrā hominis non alieni ꝗuis ſuſpicioſam defendere humanitatis eſſe putabamus, iudicatam labefactare conari impudentiæ. Itaq; tū ille inopia & neceſſitate coactus in cā eiuſmodi ad Cepaſios fratres cōfugit homines induſtrios, atq; eo animo, ut q̄cunq; dicēdi ptās eſſet data, in honore atq; beneficio ponerent. Iā hoc quoq; prope iniquiſſime comparatum eſt, ꝙ in morbis corporis, ut quiſq; eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atq; optimus quæritur, in periculis capitis, ut quæq; cā difficillima eſt, ita deterrimus obſcuriſſimusq; patronus adhibetur, niſi forte hoc cauſa eſt ꝙ medici nihil præter artificiū, oratores etiā auctoritatē præſtare

debet. Citatur reus, agitur cã, paucis uerbis accusat, ut de re iudicata. C. Annuti⁹, incipit longo ac alte petito ꝓœmio respõdere maior Cepasius, primo attẽte audiebãt eius oratio, erigebat animũ iam demissum & oppressum Oppianicus, gaudebat ipse Fabritius, nõ intelligebat aĩos iudicum nõ illius eloquẽtia, sed defensionis impudentia cõmoueri. posteaq̃; de re cœpit dicere, ad ea q̃ erãt in cã addebat ẽt ipse noua q̃dam uulnera, hoc q̃q̃ sedulo faciebat, tñ interdũ nõ defendere, sed præuaricari accusationi uidebatur, itaq; cũ callidissime se dicere putaret, & cũ illa uerba grauissima ex intimo artificio deprõpsisset. Respicite iudices hominũ fortunas, respicite dubios uariosq; casus, respicite. C. Fabritij senectutẽ. Cũ hoc respicite ornande orationis cã sæpe dixisset, respexit ipse. At. C. Fabriti⁹ a subsellijs demisso capite discesserat. hic iudices ridere, stomachari atq; acerbe ferre, patronus cãm sibi eripi, & se cætera de illo loco, respicite iudices, nõ posse dicere, nec quicq̃; ꝓpius est factũ, q̃ ut illũ persequeret, & collo obtorto ad subsellia reduceret, ut reliqua posset perorare. Iam tũ Fabritius primũ suo iudicio quod est grauissimũ, deinde legis ui & sententijs iudicũ est cõdemnatus. Quid est ꝙ iam de Oppianici causa plura dicamus? apud eosdẽ iudices reus est factus, cum is duobus præiudicijs iã dãnatus esset, ab ijsdẽ aũt iudicib⁹, qui Fabritiorũ damnatione de Oppianico iudicarant, locus ei primus est cõstitutus. Accusatus est criminibus grauissimis, ijs q̃ a me breuiter dicta sunt, et præterea multis, quæ ego oĩa nunc omitto. Accusatus est apud eos qui Scamãdrũ ministrum Oppianici, Fabritiũ conscium maleficij cõdemnarent. Vtrũ per deos immortales magis est mirandum, ꝙ is cõdemnatus est, an ꝙ omnino r̃ndere ausus est? Quid.n. illi iudices facere potuerunt, qui si innocentes Fabritios cõdemnassent, tamen in Oppianico sibi cõstare, & superiori

bus cōsentire iudicijs debuerūt. An uero illi sua per se ipsi iudicia rescinderent, cum cæteri soleant in iudicando, ne ab aliorum iudicijs discrepent, prouidere, & illi qui Fabritij libertum, quia minister in maleficio fuerat, patronum quia conscius condemnasset, ipsum principem atq; architectum sceleris absoluerent? et qui cæteros nullo præiudicio facto, tamen ex ipsa causa condemnassent, hunc quem bis condemnatum iam acceperant, liberarent? Tum uero illa iudicia senatoria non falsa inuidia sed uera, atque insigni turpitudine notata atq; operta dedecore & infamia defensioni locum nullum reliquissent. Quid enim tandem illi iudices responderent, si quis ab his quæreret, condemnastis Scamandrum, quo crimine? nempe q; Habitum per seruum medici ueneno necare uoluisset, quid Habiti morte Scamander consequebatur? Nihil, sed administer erat Oppianici. Condemnastis .C. Fabritium, quid ita? quia cum ipse familiarissime Oppianico usus, libertus autem eius in maleficio deprehensus esset, illum expertem eius consilij fuisse non probabatur. Si igitur ipsum Oppianicum bis suis iudicijs cōdemnatum absoluissent, quis tantam turpitudinem iudiciorum? quis tantam inconstantiam rerum iudicatarū? qs tantam libidinem iudicum ferre potuisset? Quod si hoc uidetis, quod iam in hac omni oratione patefactum est, illo iudicio reum condemnari præserti; ab ijsdē iudicibus, qui duo præiudicia fecissent, necesse fuisse, simul illud uideatis necesse ē nullā accusatori cām esse potuisse, cur iudiciū uellet corrūpere. Quæro.n.abs te. T. Acci relictis iam cæteris argumentis oībus, num Fabritios quoq; innocētes cōdēnatos existimes? num etiā illa iudicia pecunia, corrupta esse dicas? qbus iudicijs alter a Staleno solo absolut' ē, alter ēt ipse se cōdēnauit? Age si nocentes, cuius maleficij? nūqd præter uenenū qsitum quo Habi

tus necaretur, obiectum est? Nunquid aliud in illis iudicijs uersatū est, præter hasce insidias Habito ab Oppianico per Fabritios factas? Nihil inq̃ aliud iudices reperietis, extat memoria, sunt tabulæ publicæ, redargue me si mentior, testium dicta recita, doce in illorū iudicijs q̃d p̄ter hoc uenenū Oppianici, nōmō in criminis, sed ī maledicti loco sit obiectū. Multa dici p̄nt quare ita necesse fuerit iudicari. Sed ego occurrā expectatiōi uestræ iudices. Nā etsi a uobis sic audior ut nūq̃ benignius, neq̃ attēti⁹ quēq̃ auditū putē, tñ uocat me alio iādudū tacita uestra expectatio, quæ mihi obloqui uidet. Quid ergo? negas ne illud iudiciū esse corruptū? nō nego. Sed ab hoc corruptū nō esse cōfirmo. A quo igit̄ est corruptū? opinor primū si incertū fuisset, quisnā exitus illius iudicij futurus esset, uerisimilius tñ esset eū poti⁹ corrupisse q̃ metuisset ne ipse cōdēnaretur, q̃ illū qui ueritus esset ne alter absolueret. Deinde cū esset nemini dubiū q̃ iudicari necesse esset, eū certe potius qui sibi alia ratione diffideret, q̃ eū qui omni rōne confideret. Postremo certe potius illū q̃ bis apud eos iudices offendisset, q̃ eū qui bis his cām probauisset. Vnū quidē certe, nemo erit tā iniquus Cluentio, q̃ mihi nō cōcedat, si cōstet corruptū illud esse iudiciū, aut ab Habito, aut ab Oppianico esse corruptū. Si doceo nō ab Habito, uinco ab Oppianico. Si ostēdo ab Oppianico, purgo Habitū. Quare & si satis docui rōnem nullam huic corrūpendi fuisse, ex quo intelligit̄ ab Oppianico esse corruptum, tamen de illo ipso separatim cognoscite, atq̃ ego illa non argumentabor quæ sunt grauia uehementer, eum corrupisse qui in periculo fuerit, eum qui metuerit, eum qui spem salutis in alia ratione non habuerit, eum qui semꝑ singulari fuerit audacia, multa sunt eiusmodi. Verū cum habeam rem nō dubiam, sed apertam atq̃ manifestā, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria.

Dico C.ælio Staleno iudici pecuniam grandem Statium Albium ad corrumpēdū iudiciū dedisse. Num qs negat? te appello Oppianice, & te T. Acci, quorū alter eloquētia dānatiōem illam, alter tacita pietate deplorat. Audete negare ab Oppianico Staleno iudici pecuniā datā? Negate, negate inqt in eo loco, qd tacetis? at negare nō potestis qd repetistis, quod confessi estis, quod abstulistis. Quo tandem igitur ore mentionem corrupti iudicij facitis, cum ab ista parte iudici pecuniam ante iudicium datam, post iudicium ereptā esse fateamini? Qm̄ igitur hæc mō sunt gesta, repetam paulo altius iudices, & omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt sic aperiam, ut ea cernere oculis uideamini. Vos quæso, ut adhuc me attente audistis, item quæ reliqua sunt audiatis, profecto nihil a me dicetur quod nō dignum hoc cōuentu & silentio, dignū uestris studijs, atq; auribus esse uideatur. Nā ut primum Oppianicus ex eo q Scamāder reus erat factus, qd sibi impēderet, cœpit suspicari, statim se ad hominis egentis audacis in iudicijs corrūpendis exercitati, tū aūt iudicijs Staleni familiaritatē se applicauit. ac primum Scamādro reo tm̄ donis datis muneribusq; perfecerat, ut eo auctore uteretur cupidiore, q̄ fides iudicis postulabat. Post aūt cum esset Scamāder unius Staleni sentētia absolutus, patronus aūt Scamādri, ne sua quidem sententia liberatus, aptioribus saluti suæ remedijs subueniēdū putauit, tū a Staleno sicut ab homine ad excogitādū acutissimo, ad audēdū impudētissimo, ad efficiēdū acerrimo. Hæc. n. ille & aliqua ex parte habebat, & maiore ex pte se habere simulabat, auxiliū capiti & fortunis suis petere cœpit. Iā hoc nō ignoratis iudices, ut ēt bestiæ fame dn̄ante plerūq; ad eū locū ubi pastæ aliqn̄ sint, reuertāt. Stalen⁹ ille biēnio āteq; cām bonorū Safinij Attellæ recepisset, sexcētis milib⁹ nūmū se iudiciū corrupturū esse dixe

rat, quæ cū accepisset a pupillo, suppressit, indicioq; facto, nec Safinio, nec bonorū emptoribus reddidit, quā cū pecuniā profudisset, & sibi nihil nonmō ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset, statuit ad easdē esse sibi prædas & suppressiones iudiciales reuertendum. itaq; cū Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudicijs uideret, promissis eum suis excitauit abiectū, & simul saluti desperare uetuit. Oppianicus orare hominē cœpit, ut sibi rōnem ostenderet iudicij corrūpendi. Ille aūt quēadmodū ex ipso Oppianico postea est auditum, negauit quēq; esse ī ciuitate præter se q id efficere possit. Sed primo grauari cœpit, q̄ ædilitatē se petere cū hoībus nobilissimis, & inuidiam atq; offensionem timere dicebat. post exoratus initio permagnam pecuniam poposcit, deinde ad id puenit qd' cōfici potuit, & sestertia sexcēta quadragīta millia deferri ad se domū iussit, q̄ pecunia simul atq; ad eū delata est, hō impurissimus statim cœpit in eiusmodi mēte & cogitatiōe uersari, nihil esse suis rōnibus utilius q̄ Oppianicū dānari. Illo absoluto pecuniam illā aut iudicibus dispertiendā, aut ipsi esse reddendā, damnato repetiturū esse neminē. Itaq; rē excogitat singularē, atq; hæc iudices, q̄ uere dicuntur a nobis, facilius credetis, si cum animis uestris lōgo interuallo recordari. C. Staleni uitam & naturā uolueritis. Nam perinde ut opinio est de cuiusq; moribus, ita q̄d ab eo factū & nō factum' sit, existimari pōt. cū esset egēs, sumptuosus, audax, callidus, pfidiosus, & cum domi suæ miserrimus tm̄ nūmorum positū uideret, ad oēm malitiam & fraudem uersare suam mentem in locis & inanissimis cœpit. Quid ni tandē? mihi igitur ipsi pter periculum & infamiam quid quæretur? nihil excogitem, q̄obrem Opianicum dānari non necesse sit. Hæc secum cogitans iudices Nihil enim est qd' fieri nō possit, sed si quis cū forte

casus ex periculo eripuerit, nonne reddendũ est, præcipi tantem igitur impellamus inquit, & perditum prosternamus. Capit hoc cõsilium, ut pecuniam quibusdã iudicibus leuissimis polliceatur, deinde eã postea supprimat, ut qm̃ graues homines sua sponte seuere iudicaturos putabat, eos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderet. Itaq; ut erat semper p̃posterus, atq; peruersus initiũ facit a Bulbo, & eũ quod iam diu nihil q̃sierat, tristem atq; oscitantem leuiter impellit. Quid tu inquit ecquid me adiuuas Bulbe, ne gratis reipu. seruiamus. Ille uero simul atq; hoc audiuit ne gratis, quo uoles inquit sequar, sed quid affers? Tum ei quadraginta milia si esset absolutus Oppianicus pollicetur, & eum ut cæteros appellet, q̃buscum loqui consuesset, rogat, atq; etiã ipse cõditor totius negocij Guttam aspergit huic Bulbo. Itaq; minime amarus is uisus est, qui aliquid ex eius sermone spe gulæ degustarat. Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa uidebatur, sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur. Tum appellat hilari uultu hoĩem Bulbus ut blãdissime potest, q̃d tu inquit facete (hoc.n. sibi Stalenus cognomẽ ex imaginibus æliorum delegerat, ne si se ligurẽ fecisset, natiõis magis suæ q̃ generis uti cognomĩe uideretur). Qua de re mecum locutus es. Quærunt a me ubi sit pecunia. Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quã condiderat, spe atq; animo iam incubaret, contrahit frontem, recordamini faciẽ atq; illos eius fictos simulatosq; uultus. Quæritur se ab Oppianico destitutum, & q̃ esset totus ex fraude & mẽdacio factus quiq; ea uitia quæ a natura habebat, etiam studio atq; artificio quodam malitiæ condiuisset, pulchre asseuerat se ab Oppianico destitutum, atq; hoc addit testimonũ sua illum sententia cum palã oẽs laturi essent, condẽnatũ iri. Manarat sermo in cõcilio,

pecuniæ quādā mētionē inter iudices esse uersatā, res neq; tam fuerat occulta, q̄ erat occultanda, neq; tam erat aperta q̄ Reipu. causa aperiēda. In ea obscuritate atq; dubitatione omniū Cānutio perito homini, qui quodā suspitiōis odore Stalenum corruptum esse sensisset, neq; dū rem pfectā arbitraretur, placuit repēte pronūciare iudici, id se uelle dixerūt. Hic tum Oppianicus non magnopere pertimuit, qui rem a Staleno pfectā esse arbitrabatur, in cōsilium erāt ituri iudices triginta & duo, sententijs decē & sex absolutio confici poterat, quadragena milia nummū in singulos iudices distributa eū numerū sententiarum cōficere debebāt, ut ad cumulū spe maiorū præmiorū ipsius Staleni sententia septimadecima accederet, atq; etiā casu tū q̄ illud repente erat factū, Stalenus ipse nō aderat, cām nescio quam apud iudicem defendebat, facile hoc Habitus patiebatur, facile Cānutius. At nō Oppianicus, neq; patron⁹ eius. L. Quintius, q cū esset illo tpe tribunus plebis conuitiū C. Iunio iudici qōnis maximū fecit, ut ne sine Staleno in cōciliū iretur. Cūq; id ei per uiatores cōsulto negligētius agi uideretur, ipse e publico iudicio ad priuatū Staleni iudiciū pfectus ē, & illud pro potestate dimitti iussit. Stalenū ipse ad subsellia adduxit, consurgitur in consilium. Cum sentētias Oppianicus, quæ tū erat ptās, palā ferri uelle dixisset, ut Stalenus scire posset qd cuiq; deberet. Varia iudicū gñā, nummarij pauci, s oēs irati. Vt. n. q accipe in cāpo cōsueuerūt, his cādidatis, quorū nūmos suppressos esse putāt inimicissimi esse solent, sic eiusmodi iudices infesti tū reo uenerāt, cæteri nocentissimi esse arbitrabantur, sed spectabant sententias eorum quos corruptos putabāt, ut ex his constituerent a quo iudicium corruptū uideretur. Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Guttæ eēt iudicandū. Summa omniū expectatio quidnam sententiæ fer

rent leues de nūmarij iudices. Atq; illi omnes sine ulla dubitatione cōdēnāt. Hic tū iniectus est hominibus et scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum, deinde homines sapientes ex uetere illa iudiciorū disciplina, qui neq; absoluere hominē nocentissimū possent, neq; eū de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatū, re illa incognita primo cōdēnare uellent, non liquere dixerūt. Nonnulli autē seueri homines hoc statuerūt, quo quisq; animo quid faceret spectari oportere, & si alij pecunia accepta uerū iudicabant, tamen nihilominus se superioribus suis iudicijs cōstare putabant oportere. Itaq; damnarunt, quinq; omnino fuerūt, qui illum uestrū innocentē Oppianicum siue impudentia, siue misericordia, siue aliqua suspicione, siue ambitione adducti absoluerent. Cōdemnato Oppianico statim. L. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorū & concionum uentos colligere consuesset, oblatam sibi facultatē putauit, ut ex inuidia senatoria posset crescere, q eius ordinis iudicia minus iā pbari populo arbitrabatur. Habetur una atq; altera concio uehemēs & grauis, accepisse pecuniā Iudices, ut innocentē reū condēnarent. Tr. Ple. clamitabat, agi fortunas omnium dicebat, nulla esse iudicia, qui pecuniosum inimicū haberet, incolumē esse neminem posse. Hoīes totius ignari negocij q Oppianicum nūq; uidissent, uirum optimū & hoīem prudētissimū pecunia oppressum arbitrarētur, incensi suspicione rē in mediū uocare cœperunt, & cām illā totā deposcere, atq; illo ipso tpe in ædes T. Annij hominis honestissimi necessarij, et amici mei noctu Stalenus arcessitus ab Oppianico uenit. Iam cætera nota sunt oib9, ut cum illo Oppianicus ægerit de pecunia, ut ille se rediturū esse dixerit, ut eorū sermonē oēm audierint uiri boni, qui tū cōsulto prope in occulto stetissent, ut res patefacta et in forū prolata, & pecunia omnis a Staleno extorta atq;

erepta sit. Huius Staleni p̄sona populo iā nota atq; perspe-cta a nulla turpi suspiciōe abhorrebat, suppressam eē ab eo pecuniā quā pro reo p̄nunciasset, q̄ erant in cōcione nō intelligebāt, neq;.n.docebantur, uersatā esse in iudicio mentionē pecuniæ sentiebāt. innocentē reū condemnatū esse audiebāt. Staleni sententia cōdemnatū uidebant, nō gratis id ab eo factū esse qđ hoiem norāt, iudicabāt, similis in Bulbo in Gutta, in nōnullis suspicio consistebat. Itaq; cōfiteor (licet.n.iā impune hoc p̄sertim in loco cōfiteri) q̄ Oppianici nō mō uita, sed ēt nomē añ illud tp̄s populo ignotū fuisset, indignissimum porro uideretur circūuentum esse innocentem pecunia, hāc deinde suspicionē augeret Staleni improbitas & nōnullorū eius similiū iudicū turpitudo, cām aūt ageret. L. Quintius hō cū summa ptāte p̄ditus, tū ad inflāmandos aios multitudinis accōmodatus, summā illi inuidiā infamiāq; esse cōflatā. Atq; in hāc flāmā recentē tum C. Iuniū q̄ illi q̄stioni p̄fuerat iniectū eē memini, & illū hominē ædilitiū iam p̄torē opinionibus hoium cōstitutū, non disceptatiōe dicēdi, sed clamore hoinum de foro atq; adeo de ciuitate esse sublatū. Neq; me pœnitet hoc potius tempore q̄ illo causam. A. Cluentij defendere, cā eñ manet eadē quæ mutari nullo mō potest, tēporis iniquitas ac inuidia recessit, ut qđ in tempore mali fuit, nihil obsit, quod in causa boni fuit, prosit. Itaq; nunc quēadmodum audiar, sentio, nō modo ab his quorū iudiciū atq; potestas est, sed etiā ab illis quorū tantū est existimatio, ac tum si dicerē, nō audirer, nō q̄ alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud, id adeo sic cognoscite. Quis tum auderet dicere nocentem condemnatum esse Oppianicum? quis nunc id audet negare? quis tū posset arguere ab Oppianico iudicium tentatum esse pecunia? quis id hoc tempore inficiari potest? Cui tum liceret docere Oppianicum reum factum esse? tum deniq; cum duo

bus proximis præiudicijs cōdemnatus esset, quis est qui id hoc tēpore infirmare conetur? Quare inuidia remota quā dies mitigauit, oratio mea deprecata est, uestra fides atq; æquitas a ueritatis disceptatione reiecit, quid est præterea quod in causa relinquatur? uersatam esse in iudicio pecuniā cōstat, ea quæritur unde profecta sit ab accusatore an a reo? accusator dicit hoc primū grauissimis criminibus accusabā, ut nihil opus esset pecunia, deinde condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset, postremo etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret, quid contra reus? primum ipsam multitudinem & atrocitatē criminū ptimescebā. Deinde Fabritijs propter conscientiam mei sceleris condemnatis me esse cōdemnatum sentiebam. Postremum in eum casum ueneram, ut omnis mearum fortunarū status unius iudicij periculo contineretur. Age quoniā corrūpendi iudicij causas ille multas & graues habuit, hic nullā, profectio ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas diligentissime Cluentius, hæc autē res habet hoc certe, ut nihil possit neq; additum neq; detractum de re familiari latere, anni sunt octo cū ista causa in ista meditatione uersatur, cum omnia quæ nūc ad eam rem pertinent & ex huius & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis, cum interea Cluentianæ pecuniæ uestigium nullum inuenitis. Quid albiana pecunia uestigijs ne his odoranda est? an ad ipsum cubile uobis ducibus uenire possumus? Tenentur uno in loco .DC. sestertia.xl.milia, tenentur apud hominē audacissimum, tenentur apud iudicē, quid uultis amplius? At. n. Stalenus nō fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad iudiciū corrūpendum constitutus, cur eū cū in cōsilium iretur, & Cluētius et C Annutius abesse patiebantur, cur cum in consiliū mittebant Stalenū iudicē, cui pecuniā dederant, non require

bant? Oppianicus quærebat, Quintius flagitabat, sine Staleno ne in consilium iretur tribunitia potestate perfectum est, at condemnauit, hanc enim damnationẽ dederat obsidẽ Bulbo & cæteris, ut destitutus ab Oppianico uideretur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc deniq; omnis fraus & audacia est, hinc pudor, honesta uita & nulla suspicio pecuniæ, nulla corrũpendi iudicij causa. Patiamini ueritate patefacta atq; omni errore sublato eo transire illius turpitudinis īfamiã, ubi cætera maleficia consistunt, ab eo inuidiã discedere aliquando, ad quem nunq̃ accessisse culpam uidetis. At. n. pecuniam Staleno dedit Oppianicus non ad corrũpendũ iudicium, sed ad conciliationem gratiæ, te ne hoc Acci dicere tali prudentia etiam usu atque exercitatione præditum? sapientissimum dicunt esse eũ, cui quod opus sit, ipsi ueniat in mẽtẽ, ꝓxime accedere illũ, qui alterius bene inuẽtis obtẽperet, in stultitia contra est, minus. n. stultus est is, cui nihil in mentem uenit, q̃ ille qui quod stulte alteri uenit in mentem comprobat. Istam conciliationẽ gratiæ Stalenus tum recenti re cũ faucibus premeretur, excogitauit, siue ut homines tum loquebantur a. P. Cethego admonitus istam dedit cõciliatiõis & gratiæ fabulam. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potestis. Cethegũ quod hominẽ odisset & q̃ eius improbitatem uersari in Repub. nollet, & q̃ uideret eum qui se ab reo pecuniam cum iudex esset, clam atq; extra ordinẽ accepisse cõfessus esset, saluũ esse nõ posse, minus ei fidele consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, uidetur mihi aduersarium remouere uoluisse, sin erat eiusmodi ea, ut Stalenus nummos se accepisse negare non posset, (Nihil autem erat periculosius nec turpius, q̃ ad quam rem accepisset confiteri) non est consilium Cethegi reꝑhendendum. Verum alia cã tum Staleni fuit,

alia nunc Acci tua est. Ille cum reprehenderet, quodcunq; diceret, honestius diceret, q̃ si quod erat factum fateret. Te uero illud idẽ qđ tum explosum & eiectũ est, nũc rettulisse demiror. Qui.n. poterat tum in gratiã redire cum Oppiani co Cluentius? qui cũ matre habebat simultates. Herebat in tabulis publicis reus & accusator, cõdemnati erant Fabri tij, nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calũniæ relinquere accusatiõem Cluẽtius, An ut pre uaricaret? Iam id quoq; ad corrumpendũ iudiciũ pertinet. Sed quid opus erat ad eam rẽ iudice sequestri? & omnino, quãobrẽ tota ista res per Stalenum potius hoĩem ab utroq; alienissimũ, sordidissimum, turpissimũ, q̃ per bonũ aliquẽ uirũ ageretur, & amicũ necessariumq; cõem? Sed quid ego hæc pluribus quasi de re obscura disputem? cum ipsa pecunia quæ Staleno data est numero, ac summa sua nonmodo quanta fuerit, sed etiã ad quam rem fuerit, ostẽdat. Sexdecim dico indices ut Oppianicus absolueretur, corrũpendos fuisse, ad Stalenũ Sexcenta & quadraginta nummũ milia esse delata. si ut tu dicis gratiæ cõciliãdæ causa, quadragĩta istorum accessio miliũ qđ ualeret? si ut nos dicimus; quadragena milia nũmum sexdecim iudicibus darentur, nõ Archimedes melius potuit describere. At.n. iudicia facta permulta sunt, a Cluentio iudiciũ esse corruptum. Immo uero ante hoc tp̃s omnino ista ipsa res suo noĩe in iudicium nũq̃ est uocata, ita multum agitata, ita diu iactata est ista res, ut hodierno die primũ cã illa defensa sit, hodierno die primum ueritas uocẽ cõtra inuidiã his iudicib⁹ freta miserit. Verũ tamen ista multa iudicia quæ sunt? Ego enim me ad oĩa confirmaui, & sic paraui ut docerẽ, quæ facta postea iudicia de illo iudicio dicerẽtur, partim ruinæ similiora aut tempestati, q̃ iudicio & disceptationi fuisse, partim nihil cõtra Habitum ualere, partim etiam pro hoc esse, partim esse eiusmodi, ut

modi, ut neq; appellata unq̃ iudicia ſint, neq; exiſtimata.
Hic ego magis ut conſuetudinem ſeruem, q̃ ꝙ uos non ue-
ſtra hoc ſponte faciatis, petam a uobis ut me dum de his ſin
gulis diſputo iudicijs attente audiatis, condẽnatus eſt. C.
Iunius, qui ei quæſtioni præfuerat. Adde etiam illud ſi pla
cet, tum eſt condemnatus cum eſſet iudex quæſtionis, non-
modo cauſæ, ſed ne legi quidem quicquam per. Tri. pl. laxa-
menti datum eſt, quo tempore illũ a quæſtione ad nullum
aliud Reipub. munus adduci licebat, eo tẽpore ad quæſtio-
nem ipſe arrectus eſt. At quam quæſtionem? uultus .n. ue-
ſtri iudices me inuitant, ut quæ reticenda putarem, libeat
iam libere dicere. Quid illa tãdem quæſtio, aut diſceptatio,
aut iudicium fuit? putauero fuiſſe (dicat qui uult hodie) de
illo populo concitato, cui tum mos geſtus eſt, qua de re Iu-
nius cauſam dixerit. quẽcunq; rogaris hoc reſpondebit, ꝙ
pecuniam acceperit, ꝙ innocentem circumuenerit, eſt hæc
opinio, at ſi ita eſſet, hac lege accuſatum eſſe oportuit qua
accuſat Habitus, at ipſe ea lege quærebat, paucos dies ex-
pectaſſet Quintius, at neque priuatus accuſare, nec ſedata
iam inuidia uolebat. Videtis igitur non in cauſa, ſed in tpe
ac ptãte ſpẽ oẽm accuſatoris fuiſſe. Mulctã petiuit, qua le-
ge? ꝙ in legẽ nõ iuraſſet. Quæ res nemini unquam fraudi
fuit, et ꝙ. C. Verres prætor urbanus homo ſanctus & dili-
gens ſubſortitionẽ eius in eo codice non haberet, qui tum
interlitus proferebatur. his de cauſis. C. Iunius condemna
tus eſt iudices leuiſſimis & infirmiſſimis, quas omnino in
iudicium afferri non oportuit. Itaq; oppreſſus eſt nõ cauſa,
ſed tempore. Hoc uos Cluentio iudiciũ putatis obeſſe opor
tere? quã ob cauſam? ſi ex lege ſubſortitus non erat Iunius,
aut ſi in legem aliquando non iurauerat, icirco illius dã-
natione aliquid de Cluentio iudicabatur? non inquit, ſed
ille icirco his legibus condemnatus eſt, quod contra aliam

legem cōmiserat. Qui hoc confitentur, possunt illud idem iudicium fuisse defendere. Ergo, idcirco, inquit, infestus tũ prætor Iunio fuit, ꝙ illud iudiciũ corruptum per eũ putabatur. Num igitur hoc tēpore causa mutata est? num alia res? alia ratio illius iudicij, alia natura totius negocij nũc est? ac tum fuit. nō opinor ex his rebus q̃ gestæ sunt, rem ullã potuisse mutari. Quid ergo est causæ, ꝙ nunc nostra defensio audiatur tanto silentio? tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tunc in causa nihil erat præter inuidiã, errorem, suspitiōem, cōciones quotidianas seditiose ac populariter concitatas. Accusabat Tr. Pl. idem in cōcionibus, idem ad subsellia, ad iudiciũ nōmō de concione, sed etiã cum ipsa concione ueniebat. Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos ubi accusator concitatis hominibus cōplerat, nonmō dicendi a reo, sed ne surgēdi quidem potestas erat. Nuper apud. C. Orchinium collegã meũ locus a iudicibus Fausto Syllæ de pecunijs residuis non est constitutus, non quo illi aut exlegē esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptã atque abiectã putarent, sed ꝙ accusante Tri. Pleb. cōditiōe æqua disceptari posse non putauerũt. Quid? cōferã Syllã, ne cum Iunio? an hũc Tri. ple. cũ Quintio? an uero tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessarijs, cliētibus plurimis, hæc autē apud Iuniũ parua & infirma, & ipsius labore quæsita atque collecta, hic Tri. ple. modestus, prudens, nōmō nō seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. Ille aũt acerrimus, criminosus, popularis homo ac turbulentus, tēpus hoc tranquillũ ac pacatũ, illud omnibus inuidiæ tempestatibus cōcitatũ. Quæ, cũ ita essent in Fausto tamen illi iudices statuerunt iniqua conditione reũ causam dicere, cũ aduersario eius ad ius accusatiōis summa uis potestatis accederet. Ad quam quidem rationē uos iudices di-

ligenter pro uestra sapientia & humanite cogitare, & penitus pspicere debetis, quid mali, quantũ periculi unicuiq; nostrum inferre possit uis tribunitia cõflata præsertim inuidia, & concionibus seditiose concitatis. Optimis hercule temporibus tũ cum homines se nõ iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec. C. Popilius, nec. Q. Metell⁹ clarissimi atq; amplissimi uiri uim tribunitiam sustinere ualuerũt, ne dũ his tẽporibus, his moribus, his magistratibus, sine uestra sapientia ac sine iudiciorum remedijs salui esse possumus. Non igitur fuit illud iudiciũ iudicij simile iudices, non fuit, in quo non modus est habitus, non mos consuetudoq; seruata, non causa defensa, uis illa fuit, et ut sæpe iam dixi, ruina quædã atq; tẽpestas, & quid uis potius q̃ iudiciũ, aut disceptatio aut quæstio, q si quis est qui illud iudiciũ fuisse arbitretur, & qui his rebus iudicatis standũ putet, is tamẽ hãc cãm ab illa debet seiungere. Ab illo. n. siue q in legem non iurasset, siue q ex lege subsortitus iudicem nõ esset, mulcta petita eẽ dicitur. Cluentij aũt rõ cũ illis legibus, q̃bus a Iunio mulcta petita est, nulla põt ex parte esse cõiuncta. At ẽt Bulbus est cõdẽnatus. Adde maiestatis, ut intelligas hoc iudicium cum illo nõ esse cõiunctum. At est hoc illi crimen obiectũ, fateor, sed etiã legionẽ eẽ ab eo sollicitatã in illyrico. C. Cosconij litteris, & multorũ testimonijs planũ factum est, quod crimen erat proprium illius q̃onis, & quæ res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime, iam ista diuinatio est, qua si uti licet, uide ne mea coniectura multo sit uerior. Ego. n. sic arbitror Bulbũ, quod homo nequã, improbus, turpis, multis flagitijs cõtaminatus in iudiciũ sit adductus, iccirco facilius esse damnatũ. Tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est eligis, ut id esse secutos iudices dicas. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus huic obesse causæ de

bet, quod illa quae commemorata sunt ab accusatore duo iudicia. P. Popilij, & T. Guttae, qui causam de ambitu dixerũt, qui accusati sunt ab his qui erant ipsi ambitus condemnati, quos ego non iccirco arbitror esse in integrũ restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse, sed quod iudicibus probarint, cum in eodem genere in quo ipsi defendissent, alios reprehendissent, se ad praemia legis uenire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentij, uestroq; iudicio coniuncta esse possit. quid quod Stalenus est condemnatus? nõ dico hoc tẽpore iudices id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse damnatũ. Nõ recito testimonia hominum honestissimorum, quae in Stalenum sunt dicta ab his qui. M. aemylio clarissimo uiro legati, & praefecti & tribuni militares fuerunt, quorum testimoniis planum factum est, maxime eius opera cũ quaestor esset in exercitu seditionem esse conflatam. Ne illa quidem testimonia recito, quae dicta sunt de sestertijs. XL. DC. quae ille cum accepisset nomine iudicij Saffiniani, sicut in Oppianici iudicio postea retinuit atq; suppressit. Omitto & haec & alia permulta, quae illo iudicio in Stalenum dicta sunt. hoc dico eandem tum fuisse. P. & . L. Cominijs equitibus Romanis honestissimis hominibus & disertis controuersiam cum Staleno quem accusabant, quae mihi nunc est cũ Accio. Cominij dicebant id quod ego dico, Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut iudicium corrumperet. Stalenus conciliandae gratiae causa se accepisse dicebat. Irridebatur haec illius reconciliatio, & persona uiri boni suscepta, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnae q̃bus subscripsit Reges a se in gratiã esse reductos. Exagitabantur oẽs eius fraudes atq; fallaciae, tota uita in eiusmodi rõne uersata aperiebat̃, egestas domestica, quaestus fo-

rensis in mediū proferebatur. Nūmarius interpres pacis et cōcordiæ non probabat. Itaq; tum Stalenus cū idem defenderet quod Accius cōdēnatus est. Cominij cū hoc agerent, qđ nos in tota cā ægimus, probauerūt. Quāobrem si Staleni dānatione Oppianicū iudiciū corrūpere uoluisse, Oppianicū iudici ad emēdas snias dedisse pecuniā, iudicatum est, cū ita constitutū sit, uti in illa culpa, aut Cluentius sit, aut Oppianicus, Cluentij nūmus nullus iudici datus ullo uestigio reperit, Oppianici pecunia post iudiciū factū a iudice ablata est, pōt esse dubium, quin illa dānatio Staleni, nō mō non sit contra Cluentiū, sed maxime nostrā cām defensionemq; confirmet. Ergo adhuc Iunij iudicium uideo esse eiusmodi, ut incursionem potius seditionis, uim multitudinis, impetum Tribunitiū ꝙ iudicium appellandum putem. Quod si quis illud iudiciū appellet, tñ hoc confiteatur necesse est, nullo mō illam mulctam, quæ a Iunio petita sit cū Cluentij cā posse cōiungi. Illud igitur Iunianū per uim factum est, Bulbi & Popilij, & Guttæ cōtra Cluentium non est, Staleni etiā ꝑ Cluētio. Videamus ecqđ aliđ iudicium quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixit ne tandem cām. C. Fidiculanus Falcula, qui Oppianicum cōdēnarat, cū præsertim id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimū paucos dies ex subsortitiōe sedisset. dixit, & bis ꝗdem dixit. In summā. n. L. Quintius inuidiā cōcionibus eū quotidianis seditiosis & turbulētis adduxerat, uno iudicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Iunio qđ non suæ Decuriæ munere neq; ex lege sedisset. paulo sedatiore tpe est accusatus ꝙ Iuni⁹, sed eadē fere lege et crimine, ꝗa nulla in iudicio seditio, neq; uis, neq; turba uersata est, prima actiōe facillime est absolutus, nō numero hāc absolutionem. Nihilominus. n. pōt, ut illā mulctā nō cōmiserit, accepisse tamē ob rē iudicandā, captam nuꝗ̃ Stalenus eadem lege dixit, proprium crimē

illud quæstionis eius non fuit. Fidiculanus qd fecisset dicebat? Accepisse a Cluētio.II.S.CCCC.cuius erat ordinis? Senatorij. Qua lege in eo genere a Senatore rō repeti solet de pecunijs repetundis, ea lege accusatus honestissime ē absolutus. Acta ē.n.causa more maiorū sine ui, sine metu, sine periculo, dicta & exposita & demōstrata sunt oīa. Adducti Iud.sunt, nonmō potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non ꝑpetuo sedisset, sed si aliud is iudex nihil sciisset, nisi quæ præiudicia de eo facta esse constarent, audire præterea nihil debuisse. Tū etiā illi quinq; q, imperitorū hominū rumusculos aucupati tū illū absoluerūt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. A quibus si qui quæreret, sedissent, ne iudices in C.Fabritium? sedisse se dicerent, si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, præterq̃ ueneni eius, qđ quæsitū Habito diceretur? negarēt. Si deinde essent rogati, qd iudicassent, cōdēnasse sese dicerēt. Nemo.n.absoluit, eodē mō quæsitū si eēt de Scamandro, certe idē respondissent, tametsi ille una sententia est absolutus, sed illā unā nemo tū istorum suam dici uellet. Vter igitur facilius suæ sententiæ rationem redderet, is ne qui se & sibi, & rei iudicatæ cōstitisse dicit? an ille qui se in principē maleficij leuē, in adiutorē eius & conscios uehementissimū esse respondit? Quorū ego de sententia non debeo disputare. Neq;.n.dubito quin ij tales uiri suspitione aliqua perculsi repente de statu suo declinarent. Quare eorum qui absoluerunt misericordiā nō reprehendo, eorū qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt, sua spōte nō Staleni fraude constantiam cōprobo. Eorū uero qui sibi non liquere dixerūt, sapientiā laudo, qui absoluere eum quem nocentissimū cognorāt, & quem ipsi bis iam antea condemnarant, nullo mō poterant, condemnare cū tanta cōsilij infamia, & tā atrocis rei suspitio esset iniecta, paulo posterius

patefacta re maluerunt. Ac ne ex facto solũ sapientes illos iudicetis, sed etiã ex hominibus ipsis quod ij fecerint rectissime ac sapientissime factũ probetis. quis. P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior? fide, religiõe, officio, diligentior? aut sanctior cõmemorari potest? nõ absoluit. Quis. Q. Considio cõstantior? Quis iudiciorum atque eius dignitatis, quæ in iudicijs publicis uersari debet peritior? Quis uirtute, cõsilio, auctoritate, præstãtior? ne is quidem absoluit. longũ est de singulorũ uirtute ita dicere. Quæ quia cognita sunt ab omnibus, uerborum ornamenta non quærũt. Qualis uir Marcus Iuuentius Pedo fuit ex uetere illa Iudicũ disciplina? Qualis Lucius Caulius Mergus. M. Basilius. C. Caudinus? qui omnes in iudicijs publicis iam tũ florente. R. P. floruerũt. Ex eodem numero. L. Cassius. Cn. Neuius pari & integritate & prudentia, quorum nullius sentẽtia est Oppianicus absolutus, atque ex his omnibus natu minimus, ingenio & diligentia & religiõe par ijs quos antea cõmemoraui. P. Saturius in eadem sentẽtia fuit. O innocentiam Oppianici singularem, quo in reo qui absoluit ambitiosus, qui distulit cautus, qui condemnauit constans existimatur. Hæc tum agitante Quintio, neque in concione, neque in iudicio demonstrata sunt. Neque enim ipse dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam consistere cuiquã in dicendo licebat. Itaque ipse postquam Iunium peruertit, causam totam reliquit. Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominum studia deferbuisse intelligebat, quod si per quos dies Iuniũ accusauit, Fidiculanũ accusare uoluisset, respõdẽdi Fidiculano potestas facta nõ esset. Ac primo quidẽ oĩbus illis iudicibus qui Oppianicum cõdẽnarant minabatur. Iã insolentiã noratis hoĩs, noratis aĩos eius, ac spiritus tribunitios. quod erat odiũ dij immortales?

quæ superbia? quãta ignoratio sui, q̃ grauis atq; intolerabilis arrogantia? qui illud etiã ipm acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt oĩa, non sibi ac defensioni suæ cõdonatum esse Oppianicum. Proinde quasi nõ satis signi eẽ debuerit ab oĩbus eũ fuisse desertũ, qui se ad patronũ illũ cõtulisset. Erat eñ Romæ summa copia patronorũ hoĩm eloquentissimorũ, atq; amplissimorũ, quorũ certe aliquis defendisset equitem Romanũ in municipio suo nobilẽ, si honeste putasset eiusmodi causam posse defendi. Nã Quintius quidem quã causam unquã antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus esset? quis eũ unquã non modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco uiderat. Quid? q̃ rostra iam diu uacua, locumq́; illũ post aduẽtum Lucij Syllæ a tribunitia uoce desertum oppresserat? multitudinemq́; iam desuefactam a concionibus, ad ueteris consuetudinis similitudinẽ reuocauerat? Iccirco cuidam hominum generi paulisper iucundior fuit. atque idẽ q̃to in odio postea suis illis ipsis fuit, p quos in altiorem locum ascenderat? nec iniuria. Facite. n. ut non solum mores eius & arrogantiam, sed etiã uultũ atq; amictũ, atq; illã usq; ad talos demissam purpurã recordemini. Is quasi non esset ullo modo ferẽdum se ex iudicio discessisse uictum, rem a subsellijs in rostra detulit, & iã querimur sæpe hominibus nouis non satis magnos in hac ciuitate esse fructus? Nego usq́; fuisse maiores, ubi si quis ignobili loco natus ita uiuat, ut nobilitatis dignitatem uirtute tueri posse uideatur, usq; eo peruenit, quoad eũ industria eum innocentia prosecuta est. Si quis autẽ hoc unonititur, q̃ sit ignobilis, procedit sæpe lõgius, q̃ si ille idem esset cũ iisdem suis uitijs nobilissimus, ut Quintius. Nihil eñ dicam de cæteris, si fuisset homo nobilis, quis eum cũ illa superbia atq́; intolerãtia ferre potuisset? q̃ eo loco fuit, ita tulerunt, ut si quid haberet in natura boni, prodesse ei puta-

rent oportere. Superbiam autem atq; arrogantiam eius deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, q̃ pertimeſcendam. Sed ut illuc reuertar, quo tempore Fidiculanus eſt abſolutus, tu qui ea iudicia facta commoras, quæro quid tum eſſe exiſtimas iudicatum? certe gratis iudicaſſet. At condemnarat, at cauſam totam audierat, at in concionibus omnibus a Lucio Quintio uehementer erat & ſæpe uexatus. Illa igitur omnia Quitiana iniqua, falſa, turbulenta, popularia, ſeditioſa iudicia fuerunt. Eſto potuit eſſe innocens Falcula. iam ergo aliquis Oppianicũ gratis condemnauit. Iam non eos Iunius ſubſortitus ẽ, qui pecunia accepta cõdemnarent. Iam potuit aliquis ab initio non ſediſſe, & tamen Oppianicum gratis condemnaſſe. Verum ſi innocens Falcula, quæro quis nocens? ſi hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rem eſſe ullam in quenq̃ illorum obiectam, quæ Fidiculano obiecta non ſit, nego aliquid fuiſſe in Fidiculani cauſa, quod idem non eſſet in cæterorum, aut hoc iudicium reprehẽdas tu, cuius accuſatio rebus iudicatis inniti uidebatur, neceſſe eſt, aut ſi hoc uerum eſſe concedis, Oppianicum gratis condemnatum eſſe fateare, quãq̃ ſatis magno argumento eſſe debet, quod ex tam multis iudicibus abſoluto Falcula, nemo reus factus eſt. Quid enim mihi dãnatos ambitus colligitis alia lege, certis criminibus, plurimis teſtibus, cum primũ illi ipſi debuerint potius accuſari de pecunijs repetũdis, q̃ ambitus. Nam ſi in ambitus iudicijs hoc his obfuit, cum & alia lege cauſam dicerent, certe ſi propria lege huius peccati adducti eẽnt, multo plus obfuiſſet. Deĩde ſi tãta uis fuit iſtius criminis, ut qua quiſq; lege ex illis iudicibus reus fact⁹ eẽt, tamen hac plaga periret, cur in tanta multitudine accuſatorum tantis præmijs cæteri rei facti non ſunt? hic profert, id quod iudiciũ appellare nõ oportet. P. Septimio Scæuolæ

casus ex periculo eripuerit, nonne reddendũ est, præcipitantem igitur impellamus inquit, & perditum prosternamus. Capit hoc cõsilium, ut pecuniam quibusdã iudicibus leuissimis polliceatur, deinde eã postea supprimat, ut qm̃ graues homines sua sponte seuere iudicaturos putabat, eos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderet. Itaq; ut erat semper p̄posterus, atq; peruersus initiũ facit a Bulbo, & eũ quod iam diu nihil q̃sierat, tristem atq; oscitantem leuiter impellit. Quid tu inquit ecquid me adiuuas Bulbe, ne gratis reipu. seruiamus. Ille uero simul atq; hoc audiuit ne gratis, quo uoles inquit sequar, sed quid affers? Tum ei quadraginta milia si esset absolutus Oppianicus pollicetur, & eum ut cæteros appellet, q̃buscum loqui consuesset, rogat, atq; etiã ipse cõditor totius negocij Guttam aspergit huic Bulbo. Itaq; minime amarus is uisus est, qui aliquid ex eius sermone spe gulæ degustarat. Vnus & alter dies intercesserat, cum res parum certa uidebatur, sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur. Tum appellat hilari uultu hoĩem Bulbus ut blãdissime potest, q̃d tu inquit facete (hoc.n. sibi Stalenus cognomẽ ex imaginibus æliorum delegerat, ne si se ligurẽ fecisset, natiõis magis suæ q̃ generis uti cognomie uideretur). Qua de re me cum locutus es. Quærunt a me ubi sit pecunia. Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, qui illi pecuniæ quã condiderat, spe atq; animo iam incubaret, contrahit frontem, recordamini faciẽ atq; illos eius fictos simulatosq; uultus. Quæritur se ab Oppianico destitutum, & q̃ esset totus ex fraude & mẽdacio factus quiq; ea uitia quæ a natura habebat, etiam studio atq; artificio quodam malitiæ condiuisset, pulchre asseuerat se ab Oppianico destitutum, atq; hoc addit testimonũ sua illum sententia cum palã oẽs laturi essent, condẽnatũ iri. Manarat sermo in cõcilio,

pecuniæ quãdã mẽtionẽ inter iudices esse uersatã, res neq; tam fuerat occulta, q̃ erat occultanda, neq; tam erat aperta q̃ Reipu. causa aperiẽda. In ea obscuritate atq; dubitatione omniũ Cãnutio perito homini, qui quodã suspitiõis odore Stalenum corruptum esse sensisset, neq; dũ rem pfectã arbitraretur, placuit repẽte pronũciare iudici, id se uelle dixerũt. Hic tum Oppianicus non magnopere pertimuit, qui rem a Staleno pfectã esse arbitrabatur, in cõsilium erãt ituri iudices triginta & duo, sententijs decẽ & sex absolutio confici poterat, quadragena milia nummũ in singulos iudices distributa eũ numerũ sententiarum cõficere debebãt, ut ad cumulũ spe maiorũ præmiorũ ipsius Staleni sententia septimadecima accederet, atq; etiã casu tũ q̃ illud repente erat factũ, Stalenus ipse nõ aderat, cãm nescio quam apud iudicem defendebat, facile hoc Habitus patiebatur, facile Cãnutius. At nõ Oppianicus, neq; patron⁹ eius. L. Quintius, q cũ esset illo tpe tribunus plebis conuitiũ. C. Iunio iudici qõnis maximũ fecit, ut ne sine Staleno in cõciliũ iretur. Cũq; id ei per uiatores cõsulto negligẽtius agi uideretur, ipse e publico iudicio ad priuatũ Stalem iudiciũ pfectus ẽ, & illud pro potestate dimitti iussit. Stalenũ ipse ad subsellia adduxit, consurgitur in consilium. Cum sentẽtias Oppianicus, quæ tũ erat ptãs, palã ferri uelle dixisset, ut Stalenus scire posset qd cuiq; deberet. Varia iudicũ gña, nummarij pauci, s oẽs irati. Vt.n. q accipe in cãpo cõsueuerũt, his cãdidatis, quorũ nũmos suppressos esse putãt inimicissimi esse solent, sic eiusmodi iudices infesti tũ reo uenerãt, cæteri nocentissimi esse arbitrabantur, sed spectabant sententias eorum quos corruptos putabãt, ut ex his constituerent a quo iudicium corruptũ uideretur. Ecce tibi eiusmodi sortitio, ut in primis Bulbo & Staleno & Guttæ eẽt iudicandũ. Summa omniũ expectatio quidnam sententiæ fer

rent leues de nūmarij iudices. Atq; illi omnes sine ulla dubitatione cōdēnāt. Hic tū iniectus est hominibus et scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum, deinde homines sapientes ex uetere illa iudiciorū disciplina, qui neq; absoluere hominē nocentissimū possent, neq; eū de quo esset orta suspicio pecunia oppugnatū, re illa incognita primo cōdēnare uellent, non liquere dixerūt. Nonnulli autē seueri homines hoc statuerūt, quo quisq; animo quid faceret spectari oportere, & si alij pecunia accepta uerū iudicabant, tamen nihilominus se superioribus suis iudicijs cōstare putabant oportere. Itaq; damnarunt, quinq; omnino fuerūt, qui illum uestrū innocentē Oppianicum siue impudentia, siue misericordia, siue aliqua suspicione, siue ambitione adducti absoluerent. Cōdemnato Oppianico statim. L. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorū & concionum uentos colligere consuesset, oblatam sibi facultatē putauit, ut ex inuidia senatoria posset crescere, q eius ordinis iudicia minus iā ꝓbari populo arbitrabatur. Habetur una atq; altera concio uehemēs & grauis, accepisse pecuniā Iudices, ut innocentē reū condēnarent. Tr. Ple. clamitabat, agi fortunas omnium dicebat, nulla esse iudicia, qui pecuniosum inimicū haberet, incolumē esse neminem posse. Hoīes totius ignari negocij q Oppianicum nūq; uidissent, uirum optimū & hoīem prudētissimū pecunia oppressum arbitrarētur, incensi suspicione rē in mediū uocare cœperunt, & cām illā totā deposcere, atq; illo ipso tpe in ædes. T. Annij hominis honestissimi necessarij, et amici mei noctu Stalenꝰ arcessitus ab Oppianico uenit. Iam cætera nota sunt oībꝰ, ut cum illo Oppianicus ægerit de pecunia, ut ille se rediturū esse dixerit, ut eorū sermonē oēm audierint uiri boni, qui tū cōsulto prope in occulto stetissent, ut res patefacta et in forū prolata, & pecunia omnis a Staleno extorta atq;

erepta sit. Huius Staleni psona populo iã nota atq; perspe
cta a nulla turpi suspiciõe abhorrebat, suppressam eẽ ab eo
pecuniã quã pro reo pnunciasset, q erant in cõcione nõ in
telligebãt, neq;.n. docebantur, uersatã esse in iudicio men
tionẽ pecuniæ sentiebãt. innocentẽ reũ condemnatũ esse au
diebãt. Staleni sententia cõdemnatũ uidebant, nõ gratis id
ab eo factũ esse qđ hoĩem norãt, iudicabãt, similis in Bulbo
in Gutta, in nõnullis suspicio consistebat. Itaq; cõfiteor (li
cet.n. iã impune hoc pˢertim in loco cõfiteri) qþ Oppianici
nõmõ uita, sed ẽt nomẽ añ illud tp̃s populo ignotũ fuisset,
indignissimum porro uideretur circũuentum esse innocen
tem pecunia, hãc deinde suspicionẽ augeret Staleni impro
bitas & nõnullorũ eius similiũ iudicũ turpitudo, eãm aũt
ageret. L. Quintius hõ cũ summa ptãte pditus, tũ ad inflã
mandos aĩos multitudinis accõmodatus, summã illi inui
diã infamiãq; esse cõflatã. Atq; in hãc flãmã recentẽ tum
C. Iuniũ q illi q̃stioni pˢfuerat iniectũ eẽ memini, & illũ ho
minẽ ædilitiũ iam p̃torẽ opinionibus hoĩum cõstitutũ, non
disceptatiõe dicẽdi, sed clamore hoĩnum de foro atq; adeo
de ciuitate esse sublatũ. Neq; me pœnitet hoc potius tempo
re q̃ illo causam. A. Cluentĳ defendere, cã eñ manet eadẽ
quæ mutari nullo mõ potest, tẽporis iniquitas ac inuidia re
cessit, ut qđ in tempore mali fuit, nihil obsit, quod in causa
boni fuit, prosit. Itaq; nunc quẽadmodum audiar, sentio, nõ
modo ab his quorũ iudiciũ atq; potestas est, sed etiã ab illis
quorũ tantũ est existimatio, ac tum si dicerẽ, nõ audirer, nõ
qþ alia res esset, immo eadem, sed tempus aliud, id adeo sic
cognoscite. Quis tum auderet dicere nocentem condemna
tum esse Oppianicum? quis nunc id audet negare? quis tũ
posset arguere ab Oppianico iudicium tentatum esse pecu
nia? quis id hoc tempore inficiari potest? Cui tum liceret
docere Oppianicum reum factum esse? tum deniq; cum duo

bus proximis præiudicijs cōdemnatus esset, quis est qui id hoc tēpore infirmare conetur? Quare inuidia remota quā dies mitigauit, oratio mea deprecata est, uestra fides atq; æquitas a ueritatis disceptatione reiecit, quid est præterea quod in causa relinquatur? uersatam esse in iudicio pecuniā cōstat, ea quæritur unde profecta sit ab accusatore an a reo? accusator dicit hoc primū grauissimis criminibus accusabā, ut nihil opus esset pecunia, deinde condemnatum adducebam, ut ne eripi quidem pecunia posset, postremo etiam si absolutus esset, mearum tamen omnium fortunarum status incolumis maneret, quid contra reus? primum ipsam multitudinem & atrocitatē criminū ptimescebā. Deinde Fabritijs propter conscientiam mei sceleris condemnatis me esse cōdemnatum sentiebam. Postremum in eum casum ueneram, ut omnis mearum fortunarū status unius iudicij periculo contineretur. Age quoniā corrūpendi iudicij causas ille multas & graues habuit, hic nullā, profectio ipsius pecuniæ requiratur. Confecit tabulas diligentissime Cluētius, hæc autē res habet hoc certe, ut nihil possit neq; additum neq; detractum de re familiari latere, anni sunt octo cū ista causa in ista meditatione uersatur, cum omnia quæ nūc ad eam rem pertinent & ex huius & ex aliorum tabulis agitatis, tractatis, inquiritis, cum interea Cluentianæ pecuniæ uestigium nullum inuenitis. Quid albiana pecunia uestigijs ne his odoranda est? an ad ipsum cubile uobis ducibus uenire possumus? Tenentur uno in loco .DC. sestertia.xl.milia, tenentur apud hominē audacissimum, tenentur apud iudicē, quid uultis amplius? At. n. Stalenus nō fuit ab Oppianico, sed a Cluentio ad iudiciū corrūpendum constitutus, cur eū cū in cōsilium iretur, & Cluētius et C. Annutius abesse patiebantur, cur cum in consiliū mittebant Stalenū iudicē, cui pecuniā dederant, non require

bant? Oppianicus quærebat, Quintius flagitabat, sine Staleno ne in consilium iretur tribunitia potestate perfectum est, at condemnauit, hanc enim damnationē dederat obsidē Bulbo & cæteris, ut destitutus ab Oppianico uideretur. Quare si istinc causa corrumpendi iudicij, istinc pecunia, istinc Stalenus, istinc deniq; omnis fraus & audacia est, hinc pudor, honesta uita & nulla suspicio pecuniæ, nulla corrūpendi iudicij causa. Patiamini ueritate patefacta atq; omni errore sublato eo transire illius turpitudinis īfamiā, ubi cætera maleficia consistunt, ab eo inuidiā discedere aliquando, ad quem nunq̄ accessisse culpam uidetis. At. n. pecuniam Staleno dedit Oppianicus non ad corrūpendū iudicium, sed ad conciliationem gratiæ, te ne hoc Acci dicere tali prudentia etiam usu atque exercitatione præditum? sapientissimum dicunt esse eū, cui quod opus sit, ipsi ueniat in mētē, ꝓxime accedere illū, qui alterius bene inuētis obtēperet, in stultitia contra est, minus. n. stultus est is, cui nihil in mentem uenit, q̄ ille qui quod stulte alteri uenit in mentem comprobat. Istam conciliationē gratiæ Stalenus tum recenti re cū faucibus premeretur, excogitauit, siue ut homines tum loquebantur a. P. Cethego admonitus istam dedit cōciliatiōis & gratiæ fabulam. Nam fuisse hunc hominum sermonem recordari potestis. Cethegū quod hominē odisset & ꝙ eius improbitatem uersari in Repub. nollet, & ꝙ uideret eum qui se ab reo pecuniam cum iudex esset, clam atq; extra ordinē accepisse cōfessus esset, saluū esse nō posse, minus ei fidele consilium dedisse. In hoc si improbus Cethegus fuit, uidetur mihi aduersarium remouere uoluisse, sin erat eiusmodi eā, ut Stalenus nummos se accepisse negare non posset, (Nihil autem erat periculosius nec turpius, q̄ ad quam rem accepisset confiteri) non est consilium Cethegi reꝑhendendum. Verum alia cā tum Staleni fuit,

alia nunc Accij tua est. Ille cum reprehenderet, quodcunque diceret, honestius diceret, quam si quod erat factum fateret. Te uero illud idē qđ tum explosum & eiectū est, nūc rettulisse demiror. Qui.n. poterat tum in gratiā redire cum Oppiani co Cluentius? qui cū matre habebat simultates. Herebat in tabulis publicis reus & accusator, cōdemnati erant Fabri tij, nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calūniæ relinquere accusatiōem Cluētius, An ut pre uaricaret? Iam id quoq; ad corrumpendū iudiciū pertinet. Sed quid opus erat ad eam rē iudice sequestri? & omnino, quăobrē tota ista res per Stalenum potius hoīem ab utroque alienissimū, sordidissimum, turpissimū, quam per bonū aliquē uirū ageretur, & amicū necessariumque cōem? Sed quid ego hæc pluribus quasi de re obscura disputem? cum ipsa pecunia quæ Staleno data est numero, ac summa sua nonmodo quanta fuerit, sed etiā ad quam rem fuerit, ostēdat. Sexdecim dico iudices ut Oppianicus absolueretur, corrūpendos fuisse, ad Stalenū Sexcenta & quadraginta nummū milia esse delata. si sunt tu dicis gratiæ cōciliădæ causa, quadragīta istorum accessio miliū qđ ualeret? si ut nos dicimus; quadragena milia nūmum sexdecim iudicibus darentur, nō Archimedes melius potuit describere. At.n. iudicia facta permulta sunt, a Cluentio iudiciū esse corruptum. Immo uero ante hoc tēps omnino ista ipsa res suo noīe in iudicium nunquam est uocata, ita multum agitata, ita diu iactata est ista res, ut hodierno die primū cā illa defensa sit, hodierno die primum ueritas uocē cōtra inuidiā his iudicib9 freta miserit. Verū tamen ista multa iudicia quæ sunt? Ego enim me ad oīa confirmaui, & sic paraui ut docerē, quæ facta postea iudicia de illo iudicio dicerētur, partim ruinæ similiora aut tempestati, quam iudicio & disceptationi fuisse, partim nihil cōtra Habitum ualere, partim etiam pro hoc esse, partim esse eiusmodi; ut

modi, ut neq; appellata unq; iudicia sint, neq; existimata. Hic ego magis ut consuetudinem seruem, q; q; uos non uestra hoc sponte faciatis, petam a uobis ut me dum de his singulis disputo iudicijs attente audiatis, condẽnatus est. C. Iunius, qui ei quaestioni praefuerat. Adde etiam illud si placet, tum est condemnatus cum esset iudex quaestionis, non modo causae, sed ne legi quidem quicquam per Tri. pl. laxamenti datum est, quo tempore illũ a quaestione ad nullum aliud Reipub. munus adduci licebat, eo tẽpore ad quaestionem ipse arrectus est. At quam quaestionem? uultus .n. uestri iudices me inuitant, ut quae reticenda putarem, libeat iam libere dicere. Quid illa tãdem quaestio, aut disceptatio, aut iudicium fuit? putauero fuisse (dicat qui uult hodie) de illo populo concitato, cui tum mos gestus est, qua de re Iunius causam dixerit. quẽcunq; rogaris hoc respondebit, q; pecuniam acceperit, q; innocentem circumuenerit, est haec opinio, at si ita esset, hac lege accusatum esse oportuit qua accusat Habitus, at ipse ea lege quaerebat, paucos dies expectasset Quintius, at neque priuatus accusare, nec sedata iam inuidia uolebat. Videtis igitur non in causa, sed in tpe ac ptãte spẽ oẽm accusatoris fuisse. Multã petiuit, qua lege? q; in legẽ nõ iurasset. Quae res nemini unquam fraudi fuit, et q; C. Verres praetor urbanus homo sanctus & diligens subsortitionẽ eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. his de causis. C. Iunius condemnatus est iudices leuissimis & infirmissimis, quas omnino in iudicium afferri non oportuit. Itaq; oppressus est nõ causa, sed tempore. Hoc uos Cluentio iudiciũ putatis obesse oportere? quã ob causam? si ex lege subsortitus non erat Iunius, aut si in legem aliquando non iurauerat, iccirco illius dãnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? non inquit, sed ille iccirco his legibus condemnatus est, quod contra aliam

legem cõmiserat. Qui hoc confitentur, possunt illud idem iudicium fuisse defendere. Ergo, idcirco, inquit, infestus tũ prætor Iunio fuit, ꝙ illud iudiciũ corruptum per eũ putabatur. Num igitur hoc tẽpore causa mutata est? num alia res? alia ratio illius iudicij, alia natura totius negocij nũc est? ac tum fuit. nõ opinor ex his rebus q̃ gestæ sunt, rem ullã potuisse mutari. Quid ergo est causæ, ꝙ nunc nostra defensio audiatur tanto silentio? tunc Iunio defendendi sui potestas erepta sit? Quia tunc in causa nihil erat præter inuidiã, errorem, suspitiõem, cõciones quotidianas seditiose ac populariter concitatas. Accusabat Tr. Pl. idem in cõcionibus, idem ad subsellia, ad iudiciũ nõmõ de concione, sed etiã cum ipsa concione ueniebat. Gradus illi Aurelij tum noui quasi pro theatro illi iudicio ædificati uidebantur, quos ubi accusator concitatis hominibus cõplerat, nonmõ dicendi a reo, sed ne surgẽdi quidem potestas erat. Nuper apud. C. Orchinium collegã meũ locus a iudicibus Fausto Syllæ de pecunijs residuis non est constitutus, non quo illi aut exlegẽ esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptã atque abiectã putarent, sed ꝙ accusante Tri. Pleb. cõditiõe æqua disceptari posse non putauerũt. Quid? cõferã Syllã, ne cum Iunio? an hũc Tri. ple. cũ Quintio? an uero tempus cum tempore? Sylla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessarijs, cliẽtibus plurimis, hæc autẽ apud Iuniũ parua & infirma, & ipsius labore quæsita atque collecta, hic Tri. ple. modestus, prudens, nõmõ nõ seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. Ille aũt acerrimus, criminosus, popularis homo ac turbulentus, tẽpus hoc tranquillũ ac pacatũ, illud omnibus inuidiæ tempestatibus cõcitatũ. Quæ, cũ ita essent in Fausto tamen illi iudices statuerunt iniqua conditione reũ causam dicere, cũ aduersario eius ad ius accusatiõis summa uis potestatis accederet. Ad quam quidem rationẽ nos iudices di-

ligenter pro uestra sapientia & humanite cogitare, & penitus pspicere debetis, quid mali, quantũ periculi unicuiq; nostrum inferre possit uis tribunitia cõflata præsertim inuidia, & concionibus seditiose concitatis. Optimis hercule temporibus tũ cum homines se nõ iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur, tamen nec. C. Popilius, nec. Q. Metell⁹ clarissimi atq; amplissimi uiri uim tribunitiam sustinere ualuerũt, ne dũ his tẽporibus, his moribus, his magistratibus, sine uestra sapientia ac sine iudiciorum remediis salui esse possumus. Non igitur fuit illud iudiciũ iudicij simile iudices, non fuit, in quo non modus est habitus, non mos consuetudoq; seruata, non causa defensa, uis illa fuit, et ut sæpe iam dixi, ruina quædã atq; tẽpestas, & quid uis potius q̃ iudiciũ, aut disceptatio aut quæstio, q̃ si quis est qui illud iudiciũ fuisse arbitretur, & qui his rebus iudicatis standũ putet, is tamẽ hãc cãm ab illa debet seiungere. Ab illo .n. siue q̃ in legem non iurasset, siue q̃ ex lege subsortitus iudicem nõ esset, mulcta petita ẽẽ dicitur. Cluentij aũt rõ cũ illis legibus, q̃bus a Iunio mulcta petita est, nulla põt ex parte esse cõiuncta. At ẽt Bulbus est cõdẽnatus. Adde maiestatis, ut intelligas hoc iudicium cum illo nõ esse cõiunctum. At est hoc illi crimen obiectũ, fateor, sed etiã legionẽ ẽẽ ab eo sollicitatã in illyrico. C. Cosconij litteris, & multorũ testimonijs planũ factum est, quod crimen erat proprium illius q̃onis, & quæ res lege maiestatis tenebatur. At hoc obfuit ei maxime, iam ista diuinatio est, qua si uti licet, uide ne mea coniectura multo sit uerior. Ego .n. sic arbitror Bulbũ, quod homo nequã, improbus, turpis, multis flagitijs cõtaminatus in iudiciũ sit adductus, icirco facilius esse damnatũ. Tu mihi ex tota causa Bulbi, quod tibi commodum est eligis, ut id esse secutos iudices dicas. Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus huic obesse causæ de

bet, quod illa quæ commemorata sunt ab accusatore duo iudicia. P. Popilij, & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixerūt, qui accusati sunt ab his qui erant ipsi ambitus condemnati, quos ego non iccirco arbitror esse in integrū restitutos, quod planum fecerint, illos ob rem iudicandam pecuniam accepisse, sed quod iudicibus probarint, cum in eodem genere in quo ipsi defendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis uenire oportere. Quapropter neminem dubitare existimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum causa Cluentij, uestroq; iudicio coniuncta esse possit. quid quod Stalenus est condemnatus? nō dico hoc tēpore iudices id quod nescio an dici oporteat, illum maiestatis esse damnatū. Nō recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta ab his qui. M. æmylio clarissimo uiro legati, & præfecti & tribuni militares fuerunt, quorum testimonijs planum factum est, maxime eius opera cū quæstor esset in exercitu seditionem esse conflatam. Ne illa quidem testimonia recito, quæ dicta sunt de sestertijs. XL. DC. quæ ille cum accepisset nomine iudicij Saffiniani, sicut in Oppianici iudicio postea retinuit atq; suppressit. Omitto & hæc & alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenum dicta sunt. hoc dico eandem tum fuisse. P. & . L. Cominijs equitibus Romanis honestissimis hominibus & disertis controuersiam cum Staleno quem accusabant, quæ mihi nunc est cū Accio. Cominij dicebant id quod ego dico, Stalenum ab Oppianico pecuniam accepisse, ut iudicium corrumperet. Stalenus conciliandæ gratiæ causa se accepisse dicebat. Irridebatur hæc illius reconciliatio, & persona uiri boni suscepta, sicut in statuis inauratis, quas posuit ad Iuturnæ quibus subscripsit Reges a se in gratiā esse reductos. Exagitabantur oēs eius fraudes atq; fallaciæ, tota uita in eiusmodi rōne uersata aperiebat̄, egestas domestica, quæstus fo-

rensis in mediũ proferebatur. Nũmarius interpres pacis et cõcordiæ non probabat. Itaq; tum Stalenus cũ idem defenderet quod Accius cõdẽnatus est. Cominij cũ hoc agerent, qđ nos in tota cã ægimus, probauerũt. Quãobrem si Staleni dãnatione Oppianicũ iudiciũ corrũpere uoluisse, Oppianicũ iudici ad emẽdas sñias dedisse pecuniã, iudicatum est, cũ ita constitutũ sit, uti in illa culpa, aut Cluentius sit, aut Oppianicus, Cluentij nũmus nullus iudici datus ullo uestigio reperit, Oppianici pecunia post iudiciũ factũ a iudice ablata est, põt esse dubium, quin illa dãnatio Staleni, nõ mõ non sit contra Cluentiũ, sed maxime nostrã cãm defensionemq; confirmet. Ergo adhuc Iunij iudicium uideo esse eiusmodi, ut incursionem potius seditionis, uim multitudinis, impetum Tribunitiũ q̃ iudicium appellandum putem. Quod si quis illud iudiciũ appellet, tñ hoc confiteatur necesse est, nullo mõ illam mulctam, quæ a Iunio petita sit cũ Cluentij cã posse cõiungi. Illud igitur Iunianũ per uim factum est, Bulbi & Popilij, & Guttæ cõtra Cluentium non est, Staleni etiã p Cluẽtio. Videamus ecqđ aliđ iudicium quod pro Cluentio sit, proferre possimus. Dixit ne tandem cãm. C. Fidiculanus Falcula, qui Oppianicum cõdẽnarat, cũ præsertim id quod fuit in illo iudicio inuidiosissimũ paucos dies ex subsortitiõe sedisset. dixit, & bis qdem dixit. In summã. n. L. Quintius inuidiã cõcionibus eũ quotidianis seditiosis & turbulẽtis adduxerat, uno iudicio mulcta est ab eo petita, sicut ab Iunio qđ non suæ Decuriæ munere neq; ex lege sedisset. paulo sedatiore tpe est accusatus q̃ Iuni9, sed eadẽ fere lege et crimine, qa nulla in iudicio seditio, neq; uis, neq; turba uersata est, prima actiõe facillime est absolutus, nõ numero hãc absolutionem. Nihilominus. n. põt, ut illã mulctã nõ cõmiserit, accepisse tamẽ ob rẽ iudicandã, captam nusq̃ Stalenus eadem lege dixit, proprium crimẽ

illud quæstionis eius non fuit. Fidiculanus qd fecisset dicebat? Accepisse a Cluētio.II.S.CCCC.cuius erat ordinis? Senatorij. Qua lege in eo genere a Senatore rō repeti solet de pecunijs repetundis, ea lege accusatus honestissime ē absolutus. Acta ē.n.causa more maiorū sine ui, sine metu, sine periculo, dicta & exposita & demōstrata sunt oīa. Adducti Iud. sunt, nonmō potuisse honeste ab eo reum condemnari, qui non ꝑpetuo sedisset, sed si aliud is iudex nihil sciisset, nisi quæ præiudicia de eo facta esse constarent, audire præterea nihil debuisse. Tū etiā illi quinq; q; imperitorū hominū rumusculos aucupati tū illū absoluerūt, iam suam clementiam laudari magnopere nolebant. A quibus si qui quæreret, sedissent ne iudices in. C. Fabritium? sedisse se dicerent, si interrogarentur, num quo crimine is esset accusatus, præterq̃ ueneni eius, qđ quæsitū Habito diceretur? negarēt. Si deinde essent rogati, qd iudicassent, cōdēnasse sese dicerēt. Nemo.n. absoluit, eodē mō quæsitū si eēt de Scamandro, certe idē respondissent, tametsi ille una sententia est absolutus, sed illā unā nemo tū istorum suam dici uellet. Vter igitur facilius suæ sententiæ rationem redderet, is ne qui se & sibi, & rei iudicatæ cōstitisse dicit? an ille qui se in principē maleficij lenē, in adiutorē eius & conscios uehementissimū esse respondit? Quorū ego de sententia non debeo disputare. Neq;.n. dubito quin ij tales uiri suspitione aliqua perculsi repente de statu suo declinarent. Quare eorum qui absoluerunt misericordiā nō reprehendo, eorū qui in iudicando superiora iudicia secuti sunt, sua spōte nō Staleni fraude constantiam cōprobo. Eorū uero qui sibi non liquere dixerūt, sapientiā laudo, qui absoluere eum quem nocentissimū cognorāt, & quem ipsi bis iam antea condemnarant, nullo mō poterant, condemnare cū tanta cōsilij infamia, & tā atrocis rei suspitio esset iniecta, paulo posterius

patefacta re maluerunt. Ac ne ex facto solũ sapientes illos iudicetis, sed etiã ex hominibus ipsis quod ij fecerint rectissime ac sapientissime factũ probetis. quis. P. Octauio Balbo ingenio prudentior? iure peritior? fide, religiõe, officio, diligentior? aut sanctior cõmemorari potest? nõ absoluit. Quis. Q. Considio cõstantior? Quis iudiciorum atq; eius dignitatis, quæ in iudicijs publicis uersari debet peritior? Quis uirtute, cõsilio, auctoritate, præstãtior? ne is quidem absoluit. longũ est de singulorũ uirtute ita dicere. Quæ quia cognita sunt ab omnibus, uerborum ornamenta non quærũt. Qualis uir Marcus Iuuentius Pedo fuit ex uetere illa Iudicũ disciplina? Qualis Lucius Caulius Mergus. M. Basilius. C. Caudinus? qui omnes in iudicijs publicis iam tũ florente. R. P. floruerũt. Ex eodem numero. L. Cassius. Cn. Neuius pari & integritate & prudentia, quorum nullius sentẽtia est Oppianicus absolutus, atq; ex his omnibus natu minimus, ingenio & diligentia & religiõe par ijs quos antea cõmemoraui. P. Saturius in eadem sentẽtia fuit. O innocentiam Oppianici singularem, quo in reo qui absoluit ambitiosus, qui distulit cautus, qui condemnauit constans existimatur. Hæc tum agitante Quintio, neq; in concione, neq; in iudicio demonstrata sunt. Neq; enim ipse dici patiebatur, nec per multitudinem concitatam consistere cuiquã in dicendo licebat. Itaq; ipse postq̃ Iunium peruertit, causam totam reliquit. Paucis enim diebus illis & ipse priuatus est factus, & hominum studia deferbuisse intelligebat, q̃ si per quos dies Iuniũ accusauit, Fidiculanũ accusare uoluisset, respõdẽdi Fidiculano potestas facta nõ esset. Ac primo quidẽ oĩbus illis iudicibus qui Oppianicum cõdẽnarant minabatur. Iã insolentiã noratis hoĩs, noratis aĩos eius, ac spiritus tribunitios. qđ erat odiũ dij immortales?

quæ superbia? quāta ignoratio sui, q̄ grauis atq; intolerabilis arrogantia? qui illud etiā ipm̄ acerbe tulerit, ex quo illa nata sunt oīa, non sibi ac defensioni suæ cōdonatum esse Oppianicum. Proinde quasi nō satis signi eē debuerit ab oībus eū fuisse desertū, qui se ad patronū illū cōtulisset. Erat eñ Romæ summa copia patronorū hoīm eloquentissimorū, atq; amplissimorū, quorū certe aliquis defendisset equitem Romanū in municipio suo nobilē, si honeste putasset eiusmodi causam posse defendi. Nā Quintius quidem quā causam unquā antea dixerat, cum annos ad quinquaginta natus esset? quis eū unquā non modo in patroni, sed in laudatoris, aut aduocati loco uiderat. Quid? q̄ rostra iam diu uacua, locumq; illū post aduētum Lucij Syllæ a tribunitia uoce desertum oppresserat? multitudinemq; iam desuefactam a concionibus, ad ueteris consuetudinis similitudinē reuocauerat? Icirco cuidam hominum generi paulisper iucundior fuit. atque idē q̄to in odio postea suis illis ipsis fuit, p quos in altiorem locum ascenderat? nec iniuria. Facite. n. ut non solum mores eius & arrogantiam, sed etiā uultū atq; amictū, atq; illā usq; ad talos demissam purpurā recordemini. Is quasi non esset ullo modo ferēdum se ex iudicio discessisse uictum, rem a subsellijs in rostra detulit, & iā querimur sæpe hominibus nouis non satis magnos in hac ciuitate esse fructus? Nego usq; fuisse maiores, ubi si quis ignobili loco natus ita uiuat, ut nobilitatis dignitatem uirtute tueri posse uideatur, usq; eo peruenit, quoad eū industria eum innocentia prosecuta est. Si quis autē hoc unonititur, q̄ sit ignobilis, procedit sæpe lōgius, q̄ si ille idem esset cū ijsdem suis uitijs nobilissimus, ut Quintius. Nihil eñ dicam de cæteris, si fuisset homo nobilis, quis eum cū illa superbia atq; intolerātia ferre potuisset? q̄ eo loco fuit, ita tulerunt, ut si quid haberet in natura boni, prodesse ei puta-

rent oportere. Superbiam autem atq; arrogantiam eius de ridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, q̃ pertimescendam. Sed ut illuc reuertar, quo tempore Fidiculanus est absolutus, tu qui ea iudicia facta commoras, quæro quid tum esse existimas iudicatum? certe gratis iudicasset. At condemnarat, at causam totam audierat, at in concionibus omnibus a Lucio Quintio uehementer erat & sæpe uexatus. Illa igitur omnia Quĩtiana iniqua, falsa, turbulenta, popularia, seditiosa iudicia fuerunt. Esto potuit esse innocens Falcula. iam ergo aliquis Oppianicũ gratis condemnauit. Iam non eos Iunius subsortitus ẽ, qui pecunia accepta cõdemnarent. Iam potuit aliquis ab initio non sedisse, & tamen Oppianicum gratis condemnasse. Verum si innocens Falcula, quæro quis nocens? si hic gratis condemnauit, quis accepit? Nego rem esse ullam in quenq; illorum obiectam, quæ Fidiculano obiecta non sit, nego aliquid fuisse in Fidiculani causa, quod idem non esset in cæterorum, aut hoc iudicium reprehẽdas tu, cuius accusatio rebus iudicatis inniti uidebatur, necesse est, aut si hoc uerum esse concedis, Oppianicum gratis condemnatum esse fateare, quãq; satis magno argumento esse debet, quod ex tam multis iudicibus absoluto Falcula, nemo reus factus est. Quid enim mihi dãnatos ambitus colligitis alia lege, certis criminibus, plurimis testibus, cum primũ illi ipsi debuerint potius accusari de pecunijs repetũdis, q̃ ambitus. Nam si in ambitus iudicijs hoc his obfuit, cum & alia lege causam dicerent, certe si propria lege huius peccati adducti eẽnt, multo plus obfuisset. Deĩde si tãta uis fuit istius criminis, ut qua q̃sq; lege ex illis iudicibus reus fact⁹ eẽt, tamen hac plaga periret, cur in tanta multitudine accusatorum tantis præmijs cæteri rei facti non sunt? hic profert, id quod iudiciũ appellare nõ oportet. P. Septimio Scæuolæ

litem eo noie esse æstimatam. Cuius rei quæ cõsuetudo sit, qm̃ apud homies peritissimos dico, pluribus uerbis docere nõ debeo. Nunquã.n.ea diligentia quæ solet adhiberi in cæteris iudicijs, eadẽ reo dãnato adhibẽda est. In litibus æstimandis fere iudices aut ꝙ sibi eũ quem semel cõdemnauerunt, inimicum putant esse, si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt, aut quod se perfunctos iam esse arbitrãtur, eum de reo iudicarunt, negligentius attendũt cætera. Itaq; & maiestatis absoluti sunt permulti, quibus damnatis de pecunijs repetũdis lites essent æstimatæ. Et hoc quotidie fieri uidemus, ut reo damnato de pecunijs repetũdis ad quos peruenisse pecunias in litibus æstimandis statutũ sit, eos illi iudices absoluant. Quod cum fiat, non iudicia rescinduntur, sed hoc statuitur, æstimationem litium non esse iudicium. Scæuola cõdẽnatus est alijs criminibus frequentissimis Apuliæ testibus. omni contentione pugnatũ est, ut lis hæc capitis æstimaretur, quæ res si rei iudicatæ pondus habuisset, ille postea uel ijsdem uel alijs inimicis reus hac lege ipsa factus esset. Seqtur id quod illi iudiciũ appellant, maiores autem nostri nunquã neq; iudicium nominauerunt, neque perinde ut rem iudicatã obseruarunt, animaduersionem atq; auctoritatem Censoriam, qua de re anteq̃ dicere incipio, perpauca mihi de meo officio uerba facienda sunt, ut a me cum huiusce periculi, tum cæterorum quoq; officiorum & amicitiarum ratio, confirmata esse uideatur. Nam mihi cum uiris fortibus, qui Censores proxime fuerũt, ambob⁹ est amicitia. Cũ altero uero sicuti & pleriq; uestrum sciunt magnus usus & summa utriusq; officij constituta necessitudo est. Quare quicquid de subscriptionib⁹ eorũ mihi dicendum erit, eo dicã animo, ut omnem orationẽ meã non de illorum facto, sed de ratione Censoria habitam existimari uelim. A lentulo autem familiari meo, qui a

me pro eximia sua uirtute, summisq; honoribus, quos a Populo Ro. adeptus est, honoris causa nominatur, facile hoc iudices impetrabo, ut quam ipse adhibere consueuit in amicorum periculis cũ fidem & diligẽtiam, tum uim animi libertatemq; dicendi in hac mihi concedat, ut tantum mihi sumã, quantum sine huius periculo præterire non possum. a me tñ ut æquũ est, oĩa caute pedetentimq; dicent̃, ut neq; fides huius defensionis relicta, neq; cuiusquam aut dignitas læsa, aut amicitia uiolata esse uideatur. Video igitur iudices aiaduertisse Censores in iudices quosdã illius cõsilij Iuniani, cũ istam ipam cãm subscriberẽt. hic primum illud cõmune proponã, nunquã aiaduersionibus Cẽsorijs hanc ciuitatem ita contentam, ut rebus iudicatis fuisse. Neq; in re nota cõsumam tẽpus exemplis. Ponam illud unũ. C. Gut tam cũ a. L. Metello & Cn. Domitio censoribus ex Senatu eiectus esset, Cẽsorẽ ipm postea esse factũ, & cuius mores a Censoribus erãt reprehensi, hũc postea & Populi Romani, & eorũ qui in ipm aiaduerterãt, moribus præfuisse. q si illud iudicium putaretur, ut cæteri turpi iudicio damnati in perpetuũ omni honore ac dignitate priuantur, sic hominibus ignominia notatis, neq; ad honorẽ aditus, neque in curiam reditus esset. Nunc si quem. Cn. Lentuli, aut. L. Gellij libertus furti cõdemnarit, is oĩbus ornamentis amissis nunquam ullam honestatis suæ partẽ recuperabit, quos autẽm ipẽ. L. Gellius, aut. Cn. Lentulus duo Cẽsores clarissimi uiri sapiẽtissimiq; homines furti & captarum ipsarũ pecuniarum nomine notauerũt, nõmodo in Senatum redierunt, sed etiam illarum pecuniarum nomine iudicijs absoluti sunt. neminem uoluerũt maiores nostri nõmodo de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. Quapropter in omnibus legibus quibus exceptum est, de q

bus causis aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominiæ causa prætermissa est. timoris enim causam nō uitæ pœnā in illa potestate esse uoluerunt. Itaque nō solum iudices ostendā quod iam uidetis Populi Romani suffragijs sæpenumero Censorias subscriptiones esse deletas, uerumetiam iudicijs eorū qui iurati statuere maiore cū religione & diligentia debuerūt. Primum iudices Senatores equitesq; Ro. in compluribus iam reis, quos contra legem pecunias accepisse subscriptum est, suæ potius religioni, quā Censoriæ opinioni paruerūt. Deinde Pr. Vr. qui iurati debent optimū quenq; in se lectos iudices referre, nunq̄ sibi ad eam rem Censoriā ignominiam impedimento esse oportere duxerunt. Censores deniq; ipsi sæpenumero superiorum Censorū iudicijs (si ista iudicia appellari uultis) non steterunt. Atq; etiam ipsi inter se Cēsores sua iudicia tanti esse arbitrātur, ut alter alterius iudiciū nōmodo reprehendat, sed etiā rescindat. ut alter de Senatu mouere uelit, alter retineat, & ordine amplissimo dignū existimet, ut alter in ærarium referri, aut tribu moueri iubeat, alter uetet. Quare qui uobis in mētē uenit hæc appellari iudicia? quæ a Populo Ro. rescidi, ab iuratis iudicibus repudiari, a magistratibus negligi, ab his qui eandē potestatē adepti sunt cōmutari, & inter collegas discrepare uideatis? Quæ cum ita sint, uideamus quid tandē Cēsores de illo iudicio corrupto iudicasse dicant, ac primū illud statuamus, Vtrū quia Cēsores subscripserint, ita sit? an quia ita fuerit, illi subscripserint. Si ideo quia subscripserint, uidete quid agatis, ne in unūquēq; nostrum Cēsoribus in posterum potestatem regiam permittatis, ne subscriptio Censoria non minus calamitatis ciuibus, quā illa acerbissima proscriptio possit afferre, ne Censoriū stilum, cuius mucronem multis remedijs maiores nostri retuderunt, æque posthac

atque illum dictatorium gladium pertimescamus. Sin autem quod subscriptum est, quia uerum est, iccirco grave debet esse, hoc quæramus uerum sit an falsum. Remoueantur au-ctoritates Censoriæ, tollatur id ex cã quod in cã nõ est. Do-ce quã pecuniã Cluentius dederit, unde dederit. quẽadmo dum dederit, unum denique aliquod a Cluentio profectæ pe cuniæ uestigium ostende. Vince deinde uirum bonum fuis-se Oppianicum, hominem integrũ, nihil de illo unquam secus esse existimatum, nihil denique præiudicatum, tum auctori-tatem Censoriam amplexator, tum illorum iudicium cũ re coniunctum esse defendito. Cum uero eum fuisse Oppiani-cum constabit, qui tabulas publicas municipij sui corrupis-se iudicatus sit, qui testamentũ interleuerit, qui supposita persona falsum testamentum obsignandum curarit, qui eũ cuius nomine id obsignatum est, interfecerit, qui auuncu-lum filij sui in seruitute ac uinculis necarit, qui municipes suos proscribendos occidendosque curarit, qui eius uxorem quem occiderat, in matrimonium duxerit, qui pecuniam pro potione dederit, qui socrum, qui uxorem, qui hoc tempore fratris uxorem, speratosque liberos, fratremque ipsum, qui de nique suos liberos interfecerit, qui cum uenenum priuigno suo quæreret, manifesto sit deprehensus, cuius ministris cõ sciisque damnatis ipse adductus in iudicium pecuniam iudi ci dederit ad sententias iudicum corrumpendas. Dum hæc inquã de Oppianico constabunt, nec ullo argumento Clu-entianæ pecuniæ crimen tenebitur, quid est quod te ista Cẽ soria siue uoluntas, siue opinio fuit, adiuuare, aut hũc inno centem opprimere posse uideatur? Quid igitur Cẽsores se cuti sunt? ne ipsi quidem ut grauissime dicã quicquã aliud dicent, præter sermonẽ atque famã. Nihil se testibus, nihil ta bulis, nihil graui aliquo argumento cõperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent. Quod si ita fecissent, tamen

ita non id fixum esse deberet, ut conuelli nõ liceret. nõ utar exemplorũ copia, quæ summa est, nõ rem ueterẽ, nõ hominẽ potentẽ aliquẽ aut gratiosum proferã. Nuper hoiem tenuẽ scribam æditituũ Detium Matriniũ cum defendissem apud M. Iuniũ & Q. Publiciũ prætores, & M. Pletoriũ. C. Flaminium ædiles curules, persuasi ut scribam iurati legerẽt, eum quẽ ydem isti Censores ærarium reliquisse subscripserunt. Cũ. n. in hoie nulla culpa reperiretur, qd ille meruisset, non quid de eo statutũ esset quærendum esse duxerunt. Nã hæc quidẽ quæ de iudicio corrupto subscripserunt, qs est qui ab illis satis cognita & diligenter iudicata arbitret? In. M. Aquilium & in. T. Guttam uideo esse subscriptum. Quid est hoc duos esse corruptos solos pecunia? quid cæteri? uidelicet gratis condemnarunt, non est igitur circũuentus, non est oppressus pecunia, non ut illæ Quintianæ conciones habebantur, oẽs qui Oppianicum cõdemnarunt, in culpa sunt ac suspitione ponendi, duos solos uideo auctoritate Censorũ affines ei turpitudini iudicari, nam ut illud afferant, nihil est quod de iis duobus habuerint compertũ, de cæteris comperisse. Nam illud quidem minime probãdũ est, adnotationes auctoritatemq; Censoriã, exemplũ illos a cõsuetudine militari trãstulisse. Statuerunt. n. ita maiores nostri, ut si a multis esset flagitiu; rei militaris admissum, sortitiõe in quosdam aiaduerteretur, ut metus uidelicet ad oĩs, pœna ad paucos perueniret. quod idẽ facere Censores in delectu dignitatis, & in iudicio ciuiũ, & in aiaduersiõe uitiorũ q cõuenit? Nã miles qui locũ nõ tenuit, q hostiũ impetum uimq; pertimuit, põt idem postea & miles esse melior, & uir bonus, & ciuis utilis. Quare ne in bello propter hostium metũ delinqueret, amplior ei mortis & supplicij metus est a maioribus constitutus, ne aũt nimiũ multi pœnã capitis subirent, iccirco illa sortitio cõparata est. Hoc tu

idem facies Censor in Senatu legendo, si erũt plures q̃ ob innocentem condemnandum pecuniã acceperint, ut nõ animaduertas in oẽs? sed carpes, ut uelis? & paucos ex multis ad ignominiã sortiere? habebit igitur te sciente & uidente Curia Senatorem. Po. Ro. Iudicem, resp. ciuẽ sine ignominia quenquã? qui ad perniciem innocentis fidẽ suam & religionẽ pecunia commutarit, & qui precio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos ciui innocenti, is Cẽsoriæ seueritatis nota nõ inuretur? Tu es prefectus moribus? tu magister ueteris disciplinæ & seueritatis? si aut retines quenquã sciens in Senatu scelere tanto contaminatum, aut statuis quis in eadem culpa sit non eadẽ pœna affici oportere cõuenire, et quã cõditionẽ supplicij maiores bello timiditati militis ꝓpositã esse uoluerũt, eandẽ tu in pace constitues improbitati Senatoris? Q̃d si hoc exẽplũ ex re militari ad animaduersionẽ Cẽsoriã trãsferendũ fuit, sortitiõe id ip̃m factũ esse oportuit, sin autẽ sortiri ad pœnã & hoĩm delictũ fortunæ iudicio cõmittere minime Cẽsoriũ est, certe in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam & turpitudinem nõ oportet. Verum omnes intelligimus in istis subscriptionibus uentum quendã popularem esse q̃situm. Iactata res erat in cõcione a Tribuno seditioso, incognita cã probatum illud erat, multitudinẽ multitudini illicitum erat contradicere, nemo deniq; ut defenderet contrariã partẽ, laborabat. In inuidiã porro magnã illa iudicia uenerant, & eñ paucis postea mensibus alia uehemẽs erat in iudicijs ex notatione tabularum inuidia uersata, prætermitti a Censoribus & negligi macula iudiciorũ posse nõ uidebatur, hoĩes quos cæteris uitijs atq; oĩ dedecore infames uidebant, eos hac quoq; subscriptione notare uoluerunt, & eo magis q̃d illo ip̃o tp̃e illis Censoribus erãt iudicia cũ equestri ordine communicata, ut uiderentur ꝑ hoĩm idoneorũ ignominiam

sua auctoritate illa iudicia cũ equestri ordine reprehẽdisse. Quod si hãc apud eos ipsos Censores mihi aut alij causam agere licuisset, hoĩbus tali prudentia certe probauissem, res.n.indicat nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti, ex tota ipsa subscriptiõe, rumorẽ quendã & plausum popularem esse quæsitũ. Nã in.L.Popiliũ q Oppianicũ cõdemnarat, subscripsit.L.Gellius, quod is pecuniam accepisset, quo innocentẽ cõdẽnaret. Iam id ipsum quãtæ diuinationis est scire innocẽtem fuisse reũ, quẽ fortasse nũq̃ uiderat, cũ homines sapientissimi iudices, ut nihil dicã de ijs q condẽnarũt, cã cognita sibi dixerint nõ liquere. Verũ esto, condẽnat Popiliũ Gellius. iudicat accepisse a Cluẽtio pecuniã, negat hoc Lentulus, nã Popiliũ quod erat Libertini filius in Senatum nõ legit, locum quidem Senatoriũ ludis & cætera ornamenta reliquit, & eũ omni ignominia liberat, quod cũ facit, iudicat eius sententia gratis esse Oppianicũ condemnatum, & eundem Popiliũ postea Lẽtulus in ambitus iudicio pro testimonio diligentissime laudat. Quare si neq̃ L.Gellij iudicio stetit Lẽtulus, neq; Lentuli æstimatiõe cõtentus fuit Gellius, & si uterq̃ Cẽsor Cẽsoris opinioni stãdum nõ putauit, quid est quãobrẽ quisq̃ nostrũ Censorias subscriptiones oẽs fixas, & in ppetuũ ratas putet esse oportere? at in ipsum Habitũ aĩaduerterũt nullã quidẽ ob turpitudinem, nullũ ob totius uitæ nõ dicã uitiũ sed erratũ. Neq̃ .n.hoc hoĩe sanctior, neq; probior, neq; in omnibus officijs retinendis diligentior esse quisq̃ põt. neq; illi aliter dicũt, sed eandem illam famam iudicij corrupti secuti sunt, neq̃ ipsi secus existimant q̃ nos existimari uolumus de huius pudore, integritate, uirtute. sed putarunt prætermitti accusatorem non potuisse, cũ animaduersum esset in iudices. Qua de re tota si unum factum ex oĩ antiquitate protulero, plura non dicam. non.n.mihi exemplum summi & clarissimi uiri.

rissimi uiri. P. Affricani prætereundũ uidetur, qui cũ esset Censor, & in equitũ censu. C. Licinius sacerdos prodiisset, clara uoce ut oĩs concio audire posset, dixit se scire illũ uerbis conceptis peierasse, si qui cõtradicere uellet, usurũ esse tũ suo testimonio. Deinde cũ cõtra nemo diceret, iussit equũ traducere. Itaq; is cuius arbitrio & Po. Ro. & exteræ gentes contentæ esse consuerant, ipse sua conscientia ad ignominiam alterius contentus nõ fuit. Quod si hoc Habito facere licuisset, facile illis ipsis iudicibus & falsæ suspicioni, & inuidiæ populariter excitatæ restitisset. Vnum est ẽt qđ maxime me cõturbat, cui loco respondere posse uix uideor, quod elogiũ recitasti de testamẽto. Cn. Egnatii patris hoĩs honestissimi uidelicet et sapiẽtissimi, ieicirco se exhæredasse filium, q̃ is ad Oppianici damnationem pecuniã accepisset, de cuius hominis leuitate & inconstantia plura non dicã, hoc testamentũ ipsum quod recitas eiusmodi est, ut ille cum eum filium exhæredaret, quẽ oderat, ei filio cohæredes homines alienissimos cõiungeret, quẽ diligebat. Sed tu Acci consideres censeo diligenter, utrum Censorum iudicium graue uelis esse, an Egnatii? si Egnatii, leue est qđ Censores de cæteris subscripserunt, ipsum. n. Cn. Egnatiũ, quem tu grauem esse uis, ex Senatu eiecerunt, sin aũt Censorũ, hunc Egnatium quem pater Censoria subscriptione exhæredauit, Censores in Senatu cum patrem eiicerent, retinuerunt. At. n. Senatus uniuersus iudicauit illud corruptũ esse iudiciũ, q̃uo suscepit causam? an potuit rem delatã eiusmodi repudiare? cum Tr. Ple. populo concitato rem pene ad manus uocauisset? cur uir optimus, & homo innocentissimus pecunia circũuentus esse diceretur? cũ inuidia flagraret ordo Senatorius, potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis sine summo periculo reip. repudiari? At qđ est decretũ, q̃ iuste? q̃ sapienter? q̃ diligenter? si q sunt

quorum opera factum sit, ut iudicium publicum corrumperetur, utrum uidetur Senatus id factum iudicare, an si factum sit, moleste grauiterq; ferre? Si ipse. A. Cluentius sententiam de iudicijs rogaretur, aliā non diceret, atq; ij dixerunt quorum sententijs Cluentium condemnatum esse dicitis. Sed quæro a uobis, num istam legē ex isto Senatuscōsulto. L. Lucullus cōsul homo sapientissimus tulerit? Num anno post. M. Lucullus, & C. Cassius, in quos cum cōsules designatos idem illud Senatus decreuerit, nō tulerunt? & quod tu Habiti pecunia factū eē arguis, neq; id ulla tenuissima suspitione confirmas, factum est primum illorū æquitate & sapiētia consulum, ut id quod Senatus decreuerat, ad illud inuidiæ præsens incendium restinguendum, id postea perferendū ad populū non arbitrarentur, ipse deinde Po. Ro. qui. L. Quintij Tri. Pl. fictis querimonijs antea concitatus, rem illam & rogationem flagitarat, idem. C. Iunij filij pueri parui lachrymis cōmotus, maximo clamore, & cōcursu totā illā legē & quæstionem repudiauit. Ex quo intelligi potuit, id quod sæpe dictum est, ut mare quod sua natura tranquillū sit, uentorū ui agitari uidemus atq; turbari, sic & Po. Ro. sua sponte esse pacatū, hominū seditiosorum uocibus, & uiolentissimis tēpestatibus concitari. Est ēt reliqua permagna auctoritas, quam ego turpiter pene pterij. Mea. n. esse dicitur, recitauit ex oratiōe nescio qua Accius, quā meam esse dicebat, cohortationē quandā iudicū ad honeste iudicandū, & cōmemorationē, tum illorū iudiciorū, quæ pbata nō essent, tū illius ipsius iudicij Iuniani, perinde quasi ego nō ab initio huius defensiōis dixerim inuidiosum illud fuisse iudiciū, aut cū de infamia iudiciorū disputarem, potuerim illud qđ tā populare esset, in illo tpe præterire. Ego uero si qd eiusmodi dixi, neq; cognitū cōmemoraui, neq; pro testimonio dixi, & illa oratio potius tpis

mei, q̃ iudicij & authoritatis fuit. Cũ.n. accusarẽ, & mihi initio ꝓposuissem, ut animos & Po.Ro.& iudicũ cõmouerẽ, cũq; oẽs offẽsiones iudiciorum nõ ex mea opinione, sed ex hominũ rumore proferrẽ, istã rem q̃ tã populariter esset agitata, præterire non potui. Sed errat uehementer si qs in orationibus nostris quas habuimus in iudicijs, authoritates nostras consignatas se habere arbitratur. Omnes enim illæ orationes causarum ac temporum sunt, non hominum ipsorũ aut patronorum, nam si causæ ipsæ pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur, ut ea dicamus, non quæ nostra authoritate constituantur, sed quæ ex re ipsa causáq; ducãtur. Hominem ingeniosum. M. Antonium aiũt solitum esse dicere, iccirco se nullam unq̃ orationem scripsisse, ut si quid aliq̃n quod nõ opus esset, ab se esset dictũ, posset se negare dixisse, ꝑinde quasi qd a nobis dictum aut actum sit, id nisi litteris mãdauerimus, hominũ memoria nõ cõprehendat. Ego uero in isto genere libẽtius cũ multorũ, tũ hoïs eloquẽtissimi, & sapiẽtissimi. L. Crassi authoritatẽ sequor, q cũ. L. Plãciũ defenderet accusante. M. Bruto hoïe in dicẽdo uehemẽti & callido, cũ Brutus duobus recitatoribus cõstitutis ex duabus eius orationibus capita alterna inter se cõtraria recitãda curasset, qđ in dissuasione rogationis eius, q̃ cõtra Coloniã Narbonẽsem ferebatur, quantum potest de authoritate Senatus detrahit. In suasiõe legis seruiliæ summis ornat Senatum laudibus, & multa in Eqtes Ro. cũ ex ea oratiõe asperiꝰ dicta recitasset, quo animi illorũ iudicũ in Crassum incenderentur, aliquãtum esse commotus dicitur. Itaq; in respondendo primum exposuit utriusq; rationem temporis, ut oratio ex re & cã habita uideretur. deinde ut intelligere posset Brutus, quẽ hoïem, & nõ solum qua eloquẽtia, uerumetiam quo lepore, & quibus facetijs præditũ lacessisset, tres & ipse excitauit

recitatores cum singulis libellis, quos .M.Brutus pater il-lius accusatoris de iure ciuili reliquit. Eorũ initia cũ recita-rentur, ea quae uobis nota esse arbitror, forte euenit, ut ru-ri in Priuernate essemus ego & Brutus filius, fundũ Pri-uernatẽ flagitabat. In albano eramus ego & Brutus fi⁹, Albanum poscebat. In Tyburti forte cum assedissemus, Ty-burtẽ fundũ reqrebat. Brutũ aũt hoiem sapientẽ, ꝙ filij ne-quitiã uideret, quae praedia ei relinqret, testificari uoluisse dicebat, ꝙ si potuisset honeste scribere se in balneis cum id aetatis filio fuisse nõ praeterijsset, eas se tamẽ ab eo balneas nõ ex libris patris, sed ex tabulis & ex cẽsu quaerere. Cras-sus tum ita Brutum ultus est, ut illũ recitationis suae poeni-teret. Moleste .n. fortasse tulerat se in his orationibus rephẽ-sum, quas de Repu. habuisset, in quibus forsitan magis re-quirat cõstantia. Ego aũt illa recitata nõ moleste fero. Neq; eñi ab illo tpe quod tum erat, neq; ab ea cã, quae tum ageba-tur aliena fuerũt, neq; mihi quicq̃ oneris suscepi, cum ista dixi, quo minus honeste hanc cãm & libere possem defen-dere. ꝙ si uelim confiteri me cãm. A. Cluentij nunc cogno-scere, antea fuisse in illa opinione populari, quis tandem id possit reprehẽdere? praesertim iudices cũ a uobis quoq; ipsis hoc impetrari sit aequissimum, quod ego et ab initio petiui, & nunc peto, ut si quam huc grauiorem de illo iudicio opi-nionem attulistis, hãc cã perspecta, atq; omni ueritate co-gnita deponatis. nũc qm̃ ad omnia quae abs te dicta sunt. T. Acci de Oppianici damnatione respondi, confiteare necesse est, te opinionem multũ fefellisse, ꝙ existimaris me causam. A. Cluentij nõ facto eius, sed lege defensurũ, nam hoc per-saepe dixisti, tibi sic renũciari, me habere in animo cãm hãc praesidio legis defendere. Ita ne est? ab amicis uidelicet im-prudentes prodimur, & est nescio quis de his quos amicos nobis arbitrabamur, qui nostra consilia ad aduersarios de-

ferat. Quisnam tibi hoc renũciauit? quis tã improbus fuit? Cui aũt ego narraui? nemo ut opinor in culpa est. Sed nimirũ tibi istuc lex ipsa renũciauit. Sed num tibi ita defendisse uideor, ut tota in eã mentionẽ ullam fecerim legis? nũ secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur? certe ut hominẽ confirmare oportet, null9 est a me purgandi locus istius inuidiosi criminis prætermissus. Quid ergo est? quæret fortasse quispiã, displiceat ne mihi legum præsidio a capite periculũ propulsare? Mihi uero iudices nõ displicet, sed utor instituto meo in hominis honesti prudẽtisq; iudicio, nõ solũ meo iudicio uti consueui, sed multum etiã eius quem defendo & cõsilio & uoluntati obtempero. Nã ut hæc ad me causa delata est, qui leges eas ad quas adhibemur, & in quibus uersamur, nosse deberẽ dixi Habito statim de eo qui coisset, quo qs cõdẽnaretur, illum esse liberum. Teneri aũt nostrũ ordinẽ, atq; ille me orare, atq; obsecrare cœpit, ut ne sese lege defenderem. Cum ego quæ mihi uiderentur, dicerẽ, traduxit me ad suam sententiã. Affirmabat enim lachrymĩs nõ se cupidiorẽ esse ciuitatis retinẽdæ, q̃ existimatiõis, morem homini gessi, & tñ iccirco feci. (Neq;.n.id semper facere debemus) q uidebã per seipsam causam sine lege copiosissime posse defendi. Videbã in hac defensiõe, qua iam sum usus plus dignitatis, in illa qua me hic uti noluit, minus laboris futurũ. q si nihil aliud esset actũ, nisi ut hãc causam obtinerẽ, lege recitata perorassem, neq; me illa oratio cõmoueret, q ait Accius, indignũ esse facinus, si Senator iudicio quenq̃ circũueniret legibus eum teneri, si eques Ro. hoc idem fecerit non teneri. Vt tibi concedam hoc indignum esse quod eiusmodi sit, iam uidero, tu mihi concedas necesse est multo esse indignius in ea ciuitate, quæ legibus teneatur, discedi a legibus. Hoc enim uinculũ est huius dignitatis qua fruimur in repu. hoc funda

mentum libertatis, hic fons æquitatis, mens, & animus, et consiliũ, & sententia ciuitatis posita est in legibus. ut corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege suis partibus et neruis ac sanguine & mẽbris uti non potest, legũ ministri magistratus, legũ interpretes iudices, legum deniq; iccirco omnes serui sumus, ut liberi esse possimus. Quid est. Q. Naso, cur tu in hoc loco sedeas? q̃ uis est, qua abs te hi iudices tali dignitate præditi coerceantur? Vos autem iudices quamobrem ex tanta multitudine ciuium tam pauci de hominum fortunis sententiam fertis? quo iure Accius quæ uoluit dixit? cur mihi tã diu dicendi potestas datur? Quid sibi autem illi scribæ? quid lictores? quid cæteri quos apparere huic q̃stioni uideo, uolũt? opinor hæc oĩa lege fieri, totũq; hoc iudiciũ, ut antea dixi, quasi mente quadam regi legis, & administrari. Quid ergo est? hæc quæstio sola ita gubernatur? quid. M. Pletorij, et. C. Flaminij inter sicarios? quid. C. Orchinij peculatus? quid mea de pecunijs repetundis? quid. C. Aquilij, apud quem nunc de ambitu causa dicitur? quid reliquæ q̃ones? Circũspicite oẽs. R. P. partes, omnia legum imperio & præsidio fieri uidebitis. Si quis apud me te. T. Acci reum uelit facere, clames te lege pecuniarum repetundarũ nõ teneri, neq; tua hæc recusatio confessio sit captæ pecuniæ, sed laboris, sed periculi non legitimi declinatio. Nunc quid agatur, & quid abs te iuris cõstituatur, uide. Iubet ea lex, qua lege hæc quæstio cõstituta est, iudicem q̃onis, hoc est. Q. Voconium cũ istis iudicibus, qui ei obuenerint, uos cõpellat iudices quærere de ueneno, in quẽ quærere? īfinitũ est, quicũq; fecerit, uẽdiderit, emerit, habuerit, dederit. q̃d eadẽ lex statim adiũgit, recita, deq; eius capite quoq; q̃rito, cui? q̃ coierit, cõuenerit, nõ ita est. Quid ergo est? dic. Qui tribunos militum legionib⁹ quattuor primis, q̃ ue quæstores. Tr. Pl. deinceps oĩs magistratus noĩarat, q̃

ue in Senatu sniam dixit, dixerit, quid tũ? qui eorũ coit, coierit, conuenit, cõuenerit, quo qs iudicio publico, cõdẽnaretur, qui eorũ, quorũ? uidelicet qui suprascripti sunt, qd interest utro mõ scriptũ sit, & si est cõpertũ, tñ ipsa lex docet. Vbi.n.oẽs mortales alligat, ita loquitur. q uenenũ malum fecit, fecerit, oẽs uiri, mulieres, liberi, serui, in iudiciũ uocãtur, si itẽ de coitione uoluisset, adiunxisset, qui ue coierit. Nunc ita est, deq; eius capite q̃rito, qui magistratũ habuerit, qui ue in Senatu sniam dixerit, qui eorum coit, coierit. Num is est Cluentius? certe non est, qs ergo est Cluẽtius, qui tamẽ defendi cãm suã lege nolit. Itaq; abijcio legẽ, morem Cluentio gero, tibi tñ Acci pauca, quæ ab huius cã seiuncta sunt, respondebo. Est enim quiddam in hac causa, q Cluẽtius a se aliquid quod ego ad me putem pertinere, hic putat sua interesse, se re ipsa & gesto negocio, nõ lege defendi. Ego aũt mea existimo interesse, me i nulla disputatione ab Accio uideri superatum esse. Non enim mihi hæc cã sola dicẽda est, omnibus hic labor meus propositus est, quicunq; hac facultate defensionis contenti esse possunt, nolo quẽq; eorũ qui assunt, existimare me quæ de lege ab Accio dicta sunt, si reticuerim, cõprobare. Quãobrem Cluenti de te tibi obsequor, neq; ego legem recito, neq; hoc loco pro te dico, sed ea quæ a me desiderari arbitror, non relinquam. Iniquum tibi uidetur Acci esse, non ijsdem legibus omnes teneri, primum ut id iniquissimum esse confitear, huiusmodi est, ut commutatis eis opus sit legibus, non ut ijs quæ sunt, non pareamus. Deinde quis unquam hoc Senator accusauit? ut cũ altiorẽ gradũ dignitatis beneficio. Po. Ro. esset consecutus, eo se putaret durioribus legum conditionibus uti oportere? Quã multa sunt cõmoda, quibus caremus, q̃ multa molesta ac difficilia quæ subimus, atq; hæc omnia tantũ honoris & amplitudinis commodo compen-

ſantur. Conuerte nunc ad equeſtrem ordinem, atq; in cæteros ordines, eaſdem uitæ conditiones non perferent. Putāt enī minus multos ſibi laqueos legum & cōditionū ac iudiciorum propoſitos eſſe oportere, qui ſummū locū ciuitatis, aut non potuerunt aſcendere, aut non petiuerunt, atq; ut omittam leges alias omnes quibus nos tenemur, cæteri aūt ſunt ordines liberati, hanc ipſam legem ne quis iudicio circunueniretur. C. Gracchus tulit, eam legem pro plebe non in plebem tulit. Poſtea. L. Sylla homo a populi cauſa remotiſſimus, tñ cū eius rei quæſtionē hac ipſa lege cōſtitueret, qua uos hoc tēpore iudicatis. Po. Ro. quem ab hoc genere liberū acceperat, alligare nouo quæſtionis genere auſus nō eſt. Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet, pro illo odio qđ habuit in equeſtrem ordinē, nihil feciſſet libētius, q̄ oēm illā acerbitatē proſcriptionis ſuæ, in equeſtres iudices in hanc unā quæſtionē obtuliſſet. Nec nunc quicq̄ agitur, mihi credite, iudices & proſpicite id quod ꝓuidendum eſt, niſi ut equeſter ordo in huiuſce legis periculum includatur, neq; hoc agitur ab oībus, ſed a paucis. Nam ij Senatores q̄ ſe facile tuentur integritate & innocentia, quales ut uere dicā uos eſtis, & cæteri qui ſine cupiditate uixerūt, Equites ordini Senatorio dignitate proximos, cōcordia cōiunctiſſimos eſſe cupiunt. Sed ij qui ſe uolūt poſſe oīa, neq; præterea quicq̄ eſſe, aut in homine ullo, aut in ordine, hoc uno metu ſe putāt eq̄tes Ro. ī poteſtate ſua redacturos, ſi cōſtitutū ē, ut de ijs qui rem iudicarent, huiuſcemodi iudicia fieri poſſint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari, uident iudicia cōprobari, hoc metu propoſito, euellere ſe aculeū ſeueritatis ueſtræ poſſe cōfidūt. Quis enī de hoīe audeat paulo maioribus opibus prædito, uere & fortiter iudicare? cū uideat ſibi de eo quod coierit, aut cōſenſerit, cauſam eſſe dicēdam? O uiros fortes equites Ro. qui homini clariſſimo ac

potẽtissimo. M. Druso Tr. Pl. restiterunt, cũ ille nihil aliud ageret, q̃ ut illa cuncta quæ tum erãt nobilitatis, nisi utiq; rẽ iudicassent, huiuscemodi quæstionibus in iudicium uocarentur. Tunc. C. Flauius Pusio. Cn. Titinius. C. Mecœnas illa robora. P. R. cæteriq; huiuscemodi ordinis non fecerũt idem, quod nunc Cluẽtius, ut aliquid culpæ suscipere se putarent recusando, sed apertissime repugnarunt. Cum hæc recusarent, & palam fortissime atq; honestissime dicerent se potuisse iudicio. Po. Ro. in amplissimum locũ peruenire, si sua studia ad honores petendos cõferre uoluissent. Sese uidisse in ea uita, qualis splendor inesset, quanta ornamẽta, quæ dignitas, quæ se non contempsisse, sed ordine suo patrumq; suorum contentos fuisse, & uitam illam tranquillã & quietam remotam a procellis inuidiarum & huiuscemodi iudiciorum anfractu, sequi maluisse, aut sibi ad honores petendos ætatem integram restitui oportere, aut quoniam id non posset, eam conditionem uitæ, quam secuti petitionẽ reliquissent, manere. Iniquum esse eos qui honorum ornamenta propter periculorũ multitudinem prætermisissent, populi bñficijs eẽ priuatos, iudiciorũ nouorũ periculis nõ carere. Senatorem hoc queri non posse, propterea quod ea conditione proposita petere cœpisset, quodq; ꝑmulta essent ornamenta, quibus eam mitigare molestiã posset, locus, au ctoritas, domi splendor, apud exteras nationes nomen & gratia, toga & prætexta, sella curulis, insignia, fasces, exercitus, imperia, prouinciæ, quibus in rebus cum summa recte factis maiores nostri præmia ꝓposuerũt, plura peccatis pericula proposita esse uoluerunt. Illi non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nunc Habitus accusatur, quæ tunc erat Sempronia, nunc est Cornelia, intelligebant eñi ea lege equestrẽ ordinem nõ teneri, sed ne noua lege colligarent, laborabãt. Habitus ne hoc quidem unquã recusauit,

quo minus uel ea lege rationem uitæ suæ redderet, quã nõ teneret, quæ si nobis cõditio placet, oẽs id agamus, ut hæc ꝙprimũ in oẽs ordines quæstio perferatur. Interea quidẽ ꝑ deos immortales qm̃ oĩa cõmoda nostra, iura, libertatem, salutem deniq; legibus obtinemus, a legibus nõ recedamus, simul & illud ꝙ sit iniquum cogitemus. Po. Ro. aliud nũc agere uobis Rep. & fortunas suas cõmisisse, sine cura eẽ, non metuere, ne lege ea, quam nũꝙ ipe iusserit, & quæstio ne qua se solutũ liberũq; esse arbitraretur, per paucos iudices astringatur. Agit.n. sic cãm. T. Accius adolescẽs bonus & disertus, oẽs ciues legibus teneri omnibus, uos attenditis & auditis silẽtio, sicut facere debetis. A. Cluẽti? eques Romanus causam dicit ea lege, qua lege Senatores & hi q magistratũ habuerũt, soli tenẽtur, mihi per eũ recusare, & in arce legis præsidia constituere, defensionis meæ non licet. si obtinuerit cãm Cluentius, sicuti uestra æquitate nixi confidimus, oẽs existimabũt id quod erit, obtinuisse ꝓpter innocentiã, qm̃ ita defensus sit. In lege autem quã attingere noluerit, præsidij nihil fuisse, hic nũc est qddã, quod ad me pertineat, de quo ante dixi, quod ego. P. R. præstare debeam, qm̃ is meæ uitæ status est, ut oĩs mihi cura atq; opera posita sit in oĩm periculis defendendis. Video quãta & ꝙ periculosa et ꝙ infinita quæstio tenteẽ ab accusatoribus, cum eã legem quæ in nostrum ordinem scripta sit, in .Po. Ro. trãsferre conentur. Qua in lege est qui coierit, qđ ꝙ late pateat, uidetis. conuenerit, æque infinitũ & incertũ est, consenserit, hoc uero cũ infinitum, tum obscurum, & occultum est, falsum ne testimoniũ dixerit, quis de Plebe Romana testimoniũ dixit unquam? cui non hoc periculum. T. Accio auctore paratum esse uideatis? Nam dicturum quidem certe, si hoc iudicium Plebi Romanæ propositum sit, neminem unquam esse cõfirmo, sed hoc polliceor omnibus, si cui

forte hac lege negocium facesseretur, qui lege non teneatur, si is uti me defensore uoluerit, me eius causam legis præsidio defensurũ, & uel his iudicibus uel eorum simillimis facillime probaturum, & omni me defensione usurum esse legis, qua nunc ut utar ab eo cuius uoluntati mihi obtemperandum est, non conceditur. Non enim debeo dubitare iudices, quin si qua ad uos causa eiusmodi delata sit eius q lege non teneatur, etiam si is inuidiosus aut multis offensus esse uideatur, etiã si eũ oderitis, etiam si inuiti absoluturi sitis, tamen absoluatis, & religioni potius uestræ q̃ odio pareatis. Est enim sapientis iudicis meminisse se hominem cogitare tantum sibi a Po.Ro. esse permissum, quantum commissum sit & creditum, & nõ solum sibi potestatem datam uerũetiã fidem habitam esse meminisse. posse quem oderit, absoluere, quẽ nõ oderit, cõdemnare, & semp nõ quid uelit ipse, sed qđ lex & religio cogat, cogitare, aĩaduertere qua lege reus citetur de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione uersetur. Cum hæc sunt uidenda, tum uero illud est hominis magni iudicis atq; sapientis, cũ illam iudicandi cã tabellam sumpserit, non se putare esse solũ neq; sibi quodcũq; concupierit, licere. Sed habere in consilio legem, religionẽ, fidem, æquitatem, libidinem aũt odium, inuidiam, metum, cupiditatesq; omnes amouere, maximeq; æstimare cõscientiam mentis suæ, quã a dijs immortalibus accæpimus, quæ a nobis diuelli non potest, quæ si optimorum cõsiliorũ atq; factorũ testis in omni uita nobis erit, sine ullo metu & summa cum honestate uiuemus. Hæc si T. Accius aut cognouisset, aut cogitasset, profecto ne conatus quidem esset dicere id quod multis uerbis ægit, iudicẽ quod ei uideatur statuere, & non deuinctum legibus esse oportere. quibus de rebus mihi p Cluentij uolũtate nimiũ, pro Reipub. dignitate parum, p uestra prudẽtiã satis dixisse uideor. Reliqua

perpauca sunt, quæ quia uestræ quæstionis erant, iccirco illi statuerunt sibi fugienda nō esse & proferenda, ne oium turpissimi reperirentur, si in iudicium nihil præter inuidiam attulissent. Atq; ut existimetis necessario me de his rebus, de quibus iam dixerim, pluribus ægisse uerbis, attendite reliqua, profecto intelligetis ea quæ paucis demonstrari potuerunt, breuissime esse defensa. Cn. Decidio Samniti ei qui proscriptus est iniuriam in calamitatē eius ab huius familia factā esse dixisti, ab nullo ille liberalius q̃ a Cluētio tractatus est, huius illum opes in rebus eius incommodissimis subleuarunt, atq; hoc cū ipse, tum omnes eius amici necessariiq; cognorūt. Ancarij & Paceni pastoribus huius uillicum uim & manus attulisse, cū quædā in collibus, ut solet, controuersia pastorū esset orta, Habiti uillici rem domini & priuatam possessionē defenderūt, cū esset expostulatio facta, cā illis demōstrata sine iudicio cōtrouersiaq; discessum est. P. Elij testamento propinquus exhæredatus cum hæres esset, hic alienior institutus est. P. Elius Habiti merito fecit, neq; hic in testamēto faciēdo interfuit, idq; testamentū ab huius inimico Oppianico est obsignatū. Florio legatū ex testamēto inficiatū esse, nō est ita, sed cū sestertia. XXX. scripta essent, pro sestertijs. ccc. neq; ei satis cautū uideretur, uoluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suæ, primo deberi negauit, post sine cōtrouersia soluit. Cn. Cuiusdam Samnitis uxorē post bellū ab hoc esse repetitā, mulierē cū emisset de sectoribus, quo tēpore eā primū liberā eē audiuit sine iudicio reddidit Cælio. Enniū eē quēdā cuius bona teneat Habitus, est hic Ennius egens, quidam calumniator, mercēnarius Oppianici, qui ꝑ multos annos quieuit. Deinde aliquādo cū seruo Habiti furti ægit, nuper ab ipso Habito petere cœpit, hic illo priuato iudicio, mihi credite, uobis hisdem fortasse patronis calumniam non effugiet.

Atque etiã ut nobis renũciatur, hoiem multorũ hospitũ. A. Briuiũ quẽdam cauponem de uia latina questũ esse dixisti subornati, qui sibi a Cluentio seruisq; eius in taberna sua manus allatas esse dicat, quo de hoie nihil etiam nunc dicere nobis est necesse, si inuitauerit id quod solet, sic hominẽ accipiemus, ut moleste ferat se de uia decessisse. Habetis iudices quæ in totã uitã de moribus. A. Cluentij, quẽ illi iuuidiosum reũ uolunt esse, annos octo meditati accusatores collegerũt, q̃ leuia genere ipso, q̃ falsa re, q̃ breuia responsu. Cognoscite nunc id quod ad uestrũ iusiurandum pertinet, quod uestri iudicij est, qđ nobis oneris imposuit ea lex qua coacti huc conuenistis, de criminibus ueneni, ut oẽs intelligant q̃ paucis uerbis hæc causa perorari potuerit, & q̃ multa a me dicta sint quæ ad huius uoluntatẽ maxĩe ad uestrũ iudiciũ minime pertinerẽt. Obiectũ est. C. Vibiũ cauponem ab hoc Cluẽtio ueneno eẽ sublatũ, opportune adest hõ summa fide, & omni uirtute prædit⁹. L. Pletorius senator, qui illius cauponis hospes fuit & familiaris, apud hunc ille Romæ habitauit, apud hũc ægrotauit, huius domi est mortuus, haud hæres est Cluẽtius, intestatũ dico esse mortuũ, possessionẽq; eius bonorum pretoris edicto huic illius sororis filio adolescẽti prudẽtissimo & in primis honesto Equiti Ro. datam Numerio Cluentio quem uidetis. Alterum ueneficij crimen, Oppianico huic adolescẽti cũ eius in nuptijs more Larinatium multitudo hominum pranderet, uenenũ Habiti consilio paratum. Id cum daretur in mulso Balbutium quẽdã eius familiarem, intercepisse, bibisse, statimq; esse mortuum, hæc ego si sic agerem tanq̃ mihi crimẽ esset diluẽdum, hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea, quid unq̃ Habitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideatur? Quid autem magnopere Oppianicum metuebat, cum ille uerbum

omnino in hac ipsa causa facere nullum potuerit, huic autẽ accusatores matre uiua deesse non possent, quod iam intelligetis, an ut de causa eius periculi nihil decederet, an ad causam nouum crimen accederet? Quod autem tempus ueneni dandi illo die? in illa frequentia, per quem porro datũ? Vnde sumptum? quæ deinde interceptio poculi? cur non de integro autem datum? multa sunt quæ dici possunt, sed nõ cõmittam ut uidear, non dicendo uoluisse dicere. res enim iam se ipsa defendit. Nego illum adolescentem quem statim epoto poculo mortuum esse dixistis, omnino illo die cẽ mortuum, magnum & impudens mendacium, pspicite et cætera. dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset, & ut ætas illa fert sibi tum non pepercisset, aliquot dies ægrotasse, & ita esse mortuum. quis huic rei testis est? idem qui sui luctus pater. Pater inquam illius adolescentis, quem ppter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere. is hunc suo testimonio subleuat, quod recita. Tu autem nisi molestum est paulisper exurge, perfer hũc dolorem commemorationis necessariæ, in qua ego diutius non morabor, quoniã quod fuit uiri optimi, fecisti, ut ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Vnum etiam mihi reliquum eiusmodi crimen est iudices, ex quo illud pspicere possitis, qđ a me initio orationis meæ dictum est quicquid mali per hos ãnos A. Cluẽtius uiderit, quicquid hoc tempore habeat sollicitudinis atq; negocij, id omne a matre esse cõflatum. Oppianicum ueneno necatum esse quod ei datũ sit in pane per M. Asellium quendam familiarem ipsius, idq; Habiti consilio factum esse dicitis, in quo primũ illud quæro quæ causa Habito fuerit, cur interficere Oppianicum uellet. Inimicitias enim inter eos fuisse confiteor, sed homines inimicos suos morte affici uolunt, aut ꝙ metuunt, aut ꝙ oderunt. Quo tã

idem igitur Habitus metu adductus tantum in se facinus suscipere conatus est? quid erat quod iam Oppianicum pœna affectum, pro maleficijs eiectum e ciuitate quisquam timeret? quid? metuebat ne oppugnaretur a perdito? an ne accusaretur a cōdemnato? an ne exulis testimonio læderetur? Sin autē ꝙ oderat Habitus, et iccirco illū uita frui noluit, adeo ne erat stultus, ut illam quæ tum ille uiuebat uitā esse arbitraretur, damnati, exulis, deserti ab omnibus, quem ꝓpter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo respicere uellet, huius igitur uitæ Habitus inuidebat? hunc si acerbe & penitus oderat, non eum ꝗ̄ diutissime uiuere uelle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi unum in malis erat perfugium calamitatis? Qui si quid animi ac uirtutis habuisset, ut multi sæpe fortes uiri in eiusmodi dolore mortem sibi ipse consciscet, huic quamobrem id uellet inimicus offerre quod ipē sibi optare deberet? Nam nūc quidem quid tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptijs ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre, ac plures illic offendisse inimicos, ꝗ̄ hic reliquisse. A socrus, ab uxorum, a fratris, a liberorū pœnis actum esse præcipitem in sceleratorum sedem, atq; regionem, quæ si falsa sunt, id quod omnes intelligunt, quid ei tādem aliud mors eripuit preter sensum doloris? Age uero uenenum per quē datū? per. M. Asellium, quid huic cū Habito? nihil. potius etiam simultas, atq; adeo ꝙ ille Oppianico familiarissime est usus. Ei ne igitur quem sibi offensiorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus & illius periculum cōmittebat? cur deinde tu qui pietate ad accusandum excitatus es, hunc Asselliū esse multum iamdiu sinis? cur non Habiti exemplo usus es? ut per illum q̄ attulisset uenenū de hoc præiudicaret. Iam uero illud ꝗ̄ nō pro

babile, quam inusitatum iudices, quam nouum, in pane datum uenenum, facilius ne potuit quam in poculo, latius potuit abditũ aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactũ in potione esset? Celerius potuit comesum quam potum in uenas, atque in omnes partes corporis permanare, facilius fallere in pane si esset animaduersum quam in poculo cum ita confusum esset, ut secerni nullo modo posset? At repentina morte periit, quod si esset ita factũ, tamẽ ea res propter multorũ eiusmodi mortem, satis firmã ueneni suspicionẽ nõ haberet, si esset suspiciosum, tamen ad alios potius quam ad Habitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiuntur, id ut intelligatis & mortẽ eius, & quẽadmodũ post mortem in Habitũ sit crimen a matre quæsitum, cognoscite. Cũ uagus & exul erraret, atque undique exclusus Oppianicus in falernũ se ad. C. Quintilium contulisset, ibi primũ in morbũ incidit, ac satis uehementer diuque ægrotauit. Cum esset una Sassia, & Statio Albio quodã colono hoĩe ualente, qui simul esse solebat, familiarius uteretur, quam uir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset, & ius illud matrimonij castũ, atque legitimũ dãnatione uiri sublatũ arbitraretur, Nicostratus quidã fidelis Oppianici seruulus percuriosus & minime mẽdax multa dicitur renũciare domino solitus esse. Interea Oppianicus cũ iã cõualesceret, neque in falerno improbitatem coloni diutius ferre posset, & huc ad urbẽ profectus esset. (Solebat. n. extra portam aliquid habere conducti) cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma ualitudine latus offendisse uehemẽter, & posteaque ad urbẽ cũ febri uenerit, paucis diebus esse mortuus. Mortis ratio iudices eiusmodi est, ut aut nihil habeat suspiciõis, aut, si quid habet id intra parietes in domestico scelere uersetur. Post mortẽ eius Sassia stati moliri nefaria mulier cœpit insidias filio, quõ nẽ habere de uiri morte statuit, emit de. A. Rupilio quo

erat usus

erat usus Oppianicus medico Stratonē quēdā, quasi ut idē faceret, qđ Habit⁹ in emēdo Diogene fecerat. de hoc Stratone & de assecla quodam seruo suo quæsituram esse dixit. Præterea seruū illū Nicostratū, quē nimiū loquacē fuisse ac nimiū dño fidelē arbitrabatur, ab hoc adolescente Oppianico in qōnem postulauit. hic cū esset illo tpe puer, et illa quæstio de patris sui morte cōstitui diceretur, & si illū seruū & sibi beniuolū et patri fuisse arbitrabatur, nihil tñ est ausus recusare. Aduocanť amici & hospites Oppianici, & ipsi⁹ mulieris multi hoies honesti, atq; oibus rebus ornati. tormentis oibus uehementissimis q̄ritur, cū essent animi seruorū, & spe, & metu tentati, ut aliqd in qōne dicerent, tñ ut arbitror auctoritate aduocatorū, & ui tormentorū adducti in ueritate manserūt, neq; se quicq̄ scire dixerūt. q̄stio illo die amicorū snia dimissa est. Satis lōgo interuallo post iterū aduocantur, habetur de integro quæstio, nulla uis tormentoru; acerrimorū prætermittitur, aduersarij aduocati etiā uix ferre posse, furere crudelis atq; importuna mulier sibi nequaq̄ ut sperasset, ea q̄ cogitasset, pcedere, cū iā tortor atq; essent tormenta ipsa defessa, neq; tñ illa finem facere uellet, quidā ex aduocatis, homo et honoribus populi ornatus, & summa uirtute præditus intelligere se dixit, non id agi ut uerū inueniret, sed ut aliquid falsi dicere cogerentur. Hoc postq̄ cæteri cōprobarūt, ex omniū sententia cōstitutū est, satis uideri esse quæsitū. Redditur Oppianico Nicostratus. Larinū ipsa pficiscitur cū suis mœrens, quod iā certe, incolumē filiū fore putabat, ad quē nonmō uerū crimen, sed ne ficta quidē suspitio perueniret, & cui nōmodo aperta inimicorū oppugnatio, sed ne occulte quidē matris insidiæ nocere potuissent. Larinum postq̄ uenit, q̄ a Stratone illo uenenū antea uiro suo datum sibi persuasum esse simulasset, instructam ei continuo & ornatam Larini me

dicinæ exercendæ cā tabernam dedit. Vnū alterū tertium annū Sassia quiescebat, ut uelle atq; optare aliqd calamitatis filio potius q̄ id struere et moliri uideretur. tum interim Hortēsio. Q. Metello Coss. ut hūc Oppianicū aliud agentem ac nihil eiusmodi cogitantē ad hāc accusationē detraheret inuito, despondit ei filiā suā illam quā ex genero susceperat, ut eū nuptijs alligatū simul & testamēti spe deuinctū possit habere in ptāte, hoc ipso fere tpe Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi. Cū esset in ædibus armarium, in quo sciret esse nummorum aliquantū & auri noctu duos cōseruos dormientes occidit, in piscinamq; deiecit, ipse armarij fundum execuit, & sestertiorū & auri quinq; pondo abstulit uno ex seruis puero nō grandi conscio, furto postridie cognito omnis suspitio in eos seruos q̄ non cōparebant cōmouebatur. Cum exectio illa fundi in armario animaduerteretur quærebāt homines quonam modo fieri potuisset, quidā ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadā uidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte dentiū & tortuosam uenire serrulā, qua illud potuisse ita circunsecari uideretur. Ne multa, perqritur a coactoribus, inuenitur ea serrula ad Stratonē peruenisse. hoc initio suspitionis orto & aperte insimulato Stratone, puer ille conscius pertimuit, rem omnē dñæ indicauit, homines in piscina inuenti sunt. Strato in uincula cōiectus est, atq; etiā in taberna eius nūmi nequaquā oēs reperiuntur. Constituitur quæstio de furto, nā quid q̄sq̄ suspicari aliud potest? An hoc dicitis armario expilato, pecunia ablata non omni recupata, occisis hoībus institutā esse quæstionem de morte Oppianici? cui probatis? qd est quod minus uerisimile proferre potuistis? Deinde, ut omittam cætera, triennio post mortem Oppianici de eius morte q̄rebatur, atq; etiam incensa odio pristino Nicostratum eundē illum tum sine cā

in q̃onem postulauit. Oppianicus primo recusauit, posteaq̃ illa abducturã se filiã, mutaturam esse testamentum minaretur, mulieri crudelissimæ seruũ fidelissimũ, nõ in q̃onem tulit, sed plane ad suppliciũ dedit. Post trienniũ igitur agitata deniq; quæstio de uiri morte habebatur, & de quibus seruis habebatur? Noua credo res obiecta. noui quidam homines in suspitione uocati sunt, de Stratone, & de Nicostrato, quid Romæ quæsitum de istis hominibus non erat? Ita ne tandem mulier iam non morbo, sed scelere furiosa, cum quæstionẽ habuisset Romæ, cũ de. T. Annij. L. Rutilij, P. Saturij, & cæterorum honestissimorum uirorum sententia cõstitutum esset, satis quæsitum uideri, eadẽ de re triennio post ijsdem de hominibus nullo adhibito nõ dicam uiro, ne colonum forte affuisse dicatis, sed bono uiro, in filij caput quæstionẽ habere conata est. An hoc dicitis? mihi eñ uenit in mẽtem, quid dici possit, tametsi adhuc nõ esset dictum, cum haberetur de furto quæstio Stratonem aliq̃d de ueneno esse confessum, hoc uno mõ iudices sæpe multorum improbitate depressa, ueritas emergit, & innocentiæ defensio interclusa respirat, q̃ aut hi qui ad fraudẽ callidi sunt, nõ tm̃ audent quantũ excogitãt, aut illi quorum eminet audacia atq; proiecta ẽ, a cõsilijs malitiæ deseruñt, q̃ si aut cõfidẽs astutia, aut callida esset audacia, uix ullo obsisti modo posset. Vtrũ furtum factum non est? At nihil clarius Larini fuit, an ad Stratonem suspitio non pertinuit? At is et ex serrula insimulatus, & a puero cõscio est indicatus. an id actũ non est in quærendo? quæ fuit igitur alia causa quærendi? an id quod dicendũ uobis est, & quod tum Sassia dictitauit, cum de furto quereretur, tum Strato ijsdem in tormẽtis dixit de ueneno. En hoc illud est quod ante dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. Nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ uo-

bisq; editæ sunt, illæ ipsæ, quas tũ obsignatas esse dixit, in quibus tabellis de furto littera nulla inuenitur, nõ uenit in mentem primã orationẽ Stratonis cõscribere de furto, post aliquid adiungere dictum de ueneno, q̃ nõ percontatione quæsitum, sed dolore expressum uideret. Quæstio de furto est, ueneni iam suspitione superiore quæstione sublata, qđ ipsum hæc eadem mulier indicarat, quæ ut Romæ de amico rum sententia statuerat satis esse quæsitum. Postea per triẽ nium maxime ex omnibus seruis Stratonem illũ dilexerat, in honore habuerat, cõmodis omnibus affecerat. Cum igitur de furto quæreretur, et eo furto quod ille sine cõtrouersia fecerat, tum ille de eo quod quærebatur, uerbũ nullũ fecit, de ueneno statim dixit, de furto si nõ eo loco quo debuit, ne in extrema quidẽ aut media, aut in aliqua deniq; parte quæstionis uerbũ fecit nullum. Iam uidetis illam nefariam mulierẽ iudices eadẽ manu qua si detur ptãs, interficere filium cupiat, hanc fictam quæstionẽ cõscripsisse, atq; istam ipsam quæstionẽ dicite quis obsignarit? unũ aliquẽ noĩate, neminem reperietis nisi forte eiusmodi hominem, quẽ ego proferri malim q̃ neminẽ noĩari. quid ais. T. Acci? Tu periculum capitis, tu indiciũ sceleris, tu fortunas alterius literis cõscriptas in iudicium afferas? neq; earum auctorem, neq; testẽ ullũ noĩabis, & quã tu pestẽ innocẽtissimo filio ex matris sinu deprõpseris, hãc hi tales uiri cõprobabunt? Esto in tabellis nihil est auctoritatis, qđ ipsa q̃stio iudicib⁹, qđ amicis, hospitibusq; Oppianici quos adhibuerat antea? Quid huic tandẽ ipsi tpi cur nõ reseruata est? qđ istis hoĩbus factũ est Stratoni & Nicostrato? Quæro abs te Oppianice seruo tuo Nicostrato quid factũ esse dicas? quẽ tu cum hunc breui tẽpore accusaturus esses, Romã deducere, dare ptãtem iudicandi, incolumẽ deniq; conseruare quæstioni, seruare his iudicibus, seruare huic tpi debuisti. Nam Stra-

tunc quidẽ iudices in crucẽ actũ esse execta scitote linguã, quod nemo est Larinatium, qui nesciat. Timuit mulier amẽs, non suam cõscientiam, nõ odiũ municipũ, nõ formã omniũ, sed quasi nõ omnes eius sceleris testes essent futuri, sic me tuit ne condẽnaretur extrema seruuli uoce moriẽtis. Quid hoc portentum dij immortales? quod tantũ monstrũ ullis lo cis? quod tam infestum scelus & immane? aut unde natum esse dicamus? Iã enim uidetis profecto iudices non sine ne cessarijs me ac maximis causis in principio orationis meæ de matre dixisse. Nihil est enĩ mali, nihil sceleris, quod illa nõ ab initio filio uoluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. Mitto illã primã libidinis iniuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam ex matrimonio filiam, quæ nondũ ad huiusce uitæ periculum, sed ad com mune familiæ dedecus pertinebant. Nihil de alteris Oppia nici nuptijs queror, quarũ illa cũ obsides filios ab eo mor tuos accepisset, tũ deniq́ in familiæ luctũ, atq; in priuigno rum funus nupsit. prætereo ꝙ Aurium, cuius illa quondã socrus pauloante uxor fuisset, cum Oppianici esse opera ꝓ scriptum occisumq́; cognosceret, eam sibi domũ sedemq́; cõ iugij delegit, in qua quotidie superioris uiri mortis indicia et spolia fortunarũ uideret. Illud primũ queror de illo scele re, ꝙ nũc deniq; patefactũ est, Fabritiani ueneni, quod iam tum recens suspitiosum cæteris, huic incredibile, nũc uero apertum iam oĩbus, ac manifestũ uidetur. Non est profecto de illo ueneno cælata mater, nihil est ab Oppianico sine con silio mulieris cogitatum, quod nisi esset certe postea depre hensa re, nõ illa ut ab improbo uiro discessisset, sed ut a cru delissimo hoste fugisset, domum illam in perpetuum sce lere omni affluentem reliquisset. nonmodo id non fecit, sed ab illo tempore nullum locum prætermisit, in quo nõ strue ret insidias aliquas, ac dies omnes ac noctes totas mẽte ma

ter de pernicie filij cogitaret. Quae primum ut illum cōfirmaret Oppianicū accusatorē filio suo donis muliebribus collocatiōe filiae, spe haereditatis obstrinxit. Itaq; apud caeteros nouis inter ꝓpinquos susceptis inimicitijs saepe fieri diuortia, atq; affinitatum dissidia uidimus, haec mulier satis firmū accusatorem filio suo fore neminē putauit, nisi q̄ in matrimoniū sororem eius ante duxisset. Caeteri nouis affinitatibus adducti ueteres inimicitias saepe deponūt. Illa sibi ad cōfirmādas inimicitias affinitatis cōiunctionē pignori fore putauit. Neq; in eo solum diligēs fuit, ut accusatorē filio suo cōpararet, sed etiā cogitauit, q̄bus eū rebus armaret. Hinc.n. illae sollicitatiōes seruorū, & minis, & ꝓmissis Hinc illae infinitae crudelissimaeq; de morte Oppianici quaestiōes, quibus finem aliquādo nō mulieris modus, sed amicorū auctoritas fecit, ab eodē scelere illae triennio post habitae Larini quaestiones, eiusdē amentiae falsae conscriptiones quaestionū ex eodē furore etiā illa cōscelerata exectio linguae totius deniq; huius ab illa est & inuenta & adornata cōparatio criminis. Atque his rebus cum instructum accusatorem filio suo Romā ipsa misisset, paulisper conquirendorum & conducendorum testium causa Larini est commorata. Postea autem cum appropinquare huius iudicium ei nūciatum est, cōfestim huc aduolauit, ne aut accusatoribus diligentia, aut pecunia testibus deesset, aut ne forte mater hoc sibi optatissimū spectaculū huius sordium atq; luctus & tanti squalloris amitteret. Iam uero quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? quod ego ꝓpter uicinitatē Aquinatiū & Frabraternorū ex multis audiui, & cōperi, quos concursus in ijs oppidis, q̄ntos & uirorum & mulierum gemitus esse factos? Mulierē quandā Larino, atq; illā usq; a mari supero Romā ꝓficisci, cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumuenire iudicio capitis atq;

opprimere filium posset. Nemo erat illorum pene dicam, quin expiandũ illum locum esse arbitraretur, quacunq; illa iter fecisset, nemo quin terra; ipsam uiolari, quæ mater est omniũ uestigijs cõsceleratæ matris putaret. Itaq; nullo in oppido consistendi potestas ei fuit. Nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionẽ aspectus fugeret, nocti se potius ac solitudini, q̃ ulli aut urbi, aut hospiti cõmittebat. Nunc uero q̃d agat, q̃d moliat̃, q̃d denicq; quotidie cogitet, quẽ ignorare nostrũ putat? quos appellarit, q̃bus pecuniã promiserit, quorũ fidem precio labefactare conata sit, tenemus. Quinetiam nocturna sacrificia quæ putet occultiora esse, sceleratasq; eius preces, & nefaria uota cognouimus, quibus illa etiam deos immortales de suo scelere testatur, neq; intelligit pietate & religione & iustis precibus deorum mentes non cõtaminata superstitione, neq; ad scelus perficiendum cæsis hostijs posse placari. Cuius ego furorẽ atq; crudelitatem deos immortales a suis aris atq; templis aspernatos esse cõfido. Vos iudices, quos huic. A. Cluentio quosdam alios deos ad omne uitæ tempus fortuna esse uoluit, huius importunitatem matris a filij capite depellite. Multi sæpe in iudicando peccata liberorũ parẽtum misericordiæ cõcesserunt. Vos ne huius honestissime actã uitã, matris crudelitati condonetis, rogamus, præsertim cum ex altera parte totũ municipiũ uidere possitis. Omnes scitote iudices, incredibile dictu est, sed a me uerissime dicet̃, Oẽs Larinates q̃ ualuerũt, uenisse Romã, ut hũc studio frequẽtiaq; sua q̃tũ possent in tãto eius p̃iculo subleuarẽt. pueris illud hoc t̃p̃e ac mulieribus oppidũ scitote esse traditũ, idq; in præsentia communi Italiæ pace in domesticis copijs esse totũ, quos tamẽ ipsos æque & eos quos præsentes uidetis, hui⁹ expectatio iudicij dies noctesq; sollicitat. Nõ illi uos de unius municipis fortunis arbitrant̃, sed de totius munici

pij statu, dignitate, commodisq; omnibus sententias esse laturos. Sũma est enim iudices hominis in communẽ municipij rẽ diligentia, in singulos municipes benignitas, in omnes homines iusticia, & fides. Praeterea nobilitatẽ illã inter suos, locumq; a maioribus traditũ sic tuetur, ut maiorẽ grauitatẽ, constantiã, gratiam, liberalitatem assequat̃. Itaque ijs eum uerbis publicis laudant, ut non solum testimonium suum iudiciumq; significent, uerũetiã curam animi ac dolorem. Quae dum laudatio recitatur, uos quaeso qui eã detulistis, assurgite. Ex lachrymis horum iudices existimare potestis oẽs haec decuriões decreuisse lachrymãtes. Age uero uicinorum quantũ studiũ, quam incredibilis beniuolẽtia, quanta cura est? non illi in libellis laudationũ decreta miserũt, sed homines honestissimos, quos nossem? omnes, huic frequentes adesse, & hunc praesentes laudare uoluerũt. Adsunt Frentani homines nobilissimi. Matrucini. Itẽ pari dignitate Teano Apulo, atque Luceria Equites Romanos homines honestissimos laudatores uidetis, Bouiano totoq; ex Sannio cũ laudationes honestissimae missae sunt, tum homines amplissimi nobilissimiq; uenerunt. Iam qui in agro Larinati praedia, qui negocia, qui res pecuniarias habent honesti homines, & summo splendore praediti, difficile dictu est, quam sint sollciti, q̃ laborẽt. Nõ multi mihi ab uno sic diligi uident̃ ut hic ab his uniuersis. q̃ nõ abesse ab huius iudicio. L. Volusienũ summo splendore hominẽ ac uirtute praeditũ uellem, p̃sentem possem. P. Heluidiũ Rufum Equitem Ro. omnium ornatissimũ nominare, qui cum huius causa dies noctesq; uigilaret, & cũ me hanc causam doceret, in morbum grauem periculosumq; incidit, in quo tñ non minus de capite huius, q̃ de sua uita laborat. Cn. Tudici Senatoris uiri optimi & honestissimi par studium, & testimonio, & laudatione cognoscetis. Eadẽ spe, sed ma

iore uerecūdia de te. P. Volumni, qm̄ iudex es in. A. Cluentium dicimus. Et ne longum sit omnium uicinorū summā esse in hunc beniuolentiam confirmamus. Horum omnium studiū, curā, diligentiā, meumq́; una laborem, qui totā hāc cām uetere instituto solus peroraui, uestramq́; simul iudices æquitatem & māsuetudinem una mater oppugnat. At quæ mater? quā cæcam crudelitate & scelere ferri uidetis, cuius cupiditatem nulla unq̄ turpitudo retardauit, quæ uitijs animi in deterrimas partes iura hominū conuertit oīa. Cuius ea stultitia est, ut eā nemo hoīem, ea uis ut nemo fœminā, ea crudelitas, ut nemo matrē appellare possit. Atq; etiā noīa necessitudinū nō solū naturæ nomen & iura mutauit, uxor generi, nouerca filij, filiæ pellex, eo iam deniq; adducta est, ut sibi p̄ter formam nihil ad similitudinē hoīs reseruarit. Quare iudices si scelus odistis, prohibete aditū matris a filij sanguine, date parenti hunc incredibilem dolorem ex salute ex uictoria liberū. Patimini matrem ne orbata filio lætetur, uictā potius uestra æquitate discedere. Sin autem id quod uestra natura postulat, pudorem, bonitatē, uirtutēq; diligitis, leuate hūc aliqn̄ supplicem uestrū iudices tot annos in falsa inuidia, periculisq; uersatū. Qui nūc primū post illam flammā aliorū facto & cupiditate excitatam, spe uestræ æquitatis erigere animū, & paulū respirare a metu cœpit, cui posita sunt in uobis oīa, quem seruatū esse plurimi cupiūt, seruare soli uos potestis. Orat uos Habitus iudices & flēs obsecrat, ne se inuidiæ quæ in iudicijs ualere nō debet, ne matri cuius uota & preces a uestris mētibus repudiare debetis, ne Oppianico hoī nefario condem nato iam & mortuo cōdonetis. Quod si qua calamitas hūc in hoc iudicio afflixerit innocentem, næ iste miser iudices, si id quod difficile factu est in uita remanebit, sæpe & multū queretur, dep̄hensum esse illud quondā Fabricianum uene

num, quod si scitum iudicatũ nõ eẽt, non huic erũnosissimo uenenum illud fuisset, sed multorum medicamẽtũ laborũ, postremo etiã fortassis mater exequias illius funeris prosecuta mortem se filij lugere simulasset. Nunc uero quid erit profectũ, nisi ut huius ex medijs mortis insidijs uita ad luctum conseruata, mors sepulchro patris priuata esse uideatur. Satis diu fuit in miserijs iudices, satis multos annos ex inuidia laborauit. Nemo huic tam iniquus præter parentẽ fuit, cuius animũ non iam expletũ eẽ putemus. Vos qui æquissimi estis omnibus, qui ut quisq; crudelissime oppugnatur, eum lenissime subleuatis, cõseruate. A. Cluentiũ. Restituite incolumem municipio, amicis, uicinis, hospitibus, quorũ studia uidetis. reddite, uobis in ꝑpetuũ liberisq; uestris obstringite. Vestrũ est hoc iudices, uestræ dignitatis, uestræ clementiæ. Recte hoc repetitur a uobis, ut uirũ optimũ atq; innocẽtissimũ plurimisq; mortalibus carum atq; iucundissimum, his aliquãdo calamitatibus liberetis, ut omnes intelligant in concionibus esse inuidiæ locum, in iudicijs ueritati.

M.T.C. PRO PVBLIO QVINTIO ORATIO.

¶ VAE RES IN CIVITATE duæ plurimum possunt, hæ cõtra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia & eloquentia, quarum alterã C. Aquili uereor, alteram metuo. Eloquentia. Q. Hortensij ne me in dicendo impediat nõnihil commoueor, gratia Sex. Neuij, ne. P. Quintio noceat, id uero non mediocriter pertimesco. Neq; hoc tantopere querendum uideretur hæc summa in illo esse, si in nobis essent saltẽ mediocria. Verum ita res se habet, ut ego qui neq; usu satis & ingenio parum possum, cum patrono disertissimo comparer. P.

Quintius cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Iunius, qui hãc causam aliquotiens apud te ægit, homo & in alijs causis exercitatus, & in hac multum ac sæpe uersatus hoc tempore abest, noua legatione impeditus, & ad me uentũ est, qui ut summa haberem cætera, temporis quidem certe uix satis habui, ut rem tantam tot controuersijs implicitã possem cognoscere. ita quod mihi consueuit in cæteris causis esse adiumento, id quoque in hac causa deficit. Mam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiã comparaui, quæ quanta sit, nisi tempus & spacium datum sit, intelligi non potest. quæ quo plura sunt. C. Aquili eo te & hos qui tibi in cõsilio adsunt, meliori mẽte nostra uerba audire oportebit, ut multis incõmodis ueritas debilitata, tãdem æquitate taliũ uirorũ recreetur. quod si tu iudex nullo presidio fuisse uidebere cõtra uim et gratiã solitudini atque inopiæ, si apud cõsilium hoc ex opibus nõ ex ueritate causa pendetur, profecto nihil est tã sanctũ atque sincerum in ciuitate, nihil est quod humilitatẽ cuiusque grauitas & uirtus iudicis cõsoletur, certe apud te & eos qui tibi adsunt ueritas ualebit, aut ex hoc loco repulsa ui & gratia locũ ubi cõsistat, reperire non poterit. Non eo dico. C. Aquili, quod mihi ueniat in dubium tua fides & cõstantia, aut quo non in his quos tibi aduocasti, uiris electissimis ciuitatis spem summam habere P. Quintius debeat. Quid ergo est? primũ magnitudo periculi summo timore hominẽ cõficit, quod uno iudicio de fortunis omnibus decernit. Idque cũ cogitat, nõ minus sæpe ei uenit in mẽtẽ potestatis quam æquitatis tuæ, propterea quod oẽs quorũ in alterius manu uita posita est, sæpius illud cogitãt quid possit is cuius in ditiõe ac potestate sunt, quam quid debeat facere, deinde habet aduersariũ. P. Quintius uerbo Sextum

Neuium reuera huiusce ætatis homines disertissimos, for tissimos, ornatissimos nostræ ciuitatis, q cõi studio summis opibus Sex. Neuium defendunt, si id est defendere, cupidi tati alterius obtẽperare, quo is facilius quẽ uelit iniquo iu dicio opprimere possit. Nam qd hoc iniquius aut indignius C. Aquili dici aut cõmemorari potest, q̃ me q caput alteri us, famã, fortunasq; defendã, priore loco causam dicere, cũ præsertim. Q. Hortensius, qui hoc iudicio partes accusato ris obtinet, contra me sit dicturus, cui summã copiã faculta temq; dicendi natura largita est. Ita fit ut ego qui tela de pellere, & uulneribus mederi debeã, tum id facere cogar, cũ etiã telum aduersarius nullũ iecerit, illis autẽ id tempus impugnãdi detur, cũ & uitãdi illorũ impetus potestas adẽ pta nobis erit, & si qua in re id quod parati sunt facere fal sum crimen, quasi uenenatum aliquod telũ iecerint, medici næ faciendæ locus nõ erit. Id accidit p̃toris iniqtate & in iuria, primũ q cõtra oĩm cõsuetudinẽ iudicium prius de p bro q̃ de re maluit fieri. Deinde q ita cõstituit id ipsum iu dicium, ut reus anteq̃ uerbũ accusatoris audisset, cãm dice re cogeret. Quod eorũ gratia & potẽtia factum est, q quasi sua res aut honos agatur, ita diligenter. Sex. Neuij studio & cupiditati morẽ gerũt, & in huiusmodi rebus opes suas experiũtur, in qbus quo plus ppter uirtutem nobilitatẽq; possunt, eo minus q̃tum possint debẽt ostendere. Cũ tot tã tisq; difficultatibus affectus atq; afflictus in tuã. C. Aqui li fidem, ueritatẽ, misericordiã. P. Quintius cõfugerit, cum adhuc ei propter uim aduersariorũ non ius par, nõ agendi ptãs eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit, cũ ei summã p iniuriã oĩa inimica atq; infesta fuerint, te. C. Aq li, uosq; q in cõsilio adestis, orat atq; obsecrat, ut multis in iurijs iactatã atq; agitatã æqtatẽ, in hoc tandẽ loco cõsiste re, & confirmari patiamini. Id quo facilius facere possitis,

dabo operā ut a principio res queādmodū gesta & contra-
cta sit, cognoscatis. C. Quintius fuit. P. Quintij huius fra-
ter, sane cæterarū rerū paterfamilias & prudens & atten-
tus, una in re paulominus cōsideratus, q̄ societatē cū Sex.
Neuio fecerit uiro bono, uerūtamen nō ita instituto, ut iura
societatis & officia certi patrisfamilias nosse posset, nō quo
eidē deesset ingeniū. Nā neq; parū facetꝰ scurra Sex. Neui-
us, neq; inhumanus præco unquā est existimatus. Quid er-
go est? cum ei natura nihil melius quā uocē dedisset, pater
nihil præter libertatem reliquisset, uocē in quæstū cōtulit,
libertate usus est, quo impunius dicax esset. Quare q̄ sociū
tibi eū uelles adiūgere, nihil erat, nisi ut in tua pecunia cō-
disceret, qui pecuniæ fructus esset, tamē inductus cōsuetu-
dine ac familiaritate Quītius, fecit ut dixi societatē earum
rerum, quæ in Gallia cōparabātur. erat ei pecuaria res am-
pla & rustica sane bene culta & fructuosa. Tollit̄ ab atrijs
licinijs atq; præconū consessu in Galliā Neuius, & trans
alpes usq; transfert̄, fit magna mutatio loci nō ingenij. Nā
qui ab adolescentulo quæstū sibi instituisset sine impendio,
posteaq̄ nescio q̄d impēdit, & in cōe cōtulit, mediocri quæ-
stu contentus esse nō poterat. Nec mirū si is qui uocē uena-
lem habuerat, ea q̄ uoce quæsiuerat, magno sibi quæstui fo-
re putabat. Itaq; Hercule haud mediocriter de cōmuni q̄d
q̄sq; poterat, ad se in priuatā domū seuocabat, qua ī re ita
diligēs erat, quasi ij q̄ magna fide societatē gererent, arbi-
triū pro socio cōdēnari soleant. Verū his de rebus nō neces-
se habeo dicere quæ me. P. Quintius cupit cōmemorare, ta-
metsi eā postulat, tñ quia postulat, non flagitat, præteribo.
Cum annos iam cōplures societas eēt, & cum sæpe suspe-
ctus Quintio Neuius fuisset, neq; ita cōmode posset ratio-
nem reddere earum rerum quas libidine nō ratione gesse-
rat, moritur in Gallia. Q. cum adesset Neuius, & moritur

repētino, hæredem testamento reliquit hūc. P. Q. ut ad quē summus mœror morte sua ueniebat, ad eundē summus honos quoq; ꝑueniret. Quo mortuo nec ita multo post in Galliā proficiscitur Quintius. Ibi cū isto Neuio familiariter uiuit, annū fere una sunt, cū & de societate multa inter se cōmunicarēt, & de tota illa rōne atq; re Gallicana, neq; interea uerbū ullū interposuit Neuius aut societatem sibi quippiā debere, aut priuatim Quintiū debuisse. Cum æris alieni aliquātū esset relictū, quibus noibus pecuniā Romæ curari oporteret, auctionē in Gallia. P. hic Quintius Narbone se facturū esse proscribit earū rerū quæ ipsius erant priuatæ. Ibi tum uir optimus Sex. Neuius hominē multis uerbis deterret, ne auctionetur, cū non ita cōmode posse eo tēpore quæ proscripsisset uēdere. Romæ sibi nummorū facultatē esse, quā si saperet, cōem existimaret pro fraterna illa necessitudine & ꝓ ipsius affinitate. Nā. P. Quintij consobrinā habet in matrimonio Neuius, & ex ea liberos, quia quod uirū bonū facere oportebat, id loquebat̃ Neuius, credidit Quintius eū qui orationē bonorum imitaretur, facta quoq; imitaturū, auctionē uelle facere desistit. Romā ꝓficiscitur, decedit ex Gallia Romā simul Neuius. Cū pecuniā .C. Quintius. P. Scapulæ debuisset, per te. C. Aquili decidit. Q. Quintius, quod liberis eius dissolueret, hoc eo per te agebatur ꝙ propter ærariā rationē nō satis erat in tabulis inspexisse quantū deberetur, nisi a quæstoribus quæsisset quantū solueretur, decidis statuisq; tu propter necessitudinē, quæ tibi cū Scapulis est quid his ad denariū solueretur. Hæc oĩa Quintius agebat auctore & consuasore Neuio. Nec mirū si eius utebatur cōsilio, cuius auxiliū sibi paratum putabat. Non modo .n. pollicitus erat in Gallia, sed Romæ quotidie simulatq; sibi hic annuisset numeraturum se dicebat. Quintius porro istū facere posse uidebat, debere

intelligebat, mētiri, quia causa cur mentiretur non erat, nō putabat, quasi domi nūmos haberet, ita cōstituit Scapulis se daturum. Neuium certiorē facit, rogat ut curet, quod dixisset. Tū iste uir optimus uereor ne se derideri putet, ꝙ iterū iam dico optimus, qui hunc in summas angustias adductum putaret, ut eū suis cōditionibus in ipso articulo tp̄is astringeret, assem sese negat daturū, nisi prius de rebus rationibusq; societatis omnibus decidisset, & scisset sibi cum Quintio cōtrouersiæ nihil futurū. Posterius inquit ista uidebimus Quintius, nunc hoc uelim cures, si tibi uidetur quod dixisti negat se alia rōne facturū quod ꝓmisisset, nō plus sua referre, q̄ si cum auctionē uenderet domini iussu quippiā ꝓmisisset. destitutiōe illa pculsus Quintius a Scapulis paucos dies aufert. in Galliā mittit, ut ea quæ proscri pserat uenirēt, deteriore tp̄e absens auctionatur. Scapulis difficiliore cōditiōe dissoluit, tum appellat ultro Neuiū, ut qm̄ suspicaret̄ aliqua de re fore cōtrouersiā, uideret ut q̄primū, & q̄ minima cū molestia tota res trāsigeretur. Dat iste amicum. M. Trebelliū. Nos cōem necessariū, qui istius domi erat educatus, & quo utebatur iste plurimum ꝓpinquū nostrū. Sex. Alphenū. res conuenire nullo modo poterat, ꝓpterea ꝙ hic mediocrem iacturam facere cupiebat, iste mediocri præda cōtentus non erat, itaq; ex eo tp̄e res esse in uadimonium cœpit. Cum uadimonia sæpe dilata essent, & cū aliq̄ntum tp̄is in ea re esset consumptū, neq; quicq̄ ꝓfectum esset, uenit ad uadimonium Neuius, obsecro te. C. Aquili, uosq; qui adestis in consilio, ut diligenter attendatis, ut singulare genus fraudis, & nouam rōnem insidiarum cognoscere possitis. Ait se auctionatum esse in Gallia, quod sibi uideretur se uendidisse, curasse ne quid sibi societas deberet. Se iam neq; uadari amplius, neq; uadimoniū ꝓmittere, si q̄d agere secū uelit Quintius nō recusare, hic

cum rem gallicanã cuperet reuisere, hoiem in præsentia nõ uadatur, ita sine uadimonio disceditur. Deinde Romæ dies. xxx. fere Quintius commoratur, cum cæteris quæ habebat uadimonia differt, ut expeditus in Galliã proficisci posset, proficiscitur. Roma egredit̃ ante diem. iiij. Kal. Feb. Quintius Spritiõe, & Norbano coss. q̃so ut eum diem memoriæ mandetis. L. Albius, Sex. filius Quirinas uir bonus, et cũ primis honestus una profectus est. Cum uenissent ad uada Volaterana que nominantur, uidẽt per familiarem Neuij, qui ex Gallia pueros uenales isti adducebat. L. Publicium, qui ut Romã uenit, narrat Neuio quo in loco uiderit Quintium. Quod nisi ex Publicio narratum Neuio esset, nõ tam cito res in cõtẽtionẽ uenisset, tum Neuius ipse pueros circũ amicos dimittit, ipse suos necessarios uocat ab atrijs Liciniј, & a faucibus macelli corrogat, ut ad tabulam Sextiam sibi assint. hora secunda postridie ueniunt frequentes, testificantur isti. P. Quintium non stetisse & se stetisse, tabulæ maximæ signis hominũ nobiliũ cõsignãtur. Disceditur postulat a Varieno p̃tore. Ro. Neuius, ut ex edicto bona possidere liceat. Iussit bõa proscribi eiꝰ, q cũ familiaritas fuerat, societas erat, affinitas liberis istius uiuis diuelli nullo mõ poterat. Qua ex re facile intelligi potuit, nullũ esse offm̃ tã sanctum atq; solẽne, q nõ auaritia comminuere atq; uiolare soleat. Etenim si ueritate amicitia, fide societas, pietate ꝓpinquitas colitur, necesse est iste qui amicũ, sociũ, affinem, fama, atq; fortunis spoliare conatus est, uanũ se & ꝑfidiosum & impium esse fateatur. libellos. Sex. Alphenus procurator. P. Q. familiaris, & ꝓpinquus Sex. Neuij deijcit. Seruulum unum quẽ iste prehenderat abducit, denunciat sese procuratorẽ esse, istum æquum esse famæ fortunisq;. P. Q. consulere, & aduentum eius expectare. Quod si facere nolit atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas cõditiones perducere,

ditiones perducere, sese nihil precari, & si quid agere uelit iudicio defendere, hæc dũ Romæ geruntur, Quintius interea contra ius & cõsuetudinẽ edicto pretorum de saltu agroq; cõi a seruis cõmunibus ui detruditur. Existima. C. Aquili modo & ratione omnia Romæ Neuiũ fecisse, Si hoc quod per litteras istius in Gallia gestũ est, recte atq; ordine factũ esse uideatur. Expulsus atq; eiectus e prædio Quintius accepta insigni iniuria cõfugit ad. C. Flaccũ imperatorem, qui tũ erat in ꝓuincia, quem ut ipsius dignitas poscit honoris gratia noĩo. Is eã rem quã uehementer iudicandã putarit, ex decretis eius poteritis cognoscere. Alphen⁹ interea Romæ cum isto gladiatore uetulo quotidie pugnabat, utebatur populo sane suo, propterea q̃ iste caput petere non desinebat. Iste postulat, ut procurator iudicatum solui satisdaret. Negat Alphenus æquũ esse ꝓcuratorem satisdare, q̃ reus satisdare non deberet, si ipse adesset. Appellãtur tribuni, a quibus cũ esset certũ auxiliũ petitum, ita tũ discedi tur, ut idibus Septembris. P. Quintiũ sisti Sex. Alphenus promitteret, uenit Romã Quintius. uadimonium sistit. Iste homo acerrimus bonorũ possessor, expulsor, ereptor, annũ & sex menses nihil petit, quiescit, conditionibus hunc quoad potest, ꝑducit a Cn. Dolobella demũq; prætore postulat, ut sibi Quintius iudicatũ solui satisdet, ex formula q̃ ab eo petat, quoniã eius ex edicto prætoris bõa dies. xxx. possessa sunt. Nõ recusabat Quintius ita satisdare iuberet, si bona possessa essent ex edicto. decernit q̃ æquum non dico. Vnũ hoc dico nouũ, et hoc ipsum tacuisse mallem, quoniã utrũq; quiuis intelligere potuisset. Iubet. P. Quintium sponsionẽ cum Sex. Neuio facere. Si bona sua ex edicto publico Varreni. Præ. dies. xxx. possessa eẽnt. Recusabãt qui aderant, cum Quintio demonstrabant de re iudicium fieri oportere, ut aut uterq; inter se aut neuter satisdaret, non necesse esse sa

mā alterius ī iudiciū uenire. Clamabat porro ipse Quintiꝰ sese icciрco nolle satisdare, ne uideretur iudicasse bona sua ex edicto possessa esse. spōsiōem porro si istiusmodi faceret, se id quod nunc eueniat, de capite suo priore loco cām esse dicturū. Dolabella quēadmodū solēt hoīes nobiles, seu recte, seu ꝑperā facere cœperūt, ita in utroq; excellūt, ut nemo nostro loco natus assequi posset, iniuriā facere fortissime perseuerat, aut satisdare, aut spōsionē iubet facere, & interea recusantes nostros aduocatos acerrime submoueri, conturbatus sane discedit Quintius, neq; mirū, cui hæc optio tā misera tamq; iniqua daretur, ut aut ipse se capitis damnaret si satisdedisset, aut causam capitis, si spōsionem fecisset, priore loco diceret, cum in altera re causæ nihil esset, quin secus iudicaret ipse de se, quod iudicium grauissimum est, in altera spes esset ad talē tñ uirum iudicem ueniēdi, unde eo plus opis auferret, quominus attulisset gratiæ. sponsionem facere maluit, fecit. te iudicē. C. Aquili sumpsit, ex spōso ægit. In hoc summa iudicij causáq; tota cōsistit. iudicium esse. C. Aquili non de re pecuniaria, sed de fama fortunisq;. P. Quintij uides, cum maiores ita cōstituerint, ut qui pro capite diceret, is posteriore loco diceret. Nos inaudita criminatione accusatorū priore loco causam dicere intelligis, eos porro qui defendere consueuerūt, uides accusare, & ea ingenia conuerti ad perniciē, quæ antea uersabantur in salute, atq; auxilio ferendo. Illud etiā restiterat, quod hesterno die fecerūt, ut te ī ius educerēt, ut nobis tp̄s quādiu diceremus præstitueres, quam rem facile a prætore impetrari spero, nisi tu qđ esset tuū ius & officium testesq; docuisses. Neq; nobis adhuc præter te quisq̄; fuit, ubi nostrū ius contra illos obtineremus, neq; illis unq̄; satis fuit illud obtinere quod probari omnibus posset, ita sine iniuria potentiā leuem atq; inopem esse arbitrantur. Verum qm̄ tibi instat

Hortensius, ut eas in consilium, a me postulat, ne dicendo tempus absumam, quæritur priore patrono cām defendente, nunq̃ perorari potuisse, non patiar istam manere suspitionem, nos rē iudicari nolle. neq; illud mihi arrogabo, me posse causam commodius demonstrare, q̃ antea demonstrata sit. Neq; tñ tam uerba multa faciam, propterea q & ab illo qui ante dixit iam informata causa est, et a me qui neq; excogitare, neq; pronunciare multa possum, breuitas postulatur, quæ mihimetipsi amicissima est. Faciam quod te sæpe animaduerti facere Hortensi, totam causæ meæ dictionē certas in partes diuidam. Tu semper id facis, quia semper potes. Ego in hac causa faciam, propterea q in hac uideor posse facere. quod tibi natura dat, ut semper possis, id mihi cā concedit, ut hodie possim. Certos mihi fines terminosq; cōstituam, extra quos egredi non possim, si maxime uelim, ut & mihi sit ꝓpositū de quo dicā, & Hortensius habeat exposita ad quæ rñdeat, & tu. C. Aquili iā āte aio prospicere possis, qbus de rebus auditurus sis. Negam⁹ te bona. P. Quintij, Sex. Neui possedisse ex edicto p̄toris. In eo spōsio facta est ostēdā primū cām non fuisse, cur a prætore postulares, ut bona. P. Q. possideres. Deinde ex edicto te possidere nō potuisse, postremo nō possedisse. Quæso. C. Aqli uosq; qui estis in cōsilio, ut quid pollicitus sim diligenter memoriæ mandetis. Et. n. rem facilius totā accipietis, si hæc meministis. et me facile uestra existimatiōe reuocabitis, si extra hos cācellos egredi conabor, quos mihi ipē circundedi. Nego fuisse cām cur postularet, nego ex edicto possidere potuisse, nego possedisse. Hæc tria cū docuero, ꝑorabo. Nō fuit cā cur postulares, q hoc intelligi pōt? quia Sex. Neuio, neq; ex societatis rōne, neq; priuatim qcq̃ debuit Quīti⁹. Quis huic rei testis est? idē q acerrimus aduersarius. In hac re te iniquū testem Neui citabo, annū & eo diutius post mortem

C. Quintiũ fuit in Gallia tecum simul. P. Quintius, docē te petisse ab eo istam nescio quā innumerabilē pecuniā, doce aliqñ mentionē fecisse, dixisse deberi, debuisse cōcedam. Moritur. C. Quinti⁹, qui tibi ut ais certis nominibus grādem pecuniā debuit, hæres eius. P. Quintius in Galliā ad teipsum uenit in agrū cōmunē, eo demq; ubi nōmō res erat, sed rō quoq; omnis & oēs litteræ, qs tam dissolutus in re familiari fuisset? qs tā negligēs? qs tā tui Sexte dissimilis, q cū res ab eo q cū cōtraxisset, recessisset, & ad hæredē peruenisset, nō hæredem cum primum uidisset, certiorē faceret? appellaret, rationē afferret? Si quid in controuersiam ueniret, aut intra parietes, aut summo iure experiretur? Ita ne est quod uiri optimi faciunt, si qui suos propinquos ac necessarios caros & honestos esse atq; haberi uolūt, id Sex. Neuius non faceret, qui usq; eo feruet ferturq; auaritia, ut de suis cōmodis aliquam partē nolit amittere, ne quā partē huic propinquo suo ullius ornamenti relinquat, & is pecuniā si qua deberet non peteret, qui quia quod debitū nūquam est, id datū non est, non pecuniā mō, uerūetiam hominis propinqui sanguinē uitamq; eripere conatur. Huic tu molestus esse uidelicet noluisti. quē nūc respirare libere nō finis? quē nunc interficere nefarie cupis? cum tu impudenter appellare nolebas, ita credo hominē propinquū, tui obseruantem, uirum bonū, prudētem, maiorē natu nolebas, aut nō audebas appellare. Sæpe ut fit cū ipse te cōfirmasses, cum statuisses mentionem de pecunia facere, cum paratus meditatusq; uenisses, homo timidus uirginali uerecundia, subito ipse te retinebas, excidebat repente oratio, cum cuperes appellare non audebas, ne inuitus audiret, id erat profecto. Credamus hoc, Sex. Neuium, cuius caput oppugnet, eius auribus pepercisse. Si debuisset Sexte, petiisses. Petiisses statim, si non statim, paulo quidem post. Si nō paulo, at

aliquando, sex quidem illis mensibus profecto anno uertente sine controuersia, anno & sex mensibus uerbo cum tibi quotidie potestas hominis fuisset admonẽdi, uerbũ nullum facis, biẽnio iam confecto fere appellas, quis tam perditus ac profusus nepos non adesa iam pecunia, sed abũdanti etiã pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit Sex. Neuius? cum hominẽ nomino, satis mihi uideor dicere, debuit tibi. C. Quintius, nunq̃ petijsti, mortuus est ille, res ad hæredem uenit, cum eum quotidie uideres, post biennium deniq; appellas. Dubitaš utrum sit probabilius. Sex. Neuium statim si quid deberetur, petiturũ fuisse, an ne appellaturũ quidem biennio? appellandi tẽpus nõ erat. At tecum plus anno uixit, in Gallia agi non potuit, at & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Restat ut aut summa negligentia tibi obstiterit, aut unica liberalitas. si negligentiã dices, mirabimur, si bonitatẽ, ridebimus, neq; præterea quid possis dicere inuenio. Satis est argumẽti, nihil esse debitũ Neuio, qui tam diu nihil petiuit, quid si hoc ipsum quod nunc facit, ostendo, testimonio esse nihil deberi? Quid eñ nũc agit Sex. Neuius? qua de re cõtrouersia est? quod est hoc iudiciũ in quo iam bienniũ uersamur? quid negocij geritur, in quo ille tot & tales uiros defatigat? pecuniam petit, nũc deniq; uerumtamẽ petat, audiamus, de rationibus & controuersijs societatis uult dijudicari sero, uerũ id aliquãdo tñ cõcedamus. Nõ inquit hoc ago. C. Aquili, neq; in eo nũc laboro, pecunia mea tot annos utitur. C. Quintius, utatur sane, non peto. Quid igitur pugnas? an quod sæpe multis in locis dixisti, ne in ciuitate sit, ne locũ suũ quẽ adhuc honestissime defendit, obtineat? ne numereš inter uiuos, decernat de uita & ornamẽtis suis omnibus apud iudicẽ cãm priore loco dicat, et eã cũ orarit, tũ deniq; uocẽ accusatoris audiat, quid hoc, quo pertinet, ut ocius ad tuum peruenias. At si

id uelles, iam pridē actū esse poterat, ut honestiore iudicio cōflictere. At sine summo scelere. P. Quintium ꝓpinquum tuū iugulare nō potes, ut facilius iudicium sit. At neq;. C. Aquilius de capite alterius libenter iudicat, & Q. Hortensius, cōtra caput nō didicit dicere. quid a nobis autem. C. Aquili refertur? pecuniam petit, negamus deberi, iudicium fiat stati, nō recusamus, ut quid preterea si ueretur, ut res iudicio facto parata sit, iudicatū solui satis accipiat, q̄bus a me uerbis satis acciperet, iisdē ipse quod peto satis det. Actū iam pōt esse. C. Aquili, iā tu potes discedere liberatus, molestia, prope dicā nō minore q̄ Quintius. Quid agimus Hortensi? quid de hac cōditione dicimus? possumus aliq̄n depositis armis sine periculo fortunarum de re pecuniaria disceptare? possumus ita rem nostram persequi, ut hominis propinqui caput incolume esse patiamur? possumus petitoris personam capere, accusatoris deponere? immo inquit abs te satis accipiam. Ego autem tibi satis non dabo. Quis tandem nobis ista iura tā æqua describit? Quis hoc statuit, q̄d æquū sit in Quintiū, id iniquū esse in Neuium? Quintij bona inquit ex edicto prætoris possessa sunt, ergo id ut confitear, postulas, ut quod nunq̄ factum esse iudicio defendimus, id perinde quasi factū sit nostro iudicio, cōfirmemus. Inueniri ratio. C. Aquili nō potest, ut ad suū quisq; q̄primū sine cuiusq̄ dedecore, infamia, perniciecq;, perueniat. ꝑfecto si quid deberetur, peteret, nō omnia iudicia fieri mallet, q̄ unum illud, unde hæc omnia iudicia nascuntur, qui inter tot annos ne appellarit q̄dem Quintiū, cum potestas esset agendi quotidie, qui quo tempore primum male agere cœpit, in uadimonijs differendis tempus omne cōsumpserit, q̄ postea uadimoniū quoq; missū fecerit, hūc ꝑ insidias ui de agro cōmuni deiecerit, qui cū de re agendi nullo recusante potestas fuisset, spōsionem de probro facere maluerit,

qui cum reuocetur ad iudicium, unde nata hæc sunt omnia conditionẽ æquissimam repudiet. fateatur se nõ pecuniam, sed uitã & sanguinẽ petere. Is nõ hoc palam dicit, mihi si quid deberetur peterẽ, atq; adeo iam pridẽ abstulissem. nihil hoc tanto negocio, nihil tam inuidioso iudicio, nihil tam aduocatiõe copiosa uterer, si petendũ esset. Extorquendum est inuito atq; ingratis qđ non debet, eripiendũ atq; exprimendum est, de fortunis omnibus. P. Quintius deturbandus est, potentes, diserti, nobiles oẽs aduocandi sunt. adhibenda uis est ueritati, Minæ iactẽtur, pericula intẽdãtur, formidines opponant, ut his rebus aliqñ uictus & pterrit⁹ ipse sedeat, quæ mehercule oĩa cũ contra pugnẽt, uideo, & cũ illũ cõsessum cõsidero, adesse atq; impendere uidentur, neq; uitari ullo modo posse. Cũ aũt ad te. C. Aquili oculos aĩumq; rettuli, quo maiore conatu studioq; agũtur, eo leuiora infirmioraq; existimo. Nihil igitur debuit, ut tu ipse prædicas. Quid si debuisset, continuo ne cã fuisset, cur a ptore postulares, ut bõa possideres? nõ opinor id qdẽ neq; ius eẽ, nec cuiq; expedire. Quid igit̃ demõstrat? uadimoniũ sibi dĩt esse desertũ. Anteq; doceo id factũ nõ eẽ, libet mihi. C. Aquili ex officij rõne, atq; ex oĩum cõsuetudine rẽ ipam & factũ simul S ex. Neuij considerare. Ad uadimonium non uenerat ut dĩs, is qcum tibi affinitas, societas, oẽs deniq; causæ & necessitudines ueteres intercedebant. illico ne ad ptorẽ ire cõuenit, cõtinuo ne æquũ fuit postulare, ut ex edicto bona possidere liceret? Ad hæc extrema & inimicissima iura tam cupide decurrebas, ut tibi nihil in posterũ, qđ grauius aut crudelius facere posses, reseruares. Nã qd homini põt turpi⁹, qd uero miserius aut acerbi⁹ usu uenire? qđ tãtũ eueni re dedecus? quæ tãta calamitas inueniri põt? pecuniã si cuipiã fortuna ademit, aut si alicuius eripuit iniuria, tñ dum existimatio est integra, facile cõsolatur honestas egestatem.

At non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus, bonis suis quidem utitũ, alterius opes id quod miserrimũ est, non expectat. Hoc tamen in miserijs adiumẽto & solatio subleuatur. Cuius uero bona uenierũt, cuius nõ modo illæ amplissimæ fortunæ, sed etiã uictus uestitusq; necessari⁹ sub præcone cũ dedecore subiectus est, is nõ modo ex numero uiuorũ exturbatur, sed si fieri potest infra etiam mortuos mandatur. Etenim mors honesta sæpe uitam quoque turpem exornat. uita turpis ne morti quidem honestæ locũ relinquit. Ergo hercule cuius bona ex edicto possidentur, huius omnis fama & existimatio cũ bonis simul possidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponũtur, huic ne perire quidem certe tacite obscureq; cõceditur, cui magistri fiũt, & domini constituuntur, qui qua lege & qua conditiõe pereat, pronũcient, de quo homine præconis uox prædicat, & p̃cium conficit, huic acerbissimum uiuo uidentiq; funus indicitur, si funus id habendum sit quo nõ amici cõueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorũ emptores ut carnifices ad reliquias uitæ lacerandas & distrahẽdas. Itaq; maiores nostri raro id accidere uoluerunt, prætores ut cõsiderate fieret, comparauerũt, uiri boni cũ palàm fraudantur, cũ experiundi potestas nõ est, timide tamen & pedetentim istuc descendunt, ui atq; necessitate coacti, inuiti, multis uadimonijs desertis sæpe illusi ac destituti, considerant. n. quid & quãtum sit alterius bona proscribere, iugulare ciuem ne iure quidẽ quisquã bonus uult. mauult. n. cõmemorare se cũ posset perdere peperisse, q̃ cum parcere potuerit, perdidisse. hæc ĩ homines alienissimos deniq; inimicissimos uiri boni faciũt, & hoim existimatiõis & communis humanitatis causa, ut cũ ipsi nihil alteri sciẽtes imcommodarint, & nihil ipsis iure incõmodi cadere possit. Ad uadimoniũ nõ uenit, quis? propinquus, si res ista grauissima

sua sponte uideretur, tamen eius atrocitas necessitudinis nomine leuaretur. Ad uadimoniũ non uenit. quis? socius, etiã grauius aliquid ei deberes cõcedere, q̃ cum te aut uolũtas cõgregasset, aut fortuna coniũxisset. Ad uadimoniũ nõ uenit, quis? Is qui tibi præsto semper fuit, ergo in eum qui semel hoc cõmisit, ut tibi p̃sto nõ esset, omnia tela cõiecisti, quæ parata sunt in eos, qui ꝑmulta male agẽdi causa fraudandiq́; fecerũt. Si dũpondius tuus ageretur. Sex. Neui, si ĩ paruula re captiõis aliquid uererere, nõ statim ad. C. Aquilium, aut ad eorũ aliquẽ qui consuluntur concurrisses. Cũ ius amicitiæ, societatis, affinitatis ageret, cum officiĩ rõnẽ atq; existimationis duci conueniret, eo tempore tu nõ modo ad. C. Aquiliũ, aut ad. L. Lucullũ, sed ne ipse quidẽ ad te retulisti, ne hæc quidẽ tecum locutus es, horæ duæ fuerunt. Quintius ad uadimoniũ non uenit, quid ago? si mehercule, hæc tecũ duo uerba fecisses, quid ago, respirasset cupiditas atq; auaritia paululum, aliquid loci rationi & consilio dedisses, tu te collegisses, nõ in eã turpitudinem uenisses, ut hoc tibi esset apud tales uiros cõficiendũ. Qua tibi uadimoniũ non sit obitum eadẽ te hora cõsilium cœpisse hominis propinqui fortunas funditus euertere. Ego pro te nunc hoc consulo post tempus & in aliena re quoniã tu in tua re cum tẽpus erat cõsulere oblitus es. Quæro abs te. C. Aquili. L. Lucullе. P. Quintili. M. Marcelle, uadimoniũ mihi nõ obiit quidam socius & affinis meus, qui cũ mihi necessitudo uetus, cõtrouersia de re pecuniaria recens intercedit, postulo ne à prætore, ut eius bõa mihi possidere liceat? An cũ Romæ domus, ei uxor, liberi sint, domum potius denunciẽ? quid est q̃ uobis hac tandẽ de re possit uideri? profecto si recte uestram bonitatẽ atq; prudentiã cognoui, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri, primũ expectare, deinde si latitare ac diutius ludificare uideatur, ami

cos conuenire, quærere qs procurator sit, domum denuncia re. dici uix potest q̃ multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, q̃ ad hãc rõnem extremam necessariam deuenire. Quid ad hæc Neuius? Ridet scilicet nostrã amentiã, qui in uita sua rõnẽ summi officij desideremus, & instituta bonorũ uirorũ requiramus. quid mihi inquit cũ ista sanctimonia ac summa diligentia? Viderint inquit ista officia uiri boni, de me aũt ista cõsiderent nõ quid habeam, sed quibus rebus inuenerim, quærant, & quẽadmodum natus, & quo pacto educatus sim. Memini uetus est de scurra, multo facilius di uitẽ q̃ patrẽfamilias fieri posse, hæc ille si uerbis nõ audet, re quidẽ uera palam loquitur, & eñi si uult uirorum bonorum instituto uiuere, multa oportet discat, atque dediscat, quorũ illi ætati utrunq; difficile est. Nõ dubitaui inquit cũ uadimoniũ desertũ esset, bona proscribere, improbe. Verum quoniã tu tibi id arrogas, & cõcedi postulas, cõcedamus. quid si nũquam deseruit, si ista causa abs te tota p̱ summã fraudem & maliciam facta est? si uadimonium omnino tibi cũ. P. Quintio nullum fuit, quo te nomine appellemus? improbũ? At etiã si desertum uadimonium esset, tamen in ista postulatiõe & proscriptione bonorũ improbissimus reperiebare, num malitiosum? negas, fraudulentum? iam id quidẽ arrogas tibi, & præclarũ putas, audacem? cupidũ? perfidiosum? uulgaria & obsoleta sunt, res autẽ noua atq; inaudita, quid ergo est? uereor mehercule ne aut grauiorib⁹ utar uerbis q̃ natura fert, aut leuioribus q̃ causa postulat. Ais esse uadimoniũ desertũ, quæsiuit a te statim, ut Romam redijt Quintius, quo die uadimoniũ istud factũ esse diceres, rñdisti statim nonis februarijs, discedẽs in memoriã redijt Quintius quo die Roma in Galliã p̱fectus sit. ad ephemeridẽ reuertit. Inuenitur dies p̱fectiõis pridie Kal. Februarij, nonis februarijs si Romæ fuit, causæ nihil dicim⁹, quin

tibi uadimonium promiserit, quid? hoc inueniri qui potest? profectus est una. L. Albius homo in primis honestus, dicet testimoniũ, profecti sunt familiares & Albij, & Quintij, dicẽt, hi quoq; testimoniũ, litteræ. P. Quintij tot testes, qb⁹ omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur, cum a stipulatore tuo cõparabuntur, & in hac eiusmodi causa. P. Quintius laborabit, & diutius in tanto metu miser periculoq; uersabitur, & uehementius eũ gratia aduersarij perterrebit, quam fides iudicis consolabitur. Vixit. n. semꝑ inculte atque horride. natura tristi atque recondita fuit, nõ ad solarium, non in campo, non in cõuiuijs uersatus est. Id ægit ut amicos obseruãtia, rem parsimonia retineret. Antiquam officij rationẽ dilexit, cuius splendor omnibus his moribus obsoleuit. At si in causa pari discedere inferior uideretur, tamen esset non mediocriter conquerendum, nunc in causa superiore, ue ut par quidem sit postulat, inferiorem esse patitur, dumtaxat usque eo ne cum bonis fama fortunisq; omnibus Sex. Neuij cupiditati crudelitatiq; dedatur. Docui quod primum pollicitus sum. C. Aquili causam omnino cur postularet nõ fuisse, q neq; pecunia debebatur, & si maxime deberetur, cõmissũ nihil esse, quare ad istã rationem perueniretur. Attẽde nunc ex edicto prætoris bona. P. Quĩtij possidere nullo modo potuisse, tractat edictum, qui fraudationis causa, non est is Quintius, latitat ad negociũ suum relicto procuratore profectus est, cui hæres non extabit, ne is quidem, qui exilij causa solum uerterit. Quo tempore existimas oportuisse Neui absentẽ Quintiũ defendi, aut quo modo tum cũ postulabas, ut bona possideres, nemo affuit. Neq;. n. qsq; diuinare poterat te postulaturũ, neq; quicq; attinebat id recusare, qđ ꝑtor non mõ fieri, ſ edicto suo fieri iubebat. Qui loc⁹ igit̃ absentis defendẽdi procuratori primus datus est, cũ proscribebas, er-

go affuit,non passus est,libellos deiecit. Sex. Alphenus, q primus erat officij gradus,seruatus est a procuratore summa cũ diligentia. Videamus quae deinde sint consecuta, hominem. P. Quintij deprehendis in publico,conaris abducere,non patitur Alphenus,ui tibi ademit,curat ut domum reducatur ad Quintiũ,hic quoq; summe cõstat procuratoris diligẽtis officiũ:debere tibi dicis Quintiũ, procurator negat,uadari uis,promittit,in ius uocas. Sequitur,iudiciũ postulas,non recusat,quid aliud sit absentem defendi, ego nõ intelligo. At quis erat procurator,credo aliquẽ eiectum hominẽ egentem,litigiosum,improbum,qui posset scurrae diuitis quotidianũ cõuicium sustinere,nihil minus, eques Ro. locuples sui negocij bene gerens. Deniq; is quẽ quotiẽs Neuius in Galliã profectus est ꝓcuratorẽ Romae reliquit, & audes Sexte Neui negare absentẽ defensum esse Quintiũ cũ eũ defenderit idem qui solebat,& Cum is iudicium acciperet pro Quintio,cui tu,& rem,& famam tuã cõmẽdare proficiscens & cõcredere solebas, conaris hoc dicere neminẽ extitisse,qui Quintiũ iudicio defenderet. Postulabã inquit ut satisdaretur,iniuria postulabas, ita uidebare, recusabat Alphenus,ita,uerũ praetor decernebat. Tribuni igitur appellabãtur,hic te inquit teneo,non est istud iudiciũ pati,neq; iudicio defendere,cum auxiliũ a tribunis petas,hic ego cũ attendo qua prudentia sit Hortensius,dictu rũ eum esse non arbitror cũ aũt antea dixisse audio, & cãm ipsam cõsidero,quid aliud dicere possit,nõ reperio. Fateor. n. libellos Alphenum deiecisse,uadimonium promisisse, iudiciũ quin acciperet in ea ipsa uerba,quae Neuius edebat, nõ recusasse,ita tñ more & instituto per eũ magistratũ,qui auxilij cã cõstitutus est. Aut haec facta non sint necesse est, aut Cai9 Aqlius talis uir iurat9 hoc ius ĩ ciuitate cõstituat cuius ꝓcurator non oĩa iudicia,quae quisq; in uerba postu

larit, cuius procurator a p̄tore ad tribunos appellare ausus sit eum nō defendi, eius bona recte possideri posse, ei misero absenti ignaro fortunarum suarum oia uitæ ornamēta per summum dedecus & ignominiam diripi cōuenire, quod si pbari nemini pōt, illud certe probari omnibus necesse est, defensum esse iudicio absentem Quintiū. Quod cū ita est, ex edicto bona possessa nō sunt. At enim Tr. Pl. ne audierūt quidē, fateor, si ita est procuratorē decreto prætoris. R. oportuisse parere. qd si. M. Brutus intercessurū se dixit palam, nisi qd inter ipsum Alphenū & Neuiū cōueniret. Videturne intercessisse appellatio tribunorū non morte, sed auxilij causa, qd deinde fit? Alphen⁹ ut omnes intelligere possent, iudicio defendi Quintium, ne qua subesse posset aliena aut ipsius officio, aut huius existimatione suspicio uiros bonos complures aduocat, testatur isto audiente se pro communi necessitudine id primum petere, ne quid atrocius in. P. Q. absentē sine cā facere conet, sin aūt inimicissime atq; infestissime cōtēdere pseueret, se paratū esse oi recta atq; honesta ratione defendere, qd petat nō deberi se iudicio, id quod edat accipere. Eius rei cōditiōisq; tabellas obsignauerūt uiri boni cōplures, res in dubiū uenire nō pōt. Fit reb⁹ oibus integris, neq; pscriptis, neq; possessis bonis, ut Alphenus pmittat Neuio sisti Quintiū, uenit ad uadimoniū. Q. iacet res i cōtrouersijs isto calūniante biēnium usq; dum inueniretur, qua rōne res ab usitata cōsuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur, qd officium Aquili commemorari procuratoris pōt, quod ab Alpheno præteritum esse uideatur? quid affertur? Quare. P. Quintius absens negatur esse defensus? At uero id Hortēsium, quod nuper iniecit, & quod Neui⁹ semper clamitat, dicturum non arbitror fuisse Neuio parem certationem cū Alpheno illo tempore illis dominantibus, q si uelim confi-

teri, illud opinor concedent, non procuratorem. P. Quintij neminem fuisse, sed gratiosum fuisse. Mihi aũt ad uincendum satis est fuisse procuratorem, qui cum experiri posset, qualis is fuerit, si mõ absentem defendebat, per ius & per magistratũ nihil ad rem arbitror pertinere. Erat. n. inquit illarũ partiũ, quid ni? qui apud te educatus esset, quem tu a puero sic instituisses, ut nobili ne gladiatori q̃dẽ cederet, sicut tu semper summe concupisti. Idẽ uolebat Alphenus ea re tibi cum eo par cõtentio erat. Bruti inquit erat familiaris, itaq; is intercedebat. Tu cõtra Burreni, qui iniuriã decernebat omniũ deniq; illorũ, qui tum & poterãt per uim & scel⁹ plurimũ, & q̃ď poterãt id audebãt. An oẽs tu istos uincere uolebas, q̃ nunc tu ut uincas, tãtopere laborãt, tu id aude dicere nõ palã, sed ijs ipsis quos aduocasti, tametsi nolo eã rem cõmemorãdo renouare, cuius oĩno rei memoriã, oẽm tolli funditus, ac deleri arbitror oportere. Vnũ illud dico, si propter partium studiũ potens erat Alphenus, potentissimus Neuius, si fretus gratia postulabat aliq̃d iniquius Alphenus, multo iniquiora Neuius imperabat. Neq;. n. inter studiũ uestrũ q̃cq̃ ut opĩor, ĩterfuit. Ingenio, uetustate, artificio tu facile uicisti, ut alia omittã, hoc satis est. Alphenus cũ ijs & ꝓpter eos periţt, quos diligebat. Tu postq̃ q̃ tibi erãt amici, nõ poterãt uincere, ut amici tibi essent, qui uincebãt, effecisti. Quod si tũ par tibi ius cũ Alpheno fuisse nõ putas, quia tñ aliquẽ contra te aduocare poterat, quia magistratus aliq̃s reperiebat, apud quẽ Alpheni causa cõsisteret, quid hoc tp̃e Quintio statuendũ est, cui neq; magistratus adhuc æquus inuẽtus est, neq; iudiciũ redditũ est usitatum? nõ cõditio, nõ sponsio, non deniq; ulla intercessit unq̃ postulatio, mitto æqua. uerũ ante hoc tp̃s nefanda quidem audita. de re pecuniaria cupio cõtendere, non licet. At ea controuersia nihil ad me attinet, cãm capitis dicas opor-

tet, accusa ubi ita necesse est. Nō inqt nisi tu ante nono mō priore loco dixeris, dicendū necessario est, restituendum horæ ad arbitrium nostrum, iudex ipse arcebitur, Quid? tum tu aliquem patronum inuenies, hominem antiqui officij, q splendorem nostrum, & gratiam negligat? pro me pugnabit. L. Philippus, eloquentia, grauitate, honore, florentissimus ciuitatis, dicet Hortēsius excellēs ingenio, nobilitate, existimatione. Aderunt autem hoies nobilissimi ac potentissimi, quorum frequentiam atq; cōsessum nō modo. P. Quintius, qui de capite decernit, sed quiuis qui extra periculum sit, perhorrescat. Hæc est iniqua certatio, non illa qua tu cōtra Alphenum uelitabaris, huic ne ubi consisteret quidem contra te locū reliquisti? Quare aut doceas oportet Alphenum negasse se procuratorem esse, non deiecisse libellos iudicium accipere noluisse, aut cum hæc ita facta sint, ex edicto te bona. P. Quintij non possedisse concedas. Etenim si ex edicto possedisti, quæro cur bona nō uenierint? cur cæteri sponsores & creditores nō conuenierint? nemo ne fuit cui deberet Quintius? fuerunt, & complures fuerunt. Propterea q Cecilius frater aliquātū æris alieni reliquerat, quid ergo est? Homines erant ab hoc omnes alienissimi, & his debebatur, neq; tamen quisq; inuentus est tam insignite improbus, qui uiolare. P. Quintij existimationem absentis auderet. Vnus fuit affinis, socius, necessarius Sex. Neuius, qui cum ipse ultro deberet, qui quasi eximio præmio sceleris exposito cupidissime contenderet, ut per se afflictum, atq; euersum propinquum suum non modo honeste partis bonis, uerumetiam communi luce priuaret. Vbi erant cæteri creditores? deniq; hoc tempore ubi sunt. quis est qui fraudatiōis causa latuisse dicat, quis qui absentem defensum neget esse Quintium? nemo inuenitur. At cōtra omnes, quibus cum ratio huic aut est, aut fuit, adsunt

defendunt. Fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Neuij derogaretur, laborant. In hmōi sponsionē testes dare oportebat, ex eo numero qui hæc dicerent, uadimoniū mihi deseruit, me fraudauit. A me nōis eius quod inficiat' esset, diem petiuit. Ego experiri non potui, latitauit, procuratorē nullū reliquit, horū nihil dicitur, parātur testes, qui hoc dicāt. Verū opinor uidebimus cū dixerint, unū tñ hoc cogitent, ita se graues esse, ut si ueritatem uolēt retinere, grauitatē possint obtinere, si eā neglexerint, ita leues sint, ut oēs intelligāt non ad obtinēdū mendaciū, sed ad uerum probandum auctoritatem adiuuare. Ego hæc duo q̄ro, primum qua rōne Neuius susceptū negocium nō transegerit, hoc est cur bona, q̄ ex edicto possidebat, nō uendiderit. Deinde cur ex tot creditoribus alius ad istam rōnem nemo accesserit, ut necessario cōfiteare, neq; tam temerariū quenq̄ fuisse, neq; teipsum id quod turpissime susceprisses, perseuerare & transigere potuisse. Quid si tu ipse Sex. Neui statuisti bona. P. Quintij ex edicto possessa non esse? Opinor tuum testimonium quod in alienare leue esset, id in tua qm̄ cōtra te est, grauissimū debet esse. Emisti bona. Sex. Alpheni. L. Sylla dictatore uendente. Socium tibi in huius bonis edisti Quintium. plura non dico, cū eo tu uoluntariā societatem coibas, qui te in hæreditaria societate fraudarat. et eum iudicio tuo cōprobas, quem spoliatum fama fortunisq; omnibus arbitrabare. Diffidebā mehercule. C. Aquili satis animo certo & cōfirmato me posse in hac cā cōsistere. Sic cogitabā, cum contra dicturus esset Hortensius, & cū me esset attente auditurus Philippus fore uti permultis in rebus timore ꝑlaberer. dicebā huic Quintio Roscio, cuius soror est cum. P. Q. cum a me peteret, & summe contenderet, ut propinquum suum defenderem, mihi perdifficile esse cōtra tales oratores nō mō tātā causam perorare, sed omnino

uerbū facere

uerbũ facere conari. Cũ cupidius instaret, homini pro ami citia familiarius dixi, mihi uideri ore durissimo esse, q pñte eo gestũ agere conaretur. Qui uero cũ ipso cõtenderẽt, eos ẽt si q̃d antea recti aut uenusti habere uisi sunt, id amittere, ne quid mihi eiusmodi accideret, cum cõtra talẽ artificẽ dicturus essem, me uereri. tum mihi Roscius, & alia multa non firmandi mei cã dixit, & mehercule si nihil diceret, ta cito ipso officio & studio qđ habebat erga propinquũ suũ, quẽuis commoueret. Et. n. cum artifex eiusmodi sit, ut sol' dignus uideatur esse q in scena spectetur, tum uir eiusmodi est, ut solus dignus uideatur esse qui eo non accedat. Verũtamen quid si inquit habes eiusmodi cãm, ut hoc tibi pla num sit faciendum, neminem esse qui possit biduo aut ad summum triduo septingẽta milia passuum ambulare? tum ne uereris ut possis hæc cõtra hortensium cõtendere? mini me inq̃. sed q̃d ad rẽ? nimiũ inquit in eo cã cõsistit, quomõ? docet, me eiusmodi rem & factũ simul. Sex. Neuij. qđ si solum proferretur, satis esse deberet, q̃ abs te. C. Aquili, & a uobis qui estis in consilio, quæso ut diligenter attendatis, profecto intelligetis illum ab initio cupiditate pugnasse & audacia, huic ueritatem & pudorem quoad potuerit, resti tisse, bona postulas ut ex edicto possidere liceat, quo die? te ipsum Neui nolo audire, uolo inauditũ facinus ipsius qui id cõmisit, uoce cõuinci. dic Neui diem ante. V. Kal. inter calares, bene agis, q̃ lõge est hinc in saltum uestrum Gal licanum? Neui te rogo. Dcc. milibus passuũ, optime, de sal tu deijcitur Quintus, quo die? possumus hoc quoq; ex te audire? quid taces? dic inq̃ diem, pudet dicere, intelligo ue rũ & sero, & nequicq̃ pudet, deijcitur de saltu. C. Aquili pridie Kal. intercalares biduo post, ut statim' de iure aliq̃s cucurrerit nũ toto triduo. Dcc. milia passuum cõficiuntur. O rem incredibilẽ. O cupiditatẽ inconsideratã. O nũq̃ũ uo

lucrem. Administri & satellites. Sex. Neuij Roma trãs alpes in Sebagranos biduo uenlũt. O hoīem fortunatum, qui eiusmodi nũcios seu potiꝰ Pegasos habeat, hic ego si Crassi oẽs cũ Antonijs existant, si tu. L. Philippe, q inter illos florebas, hanc cãm uoles cũ Hortẽsio dicere, tñ supior sim necesse est. Nõ. n. quemadmodũ putatis oĩa sunt in eloquentia. Est quædã tñ ita pspicua ueritas, ut eã infirmare nulla res possit. An anteꝗ̃ postulasti ut bona possideres, misisti q curarent, ut dñs de suo fundo a sua familia ui deijceretur? utrumlibet elige, alterum incredibile est, alterum nefariũ, & ante hoc tempus utrunqꝫ inauditũ. septingenta milia passuum uis esse decursa biduo. Dic negas? ante igitur misisti, malo. Si. n. illud diceres, improbe mentiri uiderere, cũ hoc confiteris, id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere possis, hoc consilium Aquilio & talibus uiris tam cupidum, tam audax, tam temerarium probabitur, quid hæc amentia? quid hæc festinatio? quid hæc immaturitas tanta significat? non uim, non scelus, non latrocinium, non deniqꝫ omnia potiusꝗ̃ ius ꝗ̃ officium ꝗ̃ pudorem? mittis iniussu prætoris, quo consilio? iussurum sciebas? quid cũ iussisset? tum mittere nonne poteras? postulaturus eras. Quãdo? post dies. xxx. nempe si te nihil impediret, si uoluntas eadem maneret, si ualeres, deniqꝫ si uiueres, prætor si iussisset opinor, si uellet, si ualeret, si ius diceret, si nemo recusaret, qui ex ipsius decreto & satisdaret, & iudicium accipere uellet. Nam per deos immortales, si Alphenus procurator. P. Quintij tibi tum satisdaret, & iudicium accipere uellet, deniqꝫ omnia quæ postulares, facere uoluisset, quid ageres? reuocares eum quem in Galliam miseras? At hic quidem iam de fundo expulsus, iam a suis dijs penatibus præceps eiectus, iam quod indignissimum est, suorum seruorum manibus nuncio, atqꝫ imperio tuo uiolatus esset.

corrigeres hæc.ſ.tu poſtea de cuiuſq; uita dicere audes, qui hoc concedas neceſſe eſt, ita te cæcum cupiditate & auaritia fuiſſe, ut cum poſtea quid futurum eſſet ignorares. Accidere autem multa poſſent, ſpem maleficij præſentis, in incerto reliqui tp̃is euentu collocares. Atq; hæc perinde loquor, quaſi ipſo illo tẽpore cum te prætor iuſſiſſet ex edicto poſſidere. Si poſſeſſionẽ miſiſſes, debueris aut potueris. P. Quintiũ de poſſeſſione deturbare, oĩa ſunt. C. Aquili eiuſmodi, ut quiuis perſpicere poſſit in hac cã improbitatẽ & gratiam cum inopiã & ueritate cõtendere. Prætor te quẽadmodum poſſidere iuſſit? opinor ex edicto. Sponſio quæ in uerba facta eſt? ſi ex edicto prætoris bona. P. Quintij poſſeſſa ſunt? Redeamus ad edictum, id quid eſt quemadmodum iubet poſſidere? Nunc quid eſt cauſæ. C. Aquili, quin ſi longe aliter poſſedit, q̃ prætor edixit, iſta ex edicto nõ poſſederit. ego ſponſione uicerim, nihil opinor, cognoſcamus edictum. Qui ex edicto meo in poſſeſſionem uenerit, de te loquitur Neui, quemadmodum tu putas. Ais. n. te ex edicto ueniſſe, tibi quid facias, definit, te inſtituit, tibi præcepta dat, eos ita uidetur in poſſeſſione eſſe oportere. quomodo? q; ibidem recte cuſtodire poterunt, id ibidẽ cuſtodiant. quod non poterunt, id auferre & abducere licebit. Quid tũ? dñm inquit inuitum detrudere nõ placet, eum ipſum qui fraudãdi cauſa latitet, eum ipſum quẽ iudicio nemo defendat, eum ipſum qui cum omnibus creditoribus ſuis male agat, inuitum de prædio detrudi uetat. Proficiſcenti tibi in poſſeſſionem prætor ipſe Sex. Neuij palam dicit, ita poſſideto, ut tecũ ſimul poſſideat Quintius, ita poſſideto, ut Quintio ius ne auferatur. Quid? tu id quẽadmodũ obſeruas? mitto illud dicere eum qui nõ latitarit, cui Romæ domus, uxor, liberi, procurator eſſet? eũ qui tibi uadimoniũ nõ deſeruiſſet, & hæc omnia mitto, illud dico, dñm expulſum eſſe de prædio,

dño a familia sua manus illatas esse ante suos lares familia res, hoc dico Neuium ne appellasse quidē Quintiū cum simul esset, experiri posset quotidie. Deide q̄ oia iudicia difficillima cum summa sua inuidia maximoq́ꝫ periculo. P. Q. fieri mallet, q̄ꝫ illud pecuniarium iudiciū, quod uno die trāsigi posset, ex quo uno hæc oia nata & profecta esse concedit, quo in loco cōditionē tuli, si uellet pecuniam petere, P. Quintium iudicatū solui satisdaturū, dū ipse si quid peteret, pari cōditione uteretur. Ostendi q̄ꝫ multa ante fieri conuenerit, q̄ꝫ hois propinqui bona possideri postularentur. præsertim cū Romæ domus eius, uxor, liberi essent, et procurator æque utrisq; necessarius. Docui cū desertū eē dicat uadimoniū, omnino uadimoniū nullū fuisse, quo die hunc sibi promisisse se dicat, eo die ne Romæ quidē eū fuisse. id testibus pollicitus sum planū me facturū, qui & scire deberent, & cām cur mentirent̄, nō haberent. Ex edicto aūt nō potuisse bona possideri, demōstraui, q̄ neq; fraudandi cā latitasse, neq; exilij cā solū uertisse diceretur. Reliquū est, ut cum nemo iudicio defenderit, quod cōtra copiosissime defensum eē cōtēdi, nō ab hoie alieno, neq; ab aliquo calūniatore atq; improbo, sed ab eqte Ro. propinquo ac necessario suo, quem ipse Sex. Neuius procuratorem relinquere antea cōsuesset, neq; eum si tribunos appellarit, icc irco minus iudiciū pati paratum fuisse, neq; potentia procuratoris Neuio ius ereptū, cōtra istum potentia sua, tum tantummō superiorē fuisse, nunc nobis uix respirandi ptātem dare, quæsiui quæ cā fuisset, cur bōa nō uenijssent, cū ex edicto possiderent̄. Deinde illud quoq; requisiui, qua ratiōe ex tot creditoribus nemo neq; tū idē fecerit, neq; nunc contradicat, omnesq́ꝫ pro. P. Quintio pugnent, præsertim cū in tali iudicio testimonia creditorū existimentur ad rē maxime pertinere. postea sum usus aduersarij testimonio, qui sibi eum

nuper edidit sociũ, quem quõ nũc intendit ne in uiuorũ qdẽ numero tũ demõstrat fuisse. tum illã incredibilẽ celeritatẽ seu potius audaciã protuli cõfirmaui necesse esse aut biduo. Dcc. milia passuũ esse decursa, aut Sex. Neuiũ diebus cõplu ribus ante in possessionem misisse, q̃ postularet, uti eius li ceret bona possidere. Postea recitaui edictũ, qđ aperte dñm a prædio detrudi uetaret, in quo consistit Neuiũ ex edicto non possedisse, cum cõfiteretur ex predio ui detrusum esse Quintiũ. Omnia aũt bona possessa non esse cõstitui, q̃ bono rum possessio spectetur nõ in aliqua pte, sed in uniuersis, quæ teneri & possideri possint, dixi domũ Romæ fuisse quo iste ne aspirarit quidẽ, seruos cõplures ex qbus iste possede rit neminẽ ne attigerit quidem, unum fuisse quẽ attingere conatus sit, phibitũ fuisse, quieuisse. In ipsa Gallia cogno stis in pdia priuata Quintij. Sex. Neuiũ nõ uenisse. Denique ex hoc ipso saltu quẽ per uim expulso socio possedit seruos priuatos Quintij omnes eiectos esse. Ex quo & ex cæteris dictis factis cogitatisq; Sex. Neuij quiuis põt intelligere istum nihil aliud ægisse, neq; nũc agere, nisi uti p uim, per iniuriã, p iniquitatẽ iudicij totũ agrũ q cõmunis est suum facere possit. Nũc causa porata, res ipsa & periculi magni tudo. C. Aquili cogere uidetur, ut te atque eos q tibi in con silio sunt obsecret obtesteturq;. P. Quintius per se ac p se nectutem ac solitudinem suã, nihil aliud, nisi ut uestræ na turæ bonitatiq; obsequamini, ut cum ueritas hoc faciat plus huius inopia possit ad misericordiam, q̃ illius opes ad crudelitatem. Quo die ad te iudicem uenimus, eodem die eorũ minas quas ante horrebamus, negligere cœpimus. Si cã cũ causa contenderet, nos nostram perfacile cuiuis pba turos statuebamus, q̃ uitæ ratio cum ratione uitæ decerne ret, iccirco nobis etiam te iudice magis opus esse arbitrati sumus. Ea res enim nunc in discrimen uersatur, utrũ possit

ne se contra luxuriem ac licentiā, rusticana illa atq; inculta parsimonia defendere, an deformata ornamentis oībus spoliata nuda cupiditati, petulātiæq; addicatur. Nō cōparat se tecū gratia. P. Q. Sex. Neui, nō opibus, nō facultate cōtēdit. Omnis tuas artes, q̄bus tu magnus es, tibi cōcedit. Fatetur se non belle dicere, nō ad uoluntatē loq̄ posse, nō ab afflicta amicitia transfugere, atq; ad florentē aliā deuolare, nō profusis sumptibus uiuere, non ornare magnifice splendideq; cōuiuiū, nō habere domū clausam pudori & sanctimoniæ, atq; adeo expositā & patentē cupiditati & uoluptatibus; cōtra sibi officiū, fidem, diligentiam, uitā oīno semper sibi horridam atq; aridā cordi fuisse. Ista superiora esse ac plurimū posse his moribus sentit. Quid ergo est? non usq; eo tū ut in capite fortunisq; hominū honestissimorū dominentur hi, qui relicta uirorū bonorū disciplina & quæstū & sumptū Gallonij sequi maluere, atque ēt quod in illo nō fuit, cū audacia perfidiaq; uixerunt. Si licet eū uiuere quē Sex. Neuius nō uult, si est hoi honesto locus in ciuitate inuito Neuio, si fas est respirare. P. Q. cōtra nutū ditionēq; Neuij, si quæ pudore ornamēta sibi peperit, ea pōt, cōtra petulātiā te defendente obtinere, spes est hūc miserū atq; infœlicē aliqñ tādē posse cōsistere, sin & poterit Neuius, id quod libet, et ei libebit, quod nō licet, quid agendū est? q̄ deus appellandus est? cuius hoīs fides implorāda est? q̄ deniq; questus q̄ mœror dignus inueniri calamitate tanta pōt? Miserum est exturbari fortunis oībus, miserius est iniuria, acerbum est ab aliquo circūueniri, acerbius a propinquo, calamitosum est bonis euerti, calamitosius cū dedecore, funestū est a forti atq; honesto uiro iugulari, funestius ab eo cuius uox preconio quæstum præstitit. Indignū est a pari uinci aut a superiore, indignius ab inferiore atq; humiliore. luctuosum est tradi alteri cum bonis, luctuosius inimico, horribile est

causam capitis dicere, horribilius priore loco dicere, omnia circunspexit Quintius, omnia periclitatus est. Ca. Aquili, non prætorem modo a quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeo ne unde arbitratu quidē suo postularet, sed ne amicos quidē Sex. Neuij, quorū sæpe et diu ad pedes iacuit stratus, obsecrans p deos immortales, ut aut secum iure contenderēt, aut iniuriā sine ignominia sibi imponerent. Denique ipsius inimici uultū superbissimū subijt, ipsius. Sex. Neuij lachrymans manū prēdit in ppinquorū bonis pscribendis exercitatā, obsecrauit p fratris sui mortui cinerē, p nomen propinquitatis, per ipsius coniugē & liberos, quibus ppior. P. Q. nemo est, ut aliquā misericordiā caperet, aliquam, si nō ppinquitatis, at ætatis suæ, si non hois, at humanitatis rōnem haberet, ut secū aliquid integra sua fama, qualibet dūmodo tolerabili conditione trāsigeret. Ab ipso repudiatus, ab amicis eius non subleuatus, ab oī magistratu agitatus atque perterritus, quem præter te appellet, habet neminē. Tibi se, tibi oēs suas opes, fortunasque cōmendat, tibi cōmittit existimationē ac spem reliquæ uitæ. Multis uexatus cōtumelijs, plurimis iactatus iniurijs non turpis ad te sed miser cōfugit e fundo ornatissimo deiectus, ignominijs omnibus appetitus. Cū illū in suis paternis bonis dominari uideret, ipse filiæ nubili dotē cōficere nō posset, nihil alienum tamē uita superiore commisit. Itaque hoc te obsecrat. C. Aquili, ut quam existimationē, quā honestatē in iudicium tuū prope acta iam ætate decursaque attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre, ne is de cuius officio nemo unquam dubitauit, sexagesimo denique anno dedecore, macula, turpissimaque ignominia notetur. Ne ornamētis eius omnibus. Sex. Neuius pro spolijs abutatur, ne per te ferat, quo minus quæ existimatio. P. Quintium usque ad senectutem perduxit, eadem usque ad rogum prosequatur.

M.T.C. PRO LVCIO FLACCO ORATIO.

VM IN MAXIMIS PERICVlis hui⁹ urbis atq; īperij, grauissimo atq; acerbissimo Reip. casu socio atq; adiutore consiliorū, periculorumq; meorū. L. Flacco cædem a uobis, coniugibus, liberis uestris, uastitatem a tēplis, delubris, urbe, Italia, depellebam, sperabā iudices honoris potius. L. Flacci me adiutorem futurum, q̄ miseriarū deprecatorē. Quod enim esset præmiū dignitatis, quod Po. Ro. cū huius maioribus semper detulisset, huic denegaret? cū. L. Flaccus ueterē Valeriæ gentis in liberāda patria laudē ꝓpe quingentesimo anno Reipu. rettulisset. Sed si forte aliquādo aut beneficij huius obtrectator, aut uirtutis hostis, aut laudis inuid⁹ extitisset, existimabā. L. Flacco multitudinis potius imperitæ, nullo tamen cū periculo q̄ sapientissimorum & lectissimorū uirorū iudicium esse subeundū, & enim quibus auctoribus & defensoribus oīm tum salus esset non ciuium solū, uerūetiam gentium defensa ac retenta, neminem unq̄ putaui per eos ipsos periculū huius fortunis atque insidias curaturū, q̄ si esset aliquando futurum, ut aliquis de. L. Flacci pernicie cogitaret, nunquam tamen existimaui iudices. D. Læliū optimi uiri filiū, optima ipsum spe præditum summæ dignitatis eā suscepturū accusationē, quæ sceleratorum ciuium potius odio & furori, quam ipsius uirtuti atque institutæ adolescentiæ cōueniret, & enim cū a clarissimis uiris iustissimas inimicitias sæpe cum benemeritis ciuibus depositas esse uidissem, non sum arbitratus quenquam amicum Reipu. postea q̄. L. Flacci amor in patriā perspectus esset, nouas huic inimicitias nulla accepta iniuria denunciaturū. Sed quoniam iudices multa nos & in nostris rebus & in

Repub.fefellerunt,ferimus ea quæ ſunt ferenda,tantum à uobis petimus,ut omnia Reipub.ſubſidia,totum ſtatum ciuitatis,omnem memoriã temporum præteritorum,ſalutem præſentiũ,ſpem reliquorum,in ueſtra poteſtate, in ueſtris ſententijs,in hoc uno iudicio poſitam eſſe & defixam putetis. Si unquam Reſpub.conſilium, grauitatem, ſapientiã, prouidentiam,iudiciũ implorauit,hoc tempore hoc inquam tẽpore implorat. Non eſtis de Lydorum,aut Myſorum, aut phrygum qui huc compulſi concitatiq; uenerunt,ſed de ueſtra Republica iudicaturi,de ciuitatis ſtatu,de communi ſalute,de ſpe bonorum omnium,ſi qua reliqua eſt etiam nũc quæ fortiũ ciuium mentes cogitationesq́; ſuſtentet, omnia alia perfugia bonorum,præſidia innocentium,ſubſidia Reipub. conſilia,auxilia,iura ceciderunt. Quem enim aliũ appellem?quem obteſter?quem implorem? Senatum ne? at is ipſe auxilium petit à uobis,& confirmationem auctoritatis ſuæ ueſtræ poteſtati pmiſſam eſſe ſentit. An equites Ro. iudicabitis principes ei⁹ ordinis quinquaginta,quod cum omnibus ſenſeritis,an Popu.Roma. At is quidem omnem ſuam de bonis poteſtatem tradidit uobis. Quamobrem niſi hoc loco,niſi apud uos,niſi per uos iudices non auctoritatem quæ amiſſa eſt,ſed ſalutem noſtram quæ ſpe exigua extremaque pendet tenuerimus,nihil eſt præterea quo confugere poſſimus,niſi forte quæ res hoc iudicio tentetur,quid agatũ,cui cauſæ fundamenta iaciantur iudices non uidetis. damnatus eſt is,qui Catilinã ſigna patriæ inferẽtem interemit,quid eſt cauſæ cur non is qui Catilinam ex urbe repulit pertimeſcat? Rapitur ad pœnam qui iudicia communis exitij cœpit,cur ſibi confidat is, qui ea proferenda & patefacienda curauit? Socij conſiliorũ,miniſtri comitesq́; uexantur. Quid auctores?quid duces?quid principes ſibi expectent? Atque utinam inimici noſtri ac bonorum omniũ

mecum potius contendant. Tantum est utrum tum omnes boni duces nostri an comites fuerint ad communem conseruandã salutem. Hunc igitur uirum Læli quibus tandem rebus oppugnas? Fuit. P. Seruilio imperatore in Cilicia Tribu. militum, ea res siletur, fuit. M. Pisoni quæstor in Hispania, uox de quæstura missa nulla est. Bellum cretense ex magna parte gessit, atque una cum summo imperatore sustinuit, muta est huius tẽporis accusatio, præture iurisdictio res uaria & multiplex ad suspitiones & simultates nõ attingitur, ea uero in summo & periculosissimo Reipub. tempore etiam ab inimicissimis laudatur. At a testibus læditur. Antequam dico a quibus, qua spe, qua ui, qua re concitatis, qua leuitate, qua egestate, qua perfidia, qua audacia præditis, dicam de genere uniuerso & de conditione omnium nostrum. Per deos immortales iudices uos quomodo is qui anno ante Romæ ius dixerat, anno post in Asia ius dixerit a testibus queritis ignotis? ipsi cõiectura nihil iudicabitis? In tam uaria iurisdictione tam multa decreta, tot hominũ gratiosorũ læsæ uoluntates, quæ est unq̃ iacta nõ suspitio, quæ tamen solet esse falsa, sed iracundiæ uox aut doloris? et is est reus auaritiæ, qui in uberrima re turpe compendiũ in maledicentissima ciuitate, in suspitiosissimo negocio maledictum omne non modo crimen effugit. prætereo illa quæ prætereũda nõ sũt, nullũ ei⁹ in priuatis rebus factũ auarũ, nullã in re pecuniaria cõtẽtiõem, nullã i re familiari sordẽ posse proferri. Quibus igitur testibus ego hosce possum refutare testes? nisi uobis, Tmolites ille uicanus homo nõ modo uobis, sed ne inter suos quidem notus uos docebit, qualis sit. L. Flaccus? quem uos modestissimum adolescentem, prouinciæ maximæ sanctissimum uirum, uestri exercitus fortissimum militem, diligentissimum ducem, temperatissimũ legatum, quæstoremq; cognouerunt, quem uos præsentes

constantissimũ Senatorem, iustissimum prætorem, & amantissimum reipu. ciuem iudicastis, de quibus uos alijs testes esse debetis, de his ipsi alios testes audietis? At quos testes? primum dicam id quod est commune, Græcos, non quo nationi huic ego unus maxime fidem derogem. Nam si quis unquam de nostris hominibus a genere isto studio ac uoluntate non abhorrens fuit, me & esse arbitror, & magis etiam tum cùm plus erat ocij, fuisse. sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudẽtes, qui ad hoc iudicium deducti nõ sint, multi imprudẽtes, illitterati, leues, quos uarijs de causis uideo concitatos. Verũtamen hoc dico de toto genere græcorum, Tribuo illis litteras, do multarum artium disciplinã, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumẽ, dicendi copiã, deniq; etiam si qua sibi alia sumunt, nõ repugno. Testimoniorũ religionẽ & fidẽ nũquam ista natio coluit, totiusq; huiusce rei quæ sit uis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant. Vnde illud est? da mihi testimoniũ mutuum. Nũ Gallorũ? num Hispanorũ putatur? totũ istud græcorum est, ut etiam qui græce nesciunt, hoc quibus uerbis a græcis dici soleat, sciũt. Itaq; uidete quo uultu, qua confidentia dicant, tũ intelligetis qua religione dicãt. Nunquam nobis ad rogatum respondent, semper accusatori plusquam ad rogatũ, nunquam laborãt quemadmodũ probent quod dicũt, sed quemadmodum se explicent dicendo. Iratus Flacco dixit Marcus Lurco, quod ut ipse aiebat, liberatus erat eius turpi iudicio condemnatus. Nihil dixit, quod læderet eum cũ cuperet, Impediebat. n. religio, tamen id quod dixit quanto cum pudore, quo tremore, & pallore dixit? quàm promptus homo Pub. Septimius, quàm iratus de iudicio & uillico? tñ hæsitabat, tamen eius iracũdiæ religio nonnunquam repugnabat. Inimicus Marcus Cælius, quod cum in re manifesta putasset nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat e nume-

ro recuperatorũ,tñ tenuit se,neq; attulit in iudiciũ quicq̃ ad lædendum nisi uoluntatem. Hi si Græci fuissent, ac nisi nostri mores ac disciplina plus ualerent q̃ dolor ac simultas,oẽs se spoliatos,uexatos,fortunis euersos eẽ dixissent. Græcus testis cũ ea uolũtate pcessit ut lædat, Nõ iusiurandum,sed lædẽdi uerba meditatur. Vinci, refelli,coargui putat esse turpissimũ. Ad id se parat,nihil curat aliud. Itaq; nõ optimus quisq; nec grauissimus, sed impudentissimus loquacissimusq; deligitur. Vos aũt in priuatis minimarum rerũ iudicijs testem diligẽter expenditis,etiã si formam hominis,si nomẽ, si tribum nostis,mores tamen exquirendos putatis. Qui aũt dicit testimonium ex nostris hominibus, ut se ipse sustentat? ut omnia uerba moderatur? ut timet,ne quid cupide,ne qd iracũde,ne quid plus minus ue q̃ sit necesse dicat? Num illos idem putatis, qbus iusiurãdũ iocus est? testimoniũ ludus? existimatio uestra tenebræ? laus,merces, gratia, gratulatio,proposita est oĩs in impudenti mẽdacio. sed nõ dilatabo orõnem meam,etenim põt esse infinita, si mihi libeat totius gentis in testimonijs dicendis explicare uanitatẽ. sed ppius accedã,de his uestris testibus dicam uehementẽ accusatorem nacti sumus indices, & inimicũ in omni genere odiosum ac molestũ, quẽ spero his rebus fore magno usui & amicis, & reip. Sed certe inflãmatus incredibili cupiditate hãc causam accusationemq; suscepit, qui comitatus in inquirẽdo, comitatum dico? immo uero q̃tus exercitus? quæ iactura? quis sumptus? quanta largitio? quæ q̃q̃ utilia sunt causæ, timide tñ dico, quod uereor ne Lælius ex his rebus quas sibi suscepit gloriæ causa, putet aliquid oratione mea sermonis in sese, aut inuidiæ esse quæsitum. Itaq; hãc partẽ totã relinquã, tm̃ a uobis petam indices, ut si qd ipsi audistis cõi fama atq; sermone de ui, de manu, de armis, de copijs memineritis, quarũ rerũ inuidia lege hac

recēti ac noua, certus est inquisitioni comitū numerus constitutus. Sed ut hanc uim omittā, quanta illa sunt, quæ q̄m accusatorio iure & more sunt facta, reprehendere nō possumus. Queri tñ cogimur primum quod distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus. Cñ. Pompeiū. q. L. Flacco uehementer est inimicus, cōtendisse a Lælio paterno amico ac pernecessario, ut hunc hoc iudicio arcesseret, omnemq; ei suā auctoritatē, gratiā, copias, opes ad hoc negociū cōficiendū detulisse. Id hoc uerisimilius græcis hoībus uidebatur, quod pauloante in eadē prouincia familiarem Læliū Flacco uiderāt. Pompeij autem auctoritas cum apud oēs tanta est, quāta esse debet, tū excellit in ista prouincia, quam nuper & prædonū & regū bello liberauit. Adiunxit illa ut eos q domo exire nolebant testimonij denunciatione terreret, q domi stare nō poterāt, largo & liberali uiatico cōmoueret. Sic adolescēs ingenij plen⁹, locupletes metu, tenues p̄mio, stultos errore permouit. Sic sunt expressa ista præclara quæ recitant psephismata, nō sententijs neq; auctoritatibus declarata, nec iureiurando cōstricta, sed porrigenda manu profundendoq; clamore multitudinis concitæ. O morē præclarū disciplinamq; quā a maioribus accepimus; si q̄dē teneremus, sed nescio quo pacto iam de manibus elabitur. Nullā eñi illi nostri sapientissimi & sanctissimi uiri uim conciōis esse uoluerūt, q̄ sciret plebs, aut quæ populus iuberet sūmota cōciōe, distributis partibus tributim & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, auditis auctoribus, re multos dies promulgata & cognita iuberi uetariq; uoluerunt. Græcorū aūt totæ Respu. sedentes concionis temeritate administrātur. Itaq; ut hanc Græciam, quæ iam diu suis cōsilijs perculsa & afflicta est, omittam, illa uetus quæ quondā opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licētia cōcionū. Cū in theatro

imperiti hoies, rerũ oim rudes ignariq; consederãt, tũ bella inutilia suscipiebãt, tũ seditiosos hoies reip. præficiebãt, tũ optime meritos ciues e ciuitate eijciebãt. q si hæc Athenis, tum cũ illæ non solũ in Græcia, sed prope cũctis gentibus eminebãt accidere sũt solita, quã moderationẽ putetis in Phrygia, aut in Mysia cõcionum fuisse? Nostras conciones illarũ nationum hoies plerunque perturbant. Quid cũ soli sunt ipsi, tandem fieri putatis? Cæsus est uirgis Cynicus ille Athenagoras, qui in famæ frumẽtũ exportare erat ausus. data Lælio concio est, processit ille & græcus apud grecos, nõ de culpa sua dixit, sed de pœna questus est, porrexerũt manus, psephisma natũ est, hoc testimoniũ est. Nuper epulati, pauloante omni largitione saturati pergameni quod Mithridates, qui multitudinẽ illã non auctoritate ꝑ sagina tenebat, se uelle dixit, id sutores & zonarij conclamarũt, hoc testimoniũ est ciuitatis. Ego testes, a Sicilia publice duxi, uerũ erãt ea testimonia non cõcitatæ cõciõis, sed iurati Senatus. Quare iã non est mihi cõtentio cũ teste. Vobis uidẽdũ est sint ne hæc testimonia putanda, adolescẽs bonus, honesto loco natus, disertus cũ maximo ornatissimoq; comitatu uenit in oppidum græcorũ, postulat concionem, locupletes hoies & graues ne sibi aduersraentur, testimonij denũciatione deterret, egẽtes & leues spe largitiõis & uiatico publico priuata etiã benignitate perlectat. Opifices & tabernarios, atq; illã omnem fecẽ ciuitatũ quid est negocij cõcitare? in eũ præsertim qui nuper cum summo imperio fuerit, summo aũt in amore esse propter nomen ipm imperij nõ potuerit. Mirandũ uero est homines eos quibus odio sũt nostræ secures, nomẽ acerbitati, scriptura decumæ, portorium morti, libẽter arripere facultatem lædẽdi, quæ tum detur. Mementote igitur cum audietis psephismata, nõ audire uos testimonia, audire temeritatem uulgi, audire uo-

cem leuissimi cuiusq;, audire strepitũ imperitorum, audire cõtẽtionẽ & cõcionẽ cõcitatã leuissimæ natiõis. itaq; pscru tamini penitus naturã rationẽq; criminũ, iam nihil præter spem, nihil præter terrorẽ ac minas reperietis, in ærario ni hil hñt ciuitates, nihil in uectigalibus. Duæ rõnes concisiẽ dæ pecuniæ aut uersura aut tributo, nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitat. q; uero faci le falsas rõnes inferre i tabulas quodcũq; cõmodũ est, refer re soleãt, ex Cn. Põpeij litteris, & ad Hypsæum & hypsæi ad Põpeiũ missis quæso cognoscite LITTERE Põpeij et hypsæi. Satis ne uobis coarguere ijs auctoribus dissolutam græcorũ cõsuetudinẽ, licentiamq; impudentẽ uidemur, nisi forte qui Cn. Põpeium, qui præsentem, qui nullo impellẽte fallebãt, eos urgente Lælio in absentem, & in L. Flaccum, aut timidos fuisse, aut religiosos putemus. Sed fuerint in corruptæ litteræ domi. Nunc uero quã habere auctoritatẽ, aut quã fidem possunt? Triduo lex ad prætorem deferri iu dicum signis obsignari iubet. Trigesimo die uix deferũtur, ne corrumpi tabulæ facile possint, iccirco lex obsignatas in publico poni uoluit, at obsignantur corruptæ. Quid refert igitur, tanto post ad iudices deferãtur? an non deferantur. Quid si testium studium cũ accusatore sociatum est, tñ ne isti testes habebũtur? Vbi est ergo illa expectatio? quæ uersa ri in iudicijs solet? Nã antea cũ dixerat accusator acriter et uehementer, cumq; defensor suppliciter demisseq; respõde rat. Tertius ille erat expectatus locus testiũ, qui aut sine ul lo studio dicebãt, aut cum dissimulatiõe aliqua cupiditatis, hoc uero quid est? una sedẽt, Ex accusatorũ subsellijs sur gunt, nõ dissimulant, non uerentur, de subsellijs queror? Vna ex domo prodeunt, si uerbo titubauerint, quo reuertã tur non habebũt. An quisq; esse testis potest, quem accusa tor sine cura interroget? Nec metuat, ne sibi aliqd quod ip

se nolit respōdeat. Vbi est igitur illa laus oratoris, quæ uel in accusatore antea uel in patrono spectari solebat? bene testem interrogauit, callide accessit, reprehēdit, quo uoluit adduxit, conuicit, & elinguem reddidit. Quid? tu istum roges Læli ꝗ priusq; hoc te rogo dixeris. Plura etiā effundet, ꝗ tu ei domi ante præscripseris, ꝗd ego aūt defensor rogē, nam aut oratio testiū refelli solet, aut uita lædi. Qua disputatione orationē refellā eius ꝗ dicit, dedimus? Nihil amplius in hominē dicendū est. igitur cū oratio argumentationē nō habet, quid dicam in ignotum? Quærendū est ergo & deplorandū id quod iā dudū facio, de oī accusationis iniqtate, primum de cōi genere testiū. Dicit. n. natio minime in testimonijs dicendis religiosa, ꝓpius accedo. Nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas, sed & fremitum egētium & motū quendā temerariū græculæ cōcionis. Intrabo etiā magis, ꝗ gessit, nō adest, qui numerasse dicitur, nō est deductus, priuatæ litteræ nullæ ꝓferūtur, publicæ retentæ sunt in accusatorū ꝑtāte, summa est in testibus, hi uiuūt cū inimicis, adsunt cū aduersarijs, habitāt cū accusatoribus. Vtrum hic tandē disceptationē & cognitionē ueritatis? An innocentiæ labem aliquam aut ruinā fore putatis? Multa. n. sunt eiusmodi iudices, ut etiam si in homine ipso, de quo agitur, negligenda sint, tñ in imitatione, atq; exēplo pertimescenda uideantur, si quē infimo loco natum nullo splendore uitæ, nulla cōmendatione famæ defenderē, tñ aius a ciuib⁹ ciuis humanitatis iure, ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, ne īcitatis, ne accusatoris cōsessoribus, cōuiuis, cōtubernalibus, ne hominibus leuitate græcis, crudelitate barbaris ciuē ac supplicē uestrū dederetis, ne periculosam imitationem exempli reliquis in posterū ꝓderetis. Sed cum. L. Flacci res agitur, cuius ex familia, qui primus consul factus est, primus in hac ciuitate cōsul fuit,

cuius

cuius uirtute regibus exterminatis, libertas i repu. cõstituta est, quæ usq; ad hoc tẽpus honoribus, imperio, rerũ gestarum gloria continuata permansit. cumq; ab hac perẽni contestataq; uirtute maiorũ, nõ modo non degenerauerit. L. Flaccus, sed id quod maxime florere in generis sui gloria uiderat, laudẽ patriæ in libertatẽ uindicandæ prætor adamauerit, in hoc ego reo ne quod pnitiosum exẽplum pdat, pertimescã? In quo etiã si qd errasset, omnes boni cõniuendum esse arbitrarentur. qđ quidem ego nonmõ nõ postulo, sed contra iudices uos oro, & obtestor, ut totam causam q̃ maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini. Nihil religione testatum, nihil ueritate fundatum, nihil dolore expressum, cõtraq; omnia corrupta libidine, iracũdia, studio, pcio, periurio reperietis. Etenim iã uniuersa istorũ cognita cupiditate, accedam ad singulas querelas criminationesq; græcorũ. Classis noie pecuniã ciuitatibus imperatam queruntur. Quod nos iudices factum cõfitemur, sed si hoc crimen est, aut in eo est, q non licuerit imperare, aut in eo quod nõ opus fuerit nauibus, aut in eo qđ nulla hoc prætore classis nauigarit, licuisse ut intelligas, cognosce quid me consule Senatus decreuerit, cum quidem nihil a superioribus cõtinuorũ annorũ decretis decesserit. Senatus Cõsultũ pximum est ergo ut opus fuerit classe, nec ne quæramus. Vtrũ igit̃ hoc græci statuent, aut ullæ exteræ natiões, aut uestri prætores, uestri duces, uestri imperatores? Equidẽ existimo in eiusmodi regiõe atq; puincia quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circundata esset, non solum præsidij, sed etiam ornandi imperij cã nauigandum fuisse. Hæc. n. ratio ac magnitudo animorum in maioribus nostris fuit, ut cum in priuatis rebus suisq; sumptibus minimo cõtenti, tenuissimo cultu uiuerent, in imperio atq; in publica dignitate omnia ad gloriam splendoremq; reuocarẽt. quæ

ritur.n.in re domestica cōtinentiæ laus, in publica dignita tis, ꝙ si ēt præsidij cā classem habuit, quis erit tā iniquus qui reprehendat, nulli erant prædones. Quid? nullos fore quis præstare poterat? Minuis inquit gloriā Pōpeij, immo tu auges molestiam. Ille.n.classes prædonū, urbes, portus, receptacula sustulit, pacē maritimā summa uirtute, atq; incredibili celeritate cōfecit. Illud uero neq; suscepit, neq; suscipere debuit, ut si qua uspiam nauicula prædonum apparuisset, accusandus uideretur. Itaq; ipse in Asia cū oīa iam bella terra mariq; cōfecisset, classem tñ ijsdem istis ciuitatibus imperauit, quod si tū statuit opus esse, cū ipsius præsentis noīe tuta omnia & pacata esse poterāt, quid cum ille decessisset, Flacco existimatis statuendum & faciendū fuisse? Quid nos hic? Nonne ipso Pōpeio auctore Syllano, & Murena cōsulibus decreuimus, ut classis in Italia nauigaret? Nonne eo ipso tpe cum.L.Flaccus in Asia remiges imperabat, nos hic in mare superū & inferū sestertium ter et quadragies rogabamus? Quid postremo anno? Nonne.M.Curio, &.P.Sextilio quæstoribus pecunia in classem est erogata. quid hoc omni tpe equites in ora maritima nō fuerūt? Illa.n.est gloria diuina Pōpeij, primū prædones eos, qui tū cū illi bellū maritimū gerendū datum est, toto mari dispersi uagabātur, redactos esse oēs in ptātē. Deinde Syriā esse nostrā, Ciliciam teneri, Cyprū, Ptolemæū regē nihil audere. Præterea Cretā Metelli uirtute esse nostrā. Nihil esse unde proficiscantur, nihil quo reuertātur, oēs sinus, promōtoria, littora, insulas, urbes maritimas claustris imperij nostri contineri. ꝙ si Flacco prætore nemo in mari prædo fuisset, tñ huius diligentia reprehendenda nō esset. Iccirco.n.ꝙ hic classem habuisset, existimarem non fuisse. Quid si. L. Eppij.L.Agrij.C.Cestij equitum Ro. huius etiā clarissimi uiri.Cn.Domitij, qui in Asia tum legatus fuit testimonio

doceo, eo ipso tempore quo tu ipse negas classem habendã fuisse, complures a prædonibus esse captos, tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur. quid si etiam occisus est a piratis Adramitenus homo nobilis, cu ius est fere nobis oĩbus nomen auditũ. Acinas pugil olym pionices, hoc est apud græcos, q̃m de eorum grauitate dici mus, prope maius & gloriosius q̃ Romæ triũphasse. At ne minẽ cœpisti. q̃ multi oræ maritimæ clarissimi uiri præfue re, q cum prædonem nullum cœpissent, mare tñ tutũ præsti terunt? Casus est. n. in capiendo, locus, euentus, occasio, de fendẽdi facilis est cautio, nõ solũ latibulis occultorũ locorũ, sed etiã tempestatum cõuersione & moderatione. Reliquũ est, ut quæratur utrũ ista classis cursu & remis, an sumptu tantum & litteris nauigarit. Num igitur negari põt, cuius rei testis cuncta est Asia bipartito classem distributam fuisse? ut una pars supra Ephesum, altera infra Ephesum na uigaret. Hac classe. M. Crassus uir amplissimus ab Hemo in Asiã, ijs nauib' Flaccus ex Asia in Macedoniã nauiga uit. In quo igitur est prætoris diligentia requirenda? In nu mero nauium, & in descriptione æquali sumptus, dimidiũ eius quo Põpeius erat usus, imperauit, nũ potuit parcius? Descripsit autẽ pecuniã ad Põpeij rationẽ, quæ fuit accõmo data. L. Syllæ descriptioni, qui cũ oẽs Asiæ ciuitates p por tiõe in puincias descripsisset, illam rationem in imperando sumptu & Pom. & Flaccus secutus est, neq; est adhuc ta men ea summa completa, non refert uero quid lucretur, cũ enim genus imperatæ pecuniæ suscipit, id quod tu crimen esse uis, confitetur. Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda crimẽ sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum, si referret? At enim negas fratrẽ meũ, qui. L. Flac co successerit, pecuniam ullam in remiges imperasse? Equi dẽ Quĩti fratris mei laude delector, sed alijs magis grauio

ribus atq; maioribus. aliud quiddā statuit, aliud uidit. Existimauit quocūq; tēpore auditum quid eēt de prædonibus, quā uellet subito classem se cōparaturū, deniq; hoc primus frater meus in Asia fecit, ut hoc sumptu remigū ciuitates leuaret. Crimen aūt tum uideri solet, cum aliquis sumptus instituit eos q antea nō erant instituti, nō cum successor aliquid immutat de institutis priorū. Flaccus quid alij postea facturi essent, scire non poterat, qd alij fecissent, uidebat. Sed quoniā de cōmuni totius Asiæ crimine est dictū, aggrediar iā ad singulas ciuitates, ex qbus sit sane nobis prima ciuitas æmonensis. Citat præco uoce maxima legatos æmonenses, pcedit unus Asclepiades, prodeant, etiā ne præconem mentiri coegisti? Est eñ credo is uir iste, ut ciuitatis nomē sua auctoritate sustineat, damnatus turpissimis iudicijs domi, notat⁹ litteris publicis, cui⁹ de pbris, adulterijs, ac stupris extant æmonensiū litteræ, quas ego non solū propter longitudinē, sed etiā pter turpissimā obscœnitatem uerborū prætereūdas puto. dixit publice datū drachmarū. cc. & .vi. & dixit tñ, nihil ostendit, nihil ptulit, sed adiunxit id quod certe qm̄ erat domesticū, docere debuit, se priuatim drachmas. ccyi. dedisse, quantum sibi ablatū homo impudentissimus dicit, tantum nunquā est ausus ut haberet optare. Ab Aulo Sextilio dicit se dedisse, & a suis fratrib⁹, potuit dare Sextilius, nā fratres quidem consortes sunt mēdicitatis. Audiamus igitur Sextiliū, fratres deniq; ipsi prodeant, q̄ uolent, impudenter mentiantur, & qd' nunquam habuerint, dedisse se dicāt. Tamen aliquid fortasse coram producti dicent, in quo reprændantur. Nō deduxi inqt Sextilium, credo, tabulas non deportaui, fratres saltem exhibe, nō denūciaui. Quod ergo unus Asclepiades fortuna egens, uita turpis, existimatione dānatus, impudentia atq; audacia fret⁹, sine tabulis, sine auctore legerit. Id nos qua-

si crimen aut testimoniū ꝑtimescimus? Idē laudationē quā nos ab æmonensibus Flacco datā ꝑferebamus, falsam esse dicebat, cuius quidē laudationis iactura exoptanda nobis fuit. Nam ut signū publicum inspexit præclarus iste auctor suæ ciuitatis, solere suos ciues cæterosq́; græcos ex tēpore quod opus sit, obsignare dixit. Tu uero tibi habeto istā laudationē. Nec enim æmonensium testimonio Flacci uita & dignitas nititur. Das enim mihi quod hæc causa maxime postulat, nullam grauitatē, nullam constantiā, nullū firmū in græcis hominibus cōsiliū, nullā deniq; testimonij esse fidē. Nisi uero hactenus illa formula testimonij atq; orationis tuæ describi, ac distingui pōt, ut Flacco absenti aliqd ciuitates tribuisse dicantur. Lælio p̄senti p se agenti, ui legis, iure accusationis, opibus p̄terea suis terrēti ac mināti, nihil tpis cā scripsisse aut obsignasse uideātur. Equidem in minimis rebus sæpe res magnas uidi iudices dep̄hendi ac teneri, ut in hoc Asclepiade, hæc quæ est a nobis prolata laudatio obsignata erat, Creta illa Asiatica, quæ fere est oībus nota nobis, qua utūtur oēs nonmodo in publicis, sed etiā in priuatis litteris, quas quotidie uidemus mitti a publicanis sæpe unicuiq; nostrū, neq; ei testis ipse signo īspecto falsum nos ꝑferre dixit, sed leuitatem totius Asiæ protulit, de qua nos & libenter & facile concedimus. Nostra igitur laudatio, quā ille tpis causa nobis datā dicit, datā quidem cōfitemur, consignata Creta est. In illo aūt testimonio, quod accusatori dicitur datum, cæram esse uidemus. Hic ego iudices si uos æmonensium decretis, si cæterorum phrygum litteris permoueri putarem, uociferarer, & q̄tum maxime possem contenderem, testarer publicanos, excitarem negociatores. Vestram etiam conscientiam implorarē, cæra depræhensa considerem totius testimonij fictam audaciam manifesto cōpræhensam, atq; oppressam teneri. Nūc uero nō insultabo

uehementius, nec uolitabo in hoc insolentius, neq; in istum nugatorem tanq; in aliquem testem inuehar, neq; in toto æmonensium testimonio, siue hic confictum est, ut apparet, siue missum domo est, ut dicitur, commouebor. Etenim quibus ego laudationem istam remittã, quoniam sunt ut Asclepiades dicit, leues, horum testimonium non pertimescam. Venio nũc ad dorylensium testimonium, qui producti tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dixerunt. O pastores nescio quos cupidos litterarum, siquidẽ istis nihil præter litteras abstulerunt, sed aliud esse causæ suspicamur, ne forte isti parum uersuti esse uideãtur. Pœna est, ut opinor Dorylai grauior, q; apud alios falsarum & corruptarum litterarum, si ueras ꝓtulissent, criminis nihil erat, si falsas, erat pœna. bellissimum putarunt dicere amissas. Quiescãt igitur, & me hoc in lucro ponere, atq; aliud me agere patiantur. Non sinunt. supplet enim ille nescio quis, & priuatim dicit se dedisse. Hoc uero ferri nullo modo potest, qui de tabulis publicis recitat his quæ in accusatoris potestate fuerunt, non debet habere auctoritatem. Sed tamen iudiciũ fieri uidetur, cum tabulæ illæ ipsæ cuiuscemodi sunt, proferuntur. Cum uero is quem nemo uestrum uidit unq;, nemo qui mortalis esset, audiuit, tantum dicit dedi, dubitabitis iudices quin ab hoc ignotissimo phryge nobilissimũ ciuem uindicetis? Atq; huic eidem nuper tres Equites Ro. honesti & graues cum in causa liberali eum qui assserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt. Qui hoc euenit, ut qui locuples testis doloris et sanguinis sui nõ fuerit, idem sit grauis auctor iniuriæ publicæ? Atq; hic dorylensis cũ nuper efferretur magna frequentia consessuq; uestro, mortis illius inuidiam in L. Flaccũ Lælius conferebat. Facis iniuste Læli, si putas periculo nostro uiuere tuos

cōtubernales, præsertim quod tua negligentia factum arbitremur, homini enim phrygi qui arborem fici nunquam uidisset, fiscinam ficorum obiecisti, cuius mors te ex aliqua parte releuauit, edacem enim hospitem amisisti. Flacco uero quid profuit? Qui ualuit tam diu dū huc prodiret. Mortuus est aculeo iam demisso ac dicto testimonio. at illud columen actionis tuæ Mithridates posteaq̃ biduum retentus testis a nobis effudit, quæ uoluit omnia, reprehensus, conuictus fractusq; discessit, ambulat cum lorica, metuit homo doctus & sapiens, ne. L. Flaccus nūc se scelere alliget, cū iam testem illum effugere non possit, ut qui ante dictum testimonium sibi temperarit, cum tamē aliquid assequi possit, is nunc id agat, ut ad falsum auaritiæ testimonium, uerumetiam maleficij crimen adiungat. Sed de hoc teste totoq; Mithridatico disseruit, et subtiliter, et copiose. Q. Hortēsius. Nos ut instituimus ad reliqua pergamus. Caput est omnium græcorum concitandorum, qui cum accusatoribus sedet Heraclydes ille Tennites hō ineptus & loquax. Sed ut sibi uidet ita doctus, ut etiā magistrū aliorū eē se dicat, qui ita sit ābitiosus, ut oēs uos nosq; quotidie ꝑsalutet. Tenni usq; ad illam ætatem in Senatum uenire non potuit, & qui se artem dicēdi traditurum etiā cæteris ꝓfiteatur, ipse oībus turpissimis iudicijs cōuictus est, pari fœlicitate una legatus uenit Nicomedes, qui neq; in Senatū ulla cōditiōe peruenire potuit, & furti, et ꝓ socio dānatus est. Nā princeps legatiōis Lysanias adeptus est ordinē Senatoriū. Sed cū rempublicā nimiū amplecteretur, peculatus dānatus, & bona sua, & Senatoriū nomen amisit. hi tres etiam ærarij nostri tabulas falsas esse uoluerunt. Nam seruos nouem se professi sunt habere, cum omnino sine comite uenissent. Decreto scribendo primum uideo affuisse Lysaniam, cuius

fratris bona, quod is populo nō soluebat, prætore Flacco publice uenierunt. Præterea Philippus est Lysaniæ gener, & Ermobius, cuius frater Poles Itē pecuniæ publicæ est condemnatus. Dicūt se Flacco, & is qui simul essent drachmarum. xv. milia dedisse. Cū ciuitate mihi res est acerrima & conficientissima litterarū, in qua nummus moueri nullus pōt, sine. v. Prætoribus, tribus Quæstoribus, quattuor mensariis, qui apud illos a populo creātur. Ex hoc tanto numero deductus est nemo, qui tum illā pecuniam nominatim Flacco datam referāt, maiorē etiam aliquā cum huic idē darēt, in ædem sacrā reficiendam se perscripsisse dicunt, quod minime conuenit. Nam aut oīa occulte referenda fuerunt, aut aperte omnia, cū perscribūt nominatim Flacco, nihil timēt, nihil uerentur, cū operi publico referunt, iidem homines subito eūdem quem contempserāt, pertimescunt. Si prætor dedit, ut est scriptum, a quæstore numerauit, quæstor a mensa publica, mensa aut ex uectigali, aut ex tributo, nunquam erit istud simile criminis, nisi mihi totam rationē omni & personarū genere & litterarum explicaris. Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis amplissimis usos honoribus hoc prætore circumuentos. Cur hi neque in iudicio adsunt? neque in decreto nominantur? Non. n. credo significari isto loco illum, qui se erigit Heraclydam. Vtrum. n. in clarissimis est ciuibus is quem iudicatum hic duxit Hermippus? qui hanc ipsam legationem, quā habet, nō accepit a suis ciuibus, sed usque Tmolo petiuit, cui nullus honos in sua ciuitate habitus est unquam. Res autem ea quæ tenuissimis cōmittebatur, huic uni in uita commissa sola est. Custos. T. Aufidio prætore in frumēto publice est positus, pro quo cum a. P. Varino prætore pecuniam accepisset, cælauit suos ciues, ultroque his sumptū intulit, quod postea quam Temni litteris a. P. Varino missis cognitum atque patefactū

est,cunq; eadem de re,Cn.Lentulus,qui Cẽsor fuit,tenni-
tarum patronus litteras misisset, Heraclydẽ istum Tenni
nemo postea uidit.Atq; ut eius impudentiã perspicere pos- 46
sitis,cãm ipsam q̃ leuissimi hoĩs animũ in Flaccũ incitauit,
queso cognoscite.Fundũ Cymeũ Romæ mercatus est de pu
pillo meculonio cũ uerbis se locupletem faceret,haberet ni-
hil præter illã impudentiã,quã uidetis .pecuniam sumpsit
mutuã a Sex.Scola iudice,hoc nostro primario uiro,qui &
rem cognoscit,neq; hoĩem ignorat,qui tñ credidit.P. Ful-
uij Veratij lectissimi hoĩs fidei.is cum solueret, sumpsit a
C.& M.Fusijs equitibus Ro.primarijs uiris.hic Hercule
Cornici oculum,ut dicitur.Nam hunc Hermippum hoĩem
eruditum ciuẽ suũ,cui debebat esse notissimus,pcussit,ei9.
n.fide sumpsit a Fusijs.Securus Hermippus Tennum pro
ficiscitur,cũ iste sese pecuniam,quã huius fide sumpserat a
discipulis suis diceret Fusijs persoluturũ.Habebat.n. rhe-
tor iste adolescentes quosdam locupletes,quos ipse dimidio
redderet stultiores q̃ acceperat,ubi nihil possint discere ni
si ignorantiã litterarũ,neminem quidem adeo infatuare po 47
tuit,ut ei nũmum ullum crederet.Itaq; cum Romã clã esset
profectus,multosq; minutis mutuationibus fraudauisset,
in Asiã uenit,Hermippoq; pcontanti de noĩe fusiano, re
spondet se omnẽ pecuniam Fusijs persoluisse.Interim neq;
ita longo interuallo libertus a Fusijs cum litteris ad Her-
mippum uenit.pecunia petitur ab Hermippo,Hermippus
ab Heraclyda petijt.Ipse tñ Fusijs satisfacit absentibus, et
fidem suã liberat,hunc æstuantem & tergiũersantem iudi
cio ille persequitur,a recuperatoribus causa cognoscitur.
Nolite existimare iudices non unã & eandem omnibus in 48
locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. Fe-
cit eadem omnia,quæ nostri debitores solent, negauit sese
omnino uersuram ullã fecisse Romæ Fusiorum,sed affirma

nit nunquam omnino nomen audisse. Hermippū uero ipsū
pudentissimum atq; optimum uirū ueterem amicum atque
hospitem meum splendidissimum atq; ornatissimum ciuita
tis suæ probris omnibus maledictisq; uexat. Sed cum se hō
uolubilis quadā p̄cipiti celeritate dicendi in illa oratione ia
ctaret, repēte testimonijs Fufiorum nominibusq; recitatis
hō audacissimus pertimuit, loquacissimus obmutuit. Itaq;
recuperatores cōtra istū rem minime dubiā prima actiōe iu
dicauerūt. Cū iudicatum nō faceret, addictus Hermippo,
& ad hoc ductus est. Habetis & honestatē hominis & au
49 ctoritatem testimonij, & cām omnē simultatis. Atq; is ab
Hermippo missus cū ei pauca mancipia uendidisset, Romā
se cōtulit. Deinde in Asiā redijt. Cū iam frater meus Flac
co successisset, ad quē adijt, cāmq; ita detulit. Recuperato
res ui Flacci coactos & metu, falsum inuitos iudicauisse.
frater meus pro sua æquitate prudentiaq; decreuit, ut si iu
dicatū negaret, in duplū iret. Si metu coactos diceret, habe
ret eosdē recuperatores. Recusauit, et quasi nihil esset actū,
nihil iudicatū ab Hermippo, ibidem mancipia, quæ ipse ei
uendiderat, petere cœpit, Marcus Gratidius legatus, ad
quem est aditū, actionē se daturū negauit. Re iudicata stari
50 ostēdit placere. Iterū iste cui nullus esset usq; consistēdi lo
cus, Romam se rettulit. Persequitur Hermippus, qui nūq;
istius impudentiæ cessit, petit Heraclydes a. C. Plotio Se
natore uiro primario, qui legatus in Asia fuerat mancipia
quædam, quæ se cū iudicatum esset, per uim uendidisse dice
bat. Q. Naso uir ornatissimus, qui p̄tor fuerat, iudex sumi
tur, qui cum sententiam secundum Plotium se dicturū ostē
deret, & ab eo iudice abiret, quod iudicium lege non erat,
cām totam reliquit. Satis ne uobis iudices uideor ad singu
los testes accedere? neq; ut primo constitueram, tantūmodo
51 cū uniuerso genere confligere? Venio ad Lysaniam eiusdem

ciuitatis peculiarem tuũ Deciane testem, quem tu cũ ex hor-
bum Tenni cognosses quia tũ te nudus oblectarat, semper
nudũ esse noluisti. Adduxisti Tenno Apollonidem, pecuniã
adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occu-
pasti, hanc fiduciã commissam tibi tenes hodie, ac possides,
cum tu testem spe recuperãdi fundi paterni uenire ad testi
monium dicendum coegisti, qui quoniam testimoniũ dixit,
quidnam sit dicturus expecto. Noui genus hominum, noui
cõsuetudinem, noui libidinẽ. Itaq; & si teneo quid sit dice-
re paratus, nihil tñ contra disputabo prius q̃ dixerit. To-
tũ.n. cõuertet, & alia finget, quamobrem ut ille seruet qđ
parauit, & ego me ad id quod attulerit, integrum cõserua
bo. Venio nunc ad eã ciuitatem, in quam ego multa magna
studia & officia contuli, & quã meus frater in primis co-
lit atq; diligit. Quæ si ciuitas per uiros bonos grauesq; ho
mines q̃relas ad uos detulisset, paulo commouerer magis.
Nunc uero quid putẽ Trallianos Meãdrio cãm commisisse
homini egẽti, sordido, sine honore, sine existimatiõe, sine cẽ
su, ubi erant illi Pythodorias & Lepison, cæteri homines
apud nos noti, inter suos nobiles? ubi illa magnifica, & glo
riosa ostentatio ciuitatis? Nõne esset puditũ si hãc cãm age
rẽt seuere, nõ modo legatũ, sed Trallianũ omnino dici Meã
driũ, huic illi legato suo huic publico testi patronũ suũ iam
inde a patre, atq; maioribus. L. Flaccũ mactãdũ ciuitatis te
stimonio tradidissent? Non est ita iudices, nõ est pfecto. Vi
di ego in quodã iudicio nuper Philodorum testem Trallia
num, uidi Parrhasium, uidi Archidemum. Cum quidem
idem hic mihi Meandrius quasi ministrator aderat, subij-
ciens quid in suos ciues ciuitatemq; si uellẽ dicerem. Nihil
eñ illo hoie leuius, nihil egentius, nihil inquinatius. Qua
re si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui, si hunc
custodem litterarum, si hunc testem iniuriæ, si hunc aucto-

rem querelarum, remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiã, fateantur in Meãdri persona esse expressam faciem ciuitatis. Si istũ semper illi ipsi domi proterendũ & cõculcandum putauerunt. Desinãt putare auctoritatẽ esse in eo testimonio, cuius auctor inuentus est nemo. Sed exponã q̃d in re sit, ut quãobrẽ ista ciuitas neq; seuere Flaccum oppugnarit, neq; benigne defenderit, scire
54 possitis. Erat Castritiano noĩe irata, de quo toto respondit Hortensius, inuita soluerat Castritio pecuniã, iam diu debitam, hinc totũ odiũ, hinc omnis offensio, quo cũ uenisset Lælius ad iratos, & illud castritianũ uulnus dicendo refricuisset, siluerũt principes, neq; in illa cõcione affuerũt, neq; ipsius decreti ac testimonij auctores esse uoluerũt. Vsq; eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principũ esset Meandrius, cuius lingua quasi flabello seditiõis il-
55 lastũ est egentiũ concio uẽtilata. Itaq; ciuitatis pudentis, ut ego semp̃ extimaui, & grauis ut ipi existimari uolũt, iustũ dolorẽ, querelasq; cognoscite. Quæ pecunia fuerit apud se Flacci patris noĩe, a ciuitatibus hãc a se esse ablatã queruntur. Alio loco quærã q̃d licuerit Flacco nũc tm̃ a Trallianis requiro, quã pecuniã a se ablatã querãtur, suam ne dicant, aut sibi a ciuitatibus collatã in usum suũ, cupio audire. Nõ inquit dicimus, quid igit̃? delatam ad nos creditã nobis. L. Flacci patris noĩe ad eius dies festos atq; ludos. Quid tum.
56 Hanc te inq̃t capere nõ licuit, iã id uidero. Sed primũ illud tenebo, queriẽ grauis, locuples, ornata ciuitas, q̃ nõ retinet alienũ, spoliatam se dicit, q̃ id nõ habet, quod eius non fuit. Quid hoc impudẽtius dici, aut fingi põt. Delectũ est oppidum, quo in oppido uno pecunia a tota Asia ad honores. L. Flacci poneret, hæc pecunia tota ab honoribus trãslata est in q̃stũ & fœnerationẽ, recuperata est multis post annis.
57 Quæ ciuitati facta est iniuria? At moleste fert ciuitas, cre-

do, amissum est.n.pter spem, quod erat spe deuoratū lucrū. At q̃ritur, impudenter facit, nō.n.oīa quæ dolemus, eadē q̃ri iure possumus. At accusat uerbis grauissimis non ciuitas, sed impiti hoīes a Meādro cōcitati. Quo loco etiā atq; etiā facite, ut recordemini quæ sit temeritas multitudinis, quæ leuitas propria grecorū, quid in cōcione seditiosa ualeat oratio. Hic in hac grauissima & moderatissima ciuitate cū est forū plenum iudiciorū, plenum magistratuū, plenum optimorū uirorū & ciuiū, cum speculat, atq; obsidet rostra uindex temeritatis & moderatrix officij Curia, tñ quantos fluctus excitari cōcionū uidetis? Quid uos fieri cēsetis Trallibus? An id qđ Pergameni, nisi forte hæ ciuitates existimari uolunt, facilius una se epistola Mithridatis moueri impelliq; potuisse, ut amicitiā populi Ro. fidem suā, iura oīa officij, humanitatisq; uiolarēt, q̃ ut filiū testimonio læderēt, cuius patrē armis pellendū a suis mœnibus cē suissent. Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobiliū opponere. Quos eñ hostes hæc familia contempsit, nunq̃ eosdē testes pertimescet. Vobis autē est confitendū, si consilijs principū uestræ ciuitates reguntur nō multitudinis temeritate, sed optimatum cōsilio bellum ab istis ciuitatibus cum populo Ro. esse susceptū. Sin ille tum motus est temeritate imperitorū excitatus, patiamini me delicta uulgi a publica cā separare. At.n. istam pecuniā huic capere nō licuit. Vtrum uultis patri Flacci licuisse nec ne? Si licuit, sicuti certe licuit, ad eius honores collata ex quibus nihil ipē capiebat, patris pecuniam recte abstulit filius. Si uō licuit, tñ illo mortuo nō modo filius, sed quiuis hæres rectissime potuit auferre. Ac tum q̄dem Tralliani cū ipsi graui fœnore istā pecuniam multos annos occupauissent, a Flacco tñ omnia quæ uoluerunt impetrauerūt. Neq; tam fuerūt impudētes, ut id quod Lælius dixit, dicere auderēt, hanc ab se pe

cuniam abstulisse Mithridatem. Quis .n. erat, qui nō sciret in ornādis studiosiorē Mithridatē, q̄ i spoliādis Trallianis fuisse? Quæ quidē a me si ut dicēda sunt dicerent, grauius agere iudices, q̄ adhuc egi, quātā Asiaticis testibus fidē habere uos cōueniret. Reuocarē animos uestros ad Mithridatici belli memoriā, ad illā uniuersorū ciuiū Ro. p tot urbes uno pūcto tp̄is miseram crudelemq́; cædē, prætores nostros debitos, legatos in uincula coniectos, nominis prope Romani memoriā cū uestigio imperij, non modo ex ædibus græcorū, uerumetiā ex litteris esse deletā. Mithridatem deū, illū patrē, illum cōseruatorē Asiæ, illum Euchium, Bromium, Nysium, Bacchū, Liberū nominabant. Vnū atq; idem erat tēpus, cum. L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat. Cappadocē aūt illū nō mō recipiebat suis urbibus, uerūetiā ultro uocabat, liceat hæc nobis si obliuisci nō possumus, at tacere. Liceat mihi potius de leuitate græcorū queri, q̄ de crudelitate. Auctoritatē isti habeāt, apud eos quos esse omnino noluerunt. Nā quoscūq; potuerunt togatos interemerunt, nomen ciuium Romanorū quātum in ipsis fuit, sustulerunt. In hac igitur urbe se iactāt, quam oderūt, apud eos quos inuiti uident. In ea rep. ad quā opprimendā non animus his, sed uires deficiunt, & defuerūt. Aspiciāt hunc florem legatorū laudatorūq; Flacci ex uera atq; integra græcia. Tum se ipsi expendant, tum cū his cōparent, tum si audebunt, dignitati horū anteponāt suam. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in omnes terras distributæ putantur, de quorum urbis positiōe pp pulchritudinem etiam inter deos certamē fuisse proditum est, quæ uetustate ea est, ut ipsa ex sese suos ciues genuisse dicatur, & deorū eadem terra parens altrix patria dicatur. Auctoritate aūt tanta est, ut iam fractū prope ac debilitatum græciæ nomē huius urbis laude nitatur.

Adsunt Lacedæmonij, cuius ciuitatis spectata ac nobilitata uirtus, non solũ natura corroborata, uerumetiã disciplina putatur, q soli toto orbe terrarũ septingẽtos iam annos amplius unis moribus, & nunq̃ mutatis legibus uiuunt. 63
Adsunt ex Achaia cuncta multi legati, Bœotia, Thessalia, quibus locis nuper legatus Flaccus imperatore Metello præfuit. Neq; uero te Massilia pͤtereo, quæ L. Flaccum militem, quæstoremq́; cognouisti, cuius ego ciuitatis disciplinã atq; grauitatẽ, nõ solũ græciæ, sed haud scio an cunctis gẽtibus anteponendã iure dicam. Quæ tam ꝑcul a græcorum omnium regionibus, disciplinis, linguaq́; diuisa, cum in ultimis terris cincta gallorũ gentibus barbariæ fluctibus alluatur, sic optimatũ cõsilio gubernatur, ut oẽs eius instituta laudare facilius possint, q̃ æmulari, hisce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiæ testibus, ut græcis græcorũ auxilio resistamus, q̃q̃ quis ignorat, qui mõ unq̃ mediocriter res istas scire curauit, quin tria græcorũ genera sint uere, quorũ uni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habetur. Eoles alteri. Dores tertij noĩabantur. Atq; hæc cuncta græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiã ĩperio & bellica laude floruit, quẽdã paruum locũ, ut scitis Europæ tenet, sempq; tenuit. Asiæ maritimã orã bello superatã cinxit urbibus, nõ ut munitã colonijs illã augeret, sed ut obsessam teneret. Quãobrem quæso a uobis Asiatici testes, ut cũ uere recordari uoletis quãtum auctoritatis in iudicium afferatis, uosmetipsi describatis Asiam, ne quid alienigenæ de uobis loqui soleant. Sed qd uosmet ipsi de genere uestro statuatis, memineritis. Nanq; ut opinor, Asia uestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est an uestrum hoc prouerbium? Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria? Nonne hoc uestra uoce uulgatum est, si quid cum 64 65

periculo experiri uelis, in Caria id potissimum esse faciun- dum. Quid porro in græco sermone tam tritum atq; cele- bratum est, q̃ si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ulti- mus esse dicatur? Nã quid ego dicã de Lydia? Quis unquã græcus comœdiã scripsit, in qua seruus primarũ partiũ nõ Lydus esset? Quamobrẽ quæ uobis fit iniuria, si statuimus 66 uestro nobis iudicio standũ esse de uobis. Equidẽ mihi iam satis supraq; dixisse uideor de Asiatico genere testium. Sed tamen uestrum est iudices omnia quæ dici possunt in homi- num leuitatẽ, incõstantiam, cupiditatem, etiã si a me minus dicuntur, uestris animis & cogitatione cõprehendere. Se- quitur auri illa inuidia iudaici. Hoc nimirũ est illud, quod non longe a gradibus Aurelijs hæc causa dicitur. Ob hoc crimẽ hic locus abs te Læli, atque illa turba quæsita est. Scis quanta sit manus, quanta concordia, quantum ualeat in concionibus, summissa uoce agam, tantũ ut iudices audiãt. Neque enim desunt, qui istos in me atq; in optimum quen- que incitent, quos ego, quo id facilius faciant, non adiuua- 67 bo. Cum aurum iudeorũ nomine quotannis ex Italia & ex omnibus prouincijs Hierosolymam exportari soleret. Flac- cus sanxit edicto ne ex Asia exportari liceret. Quis est iu- dex qui hoc nõ uere laudare possit? exportari aurũ nõ opor- tere, cum sæpe antea Senatus tũ me cõsule grauissime iudi cauit. Huic aũt barbaræ superstitioni resistere seueritatis, multitudinẽ iudeorũ flagrantẽ nõnunq̃ in concionibus ꝓ repu. contemnere, grauitatis summæ fuit. At Cn. Pom. cap- 68 tis Hierosolymis, uictor ex illo fano nihil attigit. In primis hoc ut multa alia sapienter in tam suspitiosa ac maledicta ci uitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Non. n. credo religionem & iudeorum & hostium impedimento præstantissimo imperatori, sed pudorem fuisse. Vbi ergo cri men est? q̃m quidẽ furtum nusq̃ repræhendis, edictũ pro- bas, indicatũ

bas, iudicatũ fateris, quæsitũ & ꝑlatũ palã nõ negas, actũ esse per uiros primarios res ipsa declarat. Apameæ manifeste comprehensum. Ante pedes prætoris in foro expensum eẽ auri pondo cẽtum paulo minus per Sex. Cesium. Equitẽ Ro. castissimũ hominem atq; integerrimũ. Laodiceæ uiginti pondo paulo amplius, per hunc. C. Luciũ peduceũ iudicẽ nostrũ Adrymeti, per Cn. Domitiũ legatũ Pergami nõ multum, auri rõ cõstat, aurũ in ærario est, furtũ nõ reprehẽditur, inuidia quæritur. A iudicibus oratio auertitur, uox in coronã turbãmq; effunditur. Sua cuiq; ciuitati religio Læli est, nostra nobis. Stantibus Hierosolymis pacatisq; iudæis, tñ istorũ religio sacrorũ a splẽdore huius imperij, grauitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat. Nunc uero hoc magis quod illa gens qd de nostro imperio sentiret, ostendit armis, q̃ cara dijs immortalibus esset docuit, ꝙ est uicta, ꝙ elocata, ꝙ serua. Quamobrem qm̃ quod crimen esse uoluisti, id totum uides in laudem esse conuersum. Veniamus iam ad ciuiũ Romanorũ querelas, ex quib⁹ sit sane prima Deciani. Quid tibi tandẽ Deciane iniuriæ factum est? Negociaris in libera ciuitate. Primũ patere me eẽ curiosum, quousq; negociabere? cum præsertim sis illo loco natus, iam annos. xxx. in foro uersaris, sed tamen Pergameno. Longo interuallo si quando tibi peregrinari commodũ est, Romam uenis, affers faciem nouam, nomen uetus, purpuram tyriam, in qua tibi inuideo, ꝙ unis uestimentis tam diu lautus es, uerũ esto, negociari libet. Cur nõ Pergami? Smyrnæ? Trallibus? ubi & multi ciues Ro. sunt, & ius a nostro magistratu dicit̃. Ociũ te delectat, lites, turbæ, Pop. Ro. odio est, græcorum libertate gaudes. Cur ego unus tu Apollonienses amantissimos Po. Ro. fidelissimos socios miseriores habes, q̃ aut Mithridates, aut etiam q̃ pater tuus habuit unq̃. Cur his per te frui libertate sua? Cur deniq;

esse liberos non licet. Homines sunt tota Asia frugalissimi, sanctissimi, a græcorum luxuria & leuitate remotissimi patresfamilias suo contenti, aratores rusticani agros habent, & natura perbonos, & diligentia culturaq; meliores. In hisce agris tu prædia habere uoluisti. omnino malle[m], & magis erat tuũ, si te iam crassi agri delectabant. Hic
72 alicubi in Crustumino, aut in capenati parauisses. Verum esto, Catonis est dictũ, pedibus cõpensari pecuniã, lõge omnino a Tyberi ad Caicũ, quo in loco etiã Agamemnõ cũ exercitu errasset, nisi ducẽ Telephũ inuenisset, Sed cõcedo id quoq;, placuit oppidũ, regio delectauit. Emisses. Amyntas est genere, honore, existimatione, pecunia princeps illius ciuitatis. Huius socrũ mulierẽ imbecilli consilij satis locupletem pellexit Decianus ad sese, & cũ illa quid ageret, nesciret, in possessione prædiorũ eius familiã suã collocauit. Vxorẽ abduxit ab Amynta prægnãtem, quæ peperit apud Decianũ filiã, hodieq; apud Decianũ est & uxor Amyntæ &
73 filia. Num qd harum rerũ a me fingitẽ Deciane? Sciunt hæc oẽs nobiles, sciũt boni uiri, sciunt deniq; nostri hoĩes, sciũt mediocres negociatores. Exurge Amynta, repete a Deciano nõ pecuniã, nõ prædia, socrum deniq; sibi habeat, restituat uxorem, reddat misero patri filiam, membra quæ debilitauit lapidibus, fustibus, ferro, manus quas cõtudit, digitos quos confregit, neruos quos concidit, restituere nõ potest,
74 filiam filiã inq; ærũnoso patri Deciane redde. Hæc Flacco non probasse te miraris. Cui quæso tandẽ pbasti, emptiões falsas prædiorũ, proscriptiones, cũ mulierculis aperta circũscriptione fecisti. Tutor his rebus græcorũ legibus ascribẽdus fuit. Polemocratẽ scripsisti mercẽnariũ, & administrũ consiliorũ tuorũ. Adductus est in iudiciũ Polemocrates de dolo malo & de fraude a Dione huius ipsi[us] tutelæ nomine. qui concursus ex oppidis finitimis undiq;? Qui dolor ani

morum. Quæ querela? Condemnatus est Polemocrates sen tentijs omnibus, irritæ uenditiones, irritæ proscriptiones. num restituis, defers ad Pergamenos, ut illi reciperent in suas litteras publicas, præclaras proscriptiones & emptiones tuas. Repudiāt, reijciunt. Atq; homines? pgameni laudatores tui. Ita.n. mihi gloriari uisus es laudatiōe Pergamenorū, quasi honorē maiorū tuorū secutus esses. & hoc te superiorē esse putabas q̄ Lælium, q te ciuitas Pergamena laudaret. Nū honestior est ciuitas Pergamena q̄ Smyrnæ, at ne ipsi quidē dicūt. Vellem tantū habere me ocij, ut possem recitare psephisma Smyrnæorū, quod fecerūt in Castricium mortuū, uel quod ait Luceius. L. Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, sestertiū uicies, & eū tu accusas auaritiæ, quē dicis sestertiū uicies uoluisse perdere. Nā quid emebat, cum te emebat, ut ad se transires? Quā partē causæ tibi daremus, an ut enūciares cōsilia Lælij, qui testes ab eo prodirēt, qd nos nō uidebamus habitare una. Quis hoc nescit, tabulas in Lælij potestate fuisse non dubiū est. An ne uehementer ne copiose accusares, nunc facis suspitionem. Ita enim dixisti, ut nescio quid a te impetratum esse uideatur. At enim Androni Sestullio grauis iniuria facta est, & non ferenda, q cum esset eius uxor Valeria intestata mortua, sic egit eam rem Flaccus, quasi ad ipsum hæreditas pertineret. In quo quid reprehendas scire cupio. q falsum ītēdent, qui doces. Ingenua inquit fuit. O peritum iuris hominem, quid ab ingenuis mulieribus hæreditates lege nō ueniūt? In manu inquit cōuenerat. Nūc audio, sed quæro usu? coemptione? usu nō potuit. Nihil em̄ potest de tutela legitima sine omniū tutorū auctoritate diminui. Coemptione? oībus ergo auctoribus, in qbus certe Flaccum fuisse nō dices. Relinquitur illud quod uociferari non destitit, non debuisse cū prætor esset suum negociū agere,

aut mentionem facere hæreditatis. Maximas audio, tibi. L. Lucullę, q̃ de. L. Flacco sententiã laturus es pro tua eximia liberalitate maximisq; beneficijs in tuos, uenisse hæreditates, cũ Asiã ꝓuinciã cõsulari imperio obtineres. Si quis eas suas esse dixisset, cõcessisses. Tu Tite Vecti si qua tibi ĩ Africa uenerit hæreditas, usu amittes, an tuum nulla auaritia salua dignitate retinebis? At istius hæreditatis iam Globulo prætore Flacci noĩe petita possessio ẽ. Nõ igit̃ impressio, nõ occasio, nõ uis, nõ tp̃s, nõ imperiũ, nõ secures ad iniuriã faciẽdã Flacci animũ impulerũt. Itaque eodẽ etiã. M. Lurco uir optimus meus familiaris conuertit Aculeum testimonij sui, negauit a priuato pecuniã ĩ ꝓuincia p̃torẽ petere oportere. Cur tandem. M. Lurco non oportet, extorquere, accipere contra leges nõ oportet, petere nõ oportere nunquã ostẽdes, nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas exigendi cã sicut & tu ipse nuper, & multi uiri boni sæpe fecerunt, rectum est? Quod ego non reprehendo, socios uideo queri, prætorẽ si hæreditatem in ꝓuincia non reliquerit, nõ solum reprehendendum, uerũetiam condemnandum putatis. Doti inquit Valeria pecuniã omnem suam dixerat, nihil doti istorum explicari põt, nisi ostenderis illam in tutela Flacci non fuisse. Si sit, quæcunq; sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. Sed tamen Lurconẽ q̃q̃ pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicẽdo religioni suæ, tamẽ iratum Flacco esse uidistis. Neq; eñ occultauit causam iracundiæ suæ, neq; reticendã putauit. q̃stus est libertũ suum Flacco prætore esse damnatum. O cõditiones miseras administrandarũ ciuitatum & ꝓuinciarũ, in quibus diligentia plena simultatum est, negligentia uituperationum, ubi seueritas periculosa est, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omniũ familiaris, multorũ animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, uenientes

prætores expectant, præsentibus inseruiunt, abeuntes deserunt. Sed omittamus querelas, ne nostrũ cõsiliũ in omittendis prouincijs laudare uideamur. litteras misit de uillico. P. Septimij hominis ornati, q uillicus cædem fecerat. Septimiũ ardentẽ iracũdia uidere potuistis in Lurconis libertũ. iudicium ex edicto dedit. Hostis est Lurco. Quid igitur, hominum gratiosorum splendidorũq; libertis fuit Asia tradẽda? An simultates nescio quas cum libertis uestris Flaccus exercet, an uobis in uestris uestrorũq; causis seueritas odio est, eandẽ laudatis cũ de nobis iudicatis. At iste Andro spoliatꝰ bonis ut dicitis, ad dicẽdũ testimoniũ nõ uenit. Quid si ueniat. Decisionis arbiter. C. Celius fuit, quo splendore uir, qua fide, qua religione, obsignator. C. Sestullius Lurconis sororis filius homo, & prudẽs, & cõstãs, & grauis, si uis erat, si fraus, si metus, si circunscriptio, quis pactionem fieri, quis adesse istos coegit? Quid si ista oĩs pecunia huic adolescẽtulo. L. Flacco reddita ẽ, si petita ẽ, si redacta, si per hũc Antiochum paternum huius adolescẽtis libertũ seni illi Flacco probatissimum, uidemur ne nõ solum auaritiæ crimen effugere, sed etiam liberalitatis laudem assequi singularem? communem. n. hæreditatem, quæ æqualiter ad utrũque lege uenisset, cõcessit adolescẽti ꝓpinquo suo. Nihil ipse attigit de Valerianis bonis, quod statuerat facere adductus huius pudore, & nõ amplissimis patrimonij copijs id nõ solum fecit, sed etiam ꝓlixe cumulateq; fecit. Ex quo intelligi debet eum cõtra leges pecunias nõ cepisse qui tam fuerit in hæreditate concedenda liberalis. At falcidianum crimen est ingens, talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse, audiamus hominem, nõ adest quomodo igitᷓ dicitur, epistolam mater eius profert, & alteram soror. Scriptum ad se dicũt esse ab illo tãtã pecuniã Flacco datã, ergo is qui si aram tenẽs iuraret, crederet nemo, ꝑ epistolã quod

nolet iniuratus probabit? At qui uir, q̃ nõ amicus suis ciuibus, qui patrimoniũ satis lautum quod hic nobiscum cõficere potuit, græcorũ cõuiuijs maluit dissipare. Quid attinuit relinquere hãc urbẽ, libertate tã præclara carere, adire periculũ nauigandi, quasi bona comesse Romæ nõ liceret. Nũc deniq̃ materculæ suæ festiuus filius aniculæ minime suspitiosæ purgat se per epistolã, ut eã pecuniã quã traiecerat, nõ cõsumpsisse, sed Flacco dedisse uideatur. At fructus isti Trallianorũ Globulo prætore uenierant. Falcidius emerat noningentis milibus, si dat pecuniam tantã Flacco, nempe iccirco dat, ut rata sit emptio. Emit igiť aliquid, quod certe multo pluris esset, dat de lucro, nihil detrahit de uiuo, minus igitur lucri facit. Cur Albanũ uenire iubet, cur matri præterea blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatẽ aucupať, postremo cur nõ audimus ipsum, retinetur credo in prouincia, mater negat, uenisset inquit si esset denunciatum. Tu certe coegisses si ullũ firmamẽtum in illo teste posuisses, sed hominem ab negocio abducere noluisti, magnũ erat ei certamen propositum, magna cũ græcis contentio, qui tamẽ ut opinor iacent uicti. Nam iste unus totã Asiam magnitudine poculorum bibendoq; superauit. Sed tamẽ quis tibi Læli de epistolis istis indicauit? mulieres negant se scire. Quis is igitur? ipse ille tibi se ad matrẽ & sororẽ scripsisse narrauit? an etiã scripsit oratu tuo. At uero. M. Ebuciũ cõstantissimum & prudẽtissimum hominẽ Falcidij affinem, nihil interrogas, nihil eius generum pari fide præditum. C. Manilium, qui profecto de tanta pecunia si esset data, nihil audisse non posset. His tu igitur epistolis Deciane recitatis, his mulierculis ꝓductis, illo absente auctore laudato tantũ te crimẽ ꝓbaturũ putasti, præsertim cum ipse non deducẽdo Falcidiũ iudiciũ feceris plus falsam epistolam habiturã põderis, q̃ ipsius præsentis fictã uocẽ

& simulatum dolorem. Sed quid ego de epistolis Falcidij, 94
aut de androne Sestullio, aut de Deciani censu tã diu dispu
to? postulo? de salute omnium nostrũ, de fortunis ciuitatis,
de summa reipu. taceo? Quã uos uniuersam in hoc iudicio
uestris uestris inquã humeris iudices sustinetis. Videtis in
quo motu temporum quanta in cõuersione rerũ ac pertur-
batione uersemur, cũ alia multa certi homines, tum hoc uel
maxime moliuntur ut uestræ quoq; mentes, uestra iudicia,
uestræ sententiæ optimo cuiq; infestissimæ, atq; inimicissi-
mæ reperiantur. grauia iudicia ꝓ reipu. dignitate, multa de
cõiuratorũ scelere fecistis. Nõ putant satis conuersam esse
rẽpu. nisi in eandẽ impiorũ pœnã optime meritos ciues de-
truserint. Oppressus est. C. Antonius, esto habuit quãdam 95
ille infamiã suam, neq; tamẽ ille ipse ꝓ meo iure dico, uobis
iudicibus damnatus esset, cuius damnatione sepulchrũ. L.
Catilinæ floribus ornatũ hominũ audacissimorũ ac domesti
corũ hostiũ conuentu epulisq; celebratũ est. Iusta Catilinæ
facta sunt. Nũc a Flacco Lentuli pœnæ per uos expetuntur.
Quam potestis. P. Lentulo, qui uos in complexu liberorum
cõiugumq; uestrarũ trucidatos incendio patriæ sepelire co-
natus est, mactare uictimã gratiorẽ, q̃ si. L. Flacci sangui-
ne illius nephariũ in uos oẽs odium saturaueritis. Litemus 96
igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos,
nimiæ pietatis, & summi amoris in patriam uicissim nos
pœnas si ita dijs placet, sufferamus. Nos iam ab indici-
bus nominamur, in nos crimina finguntur, nobis pericula
comparantur, q̃ si per alios agerent, si deniq; per populi no
men ciuiũ imperitorũ multitudinem concitassent, æquiore
animo ferre possemus. Illud uero ferri nõ põt, qđ per Sena
tores, & per eqtes Ro. q̃ hæc oĩa pro salute omniũ, cõi cõsi-
lio, una mẽte ac uirtute gesserunt, harũ rerũ auctores, du-
ces, principes spoliari oĩbus fortunis atq; ciuitate expelli

posse arbitrantur.Et.n.Po.Ro. perspiciũt eã mentẽ & uolũ
tatẽ,oĩbus rebus q̃bus põt Po.Ro.significat, quid sentiat.
Nulla uarietas est inter hoĩes opinionis,nulla uoluntatis,
97 nulla sermonis.Quare si q̃s illuc me uocat, uenio .Po.Ro.
disceptatorẽ nõ mõ nõ recuso,sed etiã deposco,uis absit,fer
rum ac lapides remoueãtur,operæ facessant,seruitia sileãt.
Nemo erit tã iniustus,q̃ me audierit,sit mõ liber & ciuis,
quin potius de præmijs meis,q̃ de pœna cogitandũ putet.
Odij immortales q̃d hoc miserius? Nos qui.P.Lẽtulo ferrũ
& flammã de manibus extorsimus,imperitæ multitudinis
iudicio cõfidimus, lectissimorum ciuium & amplissimorũ
98 sententias pertimescimus.Marcum Aquiliũ patres nostri
multis auaritiæ criminibus testimonijsq; conuictũ, quia cũ
fugitiuis fortiter bellũ gesserat,iudicio liberauerunt.Con-
sul ego nuper defendi.C.Pisonem,qui quia cõsul fortis cõ-
stansq; fuerat incolumis est reipublicæ cõseruatus. Defen-
di itẽ consul.L.Murenam cõsulem designatum.Nemo illo-
rum iudicũ clarissimis uiris accusantibus audiendũ sibi de
ambitu putauit,cum bellum iã gerente Catilina omnes me
auctore duos consules Kalend.Ianuarijs scirẽt esse oporte-
re.Innocens & bonus uir & omnibus rebus ornatus bis
hoc anno me defendente absolutus est.A.Thermus, quãta
reipub.causa lætitia,Popu.Ro. quanta gratulatio consecu-
ta est,semper graues & sapientes iudices in rebus iudican
dis quid utilitas ciuitatis,quid communis salus,quid rei-
99 pu.tempora poscerent,cogitauerũt.Cum tabella uobis da-
bitur iudices,nõ de Flacco dabitur solũ,dabitur de ducib⁹,
auctoribusque conseruãdæ Ciuitatis.Dabitur de bonis Ci
uibus omnibus,dabit̃ de uobismetipsis,dabitur de liberis
uestris,dabitur de uita,de patria,de salute cõmuni.Non iu
dicatis in hac causa de exteris nationibus,non de socijs,de
100 uobis ac de uestra Rep.iudicatis.Quod si prouinciarũ uos

ratio magis mouet q̃ uestra, ego uero non modo nõ recuso, sed etiam postulo, ut prouinciarũ auctoritate moueamini. & enim opponemus Asiæ prouinciæ primum magnã partem eiusdẽ prouinciæ, quæ pro huius periculis legatos laudatoresq; misit, deinde prouinciã Galliã, prouinciam Ciliciam, prouinciã Hispaniam, prouinciam Cretam. græcis autem lydis & phrygibus & mysis obsistent Massiliẽses, Rhodij, Lacedæmonij, Athenienses, cuncta Achaia, Thessalia, Bœotia, Septimio & C. Cælio testibus. P. Seruilius et. M. Metellus huius pudoris integritatisq; testes repugnabunt. Asiaticæ iurisdictioni urbana iurisdictio respõdebit, annui tpis criminationẽ omnis ætas. L. Flacci, & uita perpetua defendet. Et si prodesse. L. Flacco iudices debet, q̃ se 101
Tribunum militũ, q̃ quæstorem, q̃ legatum imperatoribus clarissimis, exercitibus ornatissimis, p̃uincijs grauissimis dignum suis maioribus præstitit, prosit quod hic uobis uidẽtibus in periculis cõmunibus omnium uestrũ sua pericula cum meis cõiunxit. Prosint honestissimorũ municipiorũ, coloniarumq; laudationes, prosit etiam. S. P. Q. R. præclara & uera laudatio. O nox illa quæ pene æternas huic urbi 102
tenebras attulisti, cũ Galli ad bellũ, Catilina ad urbem, coniurati ad ferrum, & flammã uocabantur. Cum ego te Flacce cœlum noctemq; contestans flens flentem obtestabar, cũ tuæ fidei optime expectatissimæ salutem urbis & ciuium cõmẽdabã. Tu tu Flacce prætor communis exitij nuncios cœpisti. Tu inclusam in litteris Reip. pestem deprehendisti. Tu periculorũ indicia, tu salutis auxilia ad me & ad Senatũ attulisti, quæ tibi tũ gratiæ sunt a me actæ? quæ a Senatu? quæ a bonis omnibus? quis tibi, quis. C. pontinio fortissimo uiro quenq̃ bonum putaret unq̃ non salutem, uerum honorem ullum denegaturum? O nonæ illæ decembres, quæ me consule fuistis, quem ego diem uere natalẽ huius urbis,

103 ac certe salutarem appellare possum. O nox illa quã iste est
dies cõsecutus, fausta huic urbi, miserum me, metuo ne fu
nesta nobis. Qui tum animus. L. Flacci, nihil dicam enĩ de
me, qui amor in patriam, quæ uirtus, quæ grauitas, extitit?
Sed quid ea cõmemoro, quæ tũ cum agebãtur, uno cõsensu
omnium, una uoce Po. Ro. uno orbis terræ testimonio in cœ
lum laudibus efferebãtur. Nunc uereor ne nõ modo nõ pro
sint, uerumetiã aliquid obsint. & enim multo acriorem im
proborũ interdum memoriã esse sentio, quàm bonorũ. Ego te
si quid grauius acciderit. Ego te inquã Flacce perdidero.
Mea dextra, illa mea fides, mea ꝑmissa, cũ te si Rẽp. cõser
uaremus, omniũ bonorum præsidio quoad uiueres, non mo
do munitũ, sed etiã ornatũ fore pollicebar, putaui, speraui,
etiam si honos noster uobis uilior fuisset, salutem certe ca
104 ram futurã. At. L. Flaccum quidem iudices, si id quod dij
immortales omen auertãt, grauis iniuria afflixerit, nunquã
tñ prospexisse uestræ saluti, cõsuluisse uobis, liberis, cõiugi
bus, fortunis uestris pœnitebit. Semper ita sentiet, talem se
animum & generis dignitati, & pietati suæ & patriæ de
buisse. Vos ne pœniteat tali ciui nõ pepercisse, per deos im
mortales iudices prouidete. Quotus. n. quisq; est, qui hanc
in rep. sectã sequatur? qui uobis, qui uestri similibus place
re cupiat? qui optimi atq; amplissimi cuiusq; hominis atq;
ordinis auctoritatẽ magni putet? Illam uiã sibi uidẽt expe
ditiorẽ ad honores, & ad oĩa quæ cõcupiuerũt. Sed cætera
sint eorũ, sibi habeãt potẽtiã, sibi honores, sibi cæterorũ cõ
105 modorũ summas facultates, liceat ijs qui hæc salua esse uo
luerunt ipsis esse saluis. Nolite iudices existimare eos quibus
integrũ est, qui nondũ ad honores accesserunt, nõ expecta
re huius exitum iudicij. Si. L. Flacci tantus amor in bonos
oẽs, tãtum in Repu. studium calamitati fuerit, quẽ posthac
tam amentẽ fore putatis, qui nõ illã uiã uitæ, quã ante præ

cipitem & lubricā esse ducebat, huic planæ & stabili ꝑponendā esse arbitretur? q̄ si talium ciuium nos iudices tedet ostēdite, mutabūt sententiā, qui potuerūt, constituent quid agāt, quibus integrū est. Nos q̄ iā progressi sumus, hūc exitum nostræ temeritatis feremus. Sin hoc aio q̄ plurimos eē uultis, declarabitis hoc iudicio q̄d sentiatis. Huic huic misero puero uestro ac liberorū uestrorū supplici iudices hoc iudicio uiuēdi præcepta dabitis. Cui si patrem conseruatis, qualis ipse debeat esse ciuis, præscribetis, si eripitis, ostēditis bonæ rōni & cōstanti & graui nullū a uobis fructū eē ꝓpositum. Qui uos, qm̄ est id ætatis, ut sensum iā percipere possit ex mœrore patrio, auxiliū nōdū patri ferre possit, orat ne suum luctū patris lachrymis, patris mœrorē suo fletu augeatis, qui etiā me intuetur, me uultu appellat, meam quodāmodo flens fidem implorat, ac repetit eā quā ego patri suo quondā pro salute patriæ spoponderim dignitatem. Miseremini familiæ iudices, miseremini fortissimi patris, miseremini filij. Nomen clarissimū & fortissimum uel generis uel uetustatis uel hoīs causa Reipublicæ reseruate.

M.T.C. QVA POPVLO ROMANO GRATIAS AGIT DE REDITV SVO ORATIO.

1 VOD PRECATVS A IOVE optimo maximo, cæterisq; dijs immortalibus sum Quirites eo tp̄e cum me fortunasq; meas ꝓ uestra icolumitate ocio cōcordiaq; deuoui, ut si meas rōes unq̄ uestræ saluti antepusuissem, sempiternam pœnam sustinerem mea uoluntate susceptam. Sin & ea quæ ante gesseram conseruandæ ciuitatis

eáusa gessissem & illam miseram profectionem uestræ salutis gratia suscepissem, ut quod odium scelerati hoies & audaces in Remp. & in omnes bonos cõceptum iã diu cõtinerent, id in me unum potiusq̃ in optimum quẽq; & in uniuersam rempu. deflecterẽt, hoc si animo in uos liberosq́; uestros fuissem, ut aliqñ uos patresq; cõscriptos Italiãq́; uniuersam memoria mei, misericordia desideriumq́; teneret, eius deuotiõis me esse conuictum iudicio deorũ immortaliũ, testimonio Senatus, consensu Italiæ, confessione inimicorũ, beneficio diuino immortaliq; uestro maxime lætor Quirites, & si homini nihil est magis optandum, q̃ prospera, æquabilis, perpetuaq́; fortuna secundo uitæ fine ulla offensione cursu, tñ si mihi trãquilla, & placata omnia fuissent, incredibili quadã & pene diuina, qua nunc bñficio uestro fruor, lætitiæ uoluptate caruissem. Quid dulcius hominũ generi a natura datũ est, q̃ sui cuiq; liberi. Mihi uero & ꝓpter indulgentiã meã, & propter excellẽs eorũ ingeniũ uita sunt mea chariores, tñ nõ tanta uoluptate erant suscepti, quanta nunc sunt restituti. Nihil cuiq; fuit unq̃ iucundius q̃ mihi meus frater, nõ tam id sentiebã cũ fruebar, q̃ tunc cũ carebam. Sed postea q̃ uos me illi & mihi eũ reddidistis, incredibile est quãtam animo uoluptatẽ percœperim. Res familiaris sua quẽq; delectat, reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nũc uoluptatis afferunt, q̃ tũ incolumitatis afferebãt. Amicitiæ, cõsuetudies, uicinitates, cliẽtelæ, ludi deniq; & dies festi q̃d haberẽt uoluptatis, carẽdo magis intellexi q̃ fruendo. Iã uero honos, dignitas, locus, ordo, bñficia uestra, q̃q̃ mihi semꝑ clarissima uisa sunt, tũ ea renouata nũc illustriora uidẽtur, quã si obscurata nõ essẽt. Ipsa aũt patria dij immortales dici uix põt quid charitatis, q̃d uoluptatis habet, quæ species Italiæ, quæ celebritas oppidorum, quæ forma regionum, qui agri, quæ fruges, quæ

pulchritudo urbis, quæ humanitas ciuium, quæ reip. dignitas, quæ uestra maiestas. Quibus ego oībus antea reb⁹ sic fruebar, ut nemo magis. Sed tanq̄ bona ualitudo iucūdior est eis qui e graui morbo recreati sunt, q̄ qui nunq̄ ægro corpe fuerūt, sic ea oīa desiderata magis, q̄ assidue pcepta delectāt. Quorsum igitur hæc disputo? quorsum? ut intelligere possitis, neminē unq̄ tanta eloquētia fuisse, nec tā diuino atq; incredibili genere dicēdi, qui uestrā magnitudinē, multitudinemq; beneficiorū, quæ in me fratremq; & liberos nostros cōtulistis, nō modo augere aut ornare orōne, sed enumerare aut cōsequi possit. A parentibus id quod necesse erat paruus sum procreatus, a uobis natus sum cōsularis. Illi mihi fratrē incognitum qualis futurus esset dederūt. Vos spectatū & incredibili pietate cognitū reddidistis. remp. illis accepi tpibus, eā quæ pene amissa est, a uobis eā recuperaui, quā aliqn̄ omnes unius opera seruatam iudicauerunt, dij immortales mihi liberos dederunt, uos reddidistis. Multa præterea a dijs immortalibus optata cōsecuti sumus, nisi uestra uolūtas fuisset, omnibus diuinis munerib⁹ caruissemus, nostros deniq; honores quos eramus gradatim singulos assecuti, nunc a uobis uniuersos habemus, ut quantū antea parentibus, quantū dijs immortalibus, quantum nobismetipsis, tātum hoc tempore uniuerso cūcto Po. Ro. debeamus. Nā cum in ipso beneficio uestro tāta magnitudo est ut eā cōplecti oratione nō possimus, tum in studijs uestris tanta animorū declarata uolūtas est, ut nō solū calamitatē mihi detraxeritis, sed etiā dignitatē auxisse uideamini. Non.n. pro meo reditu, ut. P. Popilij nobilissimi hoīs adolescētes filij, & multi præterea cognati atq; affines deprecati sunt. non ut pro. Q. Metello clarissimo uiro iā spectata ætate filius, nō. L. Dalmaticus cōsularis summa auctoritate uir, non. Q. Metellus. Censorius, non eorū liberi, nō

Q.Metellus nepos, q tũ cõsulatũ petebat, nõ sororum filij, Luculli, Seruilij, Scipiões. Permulti.n.tũ Metelli, aut Metellorũ liberi p.Q.Metelli reditu uobis ac patrib' uestris supplicauerũt. Q d' si ipsius sũma dignitas, maximæq; res gestæ nõ satis ualerẽt, tñ illa pietas ppinquorũ, preces, adolescentiũ squallor, maiorũ iã lachrymas Po.Ro.mouere potuerũt. Nã.C.Marij, q post illos ueteres clarissimos cõsulares uestra patrũq; memoria, tertius añ me cõsularis subijt indignissimam fortunam præstantissima sua gloria dissimilis fuit rõ. Nõ.n.ille deprecatiõe redijt, sꝫ ĩ discessu ciuiũ exercitu se armisq; reuocauit. Me aũt nudũ a ppinqs, nulla cognatiõe munitũ, nullo armorũ ac tumultus metu. Cn. Pisonis gñi mei diuina quædã & inaudita auctoritas, atqꝫ uirtus, fratrisq; mei miserrimi atqꝫ optimi quotidianæ lachrymæ, sordesq; lugubres a uobis deprecatæ sunt. Frater erat unus q suo squallore uestros oculos ĩflecteret, q suo fletu desideriũ mei memoriãq; renouaret. Qui statuerat Quirites si me sibi nõ reddidissetis eãdẽ subire fortunã, & tãto in me amore extitit, ut negaret fas eẽ nõ mõ domicilio, sꝫ ne sepulchro qdẽ se a me esse seiũctũ. Pro me præsente Senat', hoĩmq; prætere a uiginti milia ueste mutauerũt, p eodẽ me absente uni' squallorẽ, sordesq; uidistis. Vnus hic domi ĩ foro, q posset eẽ mihi ætate filius, inuẽtus est bñficio parens, amore idẽ qd' semp fuit frater. Nã cõiugis miseræ squallor, & luctus, atque optimæ filiæ mœror assidu', filijq; pui desideriũ mei, lachrymæq; pueriles, aut itinerib' necessarijs, aut magna pte tectis ac tenebris cõtinebanĩ. Quare hoc maius est in nos uestrũ promeritũ, qp nõ multitudini ppinquorũ, sed nobismetipsis nos reddidistis. Sed quẽadmodũ propinqui quos ego parare nõ potui, mihi ad deprecãdã calamitatẽ meã nõ adfuerũt, Sic illud qp mea uirtus præstare debuit, adiutores, auctores, hortatoresq; ad me restituẽdũ ita

multi fuerunt, ut lõge superiores oẽs hac dignitate copiaq; suparē. Nũq̃ de. P. Popilio clarissimo atq; fortissimo uiro, Nũq̃ de. Q. Metello nobilissimo & cõstãtissimo ciue, nũq̃ de. C. Mario custode ciuitatis atq; imperij uestri ĩ Senatu mẽtio facta ẽ. Tribunitijs sup̃iores illi rogatiõibus nulla au ctoritate Senatus sũt restituti. Marius uero nõ mõ nõ a Se natu, ſ ẽt opp̃sso Senatu ẽ restitutus, nec rerũ gestarũ ĩ re ditu memoria. C. Marij, ſ exercit⁹ atq; arma ualuerũt. at de me ut ualeret, semp̃ Senat⁹ flagitauit, ut aliq̃n p̃ficeret, cũ primũ licuit, freq̃ẽtia atq; auctoritate p̃fecit. Nullus in eorũ reditu motus municipiorũ & coloniarũ factus est. At me in patriã ter suis decretis Italia cũcta reuocauit. Illi ini micis ĩterfectis magna ciuiũ cæde facta reducti sũt. Ego ijs a q̃bus eiectus sum p̃uincias obtinẽtibus hoc inimico, opti mo uiro & mitissimo altero cõsule referẽte reductus sũ, cũ is inimic⁹ q̃ ad meã p̃niciẽ uocẽ suã cõibus hostib⁹ præbuis set, q̃ feræ ritu duntaxat uiueret, rep̃ẽte infra oẽs mortuos emãcipat⁹ esset. Nũq̃ de Popilio. L. Opimius fortissimus cõ sul. Nũq̃ de. Q. Metello nõ mõ. C. Marius q̃ erat inimic⁹, sed ne is q̃dẽ q̃ secutus est. M. Antonius hõ eloq̃ẽtissimus, cũ Aulo Albino collega Senatũ, aut populum est cohorta tus. At pro me sup̃iores cõsules semper ut referrent efflagi tati sunt, sed ueriti sunt, ne cã gratiæ facere uiderentur, q̄ alter mihi affinis erat, alterius cãm capitis receperã, qui p̃ uinciarũ fœdere irritati totum illum annum q̃relas Sena tus luctũ bonorũ, Italiæ uero gemitum p̃tulerunt. Kal. ue ro Ianuarijs postea q̃ orba res. P. consulis fidẽ tanq̃ legiti mi tutoris implorauit. P. Lẽtulus cõsul, parens, deus, salus, nostræ uitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, simulac de solem ni religione rettulit, Nihil humanarũ rerũ sibi prius q̃ de me agẽdũ iudicauit. Atq; eo die cõfecta res esset, nisi is tri bunus plebis, quem ego maximis beneficijs quæstorẽ orna

uerãm cõsul, cũ & cũctus ordo, & multi eũ summi uiri orarent, & Cn. Oppius socer optimus uir ad pedes ei⁹ flens iaceret, noctẽ sibi ad deliberandũ postulasset, illa deliberatio quæ nõ in delenda, quẽadmodũ nõnulli arbitrantur. sed ut patefactũ est in augenda mercede cõsumpta est. Postea res acta est in Senatu alia nulla, cũ uariis rationibus impediretur, & uolũtate tñ pspecta Senatus cã apđ uos mẽse Ianuario deferebał Hic tãtũ interfuit inter me & inimicos meos. ego cũ homines in tribunali Aurelio palã cõscribi cẽturiasq; uidissem, cũ intelligerẽ ueteres ad spẽ cædis Catilinæ copias esse renocatas, cũ uiderẽ ex ea parte hoies, cuius partis principes nos numerabamur, partim ꝙ mihi inuiderẽt, partim quo sibi timerẽt, aut pditores esse aut desertores salutis meæ cũ duo cõsules empti pactiõe puinciarũ auctores se inimicis reip. tradidissent, cũ ægestatẽ, auaritiã, libidines suas uiderẽt expleri nõ posse, nisi cõfictũ domesticis hostibus dedissent, cũ Senatus eqtesq; Ro. flere pro me, ac mutata ueste uobis supplicare edictis atq; imperiis uetarenł, cũ omniũ puinciarũ pactiones, cũ oĩa cũ oĩbus fœdera, reconciliationes gratiarũ sanguine meo sancirenł, cũ oẽs boni nõ recusarẽt, qn uel p me uel mecũ perirent, armis decertare pro mea salute nolui qđ potui, qm̃ & uincere & uinci luctuosum reipu. fore putaui. At inimici mei mense Ianu. cum de me ageretur corporibus ciuiũ trucidatis flumine sanguinis meũ reditũ intercludẽdũ putauerũt. Itaq; cũ ego absfui eã rẽpub. habuistis, ut æque me atq; illã restituendã putaretis. Ego aũt in qua ciuitate nihil ualeret Senatus, omnis eẽt impunitas, nulla iudicia, uis & ferrũ in foro uersarel, cũ priuati se parietũ psidio nõ legũ tuerentur, trib. pl. uobis inspectantibus uulnerarentur, ad magistratuũ domos cum ferro et facibus iretur, consulis fasces frãgerẽtur, & deorũ immortalium templa incenderẽtur remp. nullam esse putaui. Itaq;

ui. Itaq; neq; repu. exterminata mihi locũ in hac urbe eẽ du xi, nec si illa restitueret, dubitaui quin me secũ ipsa reduceret. An ego cũ mihi esset exploratissimũ. P. Lẽtulũ proximo anno cõsulẽ futurũ, q illis ipsis reipu. periculosissimis tpib⁹ ædilis curulis me cõsule omniũ meorũ consiliorũ particeps, periculorũq; socius fuisset, dubitarẽ quin is me cõfectũ cõsularibus uulneribus cõsulari medicina ad salutẽ reduceret? Hoc duce, collega aũt ei⁹ clemẽtissimo atq; optimo uiro primo nõ aduersante, post etiã adiuuãte, reliq magistratus pene oẽs fuerũt defensores salutis meæ. Ex qbus excellẽti aio, uirtute, auctoritate, præsidio, copijs. T. Annius, & P. Sextius præstanti in me beniuolẽtia et diuino studio extiterũt. Eodemq; P. Lẽtulo auctore & pariter referẽte collega frequentissimus Senatus uno dissentiẽte, nullo intercedẽte dignitatẽ meã, qbus potuit uerbis amplissimis ornauit. Salutem uobis, municipijs, colonijsq; oĩbus commẽdauit. Ita me nudũ a ppinquis nulla cognatione munitũ Cõsules, prætores tribuniplebis, Senatus, Italia cũcta semp a uobis depcata ẽ. Deniq; oẽs q uestris maximis bñficijs honoribusq; sunt ornati, pducti ad uos ab eodẽ, nõ solũ ad me cõseruandũ uos cohortati sũt, sed etiã rerũ mearũ gestarũ auctores, testes laudatoresq; fuerũt, quorũ princeps ad cohortandos uos & rogãdos, fuit Cn. Põ. uir omniũ q sunt, fuerũt, erũt uirtute, sapiẽtia, ac gloria princeps, q mihi unus uni priuato amico oĩa eadẽ dedit, quæ uniuersæ reipu. salutẽ, ociũ, dignitatẽ afferebãt, cuius oratio fuit, queãdmodũ accepi tripartita. Vos primũ docuit meis cõsilijs rẽpu. esse seruatam, causamq; meã cũ cõi salute cõiũxit, hortatusq; est, ut auctoritatẽ Senatus, statũ ciuitatis, fortunas ciuis benemeriti defenderetis. tũ p me recuperãdo persuasit. Vos rogari a Senatu, rogari ab eqtibus, rogari ab Italia cuncta, deinde ipe ad extremũ p mea uos salute nõ rogauit solũ, uerũetiã obse

erauit. Huic ego hoi Quirites tm̃ debeo, q̃stũ hoiem homi- ni debere uix fas est. huius cõsilia. P. Lent. sentẽtiã, Sena- tus auctoritatẽ uos secuti, in eo loco ĩ quo uestris beneficijs fuerã, hisdẽ cẽturis q̃bus collocaratis, reposuistis. Eodẽ tp̃e audiuistis, eodẽ ex loco summos uiros ornatissimos atq; am plissimos hoies principes ciuitatis, oẽs cõsulares, oẽs præto rios eadẽ dicere, ut omniũ testimonio p̃ me unũ rẽpu. con- seruatã esse cõstaret. Itaq; cũ. P. Seruilius grauissimus uir & ornatissimus ciuis dixisset op̃a mea rẽp. incolumẽ, magi stratib⁹ deinceps traditã, dixerũt in eãdẽ sniam cæteri. Sed audistis eo tp̃e clarissimi uiri nõsolũ auctoritatẽ, sed ẽt testi moniũ. L. Gellij, q̃ q̃a suã classẽ attẽtatã magno cũ suo pericu- lo pene sensit, dixit ĩ cõcioẽ uerũ si ego cõsul cũ fui nõ fuis- sem, rẽpu. funditus iteriturã fuisse. En ego tot testimonijs Quirites, hac auctoritate Senatus, tãta cõsensiõe Italiæ, tã to studio bonorũ oim, agẽte. P. Lẽtulo, cõsentiẽtibus cæteris magistratibus, dep̃cante. Cn. Põp. hominibus omnibus fa- uẽtibus, dijs deniq; immortalibus frugũ ubertate, copia, ui litate reditũ meũ cõprobãtibus, mihi meis, reipub. restitu- tus tãtũ uobis quantũ facere possum Quirites pollicebor. primũ qua sanctissimi hoies pietate erga deos immortales esse solent, me eadẽ erga Populũ Roma. semp̃ fore, Numẽq; uestrum æque mihi graue & sanctum ac deorũ immortaliũ in omni uita futurũ. Deinde q̃m me in ciuitate res pub. ipsa reduxit, nullo me loco reipu. defuturũ. Quod si quis existi- mat me aut uolũtate eẽ mutata, aut debilitata uirtute, aut animo fracto, uehemẽter errat. Mihi quod potuit uis & in- iuria & sceleratorũ hominũ furor detrahere, eripuit, abstu lit, dissipauit, quod uiro forti adimi nõ põt, id mihi manet, & permanebit. Vidi ego fortissimũ uirũ municipẽ meũ. C. Mariũ, q̃m nobis quasi aliqua fatali necessitate nõ solũ cum his qui hoc imperium delere uoluissent, sed etiam cum for-

tuna belligerãdum fuit, eũ tamẽ uidi cũ esset summa senectute, nõmodo non infracto animo propter magnitudinẽ calamitatis, sed cõfirmato atq; renouato. Quem egomet dicere audiui tũ se fuisse miserũ cũ careret patria, quã obsidione liberasset, & cum sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret, cũ adolescẽtem filium uideret eiusdẽ sociũ calamitatis, cum in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnẽsium corpus ac uitã suam cõseruaret, cum parua nauicula traiectus in Aphricã, quibus regna ipse dederat ad eos supplex inopsq; uenisset, recuperata uero sua dignitate se nõ commissurum, ut cũ ea quæ amiserat, sibi restituta essent, uirtutẽ animi non haberet, quam nunquã perdidisset. Sed hoc inter me atq; illum interest, q̃ ille qua re plurimum potuit ea ipsa re inimicos suos ultus est armis. Ego qua consueui, utar pietate, quoniam illi arti in bello, ac seditione locus est. Huic in pace atq; ocio, quãq; ille aĩo irato nihil nisi de inimicis ulciscẽdis agebat. Ego de ipsis inimicis tantum q̃tum mihi resp. permittet, cogitabo. Deniq; Quirites q̃m me quattuor oĩo genera hominum uiolarũt. Vnum eorũ q odio reipub. quod eã ipsis inuitis cõseruarã, mihi inimicissimi fuerũt. Alterũ qui per simulationem amicitiæ nefariæ me prodiderũt. Tertiũ qui cũ ꝓpter inertiã suam eadem assequi non possent, inuiderẽt laudi & dignitati meæ. Quartum qui cum custodes reipub. esse debuerunt, salutem meam, statum ciuitatis, dignitatem eius imperij qđ erat penes ĩpos, uẽdiderũt, sic ulciscar genera singula, quadmodũ ẽa quibusq; sum prouocatus, malos ciues, rempub. bene gerendo, perfidos amicos, nihil credendo, atq; omnia cauendo. Inuidos, uirtuti & gloriæ seruiendo. Mercatores prouinciarum, reuocando domum atq; ab his prouinciarum rationem repetendo, quamquam mihi maiori curæ est, quemadmodum quidem uobis, qui de me estis

optime meriti gratiã referã q̃ quẽadmodũ inimicorũ iniurias crudelitatemq́; pſequar. & em̃ ulciſcẽdæ iniuriæ facilior ratio eſt, q̃ beneficij remunerãdi, ꝓpterea ꝙ ſuperiorẽ eſſe cõtra improbos minus eſt negocij, q̃ bonis exæquari. Tũ etiã nec tã neceſſariũ q̃dẽ eſt, male meritis referre quod debeas, quã ut benemeritos colas. odiũ uel p̃cibus mitigari põt, uel tẽporibus, & reipu. cõmuniq́; utilitate deponi, uel difficultate ulciſcendi teneri, uel uetuſtate ſedari, benemeritos quin colas, nec exorari fas eſt, neque id reipu. repetere utrũq; neceſſe eſt, neque eſt excuſatio difficultatis, neq; æquũ eſt tẽpore et die memoriã beneficij definire, poſtremo qui in ulciſcẽdo remiſſior fuit, mox aperte laudatur, at grauiſſime uituperat̃ q in tãtis beneficijs quãta uos in me cõtuliſtis, remunerãdis eſt tardior, neq; ſolũ ingratus, q̃d ip̃m graue eſt, uerũ etiã impius appellet̃ neceſſe eſt. Atqui in officio pſoluendo diſſimilis ratio pecuniæ debitæ eſt, ꝓpterea ꝙ pecuniã q retinet, nõ diſſoluit, q reddidit, nõ habet. Gratiã & qui rettulit habet, & q habet diſſoluit. Quapropter memoriã ueſtri beneficij colã beniuolentia ſempiterna, nõ ſolũ cũ anima ſuperaro mea, ſed etiã cũ mortuo monumenta ueſtri in me beneficij pmanebũt. In referẽda aũt gratia hoc uobis repromitto, ſemperq; præſtabo, mihi neq; in cõſilijs de repu. capiẽdis diligẽtiã, neq; in periculis a repu. propulſandis animũ, neq; in ſentẽtia ſimpliciter referenda fidem, neq; in hominũ uolũtatibus ꝓ repu. lædendis libertatem, nec in perferendo labore induſtriã, nec in ueſtris cõmodis augendis gratã animi beniuolẽtiã defuturã, atq; hæc cura Quirites erit infixa animo meo ſempiterna, ut cũ uobis qui apud me deorũ immortaliũ uim & numen tenetis, tum poſteris ueſtris cunctiſq́; gẽtibus digniſſimus ea ciuitate uidear, quæ ſuam dignitatem non poſſe tenere ſe, niſi me reciperaſſet, cunctis ſuffragijs indicauit.

M.T.C. QVA SENATVI GRATIAS AGIT POST REDITVM SVVM ORATIO.

I PATRES CONSCRIPTI *ꝑ ueſtris immortalibus in me fratrēq; meum liberoſq; noſtris meritis parū uobis cumulate gratias egero, quæſo obteſtorq; ne meæ naturæ potius q̄ magnitudini ueſtrorū beneficiorū id tribuendum putetis. Quæ.n. tāta poteſt exiſtere ubertas ingenij? quæ tanta dicēdi copia? quod tā diuinū atq; incredibile genus orationis? quo quiſq; poſſit ueſtra in nos uniuerſa ꝑmerita nō dicā cōplecti orādo, ſed ꝑcenſere numerādo? q mihi fratrem optatiſſimū, me fratri amantiſſimo, liberis noſtris parentes, nobis liberos, q dignitatē, q ordinē, q fortunas, qui ampliſſimā rēpu. q patriā, qua nihil pōt eſſe iucūdius, q deniq; noſmetipſos nobis reddidiſtis. ꝙ ſi parentes cariſſimos habere debem⁹, ꝙ ab his nobis uita, patrimoniū, libertas, ciuitas tradita eſt, ſi deos immortales, quorū bn̄ficio & hæc tenuimus, & cæteris reb⁹ aucti ſumus, ſi Po. Ro. cuius honoribus in ampliſſimo cōſilio, & in altiſſimo gradu dignitatis, atq; in hac omniū terrarū arce collocati ſumus, ſi hūc ipſum ordinē a quo ſæpe magnificētiſſimis decretis ſumus honeſtati, immenſum qddā & infinitū eſt, quod nobis debeamus, qui ueſtro ſingulari ſtudio atq; cōſenſu parētū beneficia, deorū immortaliū munera, populi Romani honores, ueſtra de me multa iudicia nobis uno tp̄e oīa reddidiſtis, ut cū uobis multa, magna po. Ro. innumerabilia parentibus, oīa dijs immortalibus debeamus, hæc antea ſingula per illos habuerimus. Nūc uniuerſa ꝑ uos recuperauimus. Itaq; Patres. Con. qđ ne optādū qdē eſt homini, immortali*

tatem quandã per uos adepti esse uidemur. quod.n.tp̃s erit unq̃ quo uestrorum in nos beneficiorũ memoria ac fama moriatur? Qui illo ipso tp̃e, cum ui, ferro, metu, minis, obsessi teneremini, non multo post discessum meũ me uniuersi reuocauistis. Referente. L. Mũmio fortissimo atq; optimo uiro quẽ habuit ille pestifer annus & maxime fidelem & minime timidũ, & si dimicare placuisset, defensorem salutis meæ. Posteaq̃ uobis ptãs decernẽdi nõ est permissa, per eum Trib. pl. qui eũ p̃ se rempu. lacerare nõ posset, sub alieno scelere deleuit, nunq̃ de me siluistis, non nunq̃ meã salutem ab his cõsulibus q̃ uendiderãt flagitauistis. Itaq; uestro studio atq; auctoritate pfectũ est, ut ille ipse annus quẽ ego mihi q̃ patriæ malueram esse fatalem, octo tribunos haberet, q̃ pmulgarent de salute mea, & ad uos sæpenumero referrent. Nã cõsules modesti legũq; metuentes impediebãtur lege, nõ ea q̃ de me, sed ea quæ de ipsis lata erat cũ meꝰ inimicus pmulgauit, ut si reuixissent hi, q̃ hæc pene delerũt, tum ego redirẽ. Quo facto utrũq; cõfessus est & se illorũ uitã desiderare, & magno in periculo rẽp. futurã esse, si aut hostes atq; interfectores reip. reuixissent, aut ego nõ reuertissem. Itaq; illo tũ ipso anno eũ ego cecidissem, princeps aũt ciuitatis nõ legũ præsidio, sed parietũ uitã suã tueret, resp. sine cõsulibus esset, neq; solũ parentibus ppetuis, uerũetiã tutoribus annuis esset orbata, sentẽtias dicere p̃hiberemini. Cũq; caput meæ pscriptionis recitaret, nunq̃ dubitastis salutẽ meã eũ cõi salute cõiungere. Postea uero q̃ singulari & pstãtissima uirtute. P. Lentuli cõsulis ex superioris anni caligine & tenebris lucẽ in rẽpu. Kal. Ianuarijs despicere cœpistis, cũ uirtute, gloria, rebus gestis. Cn. Põpeius omniũ gentiũ, omniũ sæculorũ, omnis memoriæ facile princeps, tuto se uenire in senatũ arbitraret. Cum. Q. Metelli, nobilissimi hominis atq; optimi uiri summa digni

tas, cũ prætorũ trib. pleb. pene omniũ uirtus & fides reip. subuenisset, tantus uester consensus de salute mea fuit, ut corpus abesset meũ, dignitas iã in patriã reuertisset. Quo ꝗdẽ mense ꝗd inter me & meos inimicos interesset, existimare potuistis. Ego meã salutẽ deserui, ne ꝓpter me ciuiũ uulneribus respub. cruẽtaret. Illi meũ reditum non Po. Ro. suffragijs, sed flumine sanguinis intercludẽdũ putauerũt. Itaque postea nihil uos ciuibus, nihil socijs, nihil regibus respondistis, nihil iudices sententijs, nihil populus suffragijs, nihil hic ordo auctoritate declarauit. Mutum forum, elinguẽ curiam, tacitam & fractam ciuitatem uidebatis. Quo quidem tempore cum is excessisset, qui cædi & flammæ uobis auctoribus restiterat, cũ ferro et facibus homines tota urbe uolitantes, magistratuum tecta oppugnata, deorum templa inflammata, summi uiri & clarissimi consulis fasces fractos, fortissimi atque optimi uiri tribuni plebis sanctissimũ corpus non solum tractum atq; uiolatum manu sed uulneratũ ferro cõfectũq; uidistis. Qua strage nõnulli permoti magistratus partim metu mortis, partim desperatione reipub. paululũ a mea causa recesserunt. Reliqui fuerunt, quos neq; terror, nec uis, nec spes, nec metus, nec ꝓmissa, nec minæ, nec tela, nec faces a uestra auctoritate, a Po. Ro. dignitate, a mea salute depellerẽt. princeps. P. Lentulus parens ac deus nostræ uitæ fortunæ, memoriæ, nominis, hoc specimen uirtutis, hoc indiciũ animi, hoc lumen consulatus sui fore putauit, si me mihi, si meis, si uobis, si reipu. reddidisset. Qui ut est designatus, nũquã dubitauit sentẽtiã de salute mea & de repu. dignã dicere, cũ a tribunis plebis uetaret, cũ præclarũ caput recitaret, ne quis ad uos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset totam illã causam ut ante dixi proscriptionem nõ legẽ putauit, qua ciuis op

time de repu. meritus nominatim sine iudicio una cum Senatu. reipublicæ esset ereptus. Vt uero iniit magistratum, nō dicam quid egerit prius, sed quid omnino egit aliud, nisi ut me cōseruato uestrā in posterū dignitatē auctoritatēq; sanciret. dii immortales quantum mihi beneficiū dedisse uidemini, q hoc anno. P. Lentulus Cōsul præfuit, quo quanto maius dedissetis, si superiore anno fuisset? Nec. n. eguissem medicina cōsulari, nisi cōsulari uulnere cōcidissem. Audierā ex sapiētissimo hoīe atq; optimo ciue & uiro. Q. Catulo nō sæpe unum consulē improbum, duos uero nunquā excepto illo Cesonino tpe fuisse. Quare meam causam semper fore firmissimā dicere solebat, dum uel unus in rep. eēt consul. Quod uere dixerat si illud de duobus cōsulibus q ante in rep. nō fuerat, perēne ac propriū manere potuisset. Quod si. Q. Metellus illo tpe consul fuisset unicus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruādo futurus, cū in restituēdo auctorem fuisse ascriptoremq; uideatis. Sed fuerunt duo cōsules, quorū mentes angustæ, humiles, prauæ, opplete tenebris ac sordibus nomē ipsum cōsulatus splēdorem illius honoris, magnitudinē tanti imperii, nec intueri, nec sustinere, nec capere potuerūt. non cōsules, sed mercatores puinciarū, ac uēditores uestræ dignitatis, quorū alter a me Catilinā amatorē suum multis audiētibus, alter Cethegū cōsobrinū suū reposcebat. qui me duo sceleratissimi post hominū memoriā nō cōsules, sed latrones nō modo deseruerūt in cā præsertim publica & cōsulari, sed prodiderunt, oppugnauerunt, omni auxilio nō solum suo sed etiā uestro cæterorunq; ordinum spoliatum esse uoluerunt. Quorum alter tū nec me nec quenq; fefellit. Quis enim ullam ullius boni spem haberet in eo cuius primū tempus ætatis palā fuisset ad oēs libidines diuulgatum? qui ne a secretissima quidem parte corporis potuisset hoīm impuram intemperātiā pro

pulsare. Qui cum suã rem nõ minus strennue q̃ postea publicã cõfecisset, egestatem & luxuriã domestico lenocinio sustẽtauit. Qui nisi in arã tribunatus cõfugisset, neq; uim prætoris, nec multitudinem creditorũ, nec bonorum ꝓscriptionẽ effugere potuisset. Qui ĩ magistratu nisi rogationẽ de piratico bello tulisset, ꝑfecto & egestate & improbitate coactus piraticã ipse fecisset, ac minore quidẽ reip. detrimẽto, q̃ q intra mœnia nefarius hostis prædoq; uersatus est, quo inspectãte ac sedente legẽ Trib. pleb. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnuntiare cõcilio aut comitijs, ne legi intercedere liceret, ut lex elia ac fusia ne ualerent, q̃ nostri maiores certissima reip. subsidia cõtra tribunitios furores esse uoluerũt. Ideoq; postea cũ innumerabilis multitudo bonorum de capitolio supplex ad eũ sordidata uenisset, cũq; adolescẽtes nobilissimi cunctiq; equites Ro. se ad lenonis impurissimi pedes abiecissent, quo uultu Cincinnatus ganeo nõ solum ciuium lachrymas, uerũetiam patriæ preces repudiauit? Neq; eo cõtentus fuit, sed etiam in concionem ascendit, eaq; dixit, quæ si eius uir Catilina reuixisset, dicere nõ esset ausus, se Nonarum Decemb. quæ me consule fuissent Cliui Capitolini pœnas ab equitibus Romanis esse repetiturũ. neq; solum id dixit, sed quos ei cõmodum fuit, compellauit. Lucium uero Eliũ equitem Romanum præstanti dignitate hoiem, & saluti meæ ꝓ familiaritate reipub. ꝓ fortunis suis amicissimum, cõsul imperiosus exire urbe iussit, & cum uos uestem mutãdam censuissetis, cunctiq; mutassetis, atq; idem boni omnes iã ante fecissent, ille unguentis oblitus cũ tog a præ texta, quã omnes prætores ædilesq; tũ abiecerant, irrisit squallorem uestrum, & luctum gratissimæ ciuitatis, fecitq; quod nemo unquam tyrannus, ut quo minus occulte uestrum malum gemeretis, nihil diceret, ne aperte incommoda patriæ lugeretis, ediceret. Cum uero in

circo flaminio non a tribuno pleb. consul in concionem, sed a latrone archipirata productus esset, primũ processit qua auctoritate uir? uini, somni, stupri plenus, madenti coma, cõposito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa uoce & temulenta, ꝙ in ciues indemnatos esset aiaduersũ id sibi dixit grauis auctor uehementissime displicere. Vbi nobis, haec auctoritas tam diu tanta latuit? cur in lustris & belluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia uirtus tam diu cessauit? Nam ille alter Caesonius Caluentius ab adolescẽtia uersatus est in foro, cũ eum praeter simulatã irritãq; tristitiã nulla res cõmendaret, nõ cõsulis studium, non discẽdi initia rei militaris, nõ cognoscendorum hoim, nõ liberalitas quẽ praeteriens cum incultum horridũ moestumq; uidisses, etiam si agrestẽ & inhumanum existimares, tamen libidinosum & perditum nõ putares, cũ hoc homine aut cum stipite aethiope si in foro cõstitisses, nihil crederes interesse, siue sensu, sine sapore. Elinguem, tardũ, inhumanum neglectum, Cappadocẽ modo abreptum de grege uenalium diceres. Idẽ domi ꝙ̃ libidinosus, ꝙ̃ impurus, ꝙ̃ intẽperatus, nõ in auare caeptis, sed porro intermissis uoluptatibus. Cum uero litteris studere incipit, & belluo immanis cum graeculis philosophari, tum est epicureus, nõ penitus illi disciplinae quaecunq; est deditus, sed captus uno uerbo uoluptatis. Habet autẽ magistros nõ ex istis ineptis, qui dies totos de officio & de uirtute disserunt, qui ad laborẽ, ad industriã, ad pericula ꝓ patria subeũda adhortãtur. Sed eos qui disputant horam nullã uacuam uoluptate esse debere, in omni parte corporis semꝑ oportere aliquod gaudiũ delectationemq; uersari. his utitur quasi praefectis libidinũ suarum, hi uoluptates oẽs uestigant atq; odorãt, hi sunt cõditores instructoresq; conuiuij, ijdem expendunt atq; aestimant uoluptates, sententiamq; dicunt, & iudicant quan

tum cuiq; libidini tribuendum esse uideatur. Horum ille artibus eruditus ita contempsit hanc prudentissimam ciuitatē, ut oēs suas libidines, omnia flagitia latere posse arbitraretur, si modo uultum importunum in forum detulisset. Is nō me quāq; equidē non cognoueram eum, propter Pisonū affinitatem, q̄ longe hinc ab hoc genere cognatio materna transalpini sanguinis abstulisset, Sed nos populumq; Ro. non consilio, neq; eloquentia, quod in multis sæpe accidit, sed rugis superciliiq; decepit. L. Piso tu ne es ausus isto oculo non dicam isto animo, ista frōte non uita, tāto supercilio, non. n. possum dicere tātis gestis cū Gabinio consociare consilia pestis meæ? non te illius unguentorum odor, non uini anhelitus, nō frons calamistri torta uestigijs in eā cognitionem adducebat, ut cū illius re similis fuisses, frontis tibi integumēto ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret, cum hoc coire ausus es, ut cōsularem dignitatem, ut reipu. statum, ut Senatus auctoritatem, ut ciuis optime meriti fortunas prouinciarū fœdere addiceres? Te cōsule tuis edictis & imperijs. S.P.Q.R. non est licitum nō modo sententijs atq; auctoritate sua, sed ne luctu q̄dem ac uestitu reipublicæ subuenire. Capuæ ne te putabas, in qua urbe domicilium quōdam superbiæ fuit, cōsulem esse? sicut eras eo tpē? an Romæ in qua ciuitate oēs ante uos consules Senatui paruerūt? Tu es ausus in circo flaminio productus cū tuo illo pari dicere te semper misericordē fuisse, quo uerbo Senatū atq; omnes bonos cū a patria pestem expellerent, crudeles demōstrabas fuisse. Tu misericors, me affinem tuum, quem comitijs prærogatiuæ primum custodem præfeceras, quem Kalen. Ianuarij tertio loco sentētiam rogaras, constrictum inimicis reipu. tradidisti, tu meum generum propinquum tuū, tu affinem tuam filiam meam superbissimis & crudelissimis uerbis a genibus tuis reppulisti. Idemq; tu clemen

tia de misericordia singulari, cum ego una cum repu. nō tri
bunitio sed consulari ictu concidissem, tanto scelere tāta q;
intemperantia fuisti, ut ne unam q̄dem horam interesse pa
terere inter meā pestem & tuā prædam, saltem dum conti-
cesceret illa lamentatio, & gemitus urbis, nōdum palam fa
ctum erat concidisse rempu. cū tibi arbitria funeris soluebā
tur, uno eodemq; tp̄e domus mea diripiebatur, ardebat. bo-
na ad uicinum cōsulem de palatio, de tusculano ad item ui-
cinum alterum cōsulem deferebantur, cum hisdē operis suf
fragiū ferentibus, eodem gladiatore latore, uacuo nō modo
a bonis, sed a liberis atq; inani foro, ignaro. P. Ro. quid age
retur. Senatu uero oppresso & afflicto duobus impijs nefa
rijsq; cōsulibus ærarium, p̄uinciæ, legiones, imperia dona
bātur, horū cōsulum ruinas uos cōsules uestra uirtute ful-
sistis, summaq; tribunorum plebis prætorumq; fide & dili
gētia sublevati. Quid ego de præstātissimo uiro. T. Annio
dicam? aut quis de tali ciue satis unquam digne loquetur?
qui cum uideret sceleratum ciuē aut domesticum potius ho
stem, si legibus uti liceret, iudicio esse frāgēdum, si ipsa iu-
dicia uis impediret, ac tolleret, audaciā uirtute, furorē for-
titudine, temeritatem cōsilio, manum manu, uim ui esse su-
perādam, Primo de ui postulauit, posteaq; ab eodem subla-
ta iudicia eē uidit, ne ille oīa ui posset efficere curauit. Qui
docuit neq; tecta, neq; tēpla, nec forum, nec curiā sine uir
tute summa ac maximis opibus & copijs ab intestino latro
cinio posse defendi, q primus post meum discessum metum
bonis & audacibus, timorem huic ordini, seruitutem depu
lit ciuitati, quā rōnem pari uirtute, animo, fide. P. Sestius
secutus p̄ mea salute, pro uestra auctoritate, pro statu ciui-
tatis nullas sibi inimicitias, nullā uim, nullos impetus, nul
lum uitæ discrimē uitādum unquā putauit. Qui cūm Sena-
tus exagitatam concionibus improborum sic sua diligentia

multitudini commendauit, ut nihil tam populare q̃ ueſtrũ nomen, nihil tã oĩbus carum aliq̃ q̃ ueſtra auctoritas uide retur. Qui me cum oĩbus rebus q̃bus tribunus ple. potuit, defendit, cũ reliq̃s officiꝫ iuxta ac ſi me⁹ frater eſſet, ſuſtẽ tauit. Cuius ego clientibus, libertis, familia, copijs, litteris ita ſum ſuſtẽtat⁹, ut meæ calamitatis nõ adiutor ſolũ, uerũ etiã ſocius uideretur. Iã cæterorũ officia ſtudiaq; uidiſtis. Quoniam cupidus mei. C. Ceſtilius, q̃ ſtudioſus ueſtri, q̃ nõ uarius fuerit in cauſa? Quid Moſopius? cui ego ipi, pa rẽti, fratriq; eius ſentio quãtum debeam, qui cum mea ſen tentia uoluntas eorũ in priuato iudicio eſſet offenſa, publici mei beneficij memoria priuatã offenſiõnẽ obliterauerũt. Iã. T. Fadius, qui mihi quæſtor fuit. M. Curtius, cuius ego pa tri q̃ſtor fui, ſtudio, amore, aĩo huic neceſſitudini nõ defue rũt. Multa de me. C. Meſſinius, & amicitiæ, & reip. cauſa dixit, legẽ ſpeciatim initio de ſalute mea ꝓmulgauit. Q. Fa bricius ſi quæ de me agere conatus eſt contra uim & ferrũ perficere potuiſſet menſe Ian. noſtrũ ſtatum recuperaſſem, quẽ ad ſalutem meam uoluntas impulit, uis retardauit, au ctoritas ueſtra reuocauit. Iam uero prætores quo aĩo in me fuerint uos exiſtimare potuiſtis, cũ. L. Cecilius priuatim me ſuis omnibus copijs ſtuduerit ſuſtẽtare, publice promulga rit de mea ſalute cũ Collegis pene omnibus, direptoribus aũt bonorũ meorũ in ius adeundi poteſtatem nõ fecerit. M. autem Calidius ſtatim deſignatus ſentẽtia ſua, q̃ eſſet ſibi cara mea ſalus, declarauit. Oĩa officia. C. Septimij. Q. Va lerij. P. Craſſi, Sex. Quintilij. C. Cornuti. ſũma & in me, & in remp. cõſtiterũt, quæ cum libenter cõmemorem nõ in gratus, nõnullorum in me cõmiſſa nefarie prætereo. Nõ eſt mei tpis iiurias meminiſſe, quas ego etiã ſi ulciſci poſſem, tñ obliuiſci mallem. Alio transferenda mea tota uita eſt, ut bene de me meritis referam gratiam, cum apertis hoſtibus

bellũ gerã, timidis amicis ignoſcã, proditoribus meis nõ iñ dicẽ dolorẽ ꝓfectionis meæ. defenſores reditus dignitate cõ ſoler, ꝙ ſi mihi nullũ aliud eſſet officiũ ĩ omni uita reliquũ, niſi ut erga duces ipſos & principes atq; auctores ſalutis meæ ſatis gratus iudicarer, tñ exiguũ reliquæ uitæ tẽpus, non modo ad referẽdam, uerumetiã ad commemorãdã gratiam mihi relictũ putarem. Quando.n. ego huic homini ac liberis eius? quãdo oẽs mei gratiã referent? quæ memoria, quæ uis ingenij, quæ magnitudo obſeruãtiæ tot tãtiſq; beneficijs reſpondere poterit? qui mihi primus afflicto & iacẽti conſularem fidẽ dexterãq; porrexit, qui me a morte ad uitam, a deſperatiõe ad ſpem, ab exitio ad ſalutem reuocauit, quãto amore ĩ me ſtudio in rẽp. fuit, ut excogitaret quẽadmodũ calamitatem meam, non modo leuaret, ſed etiã honeſtaret. Quid.n. magnificentius? quid præclarius mihi accidere potuit? ꝙ quod illo petente uos decreuiſtis, ut cũcti ex omni Italia qui remp. ſaluã uellẽt, ad me unũ hominẽ fractum, & ꝓpe diſſipatũ reſtituendũ & defendẽdũ uenirẽt, ut qua uoce te Romule poſt Romã cõditam conſul uſus eſſet pro uniuerſa rep. apud eos ſolũ qui eius uocem exaudire poſſent, eadẽ uoce Senatus omnibus agris atq; oppidis uicis ciues totamq; Italiã ad unius ſalutem defendẽdã excitaret. Quid ego glorioſius meis poſteris potui relinquere, ꝙ hoc Senatum iudicaſſe? Qui ciuis me non defendiſſet, eũ remp. ſaluã noluiſſe. Itaq; tantum ueſtra auctoritas, tantum eximia cõſulis dignitas ualuit, ut oĩs flagitium ſe committere putaret, ſi quis nõ ueniret. Idemq; conſul cum illa incredibilis multitudo Romã & pene Italia ipſa ueniſſet, uos freqẽtiſſimos in capitoliũ cõuocauit, quo tpe quãtã uim naturæ bonitas haberet, aut uera nobilitas, ĩtelligere potuiſtis. Nam. Q. Metellus, & inimicus & frater inimici ꝓſpecta ueſtra uolũtate oĩa priuata odia depoſuit, quẽ. P. Seruilius

uir cũ clarissimus, tum uero optimus mihiq; amicissimus, & auctoritatis & orationis suæ diuina quadã grauitate, ad sui generis cõmunisq; sanguinis facta uirtutesq; reuocauit, ut haberet in consilio & fratrem ab inferis sociũ rerum mearũ, & omnes Metellos præstantissimos ciues pene ex Acheronte excitatos, in quibus numidicũ illũ Metellum, cuius quondã de patria discessus honestis omnibus luctuosus tandem uisus est. Itaq; hic fuit nõ modo salutis defensor, qui ante hoc unũ beneficiũ fuerat inimicus, uerumetiam ascriptor dignitatis meæ. Quo quidem die cum quadringenti, decẽ Senatores essetis. Magistratusq; oẽs abessent, dissensit unus, q sua lege coniuratos etiã ab inferis excitãdos putarat. Atq; illo die quo rempu. meis consiliis conseruatam grauissimis uerbis & plurimis iudicassetis, idẽ cõsul curauit, ut eadẽ a principibus ciuitatis in cõcione postero die dicerent, cũ qdem ipse egit ornatissime cãm meã, perfecitq; astante atq; audiẽte Italia tota ut uix cuiusdã cõducti atq; pditi uocem acerbã atq; inimicã bonis possent audire, ad hæc nõ modo adiumentũ salutis, sed etiã ornamẽta dignitatis meæ reliqua uos idem addidistis, decreuistis ne quis ulla rõne rem impediret, q id impedisset, grauiter molesteq; laturos, illũ cõtra rẽpub. salutẽq; bonorũ cõcordiãq; ciuiũ facturũ, & ut ad uos ea statim referrent, meq; etiã si diutius calũniarentur, redire iussistis. Quid ut agerentur gratiæ qui e municipiis uenissent? qd ut ad illã diem res cũ recidissẽt, rogarent, ut pari studio conuenirent. Quid deniq; illo die quẽ. P. Lentulus mihi fratriq; meo, liberisq; nostris natalẽ cõstituit, non mõ ad nostrã, uerũetiã ad sempiterni memoriã tpis, quo die nos comitiis centuriatis quæ maxime maiores iusta dici haberiq; uoluerũt, arcessiuit i patriã, ut eædem centuriæ q̃ me cõsulem fecerant, consulatum meũ cõprobarent. quo die quis ciuis fuit qui non nefas esse

putaret, quacunq; aut ætate aut ualitudine esset, nō se de salute mea sententiam ferre, quando tantam frequētiam in cāpo, tm̄ splēdorem Italiæ totius, ordinumq; omniū, qn̄ illa dignitate tot rogatores, diriuatores custodesq; uidistis? Ita q̄. P. Lētuli beneficio excellenti atq; diuino nō solū reducti sumus in patriā, sicut nōnulli clarissimi uiri, sed eq̄s insignibus, et curru aurato deportati. Possum ego satis in Cn. Pō. unq̄ gratus uideri? qui nō solū apud uos qui idē sentiebatis, sed etiā apud uniuersum populū salutē Populi Ro. & conseruatam per me & cōiunctā esse cū mea dixerit. Qui cām meam prudentibus commēdarit, imperitos edocuerit, eodemq; tp̄e improbos auctoritate sua compresserit, bonos excitarit. Qui Po. Ro. pro me tanq̄ pro fratre, aut pro parente nō solum hortatus sit, uerūetiam obsecrarit, qui cum ipse p̄pter metū dimicationis & sanguinis domo se tenere etiā a superioribus tribunis petierit, ut de salute mea et p̄mulgarēt, & referrent. qui in colonia nuper cōstituta, cū ipse gereret magistratū in qua nemo erat emptus intercessorum uim & crudelitatē priuilegij auctoritate honestissimorum hominū & publicis litteris cōsignauit. Princepsq; Italiæ totius præsidiū ad nostrā salutē implorādū putauit, qui cū ipse mihi semp̄ amicissimus fuisset ēt ut suos necessarios mihi amicos redderet elaborauit. Quibus aūt officiis beneficia. T. Annij remunerabo? cuius omnis rō, cogitatio, totus deniq; tribunat⁹ nihil aliud fuit nisi cōstās, p̄petua, fortis, inuicta defensio salutis meæ. Quid de . P. Sestio loquar, qui suā erga me beniuolētiā & fidē nō solū animi dolore, sed ēt corporis uulneribus ostendit? Vobis uero. P. cō. singulis & egi, & agam gratias uniuersis. Egi initio quātum potui, satis ornate agere nullo mō possum, & quāquā sunt in me præcipua merita multorum, quæ sileri nullo modo possunt, tamen huius temporis ac timoris mei non est

conari

conari commemorare beneficia in me singulorum. Nam difficile est nō aliquem, nefas quēquam præterire. ego uos uniuersos. P.C. deorum numero colere debeo, sed ut in ipis dijs immortalibus non semper eosdem atque alias alios solemus uenerari & pcari, sic in hominibus de me diuinitus meritis omnis erit ætas mihi ad eorū in me merita prædicanda atq; recolenda. Hodierno autem die nominatim ā me magistratibus statui gratias esse agendas. & de priuatis uni q pro salute mea municipia coloniasq; adisset, populū supplex obsecrasset, sententiam dixisset eam quam uos secuti mihi dignitatem meā reddidistis uos me florentem semper ornastis, laborantem mutatione uestis & prope luctu uestro quoad licuit defendistis. Nostra memoria Senatores ne in suis quidē periculis mutare uestē solebant. In meo periculo Senatus ueste mutata fuit, quoad licuit per eorum edicta qui mea pericula non modo suo præsidio, sed etiā uestra deprecatione nudarunt. Quibus ego rebus obiectis cū mihi priuato confligendum uiderem, cum eodem exercitu, quem consul non armis sed uestra auctoritate superaram, multa mecum ipse reputaui. dixerat in concione consul se cliui capitolini pœnas ab equitib9 Romanis repetiturū, nominatim alij compellabantur, alij citabantur, alij relegabātur. aditus templorum erant non solū præsidijs & manu, uerumetiā demolitione sublati. Alter consul ut me & rempubli. non modo desereret, sed etiā rēp. hostibus ꝓderet, pactionibus eos suorum præmiorum obligarat. Erat alius ad portas cum imperio in multos āños magnoq; exercitu, quē ego inimicum mihi fuisse non dico, tacuisse cum diceretur esse inimicus. Sciebam duas partes esse in rep. cum putaretur altera me deposcere propter inimicitias, altera timide defendere propter suspitionem cædis putabatur. Qui autē me deposcere uidebant, ij aut huius auxerunt dimicatiōis

metum, aut nõnunquã inficiãdo suspitionẽ hominũ curãq; minuerũt. Quare cum uiderẽ Senatum ducibus orbatum, me à magistratibus partim oppugnatum, partim proditũ, partim derelictũ, seruos simulatione legionum nominatim esse conscriptos, copias omnis Catilinæ pene iisdẽ ducibus ad spẽ cædis & incendiorum esse reuocatas, Equites Romanos proscriptionis, uastitatis, cædis metu esse permotos, Potui P.C. multis auctoribus fortissimis uiris me ui armisq; defendere. Nec mihi ipsi ille animus idem meus uobis non incognitus defuit. Sed uidebam si uicissem præsentem aduersarium, nimium mihi multos alios esse uincendos. si uictus essem, multis bonis & pro me & mecum & post me etiam esse pereundum. Tribunitiiq; sanguinis ultores esse præsentes, meæ mortis pœnas iudicio & posteritati reseruari nolui. Cũ cõsul cõmunẽ salutẽ sine ferro defendissem, meam priuatus armis defendere nolui, bonosq; uiros lugere malui meas fortunas, quã suis desperare. At si solus essem interfectus, mihi turpe, si cum multis reip. funestũ fore uidebatur. quod si mihi æternam esse erũnam propositã arbitrarer, morte me ipse potius quã sempiterno dolore multassem. Sed cum uiderem me non diutius quã ipsam rempub. ex hac urbe abfuturũ, neq; ego illa exterminata mihi remanẽdum putaui, & illa simul atq; reuocata est, me secũ pariter reportauit, mecũ leges, mecũ quæstiones, mecum iura magistratuum, mecum Senatus auctoritas, mecum libertas, mecum etiam frugũ ubertas, mecũ deorũ & hominũ sanctitates oẽs & religiões abfuerunt, quæ si semper abessent, magis uestras fortunas lugerem, quã desiderarẽ meas. Sin aliquãdo reuocarentur, intelligebam mihi cum illis una esse redeundum, cuius mihi sensus certissimus testis est hic idẽ, qui custos capitis fuit. Cn. Plãcius, qui omnibus prouincialibus ornamentis cõmodisq; depositis totam suam quæstu

ram in me sustentãdo & cõseruãdo collocauit, qui si mihi quæstor imperatori fuisset, in filiũ loco fuisset. Nunc certe erit in parẽtis, cũ fuerit quæstor nõ ĩperij, sed doloris mei. Quapropter. P.C. quoniã in repu. sum pariter cum rep. restitutus, non modo in ea defendenda nihil minuam de libertate mea pristina, sed etiã adaugebo. Etenim si eã tũ defendebam, cum aliquid mihi illa debebat, quid nunc me facere oportet, cum ego illi plurimum debeam? Nam quid est qđ animũ meum frangere aut debilitare possit, cuius ipsam calamitatẽ non modo nullius delicti, sed etiam in rempub. beneficiorum diuinorũ testem esse uideatis. Nam & importata est, quia defenderam ciuitatem, & mea uoluntate suscepta est, ne a me defensa resp. per eundem me extremum in discrimen uocaretur. Pro me non ut pro .P. Popilio nobilissimo homine adolescentes filij non propinquorum multitudo. P.R. est deprecata, non ut p. Q. Metello, sũmo & clarissimo uiro spectatæ iam adolescentiæ filius, nõ. L. & .C. Metelli consulares, non eorum liberi, non. Q. Metellus nepos, qui tum consulatum petebat, non Luculli, Seruilij, Scipiones, Metellorum filij flentes ac sordidati. P. R. supplicauerunt. Sed unus frater qui in me pietate filius, consilijs parens, amore ut erat frater inuentus est squallore & lachrymis & quotidianis precibus, desiderium mei nominis renouari & rerum gestarum memoriam usurpari coegit. Qui cum statuisset nisi per uos me recuperasset, eãdẽ sibi re fortunam, atq; idem sibi idẽ domicilium & uitæ & mortis deposceret, tamẽ nunq̃ nec magnitudinem negocij, nec sollicitudinem suam, nec uim inimicorum ac tela pertimuit Alter fuit propugnator mearum fortunarũ & defensor assiduus summa uirtute & pietate. C. Piso gener, qui minas inimicorum meorum, qui inimicitias affinis mei propinqui sui consulis, qui Pontum & Bithyniam quæstor pro

mea salute neglexit. Nihil unq; Senatus de. P. Popilio decreuit. Nunq; in hoc ordine. Q. Metelli mētio facta est, tribunitijs sunt illi rogationibus interfectis inimicis denique nulla auctoritate Senatus restituti cū alter eorū senatui paruisset, alter uim cædēq; fugisset. Nā. C. qdē Marius, qui hac hominū memoria tertius ān me cōsularis tēpestate ciuili expulsus est, nōmō a Senatu restitutus nō est, sed reditu suo Senatū cunctū pene deleuit. Nulla de illis magistratuū consensio, nulla ad rēpu. defendendā Po. Ro. cōuocatio, nullus Italiæ motus, nulla decreta municipiorū & coloniarum extiterunt. Quare cum me uestra auctoritas accersierit, Po. Ro. reuocarit, Respu. implorarit, Italia cuncta pene suis humeris reportarit, non cōmittam. P. C. ut cū ea mihi sint restituta, quæ in potestate mea non fuerunt, ea nō habeam quæ ipse præstare possim, præsertim cum illa amissa recuperarim, uirtutem & fidem nunq; amiserim.

M. T. C. AD QVIRITES ET EQVITES ROMANOS PRIDIE QVAM IRET IN EXILIVM ORATIO.

I QVANDO INIMICOrum impetum propulsare ac propellere cupistis, defendite nunc uniuersi unum, qui ne omnes concideretis, ardoreq; flāmæ conflagraretis mei capitis periculo non dubitaui prouidere. Nam quē uirtutis gloria cum summa laude extulit ad cœlum, eundem inimicorum inuidia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si liberorum cōceptā dulcedinem animo inclusam retinetis, nolite eo uelle carere, qui carissimam uestrā procreationem sibi esse duxit. Est enim liberas

le officiũ serere beneficiũ, ut metere possis fructũ. fidei conducit in loco debitũ retribuere. Illic.n.animi uolũtas propẽsa cõprobatur, hic memoria collaudat. Itaq; si oĩbus graue iugum seruitutis esse debet in libertate educatis, sit uestris animis acceptissimus, q̃ à uestro corpore iugũ acerbissimũ reppulit seruitutis. & si maiores uestri eos Imperatores q̃ militũ uirtute hostiũ fregerunt furorem, iucundissimo fructu libertatis reconciliato non solũ statuis dignos putarũt, sed ẽt æterna triũphi laude decorarunt, tum uos eũ consulẽ q̃ non militũ præsenti fortitudine, sed sua eximia animi uirtute hostilem ciuium mentẽ senatus auctoritate uindicauit existimate uobis retinendũ esse ĩ ciuitate. Si q̃ beneficia singulis ciuibus priuatimq; dãtur, ea solẽt his esse fructuosa à q̃bus sunt profecta, iure & merito possum ego uos ad defensionẽ meæ salutis adhortari quos cõseruaui uniuersos, nã neq; maius ẽ defendere unũ q̃ populũ, neq; ueri⁹ a singulis q̃ ab oĩbus repetere officiũ p̃miũ & fructũ. Propterea q̃ in unius periculo sæpe cõtentio pua est & leuis sit labor defensori sustinẽdus. In reip. insidijs quo firmius ẽ q̃d oppugnat, eo paratiores sunt inimici, ut his nisi magna sollicitudine, industria, uirtute resisti nõ queat. et singulorũ opes sæpe sunt tenues et infirmæ ad gratiam referendã ut opitulari benemerẽtib⁹ nequeãt si maxime cupiãt. Vniuersorũ auxiliũ eo plurimũ prodest, quo firmiorib⁹ opib⁹ ẽ ãnixũ. iure igitur q̃m & maior impẽsa in patriam officij facta est q̃ in priuata fuit defensione, plus à uobis præsidij q̃ à cæteris opis ad salutem p̃ot afferri. Vos obtestor quos mihi & debere & posse intelligo opitulari. Nõ cõuenit enim cũ ego ad promerendũ officium tã fuerim expeditus, Vos ad gratiam referendam esse tardiores, nec cuius amplitudinẽ & gloriam laude & honoribus amplificare debetis, eius incolumitatem & salutem deserẽdam existimetis, errat eñ

si quis arbitratur Marcum Tullium iccirco in periculum capitis uocari q̃ deliquerit aliquid, q̃ patriam læserit, q̃ improbe uixerit. non citatur reus audaciæ, uirtutis reus citatur, non accusatur q̃ rempublicam ui oppugnauerit, sed q̃ homo nouus perniciosum nobilium restinxerit furorem. Non obest mihi turpis & nocens sed honestissime laudatissimeq; acta uita, non odio bonorum, sed inuidia premor malorum. Intelligunt homines tot etiam & tam præclaris testimonijs monumẽtisq; uirtutis comparatis Marcum Tullium dum sit incolumis fore uoluptati. Iccirco uitam eripere cupiunt, uti cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Nonne igitur indignum est eos præmijs meis inuidere, qui uirtute certare noluerunt? eos in contentionem uenire honoris qui officijs se superari animo æquissimo tulerunt? si dulcis est gloria, consequere uirtutem. Noli abijcere labores, perdere honorem, honorem dico? immo uero famam, fortunas, familiam, liberos, caput, corpus ipsum denique sanguinem atq; animam. Cedo inuitus de republica. Cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo a republica uictus audacia malorum, liceat manere si nõ illum Marcum Tullium custodem urbis, defensorem omnium, patrem patriæ, at certe reliquias Tullij liceat in conspectu ciuium in hac urbe, quam ex parricidarum faucibus eripuit, remanere. Tecta omnium, fana deorum, uniuersam uidere periculo liberatam suo ciuitatem, liceat ex hac flamma euolare præsertim, qui illud impium incendium perditorum hominu; lachrymis potius meis, q̃ uestro sanguine extinguí malui. Neque enim ego peto, ut mihi detis uitam, sed datam repeto, ut reddatis. Si meministis quod dedi, non debetis obliuisci istis retribuere quod debetis. Vos uos obtestor dij immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, cũ

consensum coniurationis extinxi, arcemq; urbis ab incendio & flamma liberaui, liberosq; uestros a gremio & complexu matrum ad cædē & cruorē nō sum passus abstrahi. Non igitur potest fieri a clientibus ut recipiar, cum a quibus retineri debeam reijcere instituant. Socij quo fugient, cum aditus custodi patriæ præclusus sit? Quomodo spes salutis reliquis residebit, cum ciuibus præclusa sit expectatio incolumitatis? pax & cōcordia extraneis gignetur, cū iam domesticis non insideat, sed publice prouidenti eripiatur? Nam quid ego improborū facta renouē oratione, ut redintegratione illius coniurationis uulnerem animos uestros. Auxiliū ab alienis efflagitabo cum ciues uestros deseratis? Sociorū inuocē subsidiū, cū a ciuibus interclusum sit præsidiū, quā colere gentem nūc instituam? Vtrum ut custos accipiar, an ut proditor excludar? si ut conseruator, uestra erit ignominia, si ut oppugnator, præcisa erunt omnia. Itaq; quod putaui fore gaudium, id extitit exitium. Si Quirites eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, & pro innocētissimo quoq; propugnare & nocentissimum quēq; oppugnare nobis utilissimum esse arbitraremur, et si cum optimi cuiusq; rebus aduersis nostrā salutem, cum deterrimorū hominum secūdis nostra pericula putaremus coniuncta, frequentes profecto talibus conatibus obuiam ire niteremur. Neq; partim innocentia freti partim nobilitate nixi, partim potentia ac multitudine amicorū fulti, cū perfacile existimaremus aduersariorū uim, ac factionē a nobis repelli posse, subito ipsi simili periculo circūuenti in nostro euentu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequaq̄ quereremur. Quis enim est Quirites, qui nunc cū inimicorum nostrorum uim ac uiolentiam prospiciat, quiq; nostrum periculosissimū casū recognoscat, q̄ nō sibi ac suis diffidat fortunis?

Quo enim se satis tutum arbitratur præsidio uirtutis & gloria? At ea nos ipsa hoc tempore oppugnant, multitudine amicorum? Aperuerũt nõ fortes esse se amicos si in eorũ potestate nostra sita salus nõ est, paucitate inimicorũ, at id non in ipsius, sed in aliorũ uolũtate positum est. Nam nõ satis est, ne cui iniuriã facias, prouidere, si tñ sunt uolũtarij inimici, qui tuis te præmijs oppugnent. Atq; adeo cũ hæc omnia oĩbus sint grauia atq; acerba, tũc uero nobis misera atq; intoleranda, quorũ & officia in rempub. recentissima & incõmoda ob rempu. frequẽtissima in familia uersantur. Nunc si eadem cõditio disceptationis proponetur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed uacuæ præbebuntur, & qui sunt assecuti summũ gradũ honoris non dispoliabũt honore, & q sperãt, facilius & pcliuius ad laudem nobilitatis peruenient. Quamobrem nolo me duce supplicij uos ad fraudem deduci, ut ego ad pristinum statũ recidam casus. Nũc igitur si lingua cõcertandũ est, innocentiæ uirtute fretus superero. si facta cõpensanda sunt, cõferamus æquitatem. Si uiolentiæ impetu opprimimur cedã pro oĩbus unus tribunitio furori, qm̃ laborem pro cunctis perferre consueui. Si igitur aliquo tp̃e his hominibus consuluistis, quorum animus religione pietatis est defunctus, debetis mihi quoq; prospicere, qui numini deorũ consecratum ac sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & uos ut tutam & trãquillam fortunam traheretis, mea perfeci uigilantia. Nam me quem pauloãte fortuna erexerat ad gloriã, uirtus extulit ad laudem, populus tribuit honorem, eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem, quoniam animaduertistis illam conspirationem conflatã ita esse restinctam, ut nulla scintilla incendij compareat, Vos quoq; tribunitiam sedate temeritatem, qui nũc se mihi inimicum ostendit, se uestrũ prius esse confessus est

inimicũ,ne rei crudelitas in me experta in uos cõualescat, & calamitas remorata longius serpat, atq; progrediatur præcauete. Nunc uel solus defectus ad calamitatem uel primus ad tale uocatus periculũ, omniũ animos iure debeo cõmouere. Omnia sunt immutata, manus religant̃ ad demõstrandã iniuriam, lingua incidit̃ ad deplorandam calamitatem. Animus præcludit̃ ad exponendam rei indignitatem, humilitatem generis obijciũt nobis. Qui nouam rationem suscitant, ueteres maiorũ obterunt laudes, sed quid ego plura de illorũ, aut ĩ me maledictis, aut in uos scelerate loquar factis? Quorũ cognita improbitas me tacente coarguitur turpitudine uitæ, ut de his non sit necesse inimicos prædicare, de quorũ scelere ne amici quidẽ ipsi possunt negare. Vos ego appello, quorum de me maxima est potestas, apud uos loquor de mea calamitate, quos habui semper innocentiæ & uirtutis meæ testes. Igit̃ ex ciuitate benemeritus de repu. ciuis exturbatur, innocens expellitur. Consularis homo non minimis usus quondam facultatibus amicorũ, multorum præsidio munitus, nũc partim ab inuidis, partim ab inimicis circũuentus eget indigne. Huic si opem non tuleritis in periculo capitis, uos credo retinebitis uestram libertatem? qui neq; tanta ualetis auctoritate, neq; tantorũ officiorũ impensam egistis in patriã. Mihi credite hoc in uno incõmodum cõfirmatũ multorum infirmabit incolumitatẽ, & si initio non erit refutatũ, impune ad omniũ perniciem conualescet. Proinde aut in meo periculo salutem integrã præstate communem, aut in uestris hoc idem incõmodum expectate fortunis. Nemo enim tam perdita auctoritate, tã facinorosa iuuentus est uita, qui cũ de scelere fateretur, nõ tamen sententijs prius iudicũ conuinceretur, q̃ supplicio addiceretur. Ego repente ui tribunitia correptus non modo loquendi libere in iudicio, sed ne consistendi quidem in

ciuitate habeo potestatem. Eiicior non solum sine teste, sine iudice, sine crimine, sine accusatore, sed sine etiam scelere. hostibus in bello qui dissident, uoluntate dimicant, armis quotidie uitã oppugnant, in ipsa acie cum præliantur licet loqui, licet disputare, mihi in pace ciui qui perditorum hominum fregi furorẽ, pro fortunis meis apud uos loqui non licebit. Serui qui ad supplicium uerberibus cæsi trahuntur apud eos sæpe disputant, quos necare uoluerunt. Ego cõsularis apud eos non loquar, quos conseruaui. Tacebo, si necesse est. tacebo inquam æquo animo, quoniã uirtus mea me tacente agit causam meam. Itaque ut ego in concione mea nihil ponã de meis rebus gestis, tamen in animis & memoria uestra largiter relinquam. Isti modo uideant qua rõne hanc meam inultam fugam ferre possint. Etenim si a me ut ipsi existimant, Lentuli mortui sordes, si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac stupra Cassij pœnas repetunt, Profecto istis hora nulla eiecto. M. Tullio uacua a periculo, aut expectatione periculi relinquetur. Itaq; illi in dies nõ in meis insidijs, quæ nullæ a me parantur, sed suorũ scelerũ conscientia cruciati mihi absenti, & Populo Romano dabũt pœnas. Quas ob res ego inimicorũ amentiæ cupiditatiq; paucorũ omnium salutis causa decedam, neque eo deducar, aut progredi patiar, ut opera mea manus intra uos conseratis, cædesq; ciuium inter se fiant. multoq; potius ipa patria liberisq; meis carebo, q̃ propter unũ me de fortunis uestris reiq; publi. dimicetis. Sic enim a principio fui animatus, ut nõ magis me mea causa putarẽ esse natum, q̃ reipub. procreatum. Sed illud queror quod nõ iam ad unius perniciẽ, sed ad uniuersorum instruitur calamitatem. conqueri, commiserari, dicere, expurgare, suspitionem dimouere, crimen diluere non licere, ore oppresso ceruices esse præbendas. Quæ tamen omnia iam non tam

sunt calamitosa, quæ mihi sunt subeunda, quæ perniciosa, quæ in rempub. sunt introducta. Quamobrem statutum est atque decretum in his temporibus ciuitatis omnia perpeti, quæ uolet furor libidinosus. Vim uolunt afferre? præsto sum. eijcere uolunt? Exeo indicta causa, nolunt audire causam? nõ dico. aliud quippiam conantur? agant. nihil duri, nihil acerbi mihi erit quod rempublicam tutabitur. non enim uictus illis cedo, sed incolumibus uobis me condono. neque enim mors miseranda est, quæ ob Rempublicã capitur, neque exilium turpe, quod uirtute suscipitur, cum præsertim nõnullam hæ pœnæ habeant in se consolationem. Nam uitam si eripiunt, non adiment gloriam, mortale si exilio mulctabũt corpus, non animum a repub. remouebunt. Nam ubicunque ero, hæc cogitabo, hæc semper cura mea, meque uobis ereptũ non a uobis repudiatum existimabo. Illud ab uniuersis peto postuloque, Si dum in ciuitate manere licitum est, nemini iniuste periculum creaui, nemini innocenti fui calamitati, Si omnibus auxilio præsidioque esse consueui, plurimosque in hac ciuitate sum tutatus, uti uos liberos meos in uestrã fidem recipiatis, eosque defendatis, ne ue inimicos meos longius in familiam nostram progredi patiamini. Vtique siue hinc abiero, siue hic ero oppressus, ea maneat opinio & existimatio, quæ uirtute parta non quæ infœlicitate illata est. Nunc ego te Iuppiter optime maxime. O Mars cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, teque particeps cõnubij socia regni regina Iuno, teque Tritonia armipotens Gorgona, Pallas, Minerua, cæterique dij deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij insaxo incolitis constitutam, ut non solum cunctam intueri, sed etiam tueri possitis ciuitatem, a quorum altaribus ego quondam impiam ciuium manum remoui, a quorum templis meo periculo funestam reppuli facem, ne

illustrissimum orbis terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret ciuitate. Teq; Iuppiter stator, quem uere huius imperij statorem maiores nostri nominauerunt, cuius a templo hostilem impetum Catilinæ reppuli ac muris, cuius templũ a Romulo uictis Sabinis in palatij radice cum uictoria collocatum est, Oro atq; obsecro, ferte opem pariter reipu. cunctaeq; ciuitati meisq; fortunis, resistite Tribunitio furori, Fauete innocentiæ, subuenite solitudini, miseremini senectutis, nolite eum supplicẽ a uobis absterrere & excludere, qui in suo magistratu funestã facem a uestris reppulit templis. Si C. Mario auxilio fuistis, cum in cliuo Capitolino improborum ciuium fecerat cædem, Si P. Scipioni, cum Hannibalis furibundam mentem a uestris reppulit templis. Si deniq; Cn. Pom. cum terra mariq; hostes reddidit pacatos, sic nũc in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam. Vt sæpe multorum in periculis fuistis, sic in meis miserijs aliquod diuinum auxiliũ & numen ostendite. Deinde uos quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atq; obsecro quibus sigillatim sæpe supplex ad pedes iacui, ut eum quẽ singuli stratum, atq; obiectum subleuastis, nũc uniuersi cõseruatum uelitis. Si neminem unquam uestrum læsi, si nemini innocenti obfui, si etiam econtrario ut quisq; auxiliũ meũ desiderauit, opem ferre non dubitaui. Si deniq; quæcunq; administraui ex uestra auctoritate & patrum Con. uoluntate feci. Si malui inimicorum cupiditati, quam reipu. & legitimæ auctoritati pœnas sufferre, uti existimetis ex illo crudelissimo inimicorum impetu ereptum in antiquum statum dignitatis restitui conuenire. Sed quoniam neque mihi libere loquendi, neq; uobis clementer audiẽdi, neque omnino iudicandi paucorum furore & audacia facta est potestas, sed oppressa est respub. armis, metu debilitata seruili,

uti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem, cedam inermis armatis, innocens nocentibus, priuatus furibundo magistratui. Neque enim Q. Metellus quicquam de sua uirtute detraxit, quod cessit L. Saturnino furenti, neque C. Cotta quod Q. Varroni tribuno Ple. inferiore orto genere cedendum putauit, neque C. Marius qui quantas res gesserit, uestra uobis libertas indicio esse poterit, neque uero M. Tullius suum animum a uestra abalienabit potestate, cum praecipuum uobis obsidem sui animi uestram reliquerit libertatem. Quamobrem testor deos deasque omnes immortales uestrasque maxime mentes me non uitae turpitudine, non pro magnitudine scelerum, non propter reliquae aetatis infamiam poenas iure & lege persoluere. Sed propter uirtutis inuidiam, propter iucundissimam ingenij laudem, propter magnitudinem rerum gestarum, crudelissime ciuitate priuari. quod si id idem accidit Q. Cepioni, si Mancino, Statilio, mihi quoque hoc accidisse non magnopere erit mirandum, cum praesertim non generis antiquitate, sed uirtutis ornamentis summam laudem sim consecutus. Nunc ego uos equites Romani obtestor, quorum uirtute nomen Romanum uictoriam cum laude possidet coniunctam, quorum factis gloriantur ciues, laetantur socij, gemunt hostes, ut si erga uos omni tempore optime animatus fui, si mea pericula neglexi, dum timorem a patria propulsarem, si aeque liberis uestris prospexi ac uos parentibus consueuistis, ut nunc me uelitis uestris opibus defensum incolumem in hac ciuitate retinere, quae ciuitas cum a scelerata coniuratione esset incensa, meo luctu ac labore restincta est. nec patiamini me a meis liberis abstractum, a coniuge abreptum, ab aris focisque innocentem proiectum uitam degere in exilio, miserrimi mortalis casum subire. Proijcitur Tullius in exilium. Ita nimirum innocens ab inimico, religiosus a scelerato, beniuolus huic ciuitati,

ab hoste. O misera uitæ ratio quæ tã diu resides in uolupidate, q̃s diu fortunæ poscit libido. Ego ne inimicus huic ciuitati? Quamobrem? quia inimicos necaui, egone hostis? quid ita? quia hostes interfeci. Heu conditionem huius temporis. Antea gloria & laude dignissimi ducebantur qui hæc perfecerunt, nunc scelerati ac parricidæ esse dicuntur, qui hæc administrarũt. sint sane scelerati. Superet istorum uictoria, si modo uictoria appellanda est, in qua ciuitatis inest luctus. habeant hanc palmam ex innocentis cruore. tantũ illud a uobis equites Romani peto & rogo, ut quem sæpenumero uestra laude cohonestastis, eundem in dubijs uitæ periculis uestra uirtute conseruetis.

M.T.C. AD PONTIFICES PRO DOMO SVA ORATIO.

VM MVLTA PONTIFIces a maioribus nostris diuinitus inuēta atq; istituta sunt, tū nihil præclarius, q̃ q̃ uos eosdem & religionibus deorū immortaliū, & summæ Reip. præesse uoluerūt, ut amplissimi & clarissimi ciues Remp. bene gerēdo, pontifices religiões sapiēter interpretādo Rēp. cōseruarēt. Quod si ullo tpe magna cā in sacerdotū Po.R. iudicio ac potestate uersata est, hæc profecto tanta est, ut omnis Reip. dignitas, oīum ciuiū salus, uita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia, uestræ sapiētiæ, fidei potestatiq; cōmissa creditaq; esse uideātur. Vobis hodierno die cōstituēdū est, utrum posthac amētis ac perditos magistratus improborū ac sceleratorum ciuiū præsidio nudare, an etiam deorū immortalium religiōe armare malitis. Nā si illa labes ac flamma reip. suum illū pestiferum & funestum tribunatū, quē æquitate humana tueri non potest, diuina religione defenderit, aliæ cerimoniæ nobis erūt, alij ātistites deorū imortalium, alij interpretes religionū requirēdi. sin autem uestra auctoritate sapientiaq; pontifices ea quæ furore improborū in Repu. ab alijs oppressa, ab alijs deserta, ab alijs prodita, gesta sunt, rescindūtur, erit causa qua consilium maiorum in amplissimis uiris ad sacerdotia eligendis iure & merito laudare possimus. Sed quoniam ille demens si ea quæ ego per hos dies in Senatu de repu. sensi uituperasset, aliquem se aditum ad aures uestras esse habiturū putauit, omittam ordinē dicendi meum. Respōdebo hoīs furiosi non orationi qua ille uti nō potest, sed conuicio, cuius exercitationē cum

intolerabili petulãtia, tum etiam diuturna impunitate mu- niuit. Ac primũ illud a te homine uesano ac furioso requiro quæ te tanta pœna tuorũ scelerum flagitiorumq; uexet, ut hos tales uiros, qui non solũ cõsilijs suis, sed etiã specie ipsa dignitatem reip. sustinent, quod ego in sententia dicenda salu- tem ciuium cum honore. Cn. Pomp. coniunxerim, mihi esse iratos & aliud de summa hoc tempore religione esse sensu- ros, ac me præsente senserint, arbitrere. fuisti tu iquit apud pontifices superior, sed etia; quoniã te ad populũ cõtulisti, sis inferior necesse est. Ita ne uero quod in imperita multitudi ne est uitiosissimum, uarietas & inconstantia & crebra tã- quam tempestatum sic sententiarum commutatio. Hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia grauitas, a libidi- nosa sententia certum & definitũ ius religionum, uetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumentorumq; de- terret? Tu ne es ille inquit, quo Senatus carere non potuit? quem boni luxerunt, quem Respu. desiderauit? quo restitu- to Senatus auctoritatem restitutam putabamus? quam primũ adueniens prodidisti. Nondum de mea sentẽtia dico, impu- dentiæ primum tuæ respondebo. Hunc igitur funesta reip. pestis, hũc tu ciuem ferro, & armis, & exercitus terrore, & consulum scelere, & audacissimorum hominum minis, seruorum delectu, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo & patria, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere curasti? quem a Senatu, quẽ a bo- nis omnibus, que; a cuncta Italia desideratum accersitum reuocatum conseruandæ reipub. causa confiteris? At enim in Senatum uenire, in Capitolium intrare illo turbulento die non debuisti. Ego uero neq; ueni, sed domo me tenui, quam diu turbulentum tempus fuit, cum seruos tuos ad rapi- nas ad bonorum cædem paratos cum illa tua cõsceleratorũ ac perditorũ manu armatos in capitoliũ tecum uenisse con-

stabat, qđ cum mihi nunciaretur, scis me domi mãsisse, & tibi & gladiatoribus tuis instaurãdæ cædis potestatem nõ fecisse. Posteaq̃ mihi nunciatũ est po. Ro. in Capitolium pp metũ atq; inopiã rei frumentariæ cõuenisse, ministros autẽ scelerum tuorũ perterritos, partim amissis gladijs, partim ereptis diffugisse. Veni non solum sine ullis copijs ac manu, uerũetiã cũ paucis amicis. An ego cũ. P. Lentulus cõsul optime de me ac de rep. meritus, cũ. Q. Metell⁹ qui cũ meus inimicus eẽt frater tuus, & dissensioni nostræ & precibus tuis salutem ac dignitatẽ meã ptulisset, me arcesseret in Senatũ, cũ tãta multitudo ciuium Ro. tã recenti officio suo me ad referendam gratiã noĩatim uocaret, nõ uenirẽ, cũ pserim te iã; illinc cũ tua fugitiuorũ manu discessisse cõstaret? Hic tu me etiã custodẽ defensorẽq; Capitolij tẽplorũq; oĩm hostẽ Capitolinũ appellare ausus es, q cum in capitolio Senatũ duo cõsules haberẽt, eo uenirẽt? Vtrũ ne est tẽpus aliqđ, quo ĩ Senatũ uenisse turpe sit, an res illa talis erat, ut rẽ ipsam repudiare & eos q agebãt cõdẽnare deberẽ. Primũ dico Senatoris esse boni, semp in Senatũ uenire, nec cũ his sentio, q statuũt minus bonis tpib⁹ in Senatũ, ut ipsi nõ uenirẽt, nõ intelligẽtes hãc suã nimiã pseuerãtiam his quorũ aĩm offẽdere uoluerũt, gratã et iucundã fuisse. At. n. nõnulli pp timorẽ q se ĩ Senatu tuto nõ eẽ arbitrabãt, discesserũt, nec rephendo, nec q̃ro fuerit ne aliqđ ptimescendũ, puto arbitrio suo quemq; timere oportere, cur ego non timuerim quæris, quia te illinc abijsse cõstabat. Cur, cũ uiri boni nõnulli putarint tuto se in Senatu eẽ nõ posse, ego nõ idẽ senserim? Cur, cum ego me existimassem tuto oĩno in ciuitate esse nõ posse, illuc irem? An alijs licet & recte licet in meo metu sibi nihil timere, mihi uni necesse erit & meã & aliorum uicẽ pertimescere? an quia nõ condẽnaui sentẽtia mea duos consules, sum reprehendendus? Eos igitur ego potissi

num damnare debui, quorũ lege perfectũ est, ne ego indẽ natus atq; optime de rep. meritus dãnatorum pœnã sustinerem, quorum etiam delicta propter eorum egregiã in me conseruando uoluntatẽ non modo me, sed omnes bonos ferre oporteret, eorũ optimum consilium ego potissimũ per eos in meam pristinã dignitatẽ restitutus, meo cõsilio repudiarem? at quam sentẽtiam dixi. Primum eam quam populi sermo in animis nostris iam ante defixerat. Deinde eam quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. Deinde eã quã Senatus frequẽs tum cũ mihi est assensus secutus est, ut neq; allata sit a me res inopinata ac recens, nec si quod in sentẽtia uitium est maius sit eius qui dixerit, q̃ omniũ qui probarint. At enim liberum Senatus iudicium propter metum nõ fuit, si timuisse eos facis qui discesserũt, cõcede nõ timuisse eos, qui remanserũt. Sin aũt sine his qui tũ absfuerunt, nihil decerni libere potuit, cum oẽs adessent cœptũ est referri de indicẽdo. S. Con. ab uniuerso Senatu reclamatũ est Sed quæro in ipsa sentẽtia, qm̃ princeps ego sum eius atq; auctor quid reprehẽdatur, utrum cã noui cõsilĩ capiẽdi nõ fuit. An meæ partes in ea cã non præcipue fuerũt. An alio potius cõfugiendũ fuit, quæ uis, quæ cã maior, q̃ fames eẽ potuit, q̃ seditio, q̃ cõsilia tua tuorũq;, qui facultate oblata ad imperitorũ aĩos incitãdos renouaturũ te tua illa funesta latrocinia ob annonæ cãm putauisti. frumentũ ꝓuinciæ frumentariæ partim nõ habebãt, partim in alias terras credo ꝓꝑ uarietatẽ uenditorũ miserant, partim quo gratius esset tũ cũ in ipsa fame subuenissent, custodijs suis clausum cõtinebant, ut subito nouũ mitterent, res erat non in opinione dubia, sed in p̃sentia atq; ante oculos proposito ꝑiculo. Neq; id coniectura prospiciebamus, sed iã experti uidebamus. Nã cũ ingrauesceret ãnona, ut iã plane inopia ac fames nõ caritas timeretur, cõcursus est ad templũ cõcordiæ factus.

Senatum illuc uocāte Metello consule, qui si uerus fuit ex dolore hominū & fame, certe consules cām suscipere, certe Senatus aliqd cōsilij capere potuit, sin in eā fuit ānona, seditionis quidem stimulator & cōcitator tu fuisti. Nōne id agēdū nobis oībus fuit, ut materiē subtraheremus furori tuo, qd si utrūq; fuit, & ut fames stimularet hoīes, & tu in hoc ulcere tanq̃ unguis existeres, nonne fuit eo maior adhibēda medicina, quæ & illud natiuū, & hoc delectum malū sanare posset? Erat igitur et p̄sens caritas, & futura fames, inde saxis facta lapidatio est, si ex dolore plebeio nullo incitante magnū malū, si P. Clodij impulsu, usitatū hoīs facinorosi scelus, si utrūq́;, ut res esset ea quæ sua spōte multitudinis aīos incitaret, & parati atq; armati seditiōis duces, nōne uidetur ipsa Resp. & cōsulis auxiliū implorasse, et Senatus fidē? atq; utrunq; fuisse perspicuū est, difficultatē annonæ summāq; inopiā rei frumētariæ, ut hoīes nō iā diuturnā caritatē, sed ut famē plane timerēt. Nemo negat hūc istū ocij & pacis hostē cām arrepturū fuisse ad incēdia, cædes, rapinas, nolo pōtifices suspicemini nisi uideritis. Qui sunt homines a Q. Metello fratre tuo cōsule in Senatu palam noīati? a quibus ille se lapidibus appetitū & percussū esse dixit. L. Sergium, & M. Lolliū noīauit. Quis est iste Lollius? qui sine ferro ne nunc quidē tecū est, qui te. T. Pl. (nihil de me dicā) sed qui Cn. Pom. interficiendū depoposcit. Quis est ille Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, cōcitator tabernariorū, dānatus iniuriarū, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor patriæ. his atq; eiusmodi ducibus cū tu in annonæ caritate in cōsules, in Senatum, in bona fortunasq; locupletū ꝑ causas inopum atq; peregrinorū, repētinos impetus cōparares cū tibi salus esse in ocio nulla posset, cū desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus ꝑditorū,

nomine Senatui prouidēdū fuit, ne in hāc tātam materiā seditiōis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur cā capiēdi noui cōsilij. uidete nunc fuerint ne partes meæ præcipuæ, quē tum Sergius ille tuus, quem Lollius, quem cæteræ pestes in lapidatione illa noiābāt, quē annonā præstare oportere dicebāt? Nōne me? quid illa puerorū cōcursatio nocturna, num a te ipso instituta me frumentū flagitabant? Quasi uero ego aut rei frumētariæ præfuissem aut cōpressum aliquod frumentū tenerem, aut in isto genere oīno quicq̃, aut curatione, aut ptāte ualuissem. Sed hō ad cædē imminens meū nomen seruis, operarijs ediderat, imperitis iniecerat, cum de mea dignitate in templo Iouis optimi maximi senatus frequentissimus uno isto dissentiēte decreuisset, subito illo ipō die carissimam annonā nec opinata uilitas cōsecuta est. Erant qui deos immortales id quod ego sentio, numine suo reditū meum dicerent cōprobasse. Nonnulli autem illā rem ad illam rationem cōiecturamq; reuocabant. Quid qđ in meo reditu spes ocij & concordiæ cita uidebatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor, iam belli pene depulso metu commutatā annonam esse dicebāt, quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, a me, cuius aduentu fore uilitatem boni uiri dictitabāt, annona flagitabatur. Ego deniq; non solū ab operarijs tuis impulsu tuo nominabar, sed etiā depulsis ac dissipatis tuis copijs a Po. Ro. uniuerso, qui tū in Capitoliū cōuenerat, cū illo die minus ualerem, noīatim in Senatun uocabar. deniq; expectatus iam multis sententijs dictus rogatus sum sententiā, dixi reipu. saluberrimā ac necessariā. petebat a me frumenti copia, annonæ uilitas, quasi possem, aliqd in ea re gerēda, non habebatur. flagitabar bonorū expostulatiōe, improborū cōuicia sustinere nō poteram, delegaui amico locupletiori, non quo illi ita de me merito onus illud imponerē (succubuissem.n.

potius ipse). Sed quia uidebā id qd oēs, qđ nos de Cn.Pō. polliceremur, id illū fide, cōsilio, uirtute, auctoritate, fœlicitate deniq; sua facillime perfecturū. Itaq; siue hunc dij immortales fructū mei reditus.P.R. tribuūt, ut quēadmodū discessu meo frugū inopia, fames, uastitas, cædes, icēdia, rapinæ, scelerū impunitas, fuga, formido, discordia fuisset, sic reditu meo ubertas agrorū, frugū copia, spes ocij, trāquillitas animorū, iudicia, leges, cōcordia populi, Senatus auctoritas, mecū simul reducta uideantur. Siue egomet aliquid aduentu meo, cōsilio, auctoritate, diligētia pro tāto beneficio Po.Ro. præstare debui, præsto, pmitto, spondeo, nihil dico amplius. hoc qđ satis est huic tpi dico Rēp. annonæ noīe ī id discrimen ī quod uocabat̄, nō esse uenturā. Num igitur in hoc officio quod fuit præcipue meū sententia mea reprehēditur? Remp. eripui a peste summi periculi, non solū eā, sed etiā uos a cæde, incendijs, uastitate. Nemo negat, cum ad cām caritatis accedit, & iste speculator cōiū miseriarū, q semper in reip. malis sceleris sui faces inflāmarit, negat oportuisse quicq; uni extra ordinē decerni. Nō iā tibi respōdebo sic, ut cæteris Cn.Pom. plurima periculosissima maxima terra mariq; bella extra ordinē sunt cōmissa, quarū rerum si quē pœniteat, eū uictoriæ Po.Ro. necesse est pœnitere. Nō ita tecū ago, eū ijs hæc haberi ratio pōt, qui ita disputant. Sed si qua res est ad unū deferenda ad Cn.Pom. delaturos potissimū, sed se extra ordinem nihil cuiq; dare, cum Pom. datum sit, id se pro dignitate hominis ornare ac tueri solere. Horum ego sententiā ne laudē impedior. Cn.Pom. triūphis, quibus cū ille esset extra ordinē ad patriā defendēdā uocatus auxit nomē Po.R. imperiūq; honestauit. cōstantiam probo, qua mihi quoq; utendum fuit, quo ille auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneq; gessit. Sed cū illis possum tamē aliquid disputare, tua uero quæ

tanta impudentia est, ut audeas dicere extra ordinē dari nihil cuiq̃ oportere? Qui cū lege nefaria Ptolemæum regem Cypri fratrē regis Alexandrini eodē iure regnantē causa incognita publicasses, Populūq̃ Ro. scelere obligasses, cum in eius regnum bona, fortunas, patrocinium huius imperij immisisses, cuius cū patre, auo, maioribus societas nobis & amicitia fuisset, huic pecuniæ deportandæ, & si quis suum defenderet, bello gerendo. M. Catonē præfecisti? dices quē uirū? sanctissimū, fortissimū, prudentissimū, amicissimum Reip. uirtute, cōsilio, rōne uita mirabili ad laudem & ꝑpe singulari. Sed quid ad te, qui negas esse uerū quenq̃ ulli reipu. extra ordinē præfici. atq̃ in hoc solū inconstantiā redarguo tuā, qui in ipso Catone, quem tu non mō pro illi⁹ dignitate ꝑduxeras, sed pro tuo scelere subduxeras, quē tuis Sergijs, Lolijs cæterisq̃ cædis, & incendiorū ducibus ꝓbieceras, quem carnificē ciuiū, quem indēnatorū necis principem, quē crudelitatis auctorem fuisse dixeras, ad hūc honorē & imperium extra ordinē nominatim rogatione tua detulisti, & tanta fuisti intemperantia, ut illius tui sceleris rōnē occultare nō posses, litteras in cōcione recitasti, quas tibi a C. Cæsare missas diceres. Cæsar pulchro. Cum etiā es argumentatus amoris esse hoc signum, cū nominibus tātum uteretur, neq̃ ascriberet, proconsul, aut Trib. Pl. deinde gratulari tibi quod idē in posterum. M. Catonē tribunatu tuo remouisses, & quod idem in posterū de extra ordinarijs ꝑtātibus libertatem ademisses, quas aut nunq̃ tibi ille misit litteras, aut si misit in cōcione recitari noluit, aut siue ille misit siue tu finxisti, certe cōsilium tuū de Catonis honore illarū litterarū recitatione patefactum est. Sed omitto Catonē, cuius eximia uirtus, dignitas, ac in eo negocio qđ gessit fides, & cōtinentia tegere uideretur improbitatē & legis & actionis tuæ. Quis prouinciā homini post homines

natos turpissimo, sceleratissimo, cõtaminatissimo. Quis illã opimam fertilemq; syriam. Quis bellum pacatissimis gentibus. Quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam ui Cæsaris rebus actis, quis imperiũ infinitũ dedit? cui quidem Ciliciam cum dedisses, mutasti pactionem, & Ciliciam ad prætorem item extra ordinẽ transtulisti. Gabinio precio amplificato Syriam nominatim dedisti. Quid homini teterrimo, crudelissimo, omniũ scelerum libidinũq; maculis notatissimo. L. Pisoni. Nonne nominatim populos liberos multis senatusconsultis etiã recenti lege soceri ipsius liberatos uinctos & cõstrictos tradidisti? Nonne cum ab eo merces tui beneficij preciumq; prouinciæ meo sanguine tibi esset persolutũ, tamen ærariũ cum eo partitus es. Ita ne uero tu prouincias cõsulares, quas. C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, non modo non abstulit a Senatu, sed etiã ut necesse esset quotannis constitui p Senatũ decreta lege sanxit, eas leges sempronias per Senatũ decretas rescidisti, extra ordinẽ sine sorte nominatim dedisti, nõ consulibus, sed reipu. pestibus. Nos quod nominatim reipub. maxime pene iã desperatæ, summũ uirum sæpe ad extrema reipu. discrimina delectũ præfecimus a te reprehẽdemur? Quid tandẽ si quæ tum in illis reip. tenebris cæcisq; nubibus & procellis cũ senatũ a gubernaculis deiecisses, populũ e naui exturbasses, ipse archipirata cũ grege prædonũ impurissimo plenissimis uelis nauigasses, si quæ tum promulgasti, cõstituisti, promisisti, uendidisti, perferre potuisses, qui locus orbi terrarum uacuus extra ordinarijs fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Sed excitatus aliquãdo Cn. Pompeij dicã ipso audiente quod sensi & sentio, quoquo animo me auditurus est excitatus inquã aliquãdo Cn. Pom. nimium diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor subuenit subito reipu. ciuitatemq; fractam malis mutilatam, debilitatã, abiectã me-

tũ ad aliquã libertatis spem & pristinæ dignitatis erexit. Hic uir extra ordinẽ rei frumentariæ præficiẽdus nõ fuit? scilicet tu helluoni spurcissimo, prægustatori libidinũ tuarum, homini egentissimo & facinorosissimo Sex. Clodio socio tui sanguinis, qui sua lingua etiã sororẽ tuã a te abalienauit, omne frumentum priuatum & publicum, oẽs prouincias frumentarias, oẽs mancipes, omnes horreorũ claues lege tua tradidisti? qua ex re primum caritas nata est, deinde inopia. impendebat fames, incendia, cædes, direptio, imminebat tuus furor omniũ fortunis & bonis, quæritur etiam importuna pestis ex ore impurissimo Sex. Clodij rem frumentariam esse ereptã, summisq; in periculis eius uiri auxiliũ implorasse Remp. a quo sæpe se & seruatam & amplificatam esse meminisset, extra ordinẽ ferri nihil placet Clodio. Quid de me quod tulisse te dicis parricida, fratricida, sororicida, nõne extra ordinẽ tulisti? an de peste ciuis quẽadmodũ oẽs iã dij atq; hoẽs iudicarũt cõseruatoris Reipu. quẽadmodũ aũt tu te ipse cõfiteris non mõ indẽnati, sed ne accusati quidẽ, licuit tibi ferre nõ legẽ sed nefariũ priuilegiũ? lugẽte Senatu, merẽtibus bonis oĩbus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppressa captaq; Rep. mihi Po. Ro. implorãte, Senatu poscẽte, tpibus Reip. flagitãtibus, nõ licuit de salute Po. R. dicere sentẽtiã? qua quidẽ in snĩa si Cn. Põ. dignitas aucta est, cõiũcta cũ utilitate cõmuni, certe laudãdus essem si eius dignitati suffragat⁹ uiderer, q̃ meæ saluti opẽ & auxiliũ tulisset. Desinãt hoĩes? ijsdẽ machinis sperare me restitutũ posse labefactari, q̃bus antea stãtẽ pculerũt, qđ.n. par, amicitiæ fuit unq̃ in hac ciuitate cõiunctius, q̃ fuimus inter nos ego & Cn. Põ. Quis apud Po. Ro. de illius dignitate ĩdustrius, q̃s Senatui sæpius dixit, q̃ tãtus labor fuit, q̃ simultas, q̃ cõtẽtio, quã ego nõ pro illius dignitate susceperim? q̃ ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude,

quæ remuneratio beniuolentiæ prætermissa est? Hanc nostrā cōiunctionē, hāc cōspirationem in repu. bene gerendā, hanc iucūdissimam uitæ atq; officiorū omniū societatē certi homines fictis sermōibus, & falsis criminibus diremerūt, cum ijdem illū, ut me metueret, me caueret, monerēt, ijdem apud me mihi illum uni esse inimicissimum dicerēt, ut neq; ego ab illo quæ mihi petenda essent, satis audacter petere possem, neq; ille tot suspitionibus certorum hoīm & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixe mihi polliceretur. data merces est erroris mei magna pontifices, ut me non solum pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat, qui cum me non repentinum aliquod meum tempus, sed ueteres multo ante suscepti & prouisi labores cum uiro fortissimo & clarissimo coniunxissent, sim passus a tali amicitia distrahi, neq; intellexerim q̄bus aut ut apertis inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederē. Proinde desināt aliquādo me ijsdem inflammare uerbis. quid sibi iste uult? nescit quantū auctoritate ualeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus, cur ornat eum a quo desertus est? Ego uero neq; me tum desertum puto, sed pene deditum, nec quæ sint in illa reipu. flamma gesta cōtra me, neq; quomodo, neq; ꝑ quos patefaciendum mihi esse arbitror, si utile reipu. fuit haurire me unum pro omnibus illā indignissimam calamitatem, etiam hoc utile sit quorum id scelere conflatum sit me occultare & tacere. Illud uero est hominis ingrati tacere. Itaq; libentissime prædicabo Cn. Pom. studio, & auctoritate æque ut unumquenq; uestrum opibus, contentione, precibus, periculis deniq; præcipue pro salute mea laborauisse. Hic tuis. P. Lentule, cū tu nihil aliud dies & noctes nisi de salute mea cogitares, consilijs omnibus interfuit. Hic tibi grauissimus auctor ad instituēdam, fidelissimus socius ad comparandam, & fortissimus

adiutor ad rem perficiẽdam fuit. Hic municipia coloniasq; adijt. Hic Italiæ totius auxiliũ cupientis implorauit. Hic in Senatu princeps sententiæ fuit, idemq; cũ dixisset, tũ etiã pro salute mea Po. Ro. obsecrauit. Quare istam orationẽ qua es usus, omittas licet post illam sententiam quã dixeram de annona, pontificum animos esse mutatos. Proinde quasi isti aut de Cn. Põ. aliter atq; ego existimo sentiãt, aut qd mihi pro expectatiõe Po. Ro. pro Cn. Pompeij meritis erga me, pro rõne mei tpis faciendũ fuerit ignorent, aut etiã si cuius forte pontificis animum, quod certo scio aliter esse, mea sententia offendit, alio mõ sit cõstituturus, aut de religione pontificum, aut de reip. iure, q̃ eum aut cerimoniarum ius, aut ciuitatis salus coegerit. Intelligo põtifices me plura extra causam dixisse, q̃ aut opinio tulerit aut uoluntas mea. Sed cũ me purgatum uobis esse cuperem, tũ etiã uestra in me attente audiẽdo benignitas ꝓuexit orationẽ meam. Sed hoc cõpensabo breuitate eius oratiõis, quæ ꝑtinet ad ipsam rem cognitionẽq; uestrã. Quæ cũ sit in ius religionis, & in ius reipu. distributa religionis ꝑtem quæ multo est uerbosior prætermittens, de iure reipu. dicam. Quid est. n. aut tã arrogãs q̃ de religiõe, de rebus diuinis, cerimonijs, sacris, pontificũ collegiũ docere conari, aut tam stultum, q̃ si quis quid in uestris libris inuenerit id narrare uobis, aut tã curiosum, q̃ ea scire uelle, de quibus maiores nostri uos solos & consuli & scire uoluerũt? Nego potuisse iure publico, legibus his q̃bus hæc ciuitas utitur, quenq̃ ciuẽ ulla huiusmodi calamitate sine iudicio affici. Hoc iuris in hac ciuitate etiã tum cũ reges essent, dico fuisse. Hoc nobis esse a maioribus traditũ, hoc esse deniq; ꝓprium liberæ ciuitatis, ut nihil de capite ciuis, aut de bonis sine iudicio Senatus, aut populi, aut eorũ qui de quaq; re cõstituti iudices sint detrahi possit. Vides ne me radicitus euellere oẽs actiones tuas,

neq; illud agere quod apertũ est, te omnino nihil gessisse iu re, nõ fuisse tribunatũ plebis tuũ, sed parricidiũ, hoc dico et dico apud põtifices, augures adsunt, uersor in medio iure publico. Quod est pontifices ius adoptionis? nẽpe ut is adoptet, qui neq; procreare iã liberos possit, & cũ potuerit, sit expertus, quæ deinde causa cuiq; sit adoptiõis, quæ ratio generũ ac dignitatis, quæ sacrorũ quæri a põtificum collegio solet. Quid est horũ in ista adoptione quæsitũ? adoptat annos uiginti natus etiam minor Senatorem, liberorũ ne causa? at procreare potest, habet uxorẽ, suscepit etiã liberos, exhæredauit pater filiũ. quid sacra Clodiæ gẽtis cur intereũt quod in te est? quia oĩs notio pontificũ cũ adoptaret esse debuit, nisi forte ex te ita quæsitum est. Num perturbari rem pu. seditionibus uelles, & ob eã causam adoptari, nõ ut filius esses, sed ut tribunus plebis fieres, & funditus euerteres ciuitatem, respõdisti credo te ita uelle. Pontificibus bona causa uisa est. Approbauerunt, nõ ætas eius qui adoptabat quæsita est, ut Cn. Aufidio, & M. Puppio, quorũ uterq; nostra memoria summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptauit, quas adoptiones sicut alias innumerabiles hæreditates nominis pecuniæ sacrorũ secutæ sunt, tu neque Fonteius es qui esse debebas, neque patris hæres, neque amissis sacris paternis in hæc adoptiua uenisti, ita perturbatis sacris, cõtaminatis gentibus, & quas deseruisti & quas polluisti, iure Quiritũ legitimo tutelarũ & hæreditatũ relicto, factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. Dico apud pontifices, nego istã adoptionẽ põtificio iure factã. Primũ quod hæ uestræ uire sint ætates, ut is qui te adoptauit loco patris, ipse tibi loco filij p ætatem esse potuerit. Deinde q; causa quæri solet adoptãdi, ut is adoptet qui quod natũra iam assequi non põt, legitimo & pontificio iure quærat, & ita adoptet, ut ne quid aut de

dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur. Illud in primis ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur, ut hæc simulata adoptio filij, quam maxime ueritatē illam suscipiendorum liberorum imitata esse uideatur, quæ maior calumnia est, quam uenire imberbē adolescentulum bene ualentem ac meritum dicere filium Senatorem Popu. Roma. sibi uelle adoptare? Id autem scire & uidere omnes possunt, non ut ille filius instituatur, sed ut e patritijs exeat, Tribunus plebis fieri possit, iccirco adoptari, neque id obscure, nam adoptatum emancipari statim ne sit eius filius qui adoptarit. Cur ergo adoptatur? probate genus adoptionis, iam oīm sacra interierint, quorum custodes uos esse debetis, iam patritius nemo relinquetur. Cur enim quisquam uellet Tribu. pleb. se fieri non licere? angustiorē sibi esse petitionem consulatus? in sacerdotium eum possit uenire, quia patritio is sit locus, non uenire, Vt cuique aliquid acciderit, quare commodius sit esse plebeiū, simili ratione adoptabitur. Ita Popu. Roma. breui tēpore neque regem sacrorū, neque flamines, nec salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos sacerdotes, neq; auctores centuriatorum, & curiatorum comitiorū, auspiciaq; Po. Roma. si magistratus patritij creati non sint, intereat necesse est. Cū interrex nullus sit, ꝙ & ipm patritium esse, & a patritio prodi necesse est. Dixi apud pontifices istam adoptionē nullo decreto huius collegij probatam contra omne pontificiū ius factam pro nihilo esse habendam, qua sublata, intelligis totum tribunatum tuū concidisse. Venio ad augures, quorū ego libros si qui sunt reconditi, non scrutor, nō sum in exquirēdo iure augurum curiosus. Hæc quæ una cum populo didici, quæ sæpe in cōcionibus respōsa sunt, noui. Negant fas esse agi cum populo cū de cœlo seruatū sit, quo die de te lex curiata lata esse dicatur. Audes negare de cœlo eē

seruatum? Adest præsens uir singulari uirtute, constantia grauitate præditus. M. Bibulus, hunc cõsulem illo ipso die contendo seruasse de cœlo, infirma sunt igitur tua sentẽtia acta. C. Cæsaris uiri fortissimi? minime. Neq; .n. quicq̃ iam mea interest, exceptis his telis quæ ex illius actiõibus in meum corpus immissa sunt. Sed hæc de auspicijs, quæ ego nũc ꝑbreuiter attingo, acta sunt a te. Tu tuo præcipitante iã & debilitato tribunatu auspiciorum patronus subito extitisti. Tu. M. Bibulũ in concione, tu augures produxisti, te interrogante augures respõderunt, cũ de cœlo seruatum sit, cũ populo agi non posse. Tibi. M. Bibulus quærenti se de cœlo seruasse respõdit, Idemq́; in concione dixit ab Appio fratre tuo ꝓductus, te omnino tribunum plebis, quod contra auspicia adoptatus esses, nõ fuisse, tua deniq; omnis actio posterioribus mẽsibus fuit. Omnia quæ. C. Cæsar egisset, quæ contra auspicia essent acta, ꝑ Senatũ rescindi oportere, qđ si fieret, dicebas te tuis humeris me custodem urbis in urbẽ relaturũ. Videte hominis amentiã qui suũ tribunatũ Cæsaris actis irritatis tueretur. Si & sacrorũ iure pontifices, & auspiciorũ religione augures totum euertũt tribunatũ tuũ. quid quæris amplius? an etiã aptius aliquod ius populi atq; legũ? Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio. Cũ. C. Antonium collegam meum defenderem, quædã de repub. quæ mihi uisa sunt ad illius miseri cãm pertinere. Hæc homines improbi ad quosdã uiros fortes, longe aliter atque a me dicta erãt, detulerũt. Hora nona illo ipso die tu es adoptatus, si quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est triũ esse horarũ, nihil reprehendo, sin eadem obseruanda sunt, decreuit Senatus M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam & didiam latæ essent, populum non teneri. Iam intelligis omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspicijs, quod in legi

bus sit, te trib. ple. non fuisse. Atq; ego hoc totum non sine causa relinquo. Video. n. quosdã clarissimos uiros principes ciuitatis aliquot locis indicasse te cum plebe iure agere potuisse. Qui etiã de me ipso cum tua rogatiõe funere elatam Remp. esse dicerẽ, tñ id funus & si miserum atq; acerbum fuisset, iure indictũ esse dicebãt, quod de me ciue de repu. benemerito tulisses funeste funus te indixisse reipub. quod saluis auspicijs tulisses, iure egisse dicebant. Quare licebit ut opinor nobis eas actiones nõ infirmare, quibus illi actionibus cõstitutũ tribunatũ tuũ cõprobauerunt. Fueris sane trib. pleb. tam iure q̃ lege, q̃ fuit hic ipse Rullus, uir oĩbus rebus clarissimus atque amplissimus, quo iure, quo more, quo exẽplo legẽ nominatim de capite ciuis indemnati tulisti? uetãt leges sacratæ, uetãt. xij. tabulæ, leges priuatis i hominibus irrogari. Id est. n. priuilegiũ, nemo unq̃ tulit, nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minus hæc ciuitas ferre possit, proscriptionis miserrimũ nomen illud & oĩs acerbitas Syllani tpis quid habet quod maxime sit insigne ad memoriã? crudelitatis opinor pœnam in ciues Ro. nominatim sine iudicio constitutã. Hanc uos igitur põtifices iudicio atq; auctoritate uestra trib. ple. potestatẽ dabitis, ut pscribere possit quos uelit? Quero. n. quid sit aliđ pscribere, uelitis, iubeatis, ut. M. Tullius in ciuitate ne sit, bonáq; eius ut mea sint. Ita. n. fecit, & si alijs uerbis tulit. Hoc plebiscitũ est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc uos pati potestis, hoc ferre ciuitas? ut singuli ciues singulis uersiculis e ciuitate tollantur. Equidem iã pfunctus sum. nullã uim, nullũ impetum metuo, expleui animos inuidorũ, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam & scelus proditorum. Deniq; de mea causa quæ uidebatur pditis ciuib' ad inuidiam esse proposita, iam oẽs urbes, omnes ordines, omnes dij atq; homines indicauerunt, uobis metipsis põti-

fices & uestris liberis cæterisq; ciuibus pro uestra auctoritate & sapientia consulere debetis. Nam cum tam moderata iudicia populi sint a maioribus constituta, primum ut ne pœna capitis cum pecunia coniūgatur. Deinde ne nisi indicta die quis accusetur, ut ter añ magistratus accuset intermissa die q̃ multā irroget, aut iudicet, quarta sit accusatio trinum nundinum pro dicta die, quo die iudicium sit futurum, tum multa etiam ad placandum, atq; ad miserendum iam reis cōcessa sint, deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute. Deniq; etiam si qua res illum diem, aut auspicijs, aut excusatiōe sustulit, tota causa iudiciumq; sublatum est. Hæc cum ita sint, in re ubi crimē est? ubi accusator? ubi testes? quid indignius, q̃ qui neq; adesse sit iussus, neque citatus, neque accusatus de eius capite, liberis, fortunis omnibus, cōductos, & sicarios egentes & perditos suffragium ferre? & eam legē putare? ac si hæc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem Respu. tuebatur, cuius deniq; pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. Quid tandem futurum est his? quorum uita remota ab honore populari, & ab hac illustri gratia est, pecuniæ autem tantæ sunt ut eas nimium multi egētes, sumptuosi nobiles concupiscant? Date hanc trib. ple. licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, & eos maxime qui imminere iam cupiditate uidentur in tribunitiam potestatem, collegia mediusfidius tribunorum pleb. tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant, de hominū locupletissimorum bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata. At quid tulit legum scriptor peritus, callidus? Velitis iubeatis, ut Marco Tullio aqua & ignis interdicatur, crudele nefarium, ne in sceleratissimo quidem ciue sine iudicio ferendum, non tulit ut interdicatur. Quid

igitur? ut interdictum sit. O cœnum. O portentũ. O scelus. Hãc tibi legem Clodius scripsit spurciorem lingua sua, ut interdictum sit cui non sit interdictum? Sexte noster bona uenia dic, quoniam iam dialecticus, & hoc quoq; liguris, quod factum non est, ut sit factũ ferri ad populum, aut uerbis ullis sanciri, aut suffragijs cõfirmari potest? Hoc tu pro scriptore, hoc consiliario, hoc ministro omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimo Rempu. perdidisti, nec tu eras tam excors tamq; demẽs, ut nescires hunc Clodium esse qui contra leges faceret, & alios esse qui leges scribere solerent, sed neq; eorum, neq; cæterorum in quibus esset aliquid molestiæ cuiusq; tibi potestas fuit, neq; tu legum scriptoribus ijsdẽ potuisti uti quibus cæteri neq; operum architectis, neq; pontificem adhibere quẽ uelles. Postremo neq; in prædæ quidem societate mancipẽ aut prædonẽ socium extra tuorum gladiatorũ numerum, aut denią; suffragij latorem in ista tua proscriptione quenq;, nisi furem, aut sicarium reperire potuisti. Itaq; cũ tu florens ac potens per medium cohortis popularis uolitares, amici illi tui te uno amico tecti, & beati, qui se populo commiserãt ita repellebãtur, ut etiam palatinam linguam tuam perderẽt. qui in iudicium uenerant, siue accusatores erant, siue rei te deprecãte, dãnabantur. Deniq; ille Nouitius ligur uenalis scriptor & subscriptor tuus, cũ M. Papyrij sui fratris ẽẽt testamẽto & iudicio improbatus, mortẽ eius se uelle persequi dixit, nomen Sex. Propertij detulit, accusare alienæ dãnatiõis sceleris q; socios ꝓpter calũniæ metum nõ est ausus. De hac igitur lege dicimus, q̃ iure rogata uideatur, cuius quã quisq; partẽ tetigit digito, uoce, præda, suffragio, quocũq; uenit repudiatus cõuictus q; discessit. Quid si his uerbis scripta ẽ ista ꝓscriptio ut seipsa dissoluat? Est.n. qd'. M. Tul. falsum Senatus cõsultum rettulerit. Si igitur rettulit

falsum. S.C.tum est rogatio, si non rettulit, nulla est, satis ne tibi uidetur a Senatu iudicatum me nõ modo non emēti tum esse auctoritatem eius ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissime Senatui paruisse? Quot modis doceo legem istam quam uocas non esse legem, quid si etiã pluribus de rebus uno sortitu rettulisti, tu ne arbitraris id quod.M. Drusus in legibus suis plerisq; in bonis ille uir.M. Scaurus, & L.Crassus consulares non obtinuerint, id te posse omnium facinorũ, & stuprorum oĩm Decumis, & clodijs auctoribus obtinere. tulisti de me ne reciperer, non ut exirem, quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ. Quid enim diceres, damnatũ, certe non, expulsum, quid licuit? sed tamen ne id quidem est scriptum ut exirẽ, pœna est, qui receperit, quã oẽs neglexerũt, eiectio nusquam est, uerũ sit. Quid operum publicorum exactio, quid nominis inscriptio, non tibi aliud esse uidetur ac bonorum meorum direptio, præterq̃ ꝙ ne id quidem per legem liciniam, ut ipse tibi curationẽ ferres, facere potuisti. Quid hoc ipsum quod nunc apud pontifices agis, te meã domum cõsecrasse, te monumẽtũ fecisse in ædibus medijs, te signũ dedicasse, eaq; te ex una rogatiuncula fecisse, unũ & idem uidetur esse atq; id quod de meipso nominatim tulisti, tam hercule est unũ q̃ ꝙ idem tu lege una tulisti, ut Cyprius rex, cuius maiores huic populo socij, atq; amici semꝑ fuerunt, cum bonis oibus sub præcone subijceretur, & exules Byzantium reducerẽtur, eisdẽ inquit utraq; de re negociũ dedisse. quid si eidẽ negociũ dedisset? ut in Asia Cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam cũ Roma decessisset cõsulatum ei petere liceret, cũ factus esset prouinciã Syriã obtineret, qm̃ de uno homine scriberet una res esset, quod si idm populus Roma. de ista re consultus esset, non omnia ꝑ seruos latronesq; egisses. Nonne fieri poterat, ut populo

de Cyprio rege placeret de exulibus Byzantijs displiceret? quae est quasi alia uis, quae sententia Ceciliae legis & di- diae, nisi haec ne populo necesse sit in coniunctis rebus com- pluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod uelit re- pudiare. quid si per uim tulisti, tantum ne lex est, aut quic- quam iure gestum uideri potest, quod per uim gestum esse constet? an si in ipsa latione tua capta iã urbe lapides iacti, si manus collata non est, iccirco tu ad illam urbem atq; elu- uiem ciuitatis sine summa ui peruenire potuisti? cum in tribunali Aurelio conscribebas palam non modo liberos, sed etiam seruos ex omnibus uicis concitatos, uim tuam ui- delicet non parabas, cum edictis tuis tabernas claudi iube- bas, non inde uim imperitae multitudinis, sed etiam homi- num honestorum modestiam prudẽtiamq; quaerebas? cum arma in aedem Castoris comportabas, nihil aliud nisi uti ne quid per uim agi posset, machinabare? Cum uero gra- dus Castoris cõuellisti, ac remouisti, tu ut modeste tibi age re liceret homines audaces ab eius templi aditu atq; ascen- su reppulisti, cum eos qui conuentu bonorum uirorum uer- ba de salute mea fecerant, abesse iussisti, eorumq; aduocatio nem manibus, ferro, lapidibus discussisti, tũ profecto osten disti uim tibi maxime displicere. Verum haec furiosa uis ue- sani tribu.ple. facile superari frangiq; potuit, uirorum bo- norum uel uirtute uel multitudine. Quid cum Gabinio Sy ria dabatur, Macedonia Pisoni, utriq; infinitũ imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi suos paratos centuriones, tibi pe- cunias, tibi familias compararent, te suis sceleratis concio- nibus subleuarent, Senatus auctoritatem irriderent, equi- tibus Ro. mortẽ proscriptionemq; minitarẽtur, me terrerẽt minis, & mihi hi caedem & dimicationem denunciarent, meam domũ refertam uiris bonis p amicos suos complerẽt,

proſcriptionis metu me frequentia nudarent, uirorum bo-norum me præſidio ſpoliarent, Senatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem, ſed etiã plorare & ſupplicare mutata ueſte prohiberent, ne tum quidem uis erat? Quid igitur ego geſſi, aut qui timor fuit. Non dicam in me quidem. Fac me timidum eſſe natura, quid illa tot uirorum fortiſſimorum milia, quid illi equites Roma. quid Senatus, quid denique omnes boni? ſi nulla uis erat. Cur me flentes potius proſecuti ſunt, quam aut increpãtes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam, ſi mecum ageretur more inſtitutoq; maiorum, ut poſſem præſens ſuſtinere, utrum ſi dies dicta eſſet iudicium mihi pertimeſcẽdum, an ſine iudicio priuilegium, iudicium in cauſa tam turpi. ſ. ipſe homo qui eam ſi iam eſſet ignota, dicendo non poſſem explicare, an quia cauſam probare non poteram, cuius tanta bonitas eſt, ut ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentẽ per ſe probarit, an Senatus, an ordines, an ij qui cuncti ex italia ad me reuocandum cõuolauerunt, ſegniores me præſente ad me retinendum & conſeruandum fuiſſent, in ea cauſa, quam ipſe iam parricida talem dicat fuiſſe, ut me ab omnibus ad meam priſtinam dignitatem expetitum atque reuocatum queratur. An uero in iudicio periculi nihil fuit, priuilegium pertimui, ne mihi præſenti ſi mulcta irrogaretur, nemo intercederet, tam inops autem erã ab amicis, aut tam nuda Reſpublica a magiſtratibus, quid ſi uocatæ tribus eſſent, proſcriptionem non dicam in me ita de ſua ſalute merito, ſed oĩno in ullo ciue cõprobauiſſent? an ſi ego pñs fuiſſem ueteres illæ copiæ coniuratorum tuiq; pditi milites, atq; egentes, & noua uis ſceleratiſſimorũ cõſulũ corpori meo pepercíſſent, qui cũ eorũ omnium crudelitati ceſſiſſem, ne abſens quidẽ luctu meo mẽtes illorum ſatiare potui. Quid enim uos uxor mea miſera uiolarat, quam uexa-

uistis, raptauistis oı̄ crudelitate lacerastis? Quid mea filia cuius fletus assiduus sordesq́; lugubres uobis erant iucundæ, cæterorum omnium mentes oculosq; flectebant? Quid paruus filius, quē quandiu abfui, nemo nisi lachrymantem confectumq; uidit. Quid fecerat, ꝙ eum totiens per insidias interficere uoluistis? Quid frater meus qui cū aliquāto post meum discessum ex prouincia uenisset, neque sibi uiuendum, nisi me restituto putaret, cum eius mœror, squallor incredibilis, & inauditus omnibus mortalibus miserabilis uidebatur, quotiens est ex uestro ferro ac manibus lapsus? Sed quid ego uestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me & meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intulistis? Non enim te arbitror cum post meum discessum omnium locupletum fortunas, omnium prouinciarum fructus, tetrarcharum ac regum bona spe & auaritia deuorasses, argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Non existimo campanū illum cōsulem cū saltatore collega, cū alteri totam Achaiā, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemq; Barbariam bona ciuium Roma. condonasses, alteri Syriam Babylonē, persas, integerrimas pacatissimasq; gentes ad diripiendum tradidisses, illos tam cupidos liminum meorum & columnarum & ualuarum fuisse, neq; porro illa manus copiæq; Catilinæ cementis ac tignis tectorum meorum se famē suam expleturas putauerūt. Sed ut hostium urbes nec omnium hostium, uerum eorum quibus cū acerbum bellum intestinumq́; suscepimus, non præda adducti, sed odio solemus excipere, ꝙ in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mentes nostræ fuerūt, eum horum etiā tectis sedibusq; aliquod bellum residere semper uidetur, nihil erat latum de me, non adesse eram iussus, non citatus

affueram, eram etiam tuo iudicio ciuis incolumis, cuius domus in palatio, uilla in tusculano, altera ad alterum consulem trāsferebatur. Senatus cōsules uocabat, columnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectante Pop. Roma. ad socerum consulis portabantur, in fundum autem uicini consulis non instrumentum aut ornamenta aulæ, sed etiam arbores transferebantur, cum ipsa uilla nō prædæ cupiditate (quid enim erat prædæ?) sed odio & crudelitate funditus euerteretur. Domus ardebat in palatio non fortuito sed oblato incendio. Consules epulabantur, & in coniuratorum gratulatione uersabantur. Cum alter se Catilinæ delitias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret. Hanc ego uim pōtifices, hoc scelus, hunc furorem, meo corpore opposito a bonorū oīum ceruicibus depuli, omnēq; impetū discordiarū, oēm dīu collectā uim improborum quæ inueterata compresso odio atq; tacito iam erumpebat in actum, per tam audaces duces excepi meo corpore, in me uno consulares faces iactæ manibus tribunitijs, in me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæserunt. q̄ si ut multis fortissimis placuit, ui & armis contra uim decertare uoluissem, aut uicissem cū magna internitione improborū sed tamē ciuium, aut interfectis bonis omnibus, quod illi optatissimum fuit, una cum rep. concidissem. Videbam uiuo senatu. P. Q. R. celerem mihi summa cum dignitate reditū, nec intelligebam fieri diutius posse, ut mihi non liceret esse in ea Rep. quam ipse seruassem. Quod si non liceret, audieram & legeram clarissimos nostræ ciuitatis uiros se in medios hostes ad perspicuā mortē pro salute exercitus iniecisse. Ego pro salute Reipub. uniuersæ dubitarem hoc meliori conditione q̄ Decius? q̄ ille ne auditor quidē suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem. Itaque infractus furor tuus immanis faciebat ipse impet⁹,

Omnem enim uim omnium sceleratorum acerbitas mei casus exceperat. Nõ erat in tam immani iniuria tantisq; ruinis nouæ crudelitati locus. Cato fuerat proximus quid ageres? nonne erat, ut qui modus omnibus moribus fuerat, idẽ esset iniuriæ. Quid? posses extrudere ad Cypriã pecuniam, præda perierit, alia non deerit. Hunc modo amãdaras, sic. M. Cato inuisus quasi per beneficiũ Cyprum relegatur. Eijciuntur duo, quos uidere improbi nõ poterãt, alter ꝓ honorẽ turpissimũ, alter ꝓ honestissimã calamitatem atq; ut sciatis nõ hominibus istũ sed uirtutibus hostẽ semper fuisse me expulso, Catone amandato in eum ipm se conuertit, quo auctore, quo adiutore in cõcionibus ea quæ gerebat omnia, quæq; gesserat, se effecisse & facere dicebat Cn. Pom. quẽ omniũ iudicio longe principẽ esse ciuitatis uidebat, diutius furori suo ueniã daturũ non arbitrabatur, q; ex eius custodia per insidias regis amici filium, hostem captiuum surripuisset, & ea iniuria uirũ fortissimum lacessisset, sperauit iisdem se copijs cum illo posse confligere, quibus cum ego noluissem bonorũ periculo dimicare, & primo q̃dẽ adiutoribus cõsulibus, postea fregit fœdus Gabinius. Piso tñ in fide remãsit. quas iste tum cædes, quas lapidatiões, quas fugas fecerit, qui facile ferro quotidianisq; insidijs, cũ iam a firmissimo robore copiarũ suarum relictus esset Cn. Põ. foro curiaq; priuarit domumq; coniecerit uidistis. Ex quo iudicare potestis quanta uis illa fuerit oriens, & aggrega[illegible]. Cum hæc Cn. Pom. terruerit iam districta & extincta, hoc uidit in sententia dicenda Kalen. Ianuarijs uir prudentissimus, & cum reipu. tum mihi, tum etiam ueritati amicissimus. L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non censuit, qui me consuluisse Reipu. gessisse tempestati morẽ amiciorẽ uobis cæterisq; ciuibus q̃ mihi, ac te me expetisse ui armis, dissensione hominũ ad cædem institutã, nouoq; do-

minatu pulsum eē dixit, nihil de meo capite potuisse ferri, nihil esse inscriptū, aut posse ualere. omnia cōtra leges moresq; maiorū, temere, turbulēte, per uim, ꝑ furorem esse gesta, quod si illa lex esset, nec referre ad Senatum consules, nec sententiā dicere sibi licere, quorū utrūq; cum fieret nō oportere, ut de me lex ferret decerni, ne illa quæ nulla eēt, esse lex iudicaret. Sñia uerior, grauior, utilior, melior Reipu, nulla esse potuit. Homine enim scelere & furore notato similis a rep. labes in posterum dimouebatur, neq; hoc Cn. Pom. qui ornatissimam de me sententiā dixit. Vosq; pontifices, qui me uestris sentētijs auctoritatibusq; defendistis, nō uidistis illā esse nullam, atq; esse potius flāmam tp̄is, interdictū sceleris, uocem furoris, sed prospexistis ne qua popularis in uos aliquando inuidia redundaret, si sine populi iudicio restituti uideremur. Eodēq; consilio. M. Bibuli fortissimi uiri Senatus sententiam secutus est, ut uos de mea domo statueretis, nō ꝙ dubitaret, quin ab isto nihil legib9, nihil religionibus, nihil iure esset actum, sed ne quis oriretur aliq̄n in tanta ubertate improborū, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret. Nam legē istā quidem nullam esse quotiensq; de me sententiam Senatus dixit, totiens iudicauit. Quoniā quidem scripto illo ip̄ius sententiam dicere uetabatur, atque hanc rem par illud simile Piso & Gabinius uidit homines legum iudiciorumq; metuentes, cum frequentissimus Senatus eos, ut de me referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc uerū nam impediebātur. Verum ea lege quam iste idem de Macedonia Syriaq; tulerat, hanc tu. P. Lētule neq; priuatus neq; consul legem unquam esse putasti. Nam tri. ple. referentibus sententiam de me designatus consul sæpe dixisti ex Kal. Ianuarij, quoad perfecta res est, de me rettulisti, legē promulgasti, tulisti,

quorum tibi si esset illa lex nihil liceret. At etiam. Q. Metellus collega tu⁹ uir clarissimus quam legem esse homines alienissimi a P. Clodio iudicarent Piso & Gabinius, eam nullam esse frater. P. Clodij eum de me ad Senatum tecum una rettulit, iudicauit. Sed isti qui Clodij leges timuerunt quemadmodum cæteras obseruarunt? Senatus quidem cuius est grauissimum iudicium de iure legum, quotiensc̃uq; de me consultus est, totiens eam nullam esse iudicauit, qđ idem tu Lentule uidisti in ea lege, quam de me tulisti. Nam non est ita latum, ut mihi Romam uenire liceret, sed ut uenirem. Non enim uoluisti id quod licebat ferre, ut liceret, sed me ita esse in repub. magis ut arcessitus imperio Pop. Roma. uiderer, q̃ ad administrãdam ciuitatem restitutus. Hunc tu etiam portẽtosa pestis exulem appellare ausus es, cum tantis sceleribus esses & factis notatus ut omnem locum quo adijsses exilij simillimum redderes? Quid est eñi exul, ipm̃ per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quãdo igitur est turpe, re uera cum est pœna peccatij, opinione autem hominum, si est pœna damnati. Vtrum igitur peccato meo nomen subeo an re iudicata? Peccato? iam neq; tu id dicere audes, quem isti satellites tui fœlicem Catilinam nominant, neq; quisq̃; eorũ qui solebant, non modo iam nemo est tam imperitus, qui ea quæ gessi in consulatu peccata eẽ dicat. Sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consilijs patriam conseruatam esse fateatur. Quod enim est in terris commune tantum tantulumue consilium, quod non de meis rebus gestis ea quæ mihi essent optatissima & pulcherrima iudicarit? Summum est Po. Ro. populorumq; & gentium omnium ac regum cõsilium. Senatus decreuit ut omnes qui Rempub. saluam esse uellẽt, ad me unum defendendum uenirent. Ostenditq; nec stare potuisse Rempub. si ego non fuissem restitutus, nec futuram esse ullam, si non

redijssem, proximus est huic dignitati ordo equester, omnes omnium publicanorum societates de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atq; ornatissima decreta fecerunt. Scribæ qui nobiscum in rationibus monumentisq; publicis uersantur, nõ obscurum de meis in Repub. beneficijs suũ iudiciũ decretumq; esse uoluerunt. nullũ est in hac urbe collegium, nulli mõtani aut pagani, quoniã plebi quoq; urbanæ maiores cõuenticula & quasi cõcilia quædã esse uoluerunt, q nõ amplissime nõ modo de salute mea, sed etiã de dignitate decreuerint. Nã quid ego illa diuina atq; immortalia municipiorũ & coloniarũ & totius Italiæ decreta commemorem? quibus tanquam gradibus mihi uideor in cœlum ascendisse, non solum in patriam reuertisse. Ille uero dies quis fuit cum te. P. Lentule legem de me ferentem Po. Ro. uidit? sensitq; quantus & quanta dignitate essem. Constat.n. nullis unquam comitijs campum Martiũ tanta celeritate, tanto splẽdore, oĩs generis hominũ, ætatum, ordinum floruisse. Omitto ciuitatũ, nationum, prouinciarũ, regum, orbis deniq; terrarũ de meis in oẽs mortales meritis unũ iudicium, unũq; cõsensum. aduentus meus atq; introitus in urbẽ qui fuit? Vtrũ me patria sic accepit, ut lucẽ salutẽq; redditã sibi ac restitutã accipere debuit? An ut crudelem tyrannum, q uos Catilinæ gregales de me dicere solebatis? Itaque ille unus dies, quo me Po. Ro. a porta in capitolium, atq; inde domũ sua celebritate lætitiaq; comitatũ honestauit, tantæ mihi iucũditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa uis, non modo propulsanda, sed etiã emenda fuisse uideatur. Quare illa calamitas si ita est appellanda, excussit hoc genus totum maledicti, ne quisq̃ audeat iam reprehendere consulatũ meũ, tot, tãtis, tam ornatis iudicijs, testimonijs, auctoritatibus comprobatũ, q si in isto tuo ma

ledicto probrum, non modo mihi nullum obiectas, sed etiã laudem illustras meam. Quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? Vno enim maledicto bis a me patriã seruatã esse concedas. Semel cum id feci, quod omnes nõ negent, immortalitati si fieri potest mandãdum, tu supplicio puniendum putasti, Iterum cum tuũ multorumq; præter te inflammatũ in bonos omnes impetum meo corpore excepi, ne eam ciuitatem quã seruassem inermis armatus in discrimen adducerẽ. Esto non fuit in me pœna ulla peccati. At fuit iudicij, cuius quis me unq̃ ulla lege iterrogauit? quis postulauit? quis diem dixit. põt igitur dãnati pœnam sustinere indemnatus? Hoc tribunitium est, hoc populare, q̃q̃ ubi tutę popularem, nisi cum pro populo fecisti, potes dicere? Sed quod iuris a maioribus proditum sit, ut nemo ciuis Ro. aut libertatem, aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse auctor factus sit, tu ipse potuisti in tua causa discere. Credo, n. q̃q̃ in illa adoptione legitime factum est nihil, tamen te esse interrogatum auctor ne esses, ut in te. P. Fonteius uitæ necisq; potestatem haberet ut in filio. Quæro si aut negasses, aut tacuisses, si tamẽ id. xxx. decuriæ iussissent, nũ id uisum esset ratum? certe non, quid ita? quia ius a maioribus nostris qui non ficte & fallaciter populares, sed uere & sapienter fuerunt, ita comparatum est, ut ciuis Roma. libertatem nemo posset inuitus amittere. Quin etiam si decem uiri sacramẽtum in libertatẽ iniustum iudicassent, tamẽ quotiensciunq; uellet quis hoc in genere solo rem iudicatam referre posse uoluerunt. Ciuitatem uero nemo unq̃ ullo populari iussu amittet inuitus, qui ciues Ro, in colonias latinas proficiscebantur, fieri non poterant latini, qui non erant auctores facti nomenq; dederãt, qui erant rerum capitalium cõdemnati, non prius hanc ciuitatem amittebãt q̃ erant in eam recepti, quo uertendi hoc est mutandi soli cã uenerant. Id antẽ

ut esset faciundum non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant. Po. Ro. L. Sylla dictatore ferente comitijs centuriatis municipijs ciuitatem ademit, eisdem agros, de agris ratum est. Fuit enim populi potestas, de ciuitate, ne tam diu quidem ualuit, quam diu illa Syllani temporis arma ualuerunt. Hanc uero Volaterranis, cum etiam tum essent in armis. L. Sylla uictor Republi. recuperata comitijs centuriatis ciuitatem eripere non potuit. Hodieq; Volaterrani non modo ciues, sed etiã optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate, consulari homini. Publius Clodius euersa Republi. ciuitatem adimere potuit concilio aduocato, conductis operis non solum egentium, sed etiam seruorum Sedulio principe, qui se illo die cõfirmat Romæ non fuisse, quod si non fuit, quid te audacius qui in eius nomen incideris, quid desperatius, qui ne ementiẽdo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? sin autem is primus fuit, quod facile potuit propter inopiam tecti in foro pernoctans, cur nõ iuret se Gadibus fuisse, cũ tute fuisse interanne probaueris? Hoc tu igitur homo popularis iure munitam ciuitatem & libertatem nostram putas esse oportere? ut si tribuno pleb. rogãte uelitis, iubeatis ne? Sedulij centum se uelle & iubere dixerint, possit unusquisq; nostrũ amittere ciuitatẽ. Tum igitur maiores nostri populares non fuerunt, qui de ciuitate & libertate ea iura sanxerũt, quæ nec uis temporum, nec potentia magistratuum, nec res iudicata, nec deniq; uniuersi po. Ro. potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare possit. At tu etiam ereptor ciuitatis, legem de iniurijs publicis tulisti Anagnino nescio cui Menulæ per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit, ut locus ipse in tua tanta iniuria legem & scriptionem statuæ refelleret. Quæ res municipibus Anagninis ornatissimis multo maiori do-

lori fuit, quæ quæ ille gladiator scelera Anagniæ fecerat, quæ si ne scriptum quidem unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius negat sciuisse, tu hunc, ut acta tui præclari tribunatus hominis dignitate honestes, auctorem amplecteris? sed tamen si nihil de me tulisti, quominus essem non modo in ciuium numero, sed etiam in eo loco in quo me honores Po. Ro. collocarunt, tamen ne eum tua uoce uiolabis? quem post nefarium scelus consulum superiorum tot uides iudicijs Senatus, Po. Ro. totius Italiæ honestatum, quem ne tum quidem cum aberam, negare poteras esse tua lege Senatorem. Vbi.n. tuleras, ut mihi aqua & ignis interdiceretur? quod Gracchus de P. Popilio, Saturnin⁹ de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis ciuibus, non ut esset interdictum quod ferri non poterat tulerunt, sed ut interdiceretur. Vbi cauisti ne meo me loco censor in senatum legeret, quod de omnib⁹ etiam quibusdam damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. Quære hoc ex Clodio scriptore legum tuarum, iube adesse, latitat omnino, sed si requiri iusseris, inuenient hominem apud sororem tuam occultantem se capite demisso, sed si patrem tuum ciuem mediusfidius egregium dissimilem uestri nemo unquam sanus exulem appellauit, qui cum de eo Tri. pleb. promulgasset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eique imperium est abrogatum, si in illo pœna legitima turpitudinem non habuit propter uim temporum, in me cui dies dicta non est, qui reus non fui, qui nunquam sum a tri. pl. citatus damnati pœna esse potuit? ea præsertim quæ ne in ipsa quidem rogatione perscripta est. At uide quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum & fortunam conditionemque nostram, patrem tuum ciuem optimum clarissimi uiri filium, qui si uiueret qua seueritate fuit, tu profecto non uiueres. L. Philippus censor auunculum suum præterijt in recitando Senatu, nihil enim poterat dicere, quare rata non essent,

quæ erant acta in ea Rep. in qua se illis ipsis temporibus cē sorem esse uoluisset. Me. L. Cotta homo censorius in senatu iuratus dixit, se si censor tū esset, cum aberam, meo me loco Senatorem recitaturū fuisse, quis in meum locum iudicem subdidit? Quis meorū amicorū testamentum discessu meo fecit? Qui mihi non idem tribuerit, quod si adessem? Quis me non modo ciuis, sed socius recipere cōtra tuā legem & iuuare dubitauit? deniq; uniuersus senatus multo antequā est lata lex de me gratias agendas censuit ciuitatibus his, quæ non. M. Tulliū tantū, immo etiam ciuem optime de re. P. meritum recepissent, & tu unus pestifer ciuis eū restitutū negas esse ciuem, quem eiectū uniuersus Senatus nō modo ciuem, sed etiam egregiū ciuem semper putauit. At uero ut annales Po. Ro. & monumenta uetustatis loquūtur, censor ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Seruilius, cū essent optime de rep. meriti, tamē populi incitati uim iracūdiamq; subierūt, dānatiq; comitijs centuriatis, cū in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinā dignitatem restituti. Quod si his dānatis, non modo non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestauit. (Nam & si optabilius est cursum uitæ conficere sine dolore & sine iniuria, tamē ad immortalitatem gloriæ plus affert desideratū esse a suis ciuibus, quā omnino nunquam esse uiolatū) mihi sine ullo iudicio populi profecto cū amplissimis omniū iudicijs restituto maledicti locum, aut criminis obtinebit? fortis & constans in optima ratione ciuis. P. Popilius semper fuit, tamen eius in omni uita nihil est tam ad laudem illustrius, quā calamitas ipsa. Quis enim iam meminisset eum bene de rep. meritum, nisi & ab improbis expulsus esset, & per bonos restitutus. Q. Metelli præclarum imperium in re militari, fuit egregia censura, omnis uita plena grauitatis

tamen huius uiri laudē ad sempiternam gloriā siue memo-riam temporis calamitas propagauit. Quod si & illis ꝗ expulsi sunt inique, sed tamen legibus reductis inimicis interiectis rogationibus tribunitijs, nō auctoritate Senatus, non comitijs centuriatis, nō decretis Italiæ, nō desiderio ciuitatis iiuria inimicorū ꝓbro nō fuit, ī me, ꝗ profect⁹ sū integer abfui simul cū rep. cū maxima dignitate, te uiuo fratre tuo altero cōsulari reducente, altero prætore petēte, tuū scelus meum probrum putas esse oportere? At si me Popu. Ro. incitatus iracundia aut inuidia ē ciuitate eiecisset, Idēq; postea me in rep. beneficia recordatus se collegisset, temeritatem atq; iniuriam suā restitutiōe mea reprehēdisset, tamen nemo profecto tam esset amens, qui mihi populi, tale iudicium nō dignitati potius ꝙ̄ dedecori putaret esse oportere. Nunc uero cū me in iudiciū populi nemo omnino uocarit, cōdemnari nō potuerim, ꝗ accusatus nō sim. Deniq; ne expulsus quidē ita sim, ut si contēderē superare nō possem, contraq; a Po. Roma. semper sim defensus, amplificatus, ornatus, quid est quare quisquā mihi se ipsa populari ratione anteponat? an tu popu. Ro. esse illum putas, qui constat ex his qui mercede cōducūtur? qui impellūtur, ut uim afferāt magistratibus? ut obsideant Senatū? optent quotidie cædē incēdia, rapinas, quem tu tamen populum nisi his tabernis clausis frequentare non poteras, cui populo duces Lentidios, Lollios, Sergios præfeceras. O speciem dignitatemq; popu. Roma. quam reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant, multitudinē hominum ex seruis, ex cōductis, ex facinorosis, ex gentibus cōgregatā. Illa fuit pulchritudo Popu. Roma. illa forma quā in campo uidisti, tum cum etiam tibi contra Senatus, totiusq; Italiæ auctoritatem & studium dicendi potestas fuit. Ille populus est dominus Regum uictor, atq; imperator omnium gentium,

quem illo

quem illo clarissimo die scelerate uidisti, tum cum omnes principes ciuitatis, omnes ordinum atque ætatum omnium suffragium se non de ciuis, sed ciuitatis salute ferre censebant. Cum denique homines in campum non tabernis, sed municipijs clausis uenerunt. Hoc ego populo si tum consules, aut fuissent in Republica aut omnino non fuissent, nullo labore tuo præcipiti furori, atque impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra armatam uim sine populi præsidio suscipere nolui, non quod mihi. P. Scipionis fortissimi uiri uis ĩtima priuati hominis displiceret. Sed Scipionis factum statim. P. Mutius consul, qui in gerenda Republica putabatur fuisse segnior, gesta multis Senatusconsultis non modo defendit, sed etiam ornauit. Mihi aut te interfecto cum consulibus, aut te uiuo & tecum & cum illis armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad seruos mediusfidius res peruenisset, tantum homines impios ex uetere illa coniuratione inustum nefarijs mentibus bonorum odium retinebat. Hic tu etiam me gloriari uetas. Negas esse ferenda quæ soleam de me prædicare, & homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac uenustum, me dicere solere esse me Iouem, eũdemque dictitare Mineruam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quod Iouem me esse dicam. Non tam ineruditus, qui Mineruam sororem Iouis meam esse sororem existimẽ. Sed tamen ego mihi sororem uirginem ascisco. Tu sororem tuam uirginem nõ scisti. Sed uide ne tu te debeas Iouem dicere, quod tu iure eandem sororem & uxorem appellare possis. & quoniam hoc reprehendis quod solere me dicas de me ipso gloriosius prædicare, quis unquam audiuit, cum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem. Nam si cum mihi furta, largitiones, libidines obijciuntur, ego respondere soleo meis consilijs, periculis, laboribus patriam esse

conseruatam, non tã sum existimandus de rebus gestis glo riari, q̃ de obiectis non confiteri. Sed si mihi ante hæc dua rissima Reipub. tempora nihil unquam aliud obiectum est, nisi crudelitas illius temporis, cum a patria perniciem depuli, quid me huic maledicto utrum non respondere an demisse respondere decuit? Ego uero etiam Reipubli. semper interesse putaui me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate Senatus, cõsensu bonorum omnium pro salute patriæ gessissem, splendorem uerbis, dignitatemq; retinere. Præsertim cum mihi uni in hac Repub. audiente. Popu. Roma. opera mea hanc urbem, & hanc rempu. esse saluam iurato dicere fas fuisset. Extinctum iam est illud maledictum crudelitatis qđ me non ut crudelem tyrãnum, sed ut mitissimũ parẽtem omnium ciuium studijs desideratum, repetitum, arcessitum uident. aliud exortum est. Obijcitur, mihi meus ille discessus, cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim pontifices debeo dicere peccati me conscientia profugisse? At id quod mihi crimini dabatur, non modo peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima, iudicium populi pertimuisse. At id nec propositum ullum fuit, & si fuisset duplicata gloria discessissem, bonorum mihi præsidium defuisse falsum est. Me mortem timuisse turpe est. Dicẽdum igitur est id quod nõ dicerem nisi coactus, nihil enim unquã de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa potius quam criminis depellendi. Dico igit̃ & q̃ possum maxima uoce dico, cũ oĩm perditorum & coniuratorum incitata uis duce tribuno pleb. consulibus auctoribus afflicto Senatu, ꝑterritis equitibus R. suspensa ac sollicita tota ciuitate non tam in me impetum faceret, quam ꝑ me in omnes bonos, me uidisse si uicissem tenues Reipubli. reliquias, si uictus essem, nullas futuras. Quod cum iudicassem defleui coniugis miseræ dissidium,

liberorum cariſſimorum ſolitudinem, fratris abſentis amã-tiſſimi atque optimi caſum, ſubitas fundatiſſimæ familiæ ruinas. Sed his omnibus rebus uitam antepoſui meorum ciuium. Rempubli. concidere meo diſceſſu q̃ omniũ interitu occidere malui. Speraui id quod accidit me iacentem poſſe a uiuis uiris fortibus excitari, ſi una cũ bonis interiſſem, nullo modo poſſe recreari. Accœpi põtifices magnum atq; incredibilem dolorem. Non nego, neque mihi iſtam aſciſco ſapientiam, quam nonnulli in me requirebant, qui me animo nimis fracto eſſe atq; afflicto loquebantur. An ego poteram cum tot rerum tanta uarietate diuellerer, quas icciro prætereo, quod ne nunc quidem ſine fletu commemorare poſſem, inficiari me eſſe hominem, & communem naturæ ſenſum repudiare. Tum uero neq; illud meum factum laudabile, nec beneficiũ ullum a me in rempubli. profectũ dicerem, ſi quidem ea Reipubli. cauſa reliquiſſem, quibus æquo animo carerem, eamq; animi duritiam ſicut corporis, quod cum uritur non ſentit, ſtuporem potius q̃ uirtutem putarem. ſuſcipere tantos animi dolores, atq; ea quæ capta urbe accidunt uictis ſtãte urbe uiuum perpeti, & iam ſe uidere diſtrahi a complexu ſuorũ, diſturbari tecta, diripi fortunas patriæ, denique eã patriã ĩpam amittere, ſpoliari popu. Roma. beneficijs ampliſſimis, præcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu, uidere prætextatos inimicos nõdum morte complorata arbitria petentes funeris. Hæc omnia ſubire cõſeruãdorũ ciuium cauſa, atq; ita quũ dolẽter abſis, nõ tã ſapiens q̃ hi q nihil curãt, ſed tã amans tuorũ ac tui q̃ cõmunis humanitas poſtulat, ea laus præclara atq; diuina. Nã q ea quæ nunq̃ cara atq; iucunda duxit, aĩo æquo reip. cauſa deſerit, nullã beniuolentiã inſignem in rep. declarat. Qui autẽ ea relinqt reip. cauſa, a qbus cũ ſummo dolore di

uellitur, ei cara patria est, cuius salutem caritati anteponit suorum. Quare disrumpatur licet ista furia, atq; audiat hæc ex me quoniam lacessiuit, bis seruaui, ut consul togatus armatos uicerim, Priuatus consulibus armatis cesserim, utriusq; temporis fructum tuli maximum. Superioris, quod ex Senatus authoritate, & Senatum, & omnes bonos meæ salutis causa mutata ueste uidi, posterioris, q̄ & Senatus, & Popu. Roma. & omnes mortales, & priuatim & publice iudicarunt sine meo reditu rempublicam saluã esse non posse. Sed hic meus reditus pontifices uestro iudicio continetur. Nam si uos me in meis ædibus collocatis, id quod in omni mea causa semper studijs, consilijs, authoritatibus, sentẽtijsq; fecistis, uideo me plane ac censeo restitutum. Si mea domus non modo mihi non redditur, sed etiã monumẽtum præbet inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis, Quis erit qui hunc reditum potiusq̄ pœnam sempiternam putet? In conspectu præterea totius urbis domus est mea pontifices, in qua si manet illud nõ monumentum urbis, sed sepulchrũ inimico nomine inscriptũ, demigrandum potius aliquo est, q̄ habitãdum in ea urbe, in qua trophæa & de me & de Repub. uideã cõstituta. An ego tantam aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut cuius urbis seruatorem me esse Senatus omniũ assensu totiẽs iudicarit, in ea possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & ab eodem extructam & positam in oculis ciuitatis, ne unq̄ cõquiescere possit fletus bonorũ. Spurij Melij regnũ appetẽtis domus est cõplanata, & quid aliud æquũ accidisse Melio. P. Ro. iudicauit? noĩe ipso æqui Melij stultitia pœna cõprobata est. Spurij Cassij domus ob eandẽ cãm euersa, atq; in eodẽ loco ædes posita Telluris. In Vacci pratis dom⁹ fuit. M. Vacci, quæ publicata ẽ et euersa, ut illius

facinus memoria & nomine loci notaretur. M. Manlius cũ ab ascensu Capitolij Gallorũ impetum reppulisset, nõ fuit contẽtus beneficij sui gloria, regnũ appetisse est iudicatus. Ergo domum eius euersam duobus locis conuestitam uidetis. Quam igitur maiores nostri sceleratis ac nefarijs ciuibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt, eandẽ ego subibo ac sustinebo? ut apud posteros nostros non extinctor cõiurationis & sceleris? sꝫ auctor & dux fuisse uidear? Hanc uero pontifices labẽ turpitudinis & inconstantiæ poterit. P. Ro. dignitas sustinere uiuo Senatu? uobis principibus publici cõsilij? ut domus. M. T. C. cũ domo Fuluij Flacci ad memoriam pœnæ publicæ constitutæ cõiuncta esse uideatur. M. Flaccus, quia cũ. C. Graccho contra salutẽ reip. fecerat, & Senatus sentẽtia interfectus est, & eius domus euersa & publicata est; in qua porticũ post aliquãto. Q. Catulus de manubijs Cymbricis fecit. Ista autem fax ac furia patriæ cum urbem Pisone, & Gabinio ducibus cœpisset, occupasset, teneret, uno eodẽqꝫ tempore & clarissimi uiri mortui monumenta delebat, & meam domũ cum. M. Flacci domo coniungebat, ut qua pœna Senatus affecerat euersorẽ ciuitatis, eadem iste oppresso Senatu afficeret eum, quem patres conscripti custodem patriæ iudicassent. Hãc uero in palatio atqꝫ in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini furoris tribunitij? sceleris consularis? crudelitatis coniuratorum, calamitatis Reipublicæ doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? quã porticum pro amore quem habetis in Rẽpublicam & semper habuistis, non modo sententijs, sed si opus esset manibus uestris disturbare cuperetis, nisi quẽ forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. O rem quã homines soluti a cura & liberati ridere non desinunt. Tristiores autem sine maximo dolore audire non possunt. Pu-

blius ne Clodius, qui ex pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit. Hūc inquam uos qui estis antistites cerimoniarum & sacrorum auctorem habetis & magistrum publicæ religionis? O dij immortales, uos enim hæc audire cupio. P. Clodius uestra sacra curat, uestrū numen horret. Res omnes humanas religione uestra contineri putat. Hic non illudit auctoritati horum omnium qui adsunt summorum uirorum? non uestra pontifices grauitate abutitur? Ex isto ore religionis uerbum excidere aut elabi potest? Cum tu eodem ore accusando Senatum quod seuere de religiōe decerneret, impurissime teterrimeq; uiolasti? Aspicite aspicite pontifices hominem religiosum, & si uobis uidetur quod est bonorum pontificum monete eum modum quēdam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanatice sacrificium quod alienæ domi fieret, inuisere? Quæ autē te tāta mentis imbecillitas tenuit, ut nō putares deos satis posse placari, nisi ēt muliebribus religiōibus te implicuisses. Quem unquam audisti maiorum tuorum, qui & sacra priuata coluerūt, & publicis sacerdotijs præfuerunt, cum sacrificium bonæ deæ fieret interfuisse? nemi nem, ne illum quidem qui cæcus factus est. Ex quo intelligitur multa in uita falso homines opinari, cum ille qui nihil uideret sciens quod nefas esset lumina amisit, istius qui nō solum aspectu, sed etiam incesto, flagitio, & stupro polluit cerimonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa. Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio potestis pontifices non commoueri, cum suis dicat se manibus domum ciuis optimi euertisse & eam ijsdem manibus consecrasse. Quæ tua fuit consecratio? tuleram inquit, ut mihi liceret. Quidnam exceperas, ut si quem ius nō esset rogare ne esset rogatum? Ius igitur statuetis esse uni-

uniuscuiusq; uestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribunitiæ? In quem quisq; per homines concitatos irruerit, in quem impetus pertulerit, huius domum non solum affligere, quod est præsentis insaniæ quasi tempestatis repentinæ, sed etiam in posterũ tempus sempiterna religione obligare? Equidem sic accœpi pontifices in religionibus suscipiendis caput esse interpretari, quæ uoluntas deorum immortalium esse uideatur. Nec est ulla erga deos pietas nisi honesta de numine eorum, ac mente opinio, cum expeti nihil ab his quod sit iniustũ ac ĩhonestũ arbitrare, hominem inuenire ista labes tum cum omnia tenebat, neminem potuit, cui cedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. Ipse cum loci illius cum ædium cupiditate flagraret, ob eamq; causam unam una iusta illa rogatione sua uir bonus dominum se in meis bonis esse uoluisset, tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum cuius cupiditate inflammatus erat possidere, deos immortales existimatis, cuius labore & consilio sua ipsi templa tenuerunt in eius domum afflictam & euersam per unius hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare uoluisse. Ciuis est nemo tanto in populo extra contaminatam illam & cruentam. P. Clodij manum, qui rẽ ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate defenderit. At q aliqua se contagione prædæ, societatis, emptionis contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicij pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis quorum nemo rem ullam attigit qui non omnium iudicio sceleratissimus haberetur, dij immortales domum meam concupiuerunt? Ista tua pulchra libertas deos penates & familiares meos lares expulit, ut a te ipso tanquã in captiuis sedibus collocaretur. Quid est sanctius quid omni religione munitius, quam domus uniuscuiusq; ciuium?

Hic aræ sunt, hic foci, hic dij penates, hic sacræ religionis cerimoniæ continẽtur. Hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut ĩde arripi neminẽ fas sit, quo magis est furor istius ab auribus uestris repellendus, qui quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse uoluerũt, ea iste nõ solũ contra religionem labefactauit, sed etiam ipsius religionis nomine euertit. At quæ dea est? bonam esse oportet, quando quidem est abs te dedicata, libertas inquit. Eam tu igitur domi meæ collocasti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu cũ collegas tuos summa potestate præditos negares liberos esse, cum in templũ Castoris aditus esset apertus nemini, cum hunc clarissimum uirum summo genere natum, summis populi beneficijs usum pontificem & consularem & singulari bonitate & modestia præditum, quem satis mirari, quibus oculis aspicere audeas, non queo, audiente Po. Ro. a pedissequis conculcari iuberes, cum indemnatum exturbares priuilegijs tyrannicis irrogatis, cum principem orbis terræ uirũ inclusum domi contineres, cũ forum armatis cateruis perditorum hominum possideres, libertatis simulachrum in domo hac collocabas, quæ domus erat ipsa indicio crudelissimi tui dominatus & miserrimæ. Po. Ro. seruitutis? Eum ne libertas sua potissimũ domo debuit depellere, qui nisi fuisset, in seruorum potestate ciuitas tota uenisset? At unde inuẽta est ista libertas? Quæsiui enim diligẽter. Tanagrea quædã meretrix fuisse dicitur, eius non longe a Tanagris simulachrum e marmore in sepulchro positum fuit. Hoc quidam homo nobis non alienus ab hoc religioso libertatis sacerdote adornatũ ædilitatis suæ deportauit. Etenim cogitarat omnis superiores muneris splendore superare, itaq; omnia signa tabulas ornamentorum quod supfuit in fanis & omnibus locis tota e græcia atq; insulis omnibus, honoris. P. R. causa sane frugaliter domum suam

deportauit. Is posteaq̃ intellexit posse se interuersa ædilitate a. L. Pisone consule prætorem renunciari, Si modo eum prima littera competitorem habuisset, aliquãdo ædilitatem duobus in locis partim in arca, partim in hortis suis collocauit. Signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum, q̃ publicæ libertatis. Hãc deã quisquam uiolare audeat imaginem meretricis, ornamentum sepulchri a fure sublatam, a sacrilego collocatã? Hæc me domo mea depellet? Hæc ultrix afflictæ ciuitatis reipub. spolijs ornabitur? Hæc erit in eo monumento quod positũ est, ut esset indicium oppressi Senatus ad memoriam sempiternam turpitudinis? O. Q. Catule patrem ne appellem an filium, recẽtior enim memoria filij est, & cũ rebus meis gestis coniunctior. Tantum ne te fefellit cum mihi summa & quotidie maiora præmia in repub. fore putabas. Negabas fas esse duos consules esse in hac ciuitate inimicos reipub. duo sunt inuenti qui Senatum tribuno furenti cõstrictum traderent, qui pro me. P. C. deprecari & populo supplices esse edictis atq; imperio uetarent, quibus spectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur. Qui deniq; ambustas fortunarum mearum reliquias suas in domos comportarent. Venio nũc ad patrem tuũ. Q. Catule. M. Fuluij domum cum is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum esse uoluisti, ut eius qui perniciosa reip. consilia cœpisset omnis memoria funditus ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc si qui tibi ædificanti illã porticũ diceret, fore tẽpus cum is tribu. ple. qui auctoritatẽ Senatus iudicium bonorum omniũ neglexisset, tuũ monumentum consulibus, non modo inspectantibus, uerũ adiuuantibus disturbaret euerteret. Idq; cum eius ciuis qui Rẽ pu. ex Senatus auctoritate consul defendisset, domo coniũgeret, nõne responderes id nisi euersa ciuitate accidere nõ

posse? At uidete hominis intolerabilem audaciam cum pro-iecta quadam, & effrenata cupiditate monumentũ iste un-quam aut religionem ullam excogitauit, habitare laxe & magnifice uoluit, duasq́; magnas & nobiles domos cõiun-gere eodem puncto temporis, quo meus discessus isti cau-sam cædis eripuit a. Q. Seio contendit, ut. Q. sibi domum uenderet. Cum ille id negaret, primo se luminibus eius esse obstructurũ minabatur. Affirmabat posthumius se uiuo il-lam domum istius nunquam futuram, acutus adolescẽs ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret. Hominẽ ue-neno apertissime sustulit. Emit domum litigatoribus defa-tigatis ꝓpe dimidio carius quam æstimabat. Quorsum igi-tur hæc oratio pertinet? domus mea illa prope tota uacua est. Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit. Causa fuit ambulatio & monumentum & ista Ta nagrea oppressa libertate libertas in palatio pulcherrimo prospectã porticũ cum conclauibus pauimentatam trecen-tum pedum concupierat, amplissimum peristylum. Cætera huiusmodi facile, ut omnium domos & laxitate & dignita te superaret. Et homo religiosus cum ædes meas idem eme-ret & uenderet, tamen illis tantis tenebris non est ausus suum nomen emptioni illi ascribere. Posuit. s. Catonem illũ hominem sua uirtute egentem, ut is qui in Marsis ubi na-tus est tectum quo hymbris uitandi causa succederet nullũ haberet, ædes in palatio nobilissimas emisse se diceret. Infe riorem ædium partem assignauit non suæ genti Fonteiæ, sed Clodiæ, quam reliquit, quem in numerum ex multis Clodijs, nemo nomen dedit, nisi aut egestate aut scelere ꝑ-ditus. Hãc uos pontifices tam uariam, tam nouam in omni genere uoluntatem, impudentiã, audaciã, cupiditatem cõ-probatis? Pontifex inquit affuit, non te pudet, cum apud põ tifices res agatur pontificem dicere te non collegium ponti

ficum affuisse? præsertim cum Tri.ple.uel denunciare potueris, uel etiã cogere? Esto collegiũ non adhibuisti. Quid? de collegio quis tandem affuit? posuerat enim autoritatẽ in uno, que est in omnibus, sed tamen auget & honos, & ætas dignitatem. opus erat etiam scientia, quã si oẽs consecuti sunt, tñ certe peritiores uetustas facit. Quis ergo affuit? frater inquit uxoris meæ. Si auctoritatem quærimus, & si id est ætatis ut nondum consecutus sit, tamen quanta est in adolescente auctoritas, ea propter tantam coniunctionem affinitatis minor est putanda. Sin aũt scientia est quæsita. Quis erit minus peritus, q̃ qui paucis illis diebus in collegium uenerat? Qui etiã tibi erat magis obstrictus beneficio recenti, cũ se fratrem uxoris tuæ fratri tuo germano ante latum uidebat, & si in eo prouidisti, ne frater te accusare posset. Hanc tu igitur dedicationem appellas? ad quã non collegium, non honoribus Pop.Ro. ornatum pontificẽ, non deniq; adolescentem quenq̃ cum haberes in collegio familiarissimos adhibere potuisti? Affuit is, si mõ affuit, quẽ tu impulisti. Soror rogauit. Mater coegit. Videte igitur põtifices quid statuatis in mea causa de omniũ fortunis. Verbo ne pontifices putatis si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domũ uniuscuiusque cõsecrari posse? An istæ dedicationes & templorũ & delubrorum religiones ad honorem deorum immortalium sine ulla ciuium calamitate a maioribus nostris constitutæ sunt? Est inuentus Tribu.pleb. qui consularibus copijs instructus omni impetu furoris in eum ciuem irruerit, quem perculsum ipsa Respu. suis manibus extolleret. Quid? si quid similis istius, neq; enim iam deerunt, qui imitari uelint aliquem mei dissimilem, cui Respu. non tantũ debeat, per uim afflixerit, domum eius per pontificem dedicarit. Id uos ista auctoritate constituetis ratum

esse oportere? Dicitis quem reperiet pontificem, quid? & Tribu.ple.idem esse non potest? M.Drusus ille clarissimus Tribu.pleb. pontifex fuit. Ergo si is.Q.Cepionis inimici sui postem ædium tenuisset, & pauca uerba fecisset, ædes Cepionis essent dedicatæ? Nihil loquor de pontificio iure, nihil de ipsius uerbis dedicationis, nihil de religione, cerimonijs. Non dissimulo me nescire ea quæ etiam si scirem dissimularem, ne alijs molestus, uobis etiam curiosus uiderer. & si effluunt multa ex uestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures sæpe permanant, postem teneri in dedicatione oportere uideor audisse templi. Ibi enim postis est ubi templi aditus est, & ualuæ ambulationis. Postes nemo unquã tenuit in dedicando, simulachrum autem aut aram si dedicasti sine religione loco moueri potest. Sed iam hoc dicere non licebit, quoniam pontificem postem tenuisse dixisti. quanquam quid ego de dedicatione loquar? aut quid de uestro iure aut religione cõtra quam proposuerã disputabo? Ego uero si omnia solennibus uerbis, ueteribus & prædictis institutis acta esse dicerem, tamen me Reip. iure defenderem. An cum tu eius ciuis discessu, cuius unius opera Senatus atque omnes boni ciuitatem esse incolumen totiens iudicassent oppressam teterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis consulibus Rempub. teneres, domum eius qui patriã a se seruatam perire suo nomine noluisset, per pontificẽ aliquem dedicasses. Posset recreata respub. sustinere? date de hac religione aditum, iam nullum pontifices fortunis communibus exitũ reperietis. An si postem tenuerit pontifex, & uerba ad religionem deorum immortaliũ composita ad perniciem ciuium transtulerit, ualebit in iniuriam nomen sanctissimum religionis? si trib. ple. uerbis non minus priscis & pene solemnibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit, non ualebit. Atqui. C. Atinius patrum memoria bona. Q.

Metelli, qui eum ex Senatu censor reiecerat aui tui. Q. Metelle, & tui. P. Seruili, & proaui tui. P. Scipio cōsecrauit foculo posito in rostris, adhibitoq; tibicine, quid tum? num ille furor Tri. ple. ductus ex nonnullis peruetèrum temporum exemplis fraudi Metello fuit summo illi & clarissimo uiro? certe non fuit. Vidimus hoc idem. Cn. Lentulo censori Tri. ple. facere. Nunquid igitur is bona. Lentuli religionibus religauit? Sed quid ego cæteros? Tu tu inquam capite uelato cōcione aduocata, foculo posito bona tui Gabinij, cui regna omnia Syriorum, Arabum, Persarumq; donaueras, consecrasti. Quod si tum nihil est actum, quid in meis bonis agi potuit? Sin est ratum, cur ille Gurges helluatus tecum simul sanguinem Reipub. ad cœlum tamen extruxit uillam in Tusculano uisceribus ærarij, mihi meas ruinas, quarū ego similem totā urbem esse passus nō sum, aspicere nō licuit? Omitto Gabiniū. Quid exemplo tuo bona tua? nōne. L. Mummius uir omniū fortissimus atq; optimus cōsecrauit? Quod si quia ad te pertinet, ratū esse negas oportere, ea iura constituisti in præclaro tribunatu tuo, q̄bus in te conuersis recusares, alios euerteres. Sin ista consecratio legitima est, quid est q̄d prophanū in tuis bonis esse possit? An consecratio nullum habet ius? dedicatio est religiosa? Quid ergo illa tua tū obtestatio tibicinis? quid foculus? q̄d preces? quid prisca iura uoluerūt, ementiri, fallere, abuti deorū immortaliū numine ad hominum timorem uoluisti? Nam si est illud ratū, mitto Gabinium, tua domus certe & quicquid habes aliud, Cereri est consecratū. Sin ille ludus fuit, quid te impurius, qui religiones omnes pollueris, aut ementiendo, aut stuprando. Iam fateor inquit in Gabinio me nefariū fuisse, quippe uides pœnam illam a te in aliū institutam, in te ipsum esse conuersam. Sed homo omniū scelerum flagitiorumq; documentū, quod in Gabinio fateris,

cuius impudicitiam pueritiæ, libidines adolescentiæ, dedecus & egestatem reliquæ uitæ, latrocinium consulatus uidimus, cum ne ista quidem calamitas iniuria potuit accidere, id in me infirmas & grauius esse dicis, quod uno adolescente, q̃ quod concione tota effecisti. Dedicatio magnam inquit habet religionem. Nõne uobis Numa Pompilius uidetur loqui? discite orationem pontifices & uos flamines etiam tu rex disce a gentili ambitu. At tu q̃q̃ ille gentem istam reliquit, sed tamen disce ab homine religionibus dedito, iusto, tum oĩm religionũ perito. quid in dedicatione? Nõne & quis dicit & quid & quomodo, quæritur? An tu hæc ita confundis, & perturbas, ut quicunq; uelit quod uelit, & quõ uelit, possit dedicare? Quis eras tu, qui dedicabas, quo iure, qua lege, quo exemplo, qua potestate? Vbi te isti reipu. Po. Ro. iussu præfecerat? Video enim esse legẽ ueterem tribunitiam, quæ uetet iniussu plebis ædis terrã arã consecrare, neq; tamen hoc. Q. Papyrius, qui hanc legem rogauit, sensit, neq; suspicatus est fore periculum, ne domicilia aut possessiões indemnatorum ciuium consecrarẽtur. Neq;.n. id fieri fas erat, neq; quisq̃ fecerat, neq; erat cã, cur prohibendo non tam deterrere uideatur q̃ admonere. Sed quia consecrabãtur ædes non priuatorũ domicilia, sed quæ sacræ nominãtur, consecrabantur agri, non ita ut nostra prædia si qs uellet, sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret, statuebantur aræ quæ religionem afferent, ipso si loco essent consecratæ. Hoc nisi plebs iussisset, fieri uetuit, quæ si tu interpretaris de nostris ædibus atq; agris scripta esse, nõ repugno. Sed quæro quæ lex lata sit, ut tu ædes meas cõsecrares? Vbi tibi hæc ptãs data sit, quo iure feceris. Neq; ego nũc de religione, sed de bonis omniũ nostrum, nec de pontificio, sed de iure publico disputo. Lex papyria uetat ædes iniussu plebis consecrari. Sit sane hoc

de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Vnũ ostende uerbũ cõsecrationis in ipsa tua lege, Si illa lex est, ac nõ uox sceleris & crudelitatis tuæ. Quod si tibi tum in illo Reipu. naufragio omnia in mentem uenire potuissent, aut si tuus scriptor in illo incendio ciuitatis nõ syngraphas, & cũ Byzantijs exulibus & cũ legatis regijs faceret, sed uacuo aio tibi ista nõ scita, sed portenta conscriberet, esses omnia si minus re, at uerbis legitimis cõsecutus, sed uno tpe cautiones fiebant pecuniarũ, fœdera feriebãtur prouinciarum, regũ appellationes uenales erant, seruorũ oĩm uicatim celebrabatur tota urbe descriptio, Inimici in gratiã reconciliabantur, imperia ascribebãtur nouæ iuuẽtuti. Q. Scio uenenum misero parabatur, de Cn. Pom. propugnatore & custode imperij interficiẽdo consilia inibãtur. Senatus ne quid eẽt, ut lugerẽt boni semp, ut capta Resp. consulũ proditione ui tribunitia teneretur. Hæc cũ tot tantaq; agerentur nõ mirũ est, præsertim in furore animi & cæcitate multa illũ & te fefellisse. At uidete quanta sit uis huius papyriæ legis in re tali, nõ qualem tu affers sceleris plenam & furoris. Q. Martius censor signum concordiæ fecerat, Idq; in publico collocarat. Hoc signũ. C. Cassius censor cũ in curiã transtulisset, collegiũ uestrũ cõsuluit, nũquid esse causæ uideretur, quin id signũ curiamq; Cõcordiæ dicaret. Quæso pontifices & hominẽ cũ homine, & tẽpus cũ tpe, & rem cũ re cõparate. Ille erat summa modestia & grauitate censor. Hic trib. ple. scelere & audacia singulari. Tẽpus illud erat trãquillũ, & in libertate po. & gubernatione positũ Senatus, tuũ porro tp̃s libertate Po. Ro. oppressa, Senatus auctoritate deleta. Res illa plena iustitiæ, sapientiæ, dignitatis. Censor. n. penes quem maiores nostri id quod tu sustulisti, iudicium Senatus de dignitate esse uoluerũt Concordiæ signũ uolebat in curia, curiamq; ei deæ dicare. præclara uolun-

tas atq; omni laude digna. Præscribere enim se arbitraban-
tur, ut sine studijs dissensionis sententiæ dicerentur. Si se-
dem ipsam ac templũ publici consilij religione concordiæ
deuinxisset, tu cũ ferro, cum metu, cum edictis, cum priuile-
gijs, cum præsentibus copijs perditorũ, absentis exercitus
terrore, & minis cõsulum, societate & nefario fœdere, ser-
uitute oppressam ciuitatem teneres, libertatis signũ posui-
sti magis ad ludibriũ impudentiæ, quàm ad simulationem reli-
gionis. Ille in curia quæ poterat sine cuiusquam incommo-
do dedicabat. Tu in ciuis optime de repub. meriti cruore &
pene ossibus simulachrũ non libertatis pu. sed licentiæ col-
locasti. Atq; ille tamen ad collegiũ rettulit. Tu ad quem ret-
tulisti? si quid deliberares, si quid tibi aut piandum aut in-
stituendũ fuisset religione domestica, tamen instituto cæte-
rorũ uetere ad pontificem detulisses non nouũ. delubrũ cũ
in urbis clarissimo loco nefando quodam atq; inaudito ĩsti-
tuto incohares, referendum ad sacerdotes publicos non pu-
tasti. At si collegium pontificũ adhibendum non uideba-
tur, nemo ne horũ tibi idoneus uisus est, qui ætate, honore,
auctoritate antecellunt, ut cum eo dedicationem communi-
cares? quorum quidem tu non contempsisti, sed pertimui-
sti dignitatem, an tu auderes quærere ex P. Seruilio, aut
ex M. Lucullo quorum ego consilio atq; auctoritate remp.
consul ex uestris manibus ac faucibus eripui, quibusnam
uerbis aut quo ritu? primum hoc dico ciuis domum conse-
crares? deinde ciuis eius, cui princeps Senatus, cui etiam
ordinis omnes deinde Italia tota post cunctæ gentes testi-
monium huius urbis atq; imperij conseruati dedissent.
Quid diceres o nefanda & pnitiosa labes ciuitatis? Ades,
ades Lucülle, ades Seruili dum dedico domum Ciceronis
ut mihi ĩ pareatis postemq; teneatis. Es tu quidem cum au-
dacia, tum impudentia singulari. Sed tibi tamen oculi uul-

tus uerba

tus uerba cecidissent, cũ te uiri q̃ sua dignitate p̃sonã Po. Roma. atq; auctoritatem imperij sustinerent, uerbis grauissimis perterruissent. Neq; sibi fas esse dixissent furori interesse tuo parricidio patriæ & scelere, quæ cũ uideres tũ te ad tuum affinem non deiectum a te, sed relictum a cæteris contulisti, quem tamen ego credo si est ortus ab illis, quos memoriæ proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam laboribus sacra didicisse in uiri fortis erumnis non ita crudelẽ fuisse, ut in uiui & iam spirãtis caput bustum suis manibus imponeret, qui aut nihil dixit, aut fecit omnino, pœnamq; hanc maternæ temeritatis tulit, ut mutuam in delicto personam nomẽq; præberet, aut si dixit aliquid uerbis hæsitantibus postemq; tremebunda manu tetigit, certe nihil ritæ, nihil caste, nihil more institutoq; perfecit. Viderat ille Murenam uitricum suum consulem designatum ad me consulem cum allobrogibus communis exitij indicia afferre. Audierat ex illo se a me bis salutem accœpisse separatim semel iterum cum uniuersis. Quare quis est, qui existimare possit huic nouo pontifici primam hanc post sacerdotium initum religionem instituenti, uocemq; mittenti, non & linguam obmutuisse & manum obtorpuisse & mẽtem debilitatam metu concidisse? præsertim cum ex collegio tanto non regem, non flaminẽ, non pontificem uideret, fieriq; particeps alieni sceleris inuitus cogeretur, & grauissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustineret. Sed ut reuertar ad ius publicum uindicandum, quod ipsi põtifices semper nõ solum ad suas cerimonias, sed ad populi iussa accommodauerunt, habetis in commentarijs uestris. C. Cassium cẽsorem de signo Concordiæ dedicando ad pontificum collegium rettulisse, eiq;. M. æmilium põtificem maximum pro collegio rñdisse, nisi eũ. P. R. noĩatim præfecisset, atq; eius iussu faceret, nõ uideri ea rõne posse dedicari. Quid cũ Lu

cinia uirgo uestalis summo loco nata sanctissimo sacerdotio prædita. T. Flaminio. Q. Netello cõsulibus arã, & ædiculã & puluinar sub saxo sacro dedicasset? Nõne eam rẽ ex au-ctoritate Senatus ad hoc collegiũ Sex. Iulius prætor rettu-lit? cũ. P. Scæuola pontifex maximus pro collegio rñdit, qđ in loco publico Lucinia castissima fœmina iniussu populi dedicasset, sacrũ nõ uideri esse, quã quidẽ rẽ quãta seuerita te quãtaq; diligẽtia Senatus ex ipso. S.C. sustulerit facile cognoscetis. Videtis ne p̃tori urbano negociũ datũ ut cura-ret, ne id sacrũ ẽẽt, & ut si quæ essent incisæ aut inscriptæ litteræ tollerent. O tp̃a, O mores, tũ cẽsorẽ hominẽ sanctissi-mũ simulachrum Concordiæ dedicare pontifices in templo inaugurato prohibuerũt. Post autẽ Senatus in loco augu-sto cõsecratã eã aram tollendã ex auctoritate pontificũ cen-suit, neq; ullũ est passus ex hac dedicatione litterarũ extare monumẽtum. Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atq; ocij, qđ ĩ naufragio reip, tenebris offusis demerso Po. Ro. euerso atq; eiecto Senatu dirueris, ædificaris religione om̃i uiolata, reip. tñ noĩe cõtaminaris ĩ ciuis huius ædibus, & in urbe, quã suis laboribus ac periculis cõsecrasset, mo-numẽtũ deletæ Reip. collocaris, ad equitũ notam dolorẽ bo-norũ omniũ, sublatoq;. Q. Catuli nomine incideris, id spe-rasti rẽp. diutius q̃ quoad mecũ simul expulsa careret his mœnibus esse laturã? At si pontifices neq; is cui licuit, ne-q; id qđ fas fuit dedicauit, q̃d me attinet iam illud tertium qđ proposuerã docere non his institutis ac uerbis q̃bus ce-rimoniæ postulãt, dedicasse? Dixi a principio nihil me de sci entia uestra, nihil de sacris, nihil de abscondito iure ponti-ficũ dicturũ. Quæ sunt adhuc a me de iure dedicãdi dispu-tata, nõ sunt q̃sita ex occulto aliquo gñe litterarũ, sed sum-pta de medio ex rebus palam per magistratus actis ad colle giũq; delatis ex. S.C. ex lege. Illa ĩteriora iam uestra sunt,

q̄d dici, q̄d ꝑcipere, q̄d tangi, quid teneri ius fuerit, quæ si oïa ex Coruncani scientia, q peritissimus pontifex fuisse di citur acta esse constarent, aut si M. Oratius ille puluillus, q cũ eius dedicationẽ multi pp inuidiã fictis religiõibus im pedirent, restitit, & constantissima mẽte Capitoliũ dedica uit. Huiusmodi alicui dedicationi præfuisset, tñ in scelere religio nõ ualeret, ne dũ ualeat id q̄d imperitus adolescẽs, nouus sacerdos sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, inuitus sine collegis, sine libris, sine auctore, sine scriptore furtim mente ac lingua titubante fecisse dicatur, præsertim cum iste impurus atq; impius hostis omnium re ligionum, q contra fas & inter uiros sæpe mulier, & inter mulieres uir fuisset, ageret illam rem ita raptim & turbu lẽte, ut neq; mens, neq; uox, neq; lingua consisteret. Dela tum tum est ad uos pontifices, & post oĩm sermone celebra tũ, quẽadmodũ iste ꝑposteris uerbis, oĩbus obscœnis idẽti dẽ se ipse reuocãdo dubitãs, timẽs, hæsitãs oïa aliter ac uos in monumẽtis habetis, & pronũciarit, & fecerit. Quod q̄ dem minime mirum est in tanto scelere, tantaq; demẽtia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. Etenim si nemo unq̃ prædo tã barbarus tã immanis fuit, qui cum fana spoliasset, deinde arã aliquã in littore deserto somnijs stimulatus, aut religione aliqua cõsecraret, nõ hor resceret aio, cũ diuinum numen scelere uiolatum placare ꝑ cibus cogeretur? Qua tandẽ istũ ꝑturbatione mentis oĩum templorũ, atq; tectorũ totiusq; urbis ꝑdonẽ fuisse censetis? cũ pro detestatione tot scelerũ unã arã nefariæ consecraret. Nõ poterat ullo mõ q̃q̃ & insolẽtia dñatus extulerat aïos & erat incredibili armatus audacia, nõ in agẽdo uiuere ac sæpe peccare, ꝑsertim illo pontifice & magistro qui cogere tur docere añq; ipse didicisset. Magna uis ẽ cũ i deorũ imor taliũ numine tũ uero i ipsa rep. dij immortales suorũ tẽplo

rum custodem ac præsidem sceleratissime pulsum cum uid⸗
derent, ex suis templis in eius ædes immigrare nolebant. Itaq; istius uecordissimi mentem cura metuq; terrebant. Res uero pu. quamq; erat exterminata mecum, tamen obuersabatur ante oculos extinctoris sui, & ab istius inflammato, atq; incito furore iam tum me seq; repetebat. Quare quid est mirum si iste inuictus metu, furore, instinctus scelere præceps, neq; institutas cerimonias persequi, neq; uerbum unum solemne potuit effari? Quæ cum ita sint pontifices, reuocate iam animos uestros ab hac subtili nostra disputatione ad uniuersam rempu. quam antea cum uiris fortibus multis in hac uero causa solis uestris ceruicibus sustinetis. Vobis uniuersi Senatus perpetua auctoritas, cui uosmetipsi præstantissimi semper in ea causa præfuistis. Vobis Italiæ magnificentissimus ille motus municipiorumq; concursus, uobis campus centuriarumq; una uox omnium quarum uos principes atq; auctores fuistis, uobis omnes societates, ordines omnes, omnes qui aut re aut spe deniq; sunt boni, omni uobis erga meam dignitatem studium & iudicium non modo commissum, uerumetiam commendatũ esse arbitrabantur. Deniq; ipsi dij immortales, qui hanc urbem atq; imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatiq; perspicuum diuino me numine esse Reip. redditum, iccirco mihi uidentur fructum ipsum reditus, & gratulationis meæ ad suorum sacerdotum potestatem iudiciũq; reuocasse. Hic est enim reditus pontifices, restitutio in domo, in sedibus, in aris, in focis, in dijs penatibus recuperandis, quorum si iste suis sceleratissimis manibus tecta sedesq; conuellit ducibusq; cõsulibus tanq; urbe capta hãc unam domũ quasi acerrimi propugnatoris sibi delendã putauit, tamen illi dij penates ac familiares mei p uos in meã domum mecũ erunt restituti. Quocirca te Capitoline quẽ

propter beneficia popu. Roma. optimum propter uim maximum nominauit, Teq; Iuno regina & te custos urbis Minerua, quæ semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, Precor atq; quæso, uosq; qui maxime me repetistis atq; reuocastis, quorũ de sedibus hæc mihi est proposita contentio, patrij penates familiaresq;, qui huic urbi, & reipubli. præsides estis, uos obtestor, quorum ego a templis atq; delubris pestiferam illam & nefariam cædẽ depuli, teq; mater Vesta cuius castissimas sacerdotes ab hominum amẽtia furore & scelere defendi, cuiusq; ignem illum sempiternum non sum passus, aut sanguine ciuium restingui, aut cum totius urbis incendio cõmisceri, si in illo pene facto reipu. obieci meum caput pro uestris cerimonijs, atq; templis perditissimorum ciuium furori atq; ferro, & si iterum cum ex mea contẽtione interitus bonorũ omnium quæreretur, uos sum testatus, uobis me ac meos commendaui, meq; ac meum caput ea conditione deuoui, ut si & eo ipso tempore, & ante in consulatu meo cõmodis meis omnibus emolumẽtis, præmijs prætermissis, cura cogitatiõe uigilijs omnibus, nihil nisi de salute meorum ciuium laborassem, tum mihi Republi. aliquando restituta liceret frui. Sin autem mea consilia patriæ non profuissent, ut perpetuum dolorem auulsus a meis sustinerem. Hanc ego deuotionem capitis mei cum ero in sedes meas restitutus, tum deniq; conuictam esse & commissam putabo. Nam nunc quidem pontifices non solum domo mea de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam uideor esse restitutus. Vrbis enim celeberrimæ, & maximæ partes aduersum illud nõ monumẽtum, sed uulnus patriæ contuentur. Quem cum mihi conspectũ morte magis uitandũ fugiendũq; esse uideatis, nolite quæso eũ cuius reditu restitutam rempu. fore putastis, non solũ dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus uelle esse

priuatum. Non me bonorum direptio, nō tectorum excisio, non depopulatio prædiorū, non præda consulū ex meis fortunis crudelissime capta permouet. Caduca semper & mobilia hæc esse duxi, nō uirtutis atq; ingenij, sed fortunæ & temporum munera, quorū ego non tam facultatē unquam & copiam expetendā putaui, q̄ & in utendo rationē, & in carēdo patientiā. Etenim ad nostrum usum propemodū iam adest definita moderatio rei familiaris. Liberis autē nostris satis amplū patrimoniū paterni nominis, ac memoriæ nostræ relinquemus. Domo per scelus erepta, per latrociniū occupata, per religiōis uim sceleratius ēt ædificata, q̄ euersa carere sine maxima ignominia Reip. meo dedecore ac dolore non possum. Quapropter si dijs immortalibus, si Senatui, si Po. Ro. si cunctæ Italiæ, si prouincijs, si exteris nationibus, si uobismetipsis qui in mea salute principem semper locū auctoritatemq; tenuistis, gratū & iucūdum meum redutū intelligitis esse, quæso obtestorq; uos pontifices, ut me quē auctoritate, studio, sentētijs restituistis, Nūc (q̄m Senatus ita uult) manib⁹ quoq; uestris i sedibus meis collocetis.

M. T. C. IN VATINIVM TESTEM ORATIO.

SI TVA TANTVMMODO Vatini q̄d indignitas postularet, spectare uoluissem, fecissem id q̄d bis uehemēter placebat, ut te cuius testimoniū propter turpitudinē uitæ sordesq; domesticas nullius momenti putaretur, tacitus dimitterē. Nemo.n. horum te ita refutādum, ut grauē aduersariū, aut ita rogādū, ut religiosum testē, arbitrabat̄. S; fui paulo tēperātior fortasse q̄ debui. Odio.n. tui in quo, & si oēs ꝓpter tuū i me scelus superare debeo, tñ ab oibus pene uincor, sic sum incitatus, ut cū te non minus contemnerē, q̄ odissem, tamē uexatum potius q̄ despe

ſtum uellē dimittere. Quare ne tibi hūc honorē a me haberi forte mirere, ꝗ interrogē, quē nemo cōgreſſu, nemo aditu, nemo ſuffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignū putet, nulla me ad id cā ipuliſſet, niſi ut ferocitatē iſtā tuā comprimerē, & audaciā frāgerē, et loquacitatē pauciſſimis interrogatiōibus irretitā retardarē. Et.n. debuiſti Vatini etiā ſi falſo ueniſſes in ſuſpitionē. P. Sextio, mihi tñ ignoſcere ſi in tāto hoīs de me optime meriti ꝑiculo & tp̄i ei⁹ & uolūtati parere uoluiſſem. Sed heſterno pro teſtimonio eē mentitum cū affirmares, nullum tibi oīno cū Albinouano ſermonem, non mō de. P. Sextio accuſando, ſed nulla unꝗ̄ de re fuiſſe pauloante īprudens indicaſti, & T. Claudiū tecū cōicaſſe, & a te cōſiliū. P. Sextij accuſandi petiiſſe, & Albinouanū quē antea uix tibi notū eſſe dixiſſes, domū tuā ueniſſe, multa tecū locutū dixeris. Deniq; conciones. P. Sextij ſcriptas, quas neq; noſſet, neq; reperire poſſet, te Albinouano dediſſe, eaſq; in hoc iudicio eſſe recitatas. in quorū altero es confeſſus a te accuſatores eſſe inſtructos & ſubornatos, in altero inconſtantiam tuā cū leuitate, tū etiā periurio implicitā refelliſti. Cum quē alieniſſimum a te eſſe dixiſſes, eum domi tuæ fuiſſe, quem præuaricatorem ab initio indicaſſes, ei te quos rogaſſet, ad accuſandum libros dixeris dediſſe. Nimium es uehemens feroxq; natura. Non putas fas eſſe uerbum ex ore exire cuiuſꝗ̄, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat. Veniſti iratus omnibus, quod ego ſimul ac te aſpexi, priuſꝗ̄ loqui cœpiſti cum ante Gellius Nutricula ſeditioſorum omniū teſtimonium diceret, ſenſi atq; præuidi. Repente enim te tanꝗ̄ ſerpens e latibulis oculis eminentibus inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti, ut mihi renouatus ille tuus in te ueterē eum amicū, ſed tñ tuū familiarē defenderit, cū in hac ciuitate oppugnatio ſoleat, qua tu nunc uteris nonnunꝗ̄ defendi, nonnunꝗ̄

uituperari. Sed quæro a te cur Cornelium nõ defenderem? Num legem aliquã Cornelius contra auspicia tulerit? Nũ Heliam? num fusiam legem illuserit? num consuli uim attulerit? nũ armatis hominibus templũ tenuerit? nũ intercessorem ui deiecerit? num religiones polluerit? Erariũ exhauserit? remp. compilarit? Tua sunt, tua sunt hæc omnia. Cornelio eiusmodi nihil obiectũ est. Codicẽ legisse dicebatur, defendebatur testibus collegis suis, non recitãdi cã legisse, ſ recognoscendi. Cõstat tñ Corneliũ cõciliũ illo die dimisisse, intercessioni paruisse. Tu uero cui Cornelij defensio displicet, quã cãm ad patronos tuos, aut quod os afferres? qbus id præscribis, q̃to illis probro futurũ sit, si te defenderint, cũ tu mihi Cornelij defensionem in maledictis obijciendã putaris. Attamẽ hic Vatini memento paulo post istã defensionẽ meã, quã tu bonis uiris displicuisse dicis, me cum uniuersi Po. Roma. summa uoluntate, tum optimi cuiusq; singulari studio magnificentissime post hominũ memoriã consulem factum, oiaq; ea pudenter me uiuendo cõsecutũ esse, quæ tu impudenter uaticinando sperare te sæpe dixisti. Nã ꝙ mihi discessum obiecisti meũ, & ꝙ horũ quibus ille dies acerbissimus fuit qui idem tibi lætissimus, luctum, & gemitũ renouare uoluisti, tãtum tibi rñdeo, me cum tu cæteraq; reip. pestes armorũ causam quæreretis, & cum per meũ nomen fortunas locupletũ diripere, sanguinem principũ, ciuitatis exorbere, crudelitatẽ uestram odiumq; diuturnũ qd' in bonos iam inueteratum habebatis, saturare cuperetis, scelus & furorem uestrum cedendo maluisse frãgere, q̃ resistendo. Quare peto a te, ut mihi ignoscas Vatini, cum patriæ pepercerim quam seruarem, & si ego te perditorẽ & uexatorem reip. fero, tu cõseruatorẽ me & custodem feras. Deinde eius uiri discessum increpas, quem uides omnium ciuium desiderio, ipsius deniq; reip. luctu esse reuocatum,

At enim dixisti non mea, sed reipu. causa homines de meo reditu laborasse, quasi uero quisq; uir excellenti animo in Remp. ingressus optabilius quicq; arbitraretur, q̃ se a suis ciuibus reipu. cã diligi, scilicet aspera mea natura, difficilis aditus, grauis uultus, superba rñsa, insolens uita, nemo humanitatẽ meã, nemo cõsuetudinẽ, nemo cõsilium, nemo auxiliũ requirebat. Cuius desiderio, ut hæc minima dicã, forũ mœstum, muta curia, oĩa deniq; bonarum artium studia siluerũt. Sed nihil sit factum mea causa. Omnia illa Senatusconsulta & populi iussa Italiæ totius cunctarũ societatum, collegiorũ omniũ decreta de me reipu. cã esse facta fateamur. Quid ergo hõ imperitissime solidæ laudis ac uere dignitatis præstãtius mihi potuit accidere? quid optabilius ad immortalitatẽ gloriæ, atq; ad memoriã mei noĩs sempiternã? q̃ oẽs hoc ciues meos iudicare ciuitatis salutem cum unius mei salute cõiunctã? Quod q̃dem ego tibi reddo tuũ. Nã tu me ut carũ esse dixisti. S.P.Q.R. nõ tam mea cã q̃ reipu. noĩe, sic ego te q̃q̃ sis omni diritate atq; immanitate teterrimus, tñ dico esse odio ciuitati nõ tam tuo q̃ reip. noĩe. Atq; ut aliq̃n ad te ueniã, de me hoc sit extremũ, quid q̃sq; nostrũ de seipso loquatur, nõ est sane nõ est regrẽdũ, boni uiri iudicent i. maximi momenti & põderis. Duo sunt tp̃a q̃bus nostrorũ ciuiũ spectẽtur iudicia de nobis, unũ honoris, alterũ salutis, honos talis Po. Ro. uolũtate paucis est delatus ac mihi, salus tãto studio ciuitatis q̃to nemini reddita. De te aũt hoĩes q̃d sentiãt, in honore experti sumus, in salute expectamus. & ut me tecum homine uno non solum impudẽtissimo, uerũetiam infimo conferam, de te ipso hoĩe & arrogãtissimo & mihi inimicissimo quæro Vatini. Vtrũ tandem putes huic ciuitati, huic reipu. huic urbi, his templis, ærario, curiæ, uiris his quos uides, horũ bonis, fortunis, liberis, ciuibus, cæteris deniq; deorũ immortaliũ de-

lubris, auspiciis, religionibus, melius fuisse & praestabili⁹ me ciuem in hac ciuitate nasci, an te? Cum mihi haec rñderis, aut ita impudenter, ut manus a te hoĩes uix abstinere possint, aut ita dolẽter, ut aliqñ ista ilia, quae sunt ĩflata rũpantur, tum memoriter rñdeto ad ea quae de te ipso rogaro, atq; illud tenebricosissimũ tp̄s ineuntis aetatis tuae patiar latere, licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, uicinos compilaris, matrem uerberaris. Habeat hoc praemiũ tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. Quaesturam petiisti cũ. P. Sextio cum hic nihil loqueretur, nisi qđ agebat, tu de cõsulatu gerẽdo te diceres cogitare. Quaero abs te teneas ne memoria, cũ. P. Sextius quaestor sit cunctis suffragiis factus, tũc te uix inuitis omnibus nõ populi beneficio, sed consulis extremũ adhaesisse? in eo magistratu, cũ tibi magno clamore aquaria puincia sorte obtigisset, missus ne sis a me Cõs. puteolos, ut inde aurũ exportari argentumq; prohiberes. in eo negocio cũ te nõ custodem ad cõtinẽdas, sed partitorẽ ad partiẽdas merces missum putares, cũq; omniũ domos, apothecas, nauis furacissime scrutarere, hoĩesq; negocia gerentes iudiciis iniquissimis irretires, mercatores e naui egredientes terreres, conscendentes morarere, teneas ne memoria tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas, ad me Cõs. Puteolanorũ querelas esse delatas? post quaesturã exieris, ne legatus in ulteriorẽ Hispaniã. C. Cosconio Procon. cũ illud iter Hispaniẽse pedibus fere confici soleat, aut si qs nauigare uelit, certa sit rõ nauigandi. Veneris ne in Sardiniã, atq; inde in Africam? fueris ne quod sine. S.C. tibi facere non licuit, in regno Hiempsalis? fueris ne in regno Mastanesosi? ueneris ne ad fretum per Mauritaniã? Quem scis unq̃ legatũ Hispaniẽsem in illam prouinciam istis itineribus peruenisse? factus es Tri. ple. qđ enim te de

Hispaniēsibus flagitijs tuis sordidissimisq; furtis interrogē? Quaero primum. quod genus improbitatis & sceleris in eo magistratu praetermiseris? At tibi iā inde pscribo, ne tuas sordes cū clarissimorū uirorū splēdore pmisceas. Ego te q̄cūq;, de te ipo rogabo, neq; te ex amplissimi uiri dignitate ß ex tuis tenebris extrahā, omniaq; mea tela sic in te conijcientur, ut nemo per tuū latus quod soles dicere sauciatur, in tuis pulmonibus & uisceribus harebūt. Et quoniam oim rerū magnarū a dijs immortalibus principia ducuntur, uolo ut mihi respondeas, tu te q Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus praetendere, quae tāta prauitas te mētis tenuerit? qui tantus furor? ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis, cum inferorum animas elicere, cum puero tum extis deos Manes mactare soleas, auspicia quibus haec urbs condita est quibus omnis respu. atq; imperium tenetur, contempseris, initioq; Tribunatus tui Senatui denunciaris tuis actionibus Augurū responsa atq; eius Collegij arrogantiam impedimento non futurā. Secundo ea quaero seruaris ne in eo fidem? num quando tibi moram attulerit, quominus consilium aduocares, legemq; ferres, quod eo die scires de coelo esse seruatum? Et quoniā hic locus unus est, quem tibi cum Caesare communem esse dicas, seiungā te ab illo, non solum Reipu. causa, uerumetiam Caesaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergi uideatur. Primū quaero num tu Senatui causam tuā permittas, quod facit Caesar? deinde quae sit auctoritas eius, q se alterius facto non suo defendat? deinde (erumpet enim aliquādo ex me uera uox, & dicā sine contatiōe qđ sentio) si iam uiolentior aliqua in re. C. Caesar fuisset, si eū magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellēs nobilitas aliquo impulisset, qđ in illo uiro & tum feren

dum esset, & maximis rebus quas postea gessit, oblitterandum, id tu tibi furcifer sumes, & Vatinij latronis ac sacrilegi uox audietur hoc postulantis ut idem sibi concedatur, quod Cæsari? Sic enim ex te quæro. Tri. pl. fuisti seiunge te a Cõsule. Collegas habuisti uiros fortis nouẽ, ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas de cœlo seruare, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas, de quibus duos prætextatos sedẽtes uides te ædilitia prætexta in togam quam frustra cõfeceras, uẽdidisse. Tertium scis, ex illo obsesso atque afflicto Tribunatu Cõsularem auctoritatem hominem esse adolescẽtem consecutum. Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim plane tecum sentiebant, partim mediũ quendam cursum tenebant. Omnes habuerunt leges promulgatas multas, in ijs etiam meus necessarius etiam de mea sententia. C. Cosconius iudex noster, quem disrumperis, cum edilitium uides, uolo uti mihi respondeas, nũ quis ex toto collegio legem sit ausus ferre præter unum te? Quæ tanta in te fuit audacia? Quæ tanta uis? ut cũ tui nouem collegæ sibi timendũ esse duxerint, id unus tu emersus e cœno omniũ facile hominũ infimus, cõtemnendũ, despiciendum, irridendum putares? Num quem post urbẽ conditam scias Tri. pl. egisse cum plebe, cũ constaret seruatũ esse de cœlo? Simul etiam illud uolo uti rñdeas cum tribu. pl. esses etiam tum in Rep. lex Helia & Fusia, quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt & represserunt, quas cõtra præter te nemo unquam est facere conatus, quæ quidem leges eo anno præsidẽtibus in templo non duobus consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis ac pestibus una cũ auspicijs cum intercessionibus, cũ omni iure publico conflagrauerũt. Ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere? Nũ quem ex oĩbus Tri. ple, quicunque seditiosi fuerint, tam audacẽ audieris fuisse, ut unquam contra legem heliam aut fusiam concilium cõuocaret?

Quæro etiam illud ex te conatus ne ſis, uolueris ne, deniq́; cogitaris? Eſt enim res eiuſmodi, ut ſi tibi in mentem modo uenit, nemo ſit qui te ullo cruciatu eſſe indignum putet. Cogitaris ne in illo tuo intolerabili non regno (Nã cupis id audire) ſed latrocinio augur fieri pro Q. Metello, ut tum quicunque te aſpexiſſet, duplicem dolorem gemitumq́; ſuſciperet, & ex deſiderio clariſſimi & fortiſſimi ciuis, & ex honore turpiſſimi atq; improbiſſimi. Adeo ne nõ labefactatã rẽp. te Tribuno, neq; conquaſſatam ciuitatem, ſed captam hanc urbem, atq; euerſam putares, ut augurem Vatinium ferre poſſemus? Hoc loco quæro ſi id quod concupieras, augur factus eſſes, in qua tum cogitatiõe nos eſſemus? qui oderamus, uix dolorem ferebamus. Illi aũt quibus eras in delitijs, uix riſum tenebãt. Sed quæro, ſi ad cætera uulnera, quibus putaſti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagam infixiſſes auguratus tui, utrum decreturus fueris id quod augures oẽs uſq; a Romulo decreuerunt, Ioue fulgente cum populo agi nefas eſſe, an quia tua ſemper ſic egiſſes auſpicia, fueris auguria diſſoluturus? Ac ne diuti⁹ loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio, ut recorder ruinas rei pu. Neq; enim te unq̃ ſtante non modo? maieſtate horum, ſed etiam urbe augurem fore putaſti, ueruntamen ut ſomnia tua relinquam, ad ſcelera ueniam. Volo ut mihi reſpondeas cum M. Bibulũ conſ. non dicam bene de repub. ſentiẽtem, ne tu mihi homo potens iraſcare qui ab eo diſſenſiſti, ſed hominem certe nuſq̃ progredientem, nihil reipu. molientem, tantum animo ab actionibus tuis diſſentientem, cum eum tu conſulem in uincula duceres, & a tabula Valeria collegæ tui mitti iuberent, feceris ne ante roſtra põtem continuatis tribunalibus, per quem conſul Po. Ro. moderatiſſimus & cõſtantiſſimus ſublato auxilio, excluſis amicis, ut perditorũ hominum incitatu turpiſſimo miſerrimoq́; ſpe

stiaculo nō in carcerē, sed ad supplicium & ad necem ducē retur? Quæro num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? ut sciamus utrum ueterum facinorum sis imitator, an inuentor nouorum? Idemq; tu cum his atq; huiusmodi consiliis ac facinoribus nomine. C. Cæsaris clementissimi atq; optimi uiri, scelere uero atq; audacia tua. M. Bibulum foro, curia, templis, locis omnibus expulisses, inclusum domi contineres, cunq; non maiestate imperii, non iure legū, sed ianuæ præsidio & parietum custodiis Cōs. uita tegeretur, miseris ne uiatorem, qui. M. Bibulum domo ui extraheret? ut quod est in priuatis semper obseruatum, id te Tri. ple. consulis domus exilium esse non posset. Simul mihi respondeto tu qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos uocas, fueris ne non Trib. pleb. sed intolerandus ex cœno nescio qui aut ex tenebris tyrānus? qui primum eā rempub, quæ auspiciis inuentis constituta est, iisdem auspiciis sublatis conarere peruertere. Deinde sanctissimas leges Heliam & Fusiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpitii, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma uixerunt, solus conculcaris, & pro nihilo putaris? Qui cons. morti adieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis, qui ex eo magistratu nō modo emerseris ex mendicitate, sed etiam ex diuitiis nos iam tuis terreas. Fueris ne tanta crudelitate? ut delectos uiros & principes tollere, & delere tua rogatione conareris? cū enim. L. Vectium qui in Senatu confessus esset se cum telo fuisse Cn. Pom. sūmo & clarissimo ciui suis manibus necē afferre uoluisse, in concionem produxeris indicem in rostris in illo inquam augurato templo ac loco collocans, quo auctoritatis exquirendæ causa cæteri Trib. ple. principes ciuitatis duci consueuerunt. Ibi tu indicem Vectium uocem

& linguam suam sceleri & menti tuæ præbere noluisti, ut diceret. L. Vettius in concione tua rogatus a te, se auctores & impulsores socios habuisse sceleris illius eos viros, qbus e ciuitate sublatis, quod tu eo tẽpore moliebare, ciuitas stare non posset. M. Bibulum cuius inclusione contentus non eras, interficere uolueras, spoliaueras consulatu, patria priuare cupiebas. L. Lucullum, cuius tu rebus gestis q ipse ad imperatorias laudes a puero uidelicet spectaras, uehementius inuidebas. Curionem quem perpetuũ hostem improborũ oĩm auctorem publici consilij in libertate communi tuenda maxime liberũ, iuuentuti cum. R. P. coniũctiorem etiam q̃ ab illa ætate postulandũ fuit, delere uoluisti. L. Domitiũ, cuius dignitas & splendor perstringebat oculos credo Vatini, quem tu propter cõmune odiũ in bonos oderas, in posterũ propter oĩm spem, quæ de illo est, atq; erat ante, aliquanto timebas. L. Lentulum hũc iudicem nostrum flaminem martialem q erat eo tempore Gabinij tui competitor eiusdem Vettij indicio opprimere uoluisti, qui si tum illam labem pestemq; uicisset, quod & tuo scelere non licuit, Resp. uicta non esset. Huius etiam filium eodem indicio & crimine ad patris interitum aggregare uoluisti. Luciũ Paulum qui tum quæstor Macedoniam obtinebat, quem ciuem, quem uirũ, qui duos nefarios patriæ proditores, domesticos hostes legibus exterminarat, hominem ad conseruãdã Rempubli. natũ in idem Vettij indiciũ atq; in eundem hũc numerum congregasti. Quid ergo de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo q me ex fortissimorum ciuium numero seiungendum non putaris? Sed qui fuit tuus ille tantus furor, ut cũ iam Vettius ad arbitriũ tuum perorasset, & ciuitatis lumina notasset, descendissetq; de rostris, eum repente reuocares, colloquerere. Po. Ro. uidente. Deinde

interrogares ecquosnam alios posset nominare? Inculcaris ne etiam ut Ca. Pisonem generum meũ nominaret, qui in summa copia optimorum adolescentium pari continẽtia, uirtute, pietate reliquit neminem. Itemq́ M. Laterensem hominem dies ac noctes de laude, & de repub. cogitantẽ. Promulgaris ne impurissime & perditissime hostis quæstionẽ de tot amplissimis & talibus uiris? indici Vectio præmia amplissima, quibus rebus omnium mortalium non uoluntate sed conuitio repudiatis, deinde fregeris in carcere ceruices ipsi Vectio, ne quod indiciũ corrupti indicij extaret, eiusq́ sceleris in teipsum quæstio flagitaretur. Et quoniam crebro usurpas legem te de alternis consilijs reijciendis tulisse, ut omnes intelligant te nec recte quidẽ facere sine scelere potuisse. Quæro cum lex esset æqua promulgata initio magistratus multas etiam alias tulisses, expectaris ne cũ. C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum. Q. Claudianum? & posteaq̃ ille est reus factus, statim tuleris in eum qui tuam post legem reus factus esset, ut homo consularis exclusus miser pũcto tẽporis spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ. Dices familiaritatem tibi fuisse cum. Q. Maximo, p̃clara defensio facinoris tui. Nam Maximi quidem summa laus est sumptis inimicitijs, suscepta causa quæsitore consilioq́ delecto, commodiore inimico suo contentionem relictionis dare noluisse, nihilq́ Maximus fecit alienũ aut sua uirtute, aut illius familiarissimis clarissimis uiris Paulis, Maximis, Africanis, quorũ gloriam huius uirtute renouatam nõ modo speramus, uerumetiam iam uidemus. Tua fraus, tuum maleficum scelus illud est, te id quod promulgasses misericordiæ nomine ad crudelitatis tempus distulisse. At nũc quidem. C. Antonius hac una re miseriam suã consolatur, quod imagines patris & fratris sui fratrisq́ filiam non in familia, sed in carcere collocatã audire maluit q̃ uidere.

ꝙ uidere. Quoniam pecuniam aliorum despicis, de tuis diuitijs intolerantissime gloriaris, uolo uti mihi respondeas, Feceris ne fœdera Tribu. ple. cum ciuitatibus, cũ regibus, cum tetrarchis? erogaris ne pecunias ex ærario tuis legib⁹? eripueris ne parthis illo tempore carissimis partim a Cæsare, partim a publicanis? Quæ cum ita sint, quæro ex te sis ne ex pauperrimo diues factus in illo ipso ãno, quo lex lata est de pecunijs repetundis acerrime? ut omnes intelligere possent, a te non modo nostra acta, quos tyrãnos uocas, sed etiam amicissimi tui legem esse cõtemptam, apud quẽ etiã tu nos criminari soles, qui illi simus amicissimi cui tu cõtumeliosissime totiens maledicas, quotiens illius affinem te esse dicis. Atq; etiam illud scire ex te cupio, quo cõsilio aut qua mente feceris ut in epulo. Q. Arij familiaris nostri cũ toga pulla accumberes? quem unq̃ uideris? quem audieris? quo exemplo? quo more feceris? dices supplicationes te illas non probasse, optime, nullæ fuerint supplicationes. Vides ne me nihil de anni illius causa, nihil de eo quod tibi cũ summis uiris cõmune esse uideatur, sed de tuis proprijs sceleribus ex te quærere? nulla supplicatio fuerit, cedo, quis unq̃ cœnauit atratus? Ita enim illud epulum fac esse funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed exornetur epulum. Popu. Roma. festo die, argento, ueste, omni apparatu ornatuq; uisendo, quis unq̃ in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti præter te toga pulla data est? cum tot hominum milia accumberent. Cum ipse epuli etiam dominus. Q. Arius albatus esset, tu in templum Castoris te cum. C. Fidulo atrato cæterisq; tuis furijs funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reipublicæ casum? Quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi hanc tantam & tam grauem ciuitatem subiectã eẽ non modo furori, ue-

rum etiam irrisioni tuæ? Hunc tu morē ignorabas? Nunquā epulum uideras? nunquam puer aut adolescēs inter coenos fueras? Fausti adolescentis nobilissimi pauloante ex epulo magnificentissimo famem illam ueterem tuam non expuleras? quem accumbere atratum uideras, dominū cum toga pulla & eius amicos ante conuiuium? Quæ te tanta tenuit insania? ut tum nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi uiolasses templum Castoris nomen epuli, oculos ciuium, morem ueterem, eius qui te inuitarat auctoritatem, parum putares testificatum esse supplicationes te illas non putare? Quæro illud etiam ex te quod priuatus admisisti, in quo certe iam tibi dicere non licebit, cum clarissimis uiris causam tuam esse coniunctā, postulatus ne sis lege Licinia & Iunia, edixerit ne Mēmius prætor, ex ea lege, ut adesses die. XXX. cū is dies uenisset feceris ne quod in hac republica non modo factū antea unquam fuerat, sed in omni memoria sit omnino inauditum? appellaris ne tribu. pleb. ne causam diceres, leuius dixi, quanquam idipsum esset & nouum & non ferendum. sed apellaris ne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatem reipubli. Clodium? qui tamen cum iure, cum more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediit ad illam uim & furorem suum, ducemque se militibus tuis præbuit. In quo ne quid a me dictū in te potius putes, quam abs te esse quæsitum, nullum onus imponam mihi testimonii. Quæ mihi breui tempore ex eodem isto loco uideo esse seruanda, uel dicenda, seruabo. teque non arguam, sed ut in cæteris rebus feci, rogabo. Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post urbem conditam tribu. pleb. appellarit ne causam diceret? Num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eumque ui deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deiecerit, easque denique omnes res in iudicio deturbādo commiserit? Quarum rerum causa iudicia sunt constitu

id. Scias ne tum fugisse Memmium, accusatores esse tuos de tuis tuorumq; manibus ereptos. Iudices quæstionum de proximis tribunalibus esse depulsos, in foro, in luce inspectãte. Po. Ro. quæstionẽ magistratus, morem maiorũ, leges, iudices, rerũ pœnam esse sublatam. Hæc omnia scias ne dili gentia, Volo etiam audire de te, quo tandem Senatusc͂sul to legatus sis. De gestu intelligo quid respondeas, tua lege dicis. Es ne igitur patriæ certissimus parricida? speraras ne id ut patres cõscrip. ex repu. funditus tollerẽtur. Ne hæc quidem Senatui relinquebas, quæ nemo unq̃ ademit, ut le gati ex eius ordinis auctoritate legarẽtur? Adeo ne tibi sor didum consiliũ publicũ uisum est? Adeo afflictus Senatus? Adeo misera & prostrata resp. ut non nuncios pacis ac bel li, nõ curatores, nõ interpretes, nõ bellici consilij auctores, nũ ministros muneris prouincialis Senatus more maiorum deligere possit? Eripueras Senatui prouinciæ decernendæ potestatẽ. Imperatoris deligẽdi iudicium. ærarij dispẽsatio nem, quæ nunquam sibi Po. Roma. appetiuit, qui nunquã hæc a summi cõsilij gubernatione auferre conatus est. Age factum est horũ aliquid in alijs raro, sed tamen factũ est, ut populus deligeret imperatorẽ. Quis legatos unquam audi uit sine Senatusconsulto, añ te nemo, post te continuo fecit idem ĩ duobus prodigijs reipublicæ Clodius, quo etiam es maiore malo mulctandus, q͂ non solum facto tuo, sed etiã exemplo rempu. uulnerasti, neq; tantum es contentus im probus esse, sed etiam alios docere uoluisti. Atq; etiã illud a te audire cupio, quare cum legem ego de ambitu tulerim & Senatusconsulto tulerim salua lege Helia & Fusia, tu eam esse legem non putes, præsertim cum ego legibus tuis quoquo modo latæ sint, paream? At si omnia hæc contem nis ac despicis, q͂ ita tibi persuaseris, ut palam dictitas, te

diis hominibusque inuitis amore in te incredibili quodam Cæsaris, omnia quæ uelis consecuturum, ecquid audierit, ecquisnam tibi dixerit, Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam esset mentio facta esse dixisse. C. Alfium prætorem nõ esse factum permoleste tulisse, quod in homine summã fidem probitatemque cognosceret, grauiterque etiam se ferre prætorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissensisset, tum quæsisse quendam de Vatinio quemadmodum ferret? ipsum respondisse Vatinium in Tribunatu gratis nihil fecisse, qui omnia in pecunia posuisset, honore æquo animo carere debere; quod si ipse qui te suæ dignitatis augendæ causa periculo tuo nullo suo delicto ferri præcipitem, est facile passus, tamẽ te omni honore indignissimum iudicat, si te uicini, si te affines, si te tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triũphũ suũ duxerint, si nemo aspicit quin ingemiscat, nemo mentionem facit, quin execretur. Si uitant, fugiunt, audire de te nolunt, cum uiderint tanquam auspiciũ malum detestantur. Si cognati respuunt, uicini metuunt, affines erubescunt, si Romæ denique ab ore improbo demigrarũt, & aliis iam se locis collocarunt, si es odium publicum populi, Senatus, uniuersorum hominũ, quid est quãobrem præturam potius exoptes, quàm mortem? præsertim cũ popularem te uelis esse? neque ulla in re populo gratius facere possis? Sed ut aliquando audiam, quam copiose mihi ad interrogata respondeas, concludam iam interrogationem meam teque in extremo de ipsa causa rogabo. Quæro quæ tãta in te uanitas, tanta leuitas fuerit, ut Titum Annium iisdem uerbis laudares quibus eum laudare & boni uiri, & boni ciues consueuerunt? cum in eundem nuper cupidissime falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio & potestas tua? ut cum Clodianas operas & facinorosorum hominum manum uideris, Milonem dicas gladiatoribus & be-

stiarijs obsedisse Rempublicam? Cum autem ad tales homines ueneris non audeas ciuem singulari uirtute, fide, constantia uituperare? Sed cum Titum Annium tantopere laudes & clarissimo uiro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, in illorum enim numero mauult Titus Annius esse qui a te uituperãtur, uerumetiam quæro cum in republica administranda Tito Annio, cum. P. Sextio cõsiliorum omnium societas fuerit, qui possis eos quos crimine coniuugis testimonio disiungere? non arguo inconstantiam orationis ac testimonij tui, ne quid tibi auctoritatis a me tributum esse uideatur.

M.T.C. PRO MARCO CAELIO ORATIO.

I QVIS IVDICES FORTE *nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis uestræ, miretur ꝓfecto, quæ sit tanta atrocitas huiusce causæ, ꝙ diebus festis ludisq́ publicis, omnibus negocijs forẽsibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, quæ de seditiosis sceleratisq́ ciuibus, q armati Senatũ obsederint, magistratibus uim attulerint, Rempubli. opugnarint, quotidie quæri iubeat, legem nõ improbet, crimen quod uersetur in iudicio requirat, cũ audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam uim in iudiciũ uocari, sed adolescentem illustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio quem ipse in iudiciũ & uocet, & uocarit. Oppugnari autem hunc opibus meretricijs, Atacini illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet. Vos laboriosos existimet, quibus ociosis*

ne i cõi quidẽ ocio liceat esse. Etenim si attẽdere diligenter & existimare uere de oĩ hac causa uolueritis, sic constituetis iudices, nec descensurum quenq̃ ad hanc accusationem fuisse, cui utrũ uellet, liceret, nec cũ descendisset, quicq̃ habiturũ spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atracino humanissimo, atq; optĩo adolescenti meo necessario ignosco, q̃ habet excusationẽ uel pietatis, uel necessitatis, uel ætatis. si uoluit accusare pietati tribuo. Si iussus est necessitati, si sperauit aliq̃d pueritiæ. Cæteris nõ mõ nihil ignoscẽdũ, sed etiã ẽ acriter resistendũ. At mihi quidẽ uidetur iudices hic introitus defensionis adolescentiæ M. Cælij maxime cõuenire, ut ad ea quæ accusatores deformãdi huius cã, detrahẽdæ spoliandæq; dignitatis gratia dixerũt primum rñdeam. Obiectus est pater uarie, q̃ aut parũ splendidus ipẽ, aut parũ pie tractatus a filio diceretur. De dignitate Cælius notis ac maioribus natu ẽt sine mea orõne tacitus facile ipẽ rñdet. Quibus aũt propter senectutẽ q̃ iam diu minus in foro nobiscũ quoq; uersatur, nõ æque ẽ cognitus. Hi sic habeãt quæcũq; in equite Ro. dignitas esse possit, quæ certe põt eẽ maxima, eam semper in M. Cælio habitã esse summã, hodieq; haberi non solũ a suis, sed etiã ab oĩbus quibus potuerit aliqua de causa esse notus. Equitis aũt Ro. esse filiũ criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicãtibus oportuit, neq; defendẽtibus nobis. nã quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudiciũ certe parentis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis, quid parẽes sentiãt, lachrymæ matris icredibilisq; mœror, squallor patris, et hæc præsens mœstitia quã cernitis luctusq; declarat. Nã q̃d est obiectũ municipibus esse adolescẽtẽ non probatum suis, nemini unquã p̃senti puteolani maiores honores habuerũt, q̃. M. Cælio, quẽ absentẽ in amplissimũ ordinem cooptauerunt,

& ea nõ petẽti detulerũt, quæ multis petẽtibus denegarũt, iidemq; nũc lectißimos uiros, & nostri ordinis, & equites Ro. cũ legatione ad hoc iudiciũ, & cum gratißima atq; ornatißima laudatione miserũt. Videor mihi iecisse fundamẽta defensionis meæ, quæ firmißima sunt si nitãtur iudicio suorũ, neq;.n. uobis satis cõmendata huius ætas eẽ posset, si non mõ parenti tali uiro, uerumetiã municipio tam illustri, ac tam graui displiceret. Equidẽ ut ad me reuertar ab his fontibus profluxi ad hominũ famam, & meus hic forensis labor uitæq; rõ dimanauit ad existimationem hominũ paulo latius cõmẽdatione ac iudicio meorũ. Nam quod obiectũ est de pudicitia, q̃q; omnium accusatorum non criminibus sed uocibus maledictisq; celebratum est, id nunq̃ tam acerbe feret .M. Cælius, ut eum pœniteat nõ deformem esse natum. Sunt etenim ista maledicta peruulgata in oẽs, quorũ in adolescẽtia forma, & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud est accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste cõfirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, cõuitium, si facetius, urbanitas nominatur, quam quidem partem accusationis admiratus sum & moleste tuli potißimum esse Atacino datam, neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque id quod animaduertere poteratis pudor patiebatur optimi adolescentis in tali illum oratione uersari. uellẽ aliquis ex uobis illustrioribus hunc maledicendi locum suscœpisset aliquanto liberius, & fortius, & magis more nostro refutaremus istã maledicendi licẽtiã. tecũ Atacine agã lenius qđ & pudor tuus moderatur orationi meæ, & meũ erga te parentẽq; tuum beneficium tueri debeo, illud tamẽ te esse admonitũ uolo primũ qualis es talem te existimes, ut quantum a rerum turpitudine abes tantũ te a uerborum li

lubris, auſpicijs, religionibus, melius fuiſſe & præſtabili? me ciuem in hac ciuitate naſci, an te? Cum mihi hæc rñderis, aut ita impudenter, ut manus a te hoies uix abſtinere poſſint, aut ita dolẽter, ut aliqñ iſta ilia, quæ ſunt iſiata rũpantur, tum memoriter rñdeto ad ea quæ de te ipſo rogaro, atq; illud tenebricoſiſſimũ tp̃s ineuntis ætatis tuæ patiar latere, licet impune per me parietes in adoleſcentia perfoderis, uicinos compilaris, matrem uerberaris. Habeat hoc præmiũ tua indignitas, ut adoleſcentiæ turpitudo obſcuritate & ſordibus tuis obtegatur. Quæſturam petijſti cũ. P. Sextio cum hic nihil loqueretur, niſi qđ agebat, tu de cõſulatu gerẽdo te diceres cogitare. Quæro abs te teneas ne memoria, cũ. P. Sextius quæſtor ſit cunctis ſuffragijs factus, tũc te uix inuitis omnibus nõ populi beneficio, ſed conſulis extremũ adhæſiſſe? in eo magiſtratu, cũ tibi magno clamore aquaria puincia ſorte obtigiſſet, miſſus ne ſis a me Cõs. puteolos, ut inde aurũ exportari argentumq; prohiberes. in eo negocio cũ te nõ cuſtodem ad cõtinẽdas, ſed partitorẽ ad partiẽdas merces miſſum putares, cũq; omniũ domos, apothecas, nauis furaciſſime ſcrutarere, hoiesq; negocia gerentes indicijs iniquiſſimis irretires, mercatores e naui egredientes terreres, conſcendentes morarere, teneas ne memoria tibi in conuentu Puteolis manus eſſe allatas, ad me Cõs. Puteolanorũ querelas eſſe delatas? poſt quæſturã exieris, ne legatus in ulteriorẽ Hiſpaniã. C. Coſconio Procon. cũ illud iter Hiſpaniẽſe pedibus fere confici ſoleat, aut ſi qs nauigare uelit, certa ſit rõ nauigandi. Veneris ne in Sardiniã, atq; inde in Africam? fueris ne quod ſine. S.C. tibi facere non licuit, in regno Hiempſalis? fueris ne in regno Maſtaneſoſi? ueneris ne ad fretum per Mauritaniã? Quem ſcis unq̃ legatũ Hiſpaniẽſem in illam prouinciam iſtis itineribus perueniſſe? factus es Tri. ple. qđ enim te de

Hispaniēsibus flagitijs tuis sordidissimisq; furtis interrogē? Quæro primum quod genus improbitatis & sceleris in eo magistratu prætermiseris? At tibi iā inde pscribo, ne tuas sordes cū clarissimorū uirorū splēdore pmisceas. Ego te q̄cūq; de te ipo rogabo, neq; te ex amplissimi uiri dignitate ꝑ ex tuis tenebris extrahā, omniaq; mea tela sic in te coniĳcientur, ut nemo per tuū latus quod soles dicere sauciétur, in tuis pulmonibus & uisceribus harebūt. Et quoniam oīm rerū magnarū a dĳs immortalibus principia ducuntur, uolo ut mihi respondeas, tu te q Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis immanibus & barbaris moribus prætendere, quæ tāta prauitas te mētis tenuerit? qui tantus furor? ut cum inaudita ac nefaria sacra susceperis, cum inferorum animas elicere, cum puerorum extis deos Manes mactare soleas, auspicia quibus hæc urbs condita est quibus omnis respu. atq; imperium tenetur, contempseris, initioq; Tribunatus tui Senatui denunciaris tuis actionibus Augurū responsa atq; eius Collegĳ arrogantiam impedimento non futurā. Secundo ea quæro seruaris ne in eo fidem? num quando tibi moram attulerit, quominus consilium aduocares, legemq; ferres, quod eo die scires de cœlo esse seruatum? Et quoniā hic locus unus est, quem tibi cum Cæsare communem esse dicas, seiungā te ab illo, non solum Reipu. causa, uerumetiam Cæsaris, ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergi uideatur. Primū quæro num tu Senatui causam tuā permittas, quod facit Cæsar? deinde quæ sit auctoritas eius, q se alterius facto non suo defendat? deinde (erumpet enim aliquādo ex me uera uox, & dicā sine contatiōe qđ sentio) si iam uiolentior aliqua in re. C. Cæsar fuisset, si eū magnitudo contentionis, studium gloriæ, præstans animus, excellēs nobilitas aliquo impulisset, qđ in illo uiro & tum feren

dum esset, & maximis rebus quas postea gessit, oblitteran dum, id tu tibi furcifer sumes, & Vatinij latronis ac sacrilegi uox audietur hoc postulantis ut idem sibi concedatur, q̄ Cæsari? Sic enim ex te quæro. Tri. pl. fuisti seiūge te a Cōsule. Collegas habuisti uiros fortis nouē, ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas de cœlo seruare, quos irridebas, quos priuatos esse dicebas, de quibus duos prætextatos sedētes uides te ædilitia prætexta in togam quam frustra cōfeceras, uēdidisse. Tertium scis, ex illo obsesso atq; afflicto Tribunatu Cōsularem auctoritatem hominem esse adolescētem consecutum. Reliqui sex fuerunt, ex quibus partim plane tecum sentiebant, partim mediū quendam cursum tenebant. Omnes habuerunt leges promulgatas multas, in ijs etiam meus necessarius etiam de mea sententia. C. Cosconius iudex noster, quem disrumperis, cum edilitium uides, uolo uti mihi respondeas, nū quis ex toto collegio legem sit ausus ferre præter unum te? Quæ tanta in te fuit audacia? Quæ tanta uis? ut cū tui nouem collegæ sibi timendū esse duxerint, id unus tu emersus e cœno omniū facile hominū infimus, cōtemnendū, despiciendum, irridendum putares? Num quem post urbē conditam scias Tri. pl. egisse cum plebe, cū constaret seruatū esse de cœlo? Simul etiam illud uolo uti rn̄deas cum tribu. pl. esses etiam tum in Rep. lex Helia & Fusia, quæ leges sæpenumero tribunitios furores debilitarunt & represserunt, quas cōtra præter te nemo unq̄ est facere conatus, quæ quidem leges eo anno præsidētibus in templo non duobus consulibus, sed proditoribus huius ciuitatis ac pestibus una cū auspicijs cum intercessionibus, cū omni iure publico conflagrauerūt, Eequando dubitaris contra eas leges cum plebe agere? Nū quem ex oībus Tri. ple, quicūq; seditiosi fuerint, tam audacē audieris fuisse, ut unq̄ contra legem heliam aut fusiam concilium cōuocaret?

Quæro etiam illud ex te conatus ne sis, uolueris ne, denique cogitaris? Est enim res eiusmodi, ut si tibi in mentem modo uenit, nemo sit qui te ullo cruciatu esse indignum putet. Cogitaris ne in illo tuo intolerabili non regno (Nã cupis id audire) sed latrocinio augur fieri pro. Q. Metello, ut tum quicunque te aspexisset, duplicem dolorem gemitumq; susciperet, & ex desiderio clarissimi & fortissimi ciuis, & ex honore turpissimi atq; improbissimi. Adeo ne nõ labefactatã rẽp. te Tribuno, neq; conquassatam ciuitatem, sed captam hanc urbem, atq; euersam putares, ut augurem Vatinium ferre possemus? Hoc loco quæro si id quod concupieras, augur factus esses, in quãtum cogitatiõe nos essemus? qui oderamus, uix dolorem ferebamus. Illi aũt quibus eras in delitijs, uix risum tenebãt. Sed quæro, si ad cætera uulnera, quibus putasti remp. deleri, hanc quoq; mortiferam plagam infixisses auguratus tui, utrum decreturus fueris id quod augures oẽs usq; a Romulo decreuerunt, Ioue fulgente cum populo agi nefas esse, an quia tua semper sic egisses auspicia, fueris auguria dissoluturus? Ac ne diuti⁹ loquar de auguratu tuo, quod inuitus facio, ut recorder ruinas rei pu. Neq; enim te unq̃ stante non modo? maiestate horum, sed etiam urbe augurem fore putasti, ueruntamen ut somnia tua relinquam, ad scelera ueniam. Volo ut mihi respondeas cum. M. Bibulũ cons. non dicam bene de repub. sentiẽtem, ne tu mihi homo potens irascare qui ab eo dissensisti, sed hominem certe nusq̃ progredientem, nihil reipu. molientem, tantum animo ab actionibus tuis dissentientem, cum eum tu consulem in uincula duceres, & a tabula Valeria collegæ tui mitti iuberent, feceris ne ante rostra põtem continuatis tribunalibus, per quem consul Po. Ro. moderatissimus & cõstantissimus sublato auxilio, exclusis amicis, ut perditorũ hominum incitatu turpissimo miserrimoq; spe

Baculo nõ in carcerẽ, sed ad supplicium & ad necem ducẽretur? Quæro num quis ante te tam fuerit nefarius, qui id fecerit? ut sciamus utrum ueterum facinorum sis imitator, an inuentor nouorum? Idemq; tu cum his atq; huiusmodi consilijs ac facinoribus nomine. C. Cæsaris clementissimi atq; optimi uiri, scelere uero atq; audacia tua. M. Bibulum foro, curia, templis, locis omnibus expulisses, inclusum domi contineres, cumq; non maiestate imperij, non iure legũ, sed ianuæ præsidio & parietum custodijs Cõs. uita tegeretur, miseris ne uiatorem, qui. M. Bibulum domo ui extraheret? ut quod est in priuatis semper obseruatum, id te Trib. ple. consulis domus exilium esse non posset. Simul mihi respondeto tu qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos uocas, fueris ne non Trib. pleb. sed intolerandus ex cœno nescio qui aut ex tenebris tyrãnus? qui primum eã rempub, quæ auspicijs inuentis constituta est, ijsdem auspicijs sublatis conarere peruertere. Deinde sanctissimas leges Heliam & Fusiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpitij, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma uixerunt, solus conculcaris, & pro nihilo putaris? Qui cons. morti adieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis tectis conatus sis, qui ex eo magistratu nõ modo emerseris ex mendicitate, sed etiam ex diuitijs nos iam tuis terreas. Fueris ne tanta crudelitate? ut delectos uiros & principes tollere, & delere tua rogatione conareris? cũ enim. L. Vectium qui in Senatu confessus esset se cum telo fuisse Cn. Pom. sũmo & clarissimo ciui suis manibus necẽ afferre uoluisse, in concionem produxeris indicem in rostris in illo inquam augurato templo ac loco collocans, quo auctoritatis exquirendæ causa cæteri Trib. ple. principes ciuitatis duci consueuerunt. Ibi tu indicem Vectium uocem

& linguam suam sceleri & menti tuæ præbere noluisti, ut diceret. L. Vectius in concione tua rogatus a te, se auctores & impulsores socios habuisse sceleris illius eos uiros, q̃bus e ciuitate sublatis, quod tu eo tẽpore moliebare, ciuitas stare non posset. M. Bibulum cuius inclusione contentus non eras, interficere uolueras, spoliaueras consulatu, patria priuare cupiebas. L. Lucullum, cuius tu rebus gestis q̄ ipse ad imperatorias laudes a puero uidelicet spectaras, uehementius inuidebas. Curionem quem perpetuũ hostem improborũ oĩm auctorem publici consilij in libertate communi tuenda maxime liberũ, iuuentuti cum. R. P. coniũctiorem etiam q̃ ab illa ætate postulandũ fuit, delere uoluisti. L. Domitiũ, cuius dignitas & splendor perstringebat oculos cre do Vatini, quem tu propter cõmune odiũ in bonos oderas, in posterũ propter oĩm spem, quæ de illo est, atq; erat ante, aliquanto timebas. L. Lentulum hũc iudicem nostrum flaminem martialem q̄ erat eo tempore Gabinij tui competitor eiusdem Vectij indicio opprimere uoluisti, qui si tum illam labem pestemq; uicisset, quod & tuo scelere non licuit, Resp. uicta non esset. Huius etiam filium eodem indicio & crimine ad patris interitum aggregare uoluisti. Luciũ Paulum qui tum quæstor Macedoniam obtinebat, quem ciuem, quem uirũ, qui duos nefarios patriæ proditores, domesticos hostes legibus exterminarat, hominem ad conseruãdã Rempubli. natũ in idem Vectij indiciũ atq; in eundem hũc numerum congregasti. Quid ergo de me querar? qui etiam gratias tibi agere debeo q̄ me ex fortissimorum ciuium numero seiungendum non putaris? Sed qui fuit tuus ille tantus furor, ut cũ iam Vectius ad arbitriũ tuum perorasset, & ciuitatis lumina notasset, descendissetq; de rostris, eum repente reuocares, colloquerere. Po. Ro. uidente. Deinde

interrogares ecquosnam alios posset nominare? Inculcaris ne etiam ut Ca. Pisonem generum meũ nominaret, qui in summa copia optimorum adolescentium pari continẽtia, uirtute, pietate reliquit neminem. Itemq; M. Laterensem hominem dies ac noctes de laude, & de repub. cogitantẽ. Promulgaris ne impurissime & perditissime hostis quæstionẽ de tot amplissimis & talibus uiris? indici Vectio præmia amplissima, quibus rebus omnium mortalium non uoluntate sed conuitio repudiatis, deinde fregeris in carcere ceruices ipsi Vectio, ne quod indiciũ corrupti indicij extaret, eiusq; sceleris in teipsum quæstio flagitaretur. Et quoniam crebro usurpas legem te de alternis consilijs reijciendis tulisse, ut omnes intelligant te nec recte quidẽ facere sine scelere potuisse. Quæro cum lex esset æqua promulgata initio magistratus multas etiam alias tulisses, expectaris ne cũ. C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum. Q. Claudianum? & posteaq; ille est reus factus, statim tuleris in eum qui tuam post legem reus factus esset, ut homo consularis exclusus miser pũcto tẽporis spoliaretur beneficio & æquitate legis tuæ. Dices familiaritatem tibi fuisse cum. Q. Maximo, p̃clara defensio facinoris tui. Nam Maximi quidem summa laus est sumptis inimicitijs, suscepta causa quæsitore consilioq; delecto, commodiore inimico suo contentionem relictionis dare noluisse, nihilq; Maximus fecit alienũ aut sua uirtute, aut illius familiarissimis clarissimis uiris Paulis, Maximis, Africanis, quorũ gloriam huius uirtute renouatam nõ modo speramus, uerumetiam iam uidemus. Tua fraus, tuum maleficum scelus illud est, te id quod promulgasses misericordiæ nomine ad crudelitatis tempus distulisse. At nũc quidem. C. Antonius hac una re miseriam suã consolatur, quod imagines patris & fratris sui fratrisq; filiam non in familia, sed in carcere collocatã audire maluit q̃ uidere.

q̄ uidere. Quoniam pecuniam aliorum despicis, de tuis diuitijs intolerantissime gloriaris, uolo uti mihi respondeas, Feceris ne fœdera Tribu. ple. cum ciuitatibus, cũ regibus, cum tetrarchis? erogaris ne pecunias ex ærario tuis legib⁹? eripueris ne partbis illo tempore carissimis partim a Cæsare, partim a publicanis? Quæ cum ita sint, quæro ex te sis ne ex pauperrimo diues factus in illo ipso ãno, quo lex lata est de pecunijs repetundis acerrime? ut omnes intelligere possent, a te non modo nostra acta, quos tyrãnos uocas, sed etiam amicissimi tui legem esse cõtemptam, apud quẽ etiã tu nos criminari soles, qui illi simus amicissimi cui tu cõtumeliosissime totiens maledicas, quotiens illius affinem te esse dicis. Atq; etiam illud scire ex te cupio, quo cõsilio aut qua mente feceris ut in epulo Q. Arij familiaris nostri cũ toga pulla accumberes? quem unq̃ uideris? quem audieris? quo exemplo? quo more feceris? dices supplicationes te illas non probasse, optime, nullæ fuerint supplicationes. Vides ne me nihil de anni illius causa, nihil de eo quod tibi cũ summis uiris cõmune esse uideatur, sed de tuis proprijs sceleribus ex te quærere? nulla supplicatio fuerit, cedo, quis unq̃ cœnauit atratus? Ita enim illud epulum fac esse funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Sed exornetur epulum. Popu. Roma. festo die, argento, ueste, omni apparatu ornatuq; uisendo, quis unq̃ in luctu domestico, quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla? cui de balneis exeunti præter te toga pulla data est? cum tot hominum milia accumberent. Cum ipse epuli etiam dominus. Q. Arius albatus esset, tu in templum Castoris te cum. C. Fidulo atrato cæterisq; tuis furijs funestum intulisti. Quis tum non ingemuit? quis non doluit reipublicæ casum? Quis sermo alius in illo epulo fuit, nisi hanc tantam & tam grauem ciuitatem subiectã eẽ non modo furori, ue-

rum etiam irrisioni tuæ? Hunc tu morē ignorabas? Nunquā epulum uideras? nunquam puer aut adolescēs inter coeuos fueras? Fausti adolescentis nobilissimi pauloante ex epulo magnificentissimo famem illam ueterem tuam non expuleras? quem accumbere atratum uideras, dominū cum toga pulla & eius amicos ante conuiuium? Quæ te tanta tenuit insania? ut tum nisi id fecisses, quod fas non fuit, nisi uiolasses templum Castoris nomen epuli, oculos ciuium, morem ueterem, eius qui te inuitarat auctoritatem, parum putares testificatum esse supplicationes te illas non putare? Quæro illud etiam ex te quod priuatus admisisti, in quo certe iam tibi dicere non licebit, cum clarissimis uiris causam tuam esse coniunctā, postulatus ne sis lege Licinia & Iunia, edixerit ne Mēmius prætor, ex ea lege, ut adesses die. xxx. cū is dies uenisset feceris ne quod in hac republica non modo factū antea unquam fuerat, sed in omni memoria sit omnino inauditum? appellaris ne tribu. pleb. ne causam diceres, leuius dixi, quanquam idipsum esset & nouum & non ferendum. sed apellaris ne nominatim pestem illius anni, furiam patriæ, tempestatem reipubli. Clodium? qui tamen cum iure, cum more, cum potestate iudicium impedire non posset, rediijt ad illam uim & furorem suum, ducemque se militibus tuis præbuit. In quo ne quid a me dictū in te potius putes, quam abs te esse quæsitum, nullum onus imponam mihi testimonij. Quæ mihi breui tempore ex eodem isto loco uideo esse seruanda, uel dicenda, seruabo. teque non arguam, sed ut in cæteris rebus feci, rogabo. Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post urbem conditam tribu. pleb. appellarit ne causam diceret? Num quis reus in tribunal sui quæsitoris ascenderit, eumque ui deturbarit, subsellia dissiparit, urnas deiecerit, easque denique omnes res in iudicio deturbādo commiserit? Quarum rerum causa iudicia sunt constitu

Id. Scias ne tum fugisse Memmium, accusatores esse tuos de tuis tuorumq; manibus ereptos. Iudices quaestionum de proximis tribunalibus esse depulsos, in foro, in luce inspectāte. Po. Ro. quaestionē magistratus, morem maiorū, leges, iudices, rerū poenam esse sublatam. Haec omnia scias ne diligentia, Volo etiam audire de te, quo tandem Senatusc͞sul to legatus sis. De gestu intelligo quid respondeas, tua lege dicis. Es ne igitur patriae certissimus parricida? sperauras ne id ut patres cōscrip. ex repu. funditus tollerētur. Ne haec quidem Senatui relinquebas, quae nemo unq̄ ademit, ut legati ex eius ordinis auctoritate legarētur? Adeo ne tibi sordidum consiliū publicū uisum est? Adeo afflictus Senatus? Adeo misera & prostrata resp. ut non nuncios pacis ac belli, nō curatores, nō interpretes, nō bellici consilij auctores, nū ministros muneris pronincialis Senatus more maiorum deligere possit? Eripueras Senatui prouinciae decernendae potestatē. Imperatoris deligēdi iudicium. aerarij dispēsationem, quae nunquam sibi Po. Roma. appetiuit, qui nunquā haec a summi cōsilij gubernatione auferre conatus est. Age factum est horū aliquid in alijs raro, sed tamen factū est, ut populus deligeret imperatorē. Quis legatos unquam audiuit sine Senatusconsulto, añ te nemo, post te continuo fecit idem ī duobus prodigijs reipublicae Clodius, quo etiam es maiore malo mulctandus, q̄ non solum facto tuo, sed etiā exemplo rempu. uulnerasti, neq; tantum es contentus improbus esse, sed etiam alios docere uoluisti. Atq; etiā illud a te audire cupio, quare cum legem ego de ambitu tulerim & Senatusconsulto tulerim salua lege Helia & fusia, tu eam esse legem non putes, praesertim cum ego legibus tuis quoquo modo latae sint, paream? At si omnia haec contemnis ac despicis, q̄ ita tibi persuaseris, ut palam dictitas, te

dijs hominibusq; inuitis amore in te incredibili quodam Cæsaris, omnia quæ uelis consecuturum, ecquid audierit, ecquisnam tibi dixerit, Cæsarem nuper Aquileiæ, cum de quibusdam esset mentio facta esse dixisse. C. Alsium præto rem nõ esse factum permoleste tulisse, q in homine summã fidem probitatemq; cognósceret, grauiterq; etiam se ferre prætorem aliquem esse factum, qui a suis rationibus dissen sisset, tum quæsisse quendam de Vatinio quemadmodum ferret? ipsum respondisse Vatinium in Tribunatu gratis nihil fecisse, qui omnia in pecunia posuisset, honore æquo animo carere debere; q si ipse qui te suæ dignitatis augendæ causa periculo tuo nullo suo delicto ferri præcipitem, est facile passus, tamẽ te omni honore indignissimum iudicat, si te uicini, si te affines, si te tribules ita oderunt, ut repulsam tuam triũphũ suũ duxerint, si nemo aspicit quin inge miscat, nemo mentionem facit, quin execretur. Si uitant, fugiunt, audire de te nolunt, cum uiderint tanquam auspiciũ malum detestantur. Si cognati respuunt, uicini metuunt, affines erubescunt, si Romæ denique ab ore improbo demigrarũt, & alijs iam se locis collocarunt, si es odium publicum populi, Senatus, uniuersorum hominũ, quid est quãobrem præturam potius exoptes, q̃ mortem? præsertim cũ popularem te uelis esse? neq; ulla in re populo gratius facere possis? Sed ut aliquando audiam, quam copiose mihi ad interrogata respondeas, concludam iam interrogationem meam teq; in extremo de ipsa causa rogabo. Quæro quæ tãta in te uanitas, tanta leuitas fuerit, ut Titum Annium iisdem uerbis laudares quibus eum laudare & boni uiri, & boni ciues consueuerunt? cum in eundem nuper cupidissime falsum testimonium dixeris? An erit hæc optio & potestas tua? ut cum Clodianas operas & facinorosorum hominum manum uideris, Milonem dicas gladiatoribus & be-

ſtiarijs obſediſſe Rempublicam? Cum autem ad tales homines ueneris non audeas ciuem ſingulari uirtute, fide, conſtantia uituperare? Sed cum Titum Annium tantopere laudes & clariſſimo uiro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, in illorum enim numero mauult Titus Annius eſſe qui a te uituperatur, uerumetiam quæro cum in republica adminiſtranda Tito Annio, cum P. Sextio cõſiliorum omnium ſocietas fuerit, qui poſſis eos quos crimine coniugis teſtimonio diſiungere? non arguo inconſtantiam orationis ac teſtimonij tui, ne quid tibi auctoritatis a me tributum eſſe uideatur.

M.T.C. PRO MARCO CAELIO ORATIO.

I QVIS IVDICES FORTE nunc adſit ignarus legum, iudiciorum, conſuetudinis ueſtræ, miretur ꝑfecto, quæ ſit tanta atrocitas huiuſce cauſæ, ꝙ diebus feſtis ludiſq; publicis, omnibus negocijs forẽſibus intermiſſis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas ſtare non poſſit. Idem cum audiat eſſe legem, quæ de ſeditioſis ſceleratiſq; ciuibus, ꝗ armati Senatũ obſederint, magiſtratibus uim attulerint, Rempubli. oppugnarint, quotidie quæri iubeat, legem nõ improbet, crimen quod uerſetur in iudicio requirat, cũ audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam uim in iudiciũ uocari, ſed adoleſcentem illuſtri ingenio, induſtria, gratia accuſari ab eius filio quem ipſe in iudiciũ & uocet, & uocarit. Oppugnari autem hunc opibus meretricijs, Atacini illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet. Vos laborioſos exiſtimet, quibus ocioſis

mei cōi quidē ocio liceat esse. Etenim si attēdere diligenter & existimare uere de oī hac causa uolueritis, sic constitue-tis iudices, nec descensurum quenq̄ ad hanc accusationem fuisse, cui utrū uellet, liceret, nec cū descendisset, quicq̄ ha-biturū spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine, & ni-mis acerbo odio niteretur. Sed ego Atacino humanissimo, atq; optio adolescenti meo necessario ignosco, q̄ habet excu-sationē uel pietatis, uel necessitatis, uel ætatis. si uoluit ac-cusare pietati tribuo. Si iussus est necessitati, si sperauit ali-q̄d pueritiæ. Cæteris nō mō nihil ignoscēdū, sed etiā ē acri-ter resistendū. At mihi quidē uidetur iudices hic introitus defensionis adolescentiæ M. Cælij maxime cōuenire, ut ad ea quæ accusatores deformādi huius cā, detrahēdæ spolian-dæq; dignitatis gratia dixerūt primum rñdeam. Obiectus est pater uarie, q̄ aut parū splendidus ip̄e, aut parū pie tra-ctatus a filio diceretur. De dignitate Cælius notis ac maio-ribus natu ēt sine mea orōne tacitus facile ip̄e rñdet. Qui-bus aūt propter senectutē q̄ iam diu minus in foro nobiscū quoq; uersatur, nō æque ē cognitus. Hi sic habeāt quæcūq; in equite Ro. dignitas esse possit, quæ certe pōt eē maxima, eam semper in M. Cælio habitā esse summā, hodieq; habe-ri non solū a suis, sed etiā ab oībus quibus potuerit aliqua de causa esse notus. Equitis aūt Ro. esse filiū criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicātibus oportuit, neq; defendētibus nobis. nā quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudiciū certe parentis. quid nos opinemur, audietis ex iuratis, quid parēes sentiāt, lachry-mæ matris icredibilisq; mœror, squallor patris, et hæc præ-sens mœstitia quā cernitis luctusq; declarat. Nā q̄d est obie-ctū municipibus esse adolescētē non probatum suis, nemini unquā p̄senti puteolani maiores honores habuerūt, q̄. M. Cælio, quē absentē in amplissimū ordinem cooptauerunt,

& ea nō petēti detulerūt, quæ multis petētibus denegarūt, iidemq; nūc lectissimos uiros, & nostri ordinis, & equites Ro. cū legatione ad hoc iudiciū, & cum gratissima atq; ornatissima laudatione miserūt. Videor mihi iecisse fundamēta defensionis meæ, quæ firmissima sunt si nitātur iudicio suorū, neq;.n. uobis satis cōmendata huius ætas eē posset, si non mō parenti tali uiro, uerumetiā municipio tam illustri, ac tam graui displiceret. Equidē ut ad me reuertar ab his fontibus profluxi ad hominū famam, & meus hic forensis labor uitæq; rō dimanauit ad existimationem hominū paulo latius cōmēdatione ac iudicio meorū. Nam quod obiectū est de pudicitia, ꝙq; omnium accusatorum non criminibus sed uocibus maledictisq; celebratum est, id nunq̄ tam acer be feret .M. Cælius, ut eum pœniteat nō deformem esse natum. Sunt etenim ista maledicta peruulgata in oēs, quorū in adolescētia forma, & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud est accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste cōfirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius iactatur, cōuitium, si facetius, urbanitas nominatur, quam quidem partem accusationis admiratus sum & moleste tuli potissimum esse Atacino datam, neque enim decebat, neque ætas illa postulabat, neque id quod animaduertere poteratis pudor patiebatur optimi adolescentis in tali illum oratione uersari. uellē aliquis ex uobis illustrioribus hunc maledicendi locum suscœpisset aliquanto liberius, & fortius, & magis more nostro refutaremus istā maledicendi licētiā. tecū Atacine agā lenius qđ & pudor tuus moderatur orationi meæ, & meū erga te parentēq; tuum beneficium tueri debeo, illud tamē te esse admonitū uolo primū qualis es talem te existimes, ut quantum a rerum turpitudine abes tantū te a uerborum li

bertate seiungas. deinde ut ea in alterum ne dicas, quæcunque tibi falso responsa sint, erubescas. quis est enim cui uia ista non pateat, cui isti ætati non possit quamuis uelit petulanter etiam si sine ulla suspitione sine argumento maledicere? sed istarum partium culpa est eorum qui te agere uoluerunt, laus pudoris tui quod ea te inuitum dicere uidebamus, ingenij quod ornate politeque dixisti. Verum ad istam omnem orationem breuis est defensio, nam quoad ætas. M. Cælij dare potuit suspitionis locum, fuit primum ipsius pudore deinde etiam patris diligentia disciplinaque munita. Qui ut huic uirilem togam dedit, nihil dicam hoc loco, de me tantum sit quantum uos existimatis. hoc dicam hunc a patre cõtinuo ad me esse deductum. Nemo hunc Marcum Cælium in illo ætatis flore uidit, nisi aut cum patre, aut mecum, aut in Mar. Crassi castissima domo cum artibus honestissimis erudiretur. nam quod Catilinæ familiaritas obiecta est Cælio longe ab ista suspitione abhorrere debet. Hoc enim adolescente scitis consulatum mecum petisse Catilinam, ad quem si accessit, aut si a me discessit unquam (quanquam boni adolescentes illi homini nequam atque improbo studuerunt) tum existimetur Cælius Catilinæ nimium familiaris fuisse. At enim postea scimus & uidimus esse hũc in illius amicis, quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum sua sponte infirmum aliorum libidine infestum est, id hoc loco defendo, fuit assiduus mecum prætore me, non nouerat Catilinam, Africam tum prætor ille obtinebat, secutus est annus, causam de pecunijs repetundis Catilina dixit, mecũ erat, hic illi ne aduocatus quidem uenit unquã, deinceps fuit annus quo ego consulatum petiui, petebat Catilina mecum, nunquam ad illũ accessit a me, nunquam recessit, tot igitur annos uersatus in foro sine suspitione sine infamia studuit Catilinæ iterum petenti, quem ergo ad finem custodiendam putas illam ætatẽ

fuisse? nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga constitutus, & ut exercitatione ludoq; campestri tunicati uteremur eadēq; erat, si statim mereri stipēdia cœperamus castrensis ratio ac militaris, qua in ætate nisi qui se ipse sua grauitate & castimonia, & cum discipli na domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderet quoquo modo a suis custoditus esset, tamen infamiam uerā effugere non poterat. sed qui prima illa initia ætatis integra, atq; inuiolata præstitisset, de eius fama ac pudicitia cū is iam se corroborauisset ac uir inter uiros esset, nemo loquebatur, studuit Catilinæ, cum iam aliquot annos esset in foro Cælius, & multi hoc idem ex hoc ordine, atq; ex omni ætate fecerunt, habuit enim ille sicuti meminisse uos arbitror per multa maximarum non expressa signa, sed adumbrata uirtutum. utebatur hominibus improbis multis, & quidē optimis se uiris deditū esse simulabat, erāt eīm apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli ac laboris, flagrabant uitia libidinis apud illū, Vigebant etiā studia rei militaris, neque ego fuisse unquā tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrarijs diuersisq; inter se repugnantibus naturæ studijs cupiditatibusq; conflatum. Quis clarioribus uiris quodam tempore iucundior? quis turpioribus coniunctior? quis ciuis meliorum partium aliquando? quis tetrior hostis ciuitati huic? quis in uoluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate auarior? quis in largitione effusior? illa uero iudices in illo homine mirabilia fuerunt, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, seruire temporibus, suorum omnium pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam si opus esset audacia, uersare suam naturam & tegere ad tempus, atq; huc & illuc torquere ac flectere, cum tristibus seuere,

cum remissis iucunde, cum senibus grauiter, cum iuuentute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriose uiuere. Hac ille tam uaria multiplicique natura cũ omnis omnibus ex terris homines improbos audacesq; collegerat, cũ etiam multos fortes uiros & bonos specie quadã uirtutis assimulatæ tenebat, neq; unquam ex illo tollendi huius imperij tam concitatus impetus extitisset, nisi tot uitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis & patiẽtiæ radicibus niteretur. quare ista conditio iudices respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat, est enim cõmune cum multis & cũ quibusdam etiam bonis, me ipsum me inquam quondam pene ille decœpit cum & ciuis mihi bonus & optimi cuiusq; cupidus & firmus amicus & fidelis uideretur, cuius ego facinora oculis prusq; opinione, manibus anteq; suspitione deprehendi. Cuius in magnis cateruis amicorũ si fuit etiam Cælius magis est ut ipse moleste ferat errasse se sicut & nonnunq; in eodem homine me quoq; erroris mei pœnitet q; ut istius amicitiæ crimen reformidet. Itaq; a maledictis pudicitiæ, ad coniurationis inuidiam oratio est uestra delapsa. Posuistis enim atque id tamen titubanter & strictim coniurationis hũc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse, in quo non modo crimen non hærebat, sed uix diserti adolescentis cohærebat oratio. Qui enim tantus furor in Cælio? quod tantum aut in moribus naturaq; uulnus aut in re atq; fortuna? ubi deniq; in ista suspitione est Cælij nomẽ auditum? Nimium multa de re minime dubia loquor, hoc tamen dico. Non modo si socius cõiurationis, sed nisi inimicissimus istius sceleris fuisset, nunq; coniurationis accusatione adolescẽtiam suam potissimũ commẽdare uoluisset. Quod haud scio an de ambitu & de criminibus istius sodaliũ ac sequestriũ, quoniam huc incidi, similiter respondendum putem. Nunquam enim tam

Cælius amens fuiſſet, ut ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret, neq; enim eius facti in altero ſuſpitionē quæreret, cuius ipſe ſibi perpetuam licentiam optaret. Nec ſi ſibi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterū ambitus crimine accerſeret. Quod quamquam nec ſapienter & me inuito facit, tamē eſt eius omnino ita cupidus, ut magis inſectari alterius innocentiam, q̃ de ſe timide cogitare uideatur. Nam ꝙ æs 17.
alienum obiectum eſt, ſumptus reprehenſi, tabulæ flagitatæ, uidete q̃ pauca reſpondeam. Tabulas qui in patris poteſtate eſt, nullas confecit. Verſuram nunquam omnino fecit ullam. ſumptus unius generis obiectus eſt habitationis. xxx. milibus dixiſtis eum habitare. Nunc demū intelligo. P. Clodij inſulam eſſe uenalem, cuius hic in ædiculis habitet, decem ut opinor milibus. Vos aūt dū illi placere uultis, ad tempus ei mendaciū ueſtrū accōmodauiſtis. Reprehendi 18.
ſtis a patre ꝙ ſemigrarit. Quod quidem iā in hac ætate minime reprehēdendū eſt, qui cū ex Reip. cauſa iam eſſet, mihi quidē moleſtam, ſibi tn̄ glorioſam uictoriā conſecutus, & per ætatem magiſtratus petere poſſet, nō modo ꝑmittente patre, ſed etiā ſuadente ab eo ſemigrauit. & cū domus patris a foro lōge abeſſet, quo facilius et noſtras domos obire, & ipſe a ſuis coli poſſet, cōduxit in palatio nō magnam domū, quo loco poſſum dicere id qđ uir clariſſimus. M. Craſſus cū de aduentu regis Ptolomæi quereretur pauloāte dixit. Vtinam ne in nemore pelio. Ac longius quidem mihi cōtexere hoc carmen liceret. Nam nūquam hera errans hanc moleſtiam nobis exhiberet Medea animo ægra, amore ſeuo ſaucia. Sic enim iudices reperietis, ꝙ cū ad id loci uenero, oſtendam hanc palatinam Medeam migrationemq; huic adoleſcenti cauſam ſiue malorum omnium ſiue potius ſer

monum fuisse. quamobrem illa quæ ex accusatorum oratione præmuniri iam & fingi intelligebã, fretus uestra prudentia iudices nõ pertimesco. Aiebant enim fore testem Senatorẽ, qui se põtificijs comitijs pulsatum a Cælio diceret. A quo quæram si prodierit primũ, cur statim nihil egerit. Deinde si id quæri ꝗ agere maluerit, cur productus a uobis potius ꝗ ipse per se? cur tãto post potius ꝗ cõtinuo quæri maluerit, si mihi ad hæc acute arguteq; responderit, tũ quærã deniq; ex quo iste fõte senator emanet, nã si ipse orietur & nascetur ex sese, fortasse, ut soleo cõmouebor. Sin autẽ est riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis uestræ, lætabor cum tanta gratia, tantisq; opibus accusatio uestra nitatur, unum Senatorẽ solũ esse qui uobis gratificari uellet, inuentũ. Nec tñ illud genus alterũ nocturnorum testiũ pertimesco. Est enim dictũ ab illis fore qui dicerẽt uxores suas a cœna redeuntis attrectatas esse a Cælio, graues erũt hoĩes, qui hoc iurati dicere audeant, cũ sit his confitendũ nũquã se ne congressu quidem & constituto cœpisse de tantis iniurijs experiri. Sed totũ genus oppugnationis huius iudices & iam prospicitis animis, & cũ inferetur propulsare debetis. nõ enim ab ijsdem accusatur. M. Cælius a quibus oppugnatur, palã in eum tela iaciuntur, clam subministrãtur. Neq; id ego dico ut inuidiosum sit in eos ꝗbus gloriosum, hoc etiã esse debet, fungũtur officio, defendũt suos, faciunt quod uiri fortissimi solẽt, læsi dolẽt, irati efferũtur, pugnant lacessiti. Sed uestræ sapiẽtiæ tamẽ est iudices non si causa iusta est uiris fortibus oppugnãdi. M. Cælium, ideo uos quoq; causam putare esse iustam alieno dolori potius ꝗ uestræ fidei consulendi, quæ sit multitudo in foro, quæ genera, quæ studia, quæ uarietates hominũ uidetis. Ex hac copia ꝗ multos esse arbitramini, qui hominibus potentibus gratiosis, disertis cũ aliquid eos uelle ar-

bitrētur, ultro se offerre soleāt, operam nauare, testimoniū polliceri. hoc ex genere si qui se in hoc iudiciū forte proiecerint, excludito te eorū cupiditatem iudices sapientia uestra, ut eodem tempore huius saluti & religioni uestræ & contra periculosissimas hoīm potentias cōditioni oīm ciuium prouidisse uideamini. Equidem uos abducā a testibus, neq; huius iudicij ueritatem, quæ mutari nullo modo pōt, in uolūtate testiū collocari sinam, quæ facillime effingi, nullo negocio flecti & detorqueri potest, argumētis agem⁹, signis luce omni clarioribus crimina refellemus, res cū re, causa cū causa, ratio cū ratione pugnabit. Itaque illam partē causæ facile patior grauiter & ornate a. M. Crasso peroratā, de seditionibus Neapolitanis, de Alexandrinorū pulsatiōe puteolana. de bonis Pallæ. uellem dictū esset ab eodē etiam de dione, De quo ipso tamen quid est quod expectetis, q̃ is q̃ fecit, aut non timet, aut etiam fatetur? Est enim reus qui dictus est & adiutor fuisse & conscius. P. Ascitius, is iudicio est liberatus. Quod igitur est eiusmodi crimen, ut qui commisit non neget, qui negauit, absolutus sit? Id hic pertimescat, qui non mō a facto, uerūetiam a conscientiæ suspitiōe absfuit? Et si Ascitio causa plus profuit, q̃ nocuit inuidia, huic oberit tuū maledictum, qui istius facti non modo suspitione, sed ne infamia q̃dem est aspersus. At præuaricatione est Ascitius liberat⁹, perfacile est isti loco rn̄dere mihi præsertim a quo illa cā defensa est. Sed Cælius optimam causam Ascitij esse arbitratur. Cuiusmodi aūt sit, a sua putat esse seiunctam, neque solum Cælius sed etiam adolescentes humanissimi & doctissimi rectissimis studijs, atque optimis artibus præditi Titus Caius q; coponij qui ex omnibus maxime dionis mortem doluerunt, qui cum doctrinæ studio atq; humanitatis, tū etiam hospitio Dionis tenebātur. Habitabat is apud. L. Luceium ut audistis, fuerat ei cognitus

Alexandriæ. Quid aut hic aut summo splendore præditus frater eius de Marco Cælio existimet, ex ipsis si producti erũt, audietis. Ergo hæc remoueantur, ut aliquando in quibus causa nititur ad ea ueniamus. Animaduerti eñ iudices audiri a uobis meum familiarem Herennium perattente, in quo & si magna ex parte ingenio eius & dicendi genere quodã tenebamini, tamen nonnũquam uerebar ne illa subtiliter ad criminandũ inducta oratio animos uestros sensim ac leniter accenderet. Dixit enim multa de luxuria, multa de libidine, multa de uitiis iuuentutis, multa de moribus, ut qui in reliqua uita mitis esset, & in hac suauitate humanitatis qua prope iã delectant hoies uersari periucũde soleret, fuerit hac in causa pertristis qdam patruus, censor, magister, obiurgauit. M. Celiũ, sicut neminem unquã parens. Multa de incontinentia intemperantiaq; disseruit. Quid quæritis iudices? Ignoscebam uobis attente audientibus, propterea ꝙ egomet tam triste illud & tam asperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit illa, quæ me minus mouebat, fuisse meo necessario Bestiæ Cæliũ familiarem, cœnasse apud eũ, uentitasse domum, studuisse præturæ. Non me hæc mouent quæ perspicue falsa sunt. Etem̃ eos una cœnasse falso dicit, q aut absunt, aut qbus necesse ẽ idẽ dicere. Neque uero me illud commouet, ꝙ sibi in lupercis sodalem esse Cæliũ dixit. fera quædam sodalitas & plane pastoritia atq; agrestis germanorũ lupercorum, quorũ coitio illa siluestris ante est instituta, q̃ humanitas atque leges. Siquidem non mõ nomina deferũt inter se sodales, sed etiã commemorant solalitatem in accusando, ut ne si qs id forte nesciat, timere uideat. Sed hæc omittã, ad illa quæ me magis mouerũt respõdeo, delitiarũ obiurgatio fuit lõga, & ea lenior, plusq; disputatiõis habuit q̃ atrocitatis, quo etiam audita est attẽtius. Nã Publius Clodius amicus meus cũ se

grauiſſime uehementiſſimeq́; iactaret, & omnia inflamma tus ageret triſtiſſimis uerbis uoce maxima, tametſi proba bam eius eloquentiã, tamen nõ pertimeſcebã. Aliquot enim in cauſis eũ uideram fruſtra litigantem. Tibi autem Balbe reſpondeo. primũ precario ſi licet ſi fas eſt defendi a me eũ, qui nullũ conuiuiũ ciuium renuerit, qui unguenta ſumpſe rit, qui Baias uiderit. Equidem multos & uidi in hac ciui tate & audiui non mõ qui primoribus labris guſtaſſent ge nus hoc uitæ, & extremis ut dicitur digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam uoluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicĩt recœpiſſe, gra uiſque homines atque illuſtres fuiſſe Datur enim conceſſu omniũ huic aliquis ludus ætati, & ipſa natura profundit adoleſcentiæ cupiditates, quæ ſi ita erũpũt ut nulli⁹ uitam labefactent, nullius domũ euertant, faciles & tolerabiles haberi ſolẽt. Sed tu mihi uidebare ex communi infamia iu uentutis aliquam inuidiam Cælio uelle conflare. Itaq; om ne illud ſilentiũ, quod eſt orationi tuæ tributum, fuit ob eã cauſam, q̃ uno reo propoſito de multorum uitijs cogitaba mus. facile eſt accuſare luxuriem. Dies iã me deficiet ſi quæ dici in eam ſentẽtiã poſſunt, coner exprimere. De corrupte lis, de adulterijs, de proteruitate, de ſumptibus immenſa oratio eſt, ut tibi reum neminem, ſed uitia proponas. Res ta men ipſa & grauiter accuſari poteſt. Sed ueſtræ ſapientiæ eſt iudices non abduci ab reo nec quos aculeos habeat ſeue ritas grauitasq́; ueſtra, cum eos accuſator erexit, in rem, in uitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in re um, cum is non ſuo crimine, ſed multorũ uitio ſit in quod dam odium iniuſtum uocatus. itaq; ſeueritati tuæ ut opor tet, ita reſpondere non audeo. Erat enim meum deprecari uacationem adoleſcentiæ ueniamq́; petere, non inquam au deo, perfugijs nõ utor ætatis, conceſſa cibus iura dimitto,

tantũ peto, ut si qua est inuidia cõmunis hoc tempore æris alieni, petulantiæ, libidinum, iuuentutis, quam uideo esse magnam, ne huic aliena peccata ne ætatis ac temporũ uitia noceant. Atq; ego idẽ qui hæc postulo, quin criminib9 quæ in hunc ꝓprie conferũtur diligentissime respondeam, non recuso. Sunt aũt duo crimina auri & ueneni, in q̃bus una atq; eadẽ ꝑsona urgetur. Aurũ sumptũ a Clodia. Venenum quæsitũ quod Clodiæ daretur dicitur. Oĩa sunt alia nõ crimina, ꝟ maledicta iurgij petulãtis magis q̃ publicæ q̃stionis, adulter, impudicus, sequester conuitiũ est nõ accusatio. Nullũ est.n. fundamentũ horũ criminũ, nulla sedes, uoces sunt cõtumeliosæ temere ab irato accusatore, nullo auctore emissæ. Horũ duorũ criminũ uideo fontem, uideo auctorẽ, uideo certũ nomen & caput. Auro opus fuit, sumpsit a Clodia, sumpsit sine teste, habuit q̃diu uoluit. Maximũ uideo signũ cuiusdã egregiæ familiaritatis. Negare eidẽ noluit. Quæsiuit uenenũ, sollicitauit quos potuit, parauit locũ, cõstituit, attulit. Magnum rursum odiũ uideo cum crudelissimo dissidio extitisse. Res est oĩs in hac causa nobis iudices cum Clodia muliere non solũ nobili, sed etiam nota, de qua ego nihil dicam nisi depellẽdi criminis causa. Sed intelligis pro tua præstanti prudẽtia Cn. Domiti cũ hac sola rem esse nobis, quæ si se aurũ Cælio cõmodasse nõ dicit, si uenenũ ab hoc sibi paratũ esse nõ arguit, petulanter facimus si matrẽfamilias secus q̃ matronarũ sanctitas postulat, nominamus. Sin ista muliere remota, nec crimen ullum nec opes ad oppugnandũ Cæliũ illis relinquẽtur, q̃d est aliud quod nos patroni facere debeamus, nisi ut eos qui insectãtur, repellamus? Quod quidem facerẽ uehemẽtius nisi intercederent mihi inimicitiæ cũ istius mulieris uiro, fratrem uolui dicere. Semꝑ hic erro, nũc agam modice, nec longius ꝓgregiar q̃ me mea fides & causa ipsa coget, neq;.n. muliebres

unquam

unq̃ inimicitias mihi ger[illegible]das putaui præsertim cũ ea, quã oẽs semper amicã omniũ potiusq̃ cuiusq̃ inimicã putaue-rũt. sed tñ ex ipsa q̃ram prius utrũ me secũ seuere & graui ter & prisce agere malit, an remisse & leniter & urbane. Sin illo austero more ac mõ aliq̃s mihi ab ĩferis excitãdus ẽ ex barbatis illis nõ hac barbula qua ista delectatur, sed illa horrida, quã in statuis antiquis et imaginibus uidemus, q obiurget mulierẽ & ꝑ me loquatur, ne mihi ista forte suc-censeat. Existat igitur ex hac ipsa familia aliq̃s ac potissimũ cæcus ille, minimũ.n. dolorẽ capiet qui istã non uidebit, qui profecto si extiterit sic aget, & sic loquetur. Mulier q̃d ti-bi cũ Cælio? quid cũ homine adolescẽtulo? quid cum alieno? Cur aut tam familiaris huic fuisti, ut aurũ cõmodares? aut tam inimica, ut uenenũ timeres? num patrẽ tuũ uideras nõ patruũ? non auũ? proauũ, atauũ audieras cõsules fuisse. Nõ deniq̃ modo te. Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas clarissimi & fortissimi uiri patriæq̃ amantissimi? qui si-mul ac pedem limine extulerat, omnis prope ciuis uirtute, gloria, dignitate superabat? cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, Cur tibi Cælius, tam con-iunctus fuit? cognatus? affinis? uiri tui familiaris? nihil ho rum. Quid igitur fuit nisi quædã temeritas ac libido? Non-ne te si nostræ imagines uiriles non commouebant, ne pro-genies quidem mea Quinta illa Claudia emulam domesti-cæ laudis in gloria muliebri esse admonebat? non Virgo il-la uestalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem ab inimico Tri. pleb. de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna uitia potius q̃ bona paterna, & auita, & usq̃ a nobis cum in uiris, tum etiã in fœminis repetita mouerũt? Ideo ne ego pacẽ Pyrrhi diremi, ut tu amorũ turpissimorũ quotidie fœdera ferires? Ideo aquã adduxi, ut ea tu inceste uterere? ideo uiam muniui, ut eam tu alienis uiris comitata

hæc deserta uia & inculta atq; interclusa iam frōdibus & uirgultis relinquatur. Detur aliquid ætati, sit adolescentia liberior, non omnia uoluptatibus denegentur. Non semper superet uera illa & directa ratio. Vincat aliquando cupiditas uoluptasq; rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioq; teneatur. parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atq; famam, ne probrū castis, labem integris, infamiam bonis inferat, ne quē interimat, ne intersit insidijs, scelere careat. Postremo cum paruerit uoluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atq; ad inanes adolescentiæ cupiditates, reuocet se aliquando ad curā rei domesticæ, rei forensis, Reipublicæ ut ea quæ ratione antea non prospexerat, satietate abiecisse, experiēdo contempsisse uideatur. At multi & nostra & patrum maiorumq; memoria iudices summi homines, & clarissimi ciues fuerunt, quorum cum adolescentiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ uirtutis firmata iam ætate extiterunt. Ex quibus neminem mihi necesse est nominare. Vosmet uobiscū recordamini. Nolo enim cuiusquam fortis atq; illustris uiri, ne minimum quidem erratū cum maxima laude coniungere. Quod si facere uellem, multi a me summi atq; ornatissimi uiri prædicarētur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur, quæ multis postea uirtutibus obtecta adolescentiæ qui uellet excusatione defenderet. At uero in Mar. Cælio (dicam enim iam confidentius de studijs eius honestis, quædam audeo uestra quadam fretus sapientia libere confiteri) nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullum æs alienum, nulla conuiuiorum ac lustrorum libido, quod quidem uitium uētris & gutturis, non modo non minuit ætas hominibus,

sed etiam auget. Amores autē & hæ delitiæ quæ uocantur, quæ firmiore animo præditis diutius moleste non solēt esse, mature enim & celeriter deflorescunt, nunq̄ hunc occupatum impeditumq; tenuerunt. Audistis cum pro se diceret, Audistis ātea cum accusaret, defendendi causa hæc nō glo riandi eloquor. genus orationis, facultatem, copiam sententiarum, atq; uerborum, quæ uestra prudentia est, perspexistis. Atq; in eo nō solum ingeniū elucere eius uidebatis, qđ sæpe etiā si industria non alitur, ualet tamē ipsum suis iuribus. Sed inerat (nisi me propter beniuolentiam forte fallebat) oratio & bonis artibus istituta & cura & uigilijs elaborata. atq; scitote iudices eas cupiditates, quæ obijciūtur Cælio, atq; hæc studia de quibus disputo, nō facile in eodē homine esse posse. Fieri enim non potest, ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, spe nimia, copia, inopia etiam nonnūquam impeditus, hoc quicqd est quod nos facimus in dicēdo non mō agendo, uerūetiam cogitando, possit sustinere. An uos aliam causam esse ullā putatis cur in tantis præmijs eloquentiæ, tanta uoluptate dicendi, tāta laude, tāta gratia, tāto honore, tam sint pauci semperq; fuerint, q in hoc labore uersentur? Omittendæ sunt omnes uoluptates, relinquenda studia delectatiōis, ludus, iocus, conuiuiū, sermo etiā pene oīm familiariū deserendus. Quæ res in hoc genere hoīes a labore studioq; dicendi deterret, non quo aut ingenia deficiāt, aut doctrina puerilis. An hic si sese isti uitæ dedisset, consularem hominem admodū adolescens in iudicium uocauisset? hic si laborē effugeret, si obstrictus uoluptatibus teneretur, in hac acie quotidie uersaretur? appeteret inimicitias? in iudiciū uocaret? subiret periculū capitis? ipso inspectante Po. Ro. tot menses, aut de salute, aut de gloria dimicaret? Nihil igitur illa uicinitas redolet, nihil hominū fama, nihil Baiæ denique ipsæ loquuns

tur? Illæ uero non loquuntur solū, uerūetiam personāt, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea nō modo solitudinem ac tenebras, atq; hæc flagitiorum tegumenta nō quærat, sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate clarissima luce lætetur. Verum si quis est qui etiam meretricijs amoribus interdictum iuuentuti putet, est ille quidem seuerus ualde, negare non possum, sed abhorret non mō ab huius sæculi licentia, uerūetiam a maiorum consuetudine atq; concessis. Quando enim hoc non factum est? quādo reprehensum, quando non permissum? quādo denique fuit, ut quod licet, non liceret? Hic ego iam rem definiam, mulierē nullā nominabo, tm̄ in medio relinquam. Si qua non nupta mulier domū suā patefaceret omniū cupiditati, palāq; sese in meretricia uita collocaret, uirorum alienissimorum conuiuijs uti instituerет, si hæc in urbe, si in hortis, si in Baiarum illa celebritate faceret, si denique ita sese gereret, non incessu solum, sed ornatu atq; comitatu, nō flagrantia oculorum, non libertate sermonis, sed etiam complexu, osculatione, aquis, nauigatione, conuiuijs, ut nō solum meretrix, sed etiam procax uideatur. Cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi. L. Herenni adulter an amator expugnare pudicitiam, an explere libidinem uoluisse uideatur? Obliuiscor iam iniurias Clodia. depono memoriam doloris mei. quæ abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, negligo, ne sint hæc in te dicta quæ dixi. Sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis teipsam dicunt se habere. Si qua mulier sit eiusmodi qualem ego pauloante descripsi tui dissimilis uita meretricioq; instituto cum hac aliquid adolescētem hoīem habuisse rōnis, nū tibi perturpe aut flagitiosum eē uideat? Ea si tu nō es, sicut ego malo, qd est qd obijciunt Cælio? Sin eā te uolūt esse, qd est cur nos crimē hoc, si tu cō

tennis, pertimescamus? Quare nobis da uiam rationemq; defensionis. Nam aut pudor tuus defendet nihil a. M. Cælio petulantius esse factum, aut impudentia huic defendendi facultatem dabit. Sed quoniam emersisse iam e uadis, & scopulos prætervecta uidetur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina, una in muliere summorũ facinorum, auri quod sumptum a Clodia dicitur, & ueneni quod eiusdem Clodiæ necandæ causa parasse Cælium criminãtur. Aurum sumpsit ut dicitis quod. L. Luceij seruis daret, p quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Luceium habitabat, necaretur. Magnũ crimen uel in legatis insidiandis, uel in seruis ad hospitem domi necandũ sollicitandis, plenum sceleris consiliũ, plenum audaciæ, Quo quidem in crimine primũ illud requiram, dixerit ne Clodiæ quam ad rem aurũ tum sumeret, an non dixerit? si non dixit, cur dedit, si dixit, eodẽ conscientiæ scelere se deuinxit. Tu ne aurũ ex armario tuo promere ausa es? Tu ne uenerem illam tuã spoliatricem spoliare ornamentis? Ceterum cum scires quantum ad facinus aurũ hoc quæreretur ad necem. s. legati ad. L. Luceij sanctissimi hominis atq; integerrimi labem sceleris sempiterni, huic facinori tãto mẽs liberalis conscia, tua domus popularis ministra, tua denique hospitalis illa Venus adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus, facinoris tantum celatam esse Clodiam dixit, atq; ita Cæliũ ad illam attulisse, se ad ornatũ ludorum aurũ quærere, si tam familiaris erat Clodiæ q̃ tu esse uis, cũ de libidine eius tam multa dicis, dixit profecto quo uellet aurũ, si tam familiaris non erat, non dedit. Ita si uerũ tibi Cælius dixit. O immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti, si non est ausus dicere, non dedisti? Quid ego nunc argumentis huic crimini, quæ sunt innumerabilia resistam? Possum dicere mores. M. Cælij lõgissime a tan

ti sceleris atrocitate esse disiunctos, minime esse credendũ homini tam ingenioso, tamq; prudenti non uenisse in mentem, rem tanti sceleris ignotis alienisq́; seruis non esse credendam. possum etiam illa & cæterorũ patronorũ & mea consuetudine ab accusatore perquirere. Vbi sit congressus cũ seruis Luceij Cælius? qui ei fuerit aditus? si per se, qua temeritate? si per aliũ, per quem? possum oẽs latebras suspitionũ peragrare dicendo, non cã, nõ locus, nõ facultas, non conscius, non perficiẽdi, nõ occultãdi maleficij spes, non ratio ulla, non uestigiũ maximi facinoris reperietur. Sed hæc quæ sunt oratoris propria, quæ mihi non propter ingeniũ meũ, sed propter hanc exercitationem usumq; dicendi fructũ aliquem ferre potuissent, cũ a me ipso elaborata proferri uiderẽtur, breuitatis causa omnia relinquo. Habeo enim iudices quem uos sociũ uestræ religionis iurisq; iurandi facile esse patiemini. L. Luceium grauissimũ hominem & sanctissimũ testem, qui tantũ facinus in famam atq; fortunas suas neq; non audisset illatũ a Cælio neq; neglexisset, neq; tulisset. An ille uir illa humanitate præditus, illis studijs artibus atq; doctrina illius ipsius periculũ quem propter hæc ipsa studia diligebat, negligere potuisset, & quod facinus in alienũ hoĩem illatum seuere acciperet, id omisisset curare in hospite? quod ꝑ ignotos actũ cũ comperisset, doleret, id a suis tentatũ esse negligeret? quod in agris locisue publicis factũ reprehenderet, id in urbe ac domi suæ cœptũ esse leuiter ferret? Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id hõ eruditus in insidijs doctissimi hominis dissimulandũ putaret? Sed cur diutius uos iudices teneo? ipsius iurati religionem auctoritatemq́; percipite, atq; oĩa diligenter testimonij uerba cognoscite. Recita testimonium Luceij. Quid expectatis amplius? an aliquã uocem putatis ipsam cãm pro se & ueritatem posse mittere? Hæc est inno-

centiæ defensio, hæc ipsius causæ oratio, hæc una uox ueritatis, in crimine ipso nulla suspitio est, & in re nihil est argumēti, in negocio quod actū esse dicitur, nullū uestigiū sermonis, loci, temporis. Nemo testis, nemo conscius nominatur, totū crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo. Domus aūt illa quæ tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officij, religionis, ex qua domo recitatur, uobis iureiurādo deuincta auctoritas, ut res minime dubitanda in contentione ponatur utrum temeraria procax, irata mulier finxisse crimē, an grauis sapiens moderatusq; uir religiose testimoniū dixisse uideatur. Reliquū est igitur crimen de ueneno, cuius ego neq; principiū inuenire, neq; euoluere exitum possum. Quæ fuit.n.cā quamobrem uenenū isti mulieri uellet dare Cælius? ne aurū redderet? Num petiuit? ne crimē hæreret. Num quis obiecit? num quis deniq; fecisset mentionē si hic nemini nomen detulisset, quinetiā Herenniū dicere audistis uerbo se molestū nō fuisse futurū Cælio, nisi iterū eadē de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur tantū facinus ob nullā causam esse cōmissum? Et uos nō uidetis fingi sceleris maximi crimē, ut alterius causa sceleris suscipiēdi fuisse uideat̃. Cui deniq; cōmisit? quo adiutore usus est, quo socio, quo conscio, cui tātum facinus, cui se, cui salutem suā credidit? Seruis ne mulieris? Sic.n. obiectū est, & erat tam demens hic, cui iam uos ingeniū certe tribuitis, etiā si cætera inimica oratiōe detrahitis, ut spēs suas fortunas alienis seruis cōmitteret. At quibus seruis, refert em̄ magnopere idipsum. His ne quos intelligebat nō communi cōditione seruitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cū domina uiuere. Quis enim hoc non uidit iudices, aut quis ignorat, in eiusmodi domo in qua materfamilias meretricio more uiuat, in qua nihil geratur quod foras

proferendũ sit, in qua lustra, libidines, luxuries, oĩa deniq; inaudita uitia ac flagitia uersentur. Hic seruos non esse seruos, quibus oĩa committant̃, ꝑ quos gerãtur, qui uersentur iisdẽ in uoluptatib⁹, q̃bus occulta credãtur, ad quos aliquã tum etiã ex quotidianis sumptibus, ac luxuriæ redundet. Id igit̃ Cælius nõ uidebat. Si eñ tam familiaris erat mulieris q̃ uos uultis, istos quoq; seruos familiares esse dominæ sciebat. Sin ei tãta cõsuetudo quãta a uobis iducit̃, nõ erat, quæ cũ seruis potuit familiaritas tãta esse? Ipsius aũt ueneni quæ ratio fingit̃? ubi quæsitũ est. Quẽadmodũ paratum, quo pacto, cui? quo ĩ loco traditũ? Habuisse aiũt domi uimq; eius esse expertũ in seruo quodã ad rẽ ip̃am parato, cui⁹ ꝑceleri interitu esset ab hoc cõprobatũ uenenũ. Proh dii immortales cur iterdũ in hoĩm sceleribus maximis aut cõniuetis, aut præsentis fraudis pœnas in diẽ reseruatis? Vidi. n. uidi & illũ hausi dolorẽ uel acerbissimũ in uita, cũ. Q. Metellus abstraheret̃ e sinu gremioq; patriæ, cũq; ille uir qui Senatũ huic imperio putauit, tertio die postq; in curia, in rostris, ĩ repub. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis uiribus eriperetur indignissime bonis oĩbus atq; uniuersæ ciuitati. Quo quidem tempore ille moriens cũ iã cæteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam Reip. reseruabat, cũ me intuens flentem significabat interruptis ac morientibus uocibus quanta impenderet procella urbi, quãta tempestas ciuitati, & uidi cũ parietem sæpe feriens eũ qui cũ. Q. Catulo fuerat ei communis crebro Catulũ, sæpe me, sæpissime remp. nominabat, ut non tam se emori q̃ spoliari suo præsidio cum patriam tum etiam me doleret. Quem quidem uirũ si nulla uis repẽtini sceleris sustulisset, quonãmodo ille furẽti fratri suo patrueli cõsulari restitisset? qui consulem incipientem furere atq; conantẽ sua se manu interfecturũ audiente Senatu dixerit.

Ex hac igitur domo progressa mulier ista de ueneni.sceleri tate dicere audebit?nonne ipsam domũ metuet,ne quam uo cem eliciat?non parietes conscios,nõ noctem illam funestã ac luctuosam perhorrescet? Sed reuertar ad crimẽ. Sed enĩ haec facta illius clarissimi ac fortissimi uiri mentio & uocẽ meam fletu debilitauit,& mentem dolore impediuit. Sed tamen uenenum unde fuerit,quemadmodum paratum sit, non dicitur. Datum esse hoc aiunt. P. Licinio prudenti adolescenti,& bono Cælij familiari,constitutũ factum esse cũ seruis,ut ueniret ad balneas xenias, eodem Liciniũ esse uenturũ,atq; his ueneni pyxidem traditurũ. Hic primũ il lud requiro,quid attinuerit illud ferri in eũ locũ constitutũ? cur illi serui nõ ad Cælij domũ uenerint, si manebat tanta illa consuetudo Cælij cũ Clodia,tantaq; familiaritas, quid suspitionis esset si apud Cæliũ mulieris seruus uisus esset? Sin aũt iam iã suberat simultas,extincta erat cõsuetudo,dis sidiũ extiterat,hinc illæ lachrymæ nimirũ,& hæc causa est horũ oĩm scelerũ atq; criminũ,immo inquit cũ serui ad do minam rem istam & maleficiũ Cælij detulissent,mulier in geniosa præcepit suis omnia Cælio pollicerentur. Sed ut ue nenũ cum a Licinio traderetur,ut manifesto comprehendi posset,cõstitui locũ iussit balneas xenias,ut eo mitteret ami cos q delitescerent. Deinde cũ repente uenisset Licinius, ue nenũ traderet,prosilirẽt,hominemq; cõprehenderẽt. Quæ qdem oĩa iudices perfacilem rõnem habent reprehendẽdi. Cur.n.potissimũ balneas publicas constituerat, in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus esse possit, nã si essent in uestibulo balnearũ nõ laterent,sin se in intimũ conijcere uellent,nec satis cõmode calceati & uestiti id face re possent,& fortasse nõ reciperentur,nisi forte mulier po tens quadrantaria illa pmutatione familiaris facta erat bal neatori. Atque equidem uehementer expectabã quinã uiri

isti boni testes huius manifesto deprehensi ueneni dicerentur. Nulli.n.adhuc sunt nominati, sed non dubito quin sint pergraues, qui primū sint talis fœminæ familiares, deinde eā prouinciam susceperint, ut in balneas contruderentur, quod illa, nisi a uiris honestissimis & plenissimis dignitatis q̄ uelit sit potens, nunquā impetrauisset. Sed quid ego de dignitate istorū testiū loquor? Virtutē eorū diligentiáq; cognoscite, in balneis delituerunt, o testes egregios. deinde temere prosiluerūt. O hoīes grauitati deditos. Sic enim fingunt, cū Licinius uenisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondū tradidisset, tū repēte euolasse istos præclaros testes sine nomine. Liciniū hunc aūt cū iam manū ad tradendum pyxidem porrexisset retraxisse, atque illo repentino hoīm impetu se in fugam cōiecisse. O magna uis ueritatis, quæ cōtra oīm ingenia, calliditatem, sollertiam, contráq; fictas oīm insidias facile se per seipsam defendat. Verū hæc tota fabella uet⁹ & plurimarū fabularū poetria q̄ est sine argumento, q̄ nullū exitum inuenire pōt. Quid enim isti tot uiri? Nam necesse est fuisse non paucos, ut & comprehendi Licinius facile posset, & res multorū oculis esset testatior, Cur liciniū de manibus amiserūt? Qui minus.n. Licinius comprehēdi potuit cū se retraxit, ne pyxidē traderet, q̄ si non retraxisset. Erāt eñ illi positi ut comprehenderent Liciniū, ut manifesto Licinius teneretur, aut cū retineret uenenū, aut cū tradidisset. Hoc fuit totū consiliū mulieris. hæc istorū prouincia qui rogati sunt, quos quidē tu quamobrem temere prosiluisse dicas atque ante tp̄s non inuenio. fuerāt hoc rogati, fuerant ad hanc rē collocati, ut uenenū, ut insidiæ, facinus deniq; ip̄m ut manifesto cōprehenderetur. Potuerūt ne meliori tempore prosilire, q̄ cum Licinius uenisset? cū in manu teneret ueneni pyxidem? quæ si cū iam erat tradita seruis, euasissent subito e balneis mu-

lieris amici Liciniũq; comprehendissent. Imploraret hoim fidem, atque a se illam pyxidem traditam pernegaret, quẽ quomodo illi reprehenderent, uidisse se dicerent, primũ ad se reuocarent maximi facinoris crimen, deinde id se uidisse dicerent, qui quo loco collocati fuissent, non potuissent uidere. Tẽpore igitur ipso se ostẽderũt, cũ Licinius uenisset, pyxidem expediret, manũ porrigeret, uenenũ traderet. Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ, in quo cũ clausula non inuenitur, fugit aliquis e manibus. Deinde scabella concrepant, auleũ tollitur. Quæro enim cur Licinium titubantem hæsitantem, cedẽtem, fugere conantem, mulieraria manus ista de manibus emiserit. cur non comprehenderint, cur nõ ipsius cõfessione multorũ oculis, facinoris deniq; uoce tanti sceleris crimen expresserint? An timebant ne tot unũ ualentes imbecillum, alacres perterritũ superare nõ possent? Nullũ argumentũ in re, nulla suspitio in causa, nullus exitus criminis reperietur. Itaq; hæc causa ab argumentis, a coniectura, ab his signis quibus ueritas illustrari solet, ad testes tota traducta est, quos quidẽ ego iudices testes non modo sine ullo timore, sed etiam cũ aliqua spe delectationis expecto. Prægestit animus iam uidere, primũ lautos iuuenes mulieris beatæ ac nobilis familiares, deinde fortissimos uiros ab imperatrice in insidijs atq; in præsidio balnearũ locatos, ex quibus requiram quonam mõ latuerint aut ubi? Alueus ne ille an equus troianus fuerit, qui tot inuictos uiros muliebre bellũ gerẽtes tulerit, ac texerit? Illud uero respõdere cogam, cur tot uiri ac tales hũc & unũ & tam imbecillem q; uidetis, nõ aut stantẽ cõprehẽderint, aut fugiẽtem cõsecuti sint, qui se nũquam profecto si in istum locum processerint, explicabũt, q; uolent in conuiuijs faceti, dicaces. Nõnunq; etiam ad uinum diserti sint. Alia fori uis est, alia triclinij, alia subselliorũ ratio, alia lectorũ, non idem iu

dicum cõmessatorumq; consessus. Lux denique longe alia est Solis & Lychnorũ, quãobrẽ excutiemus oẽs istorũ delitias, omnes ineptias si prodierint, sed si me audiant, nanct aliã operã, aliã ineant gratiã, in aliis rebus se ostentent, uigeãt apud istã mulierẽ uenustate, dominẽtur sumptib⁹, hæreãt, iaceant, seruiant, capiti uero innocẽtis & fortunis parcãt. Adsunt serui illi de cognatorũ nobilissimorum, ac clarissimorũ hominum sentẽtia manumissi, tandem aliqd inuenies mus, quod ista mulier de suorũ propinquorum fortissimorũ uirorũ sentẽtia, atq; auctoritate fecisse dicatur. Sed scire cupio qd habeat argumenti ista manumissio? in qua aut crimẽ est Cælio quæsitum, aut quæstio sublcuata, aut multarũ rerum conscijs seruis cum causa præmiũ persolutum. At propinquis placuit. cur nõ placeret? cum rẽ tu te ad eos non ab aliis tibi allatam, sed a teipsa cõpertam deferre diceres? Hic etiã miramur si illam cõmentitiam pyxidẽ obscœnissima sit fabula consecuta, nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere uideatur. Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est, pcipitis animis iudices iamdudum qd uelim, uel potius quid nolim dicere, quod etiam si est factũ a Cælio certe non est factum, qd eñ attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescẽte nõ tam insulso, q̃ non uerecũdo. Sin autẽ est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen non est infacetum mendaciũ, quod profecto nunquã hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cũ turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare apte uiderentur. Dicta est a me causa iudices & perorata, iam intelligitis quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa uobis. De ui quæritis, quæ lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omniũ pertinet, quam legem. Q. Catulus armata dissensione ciuium Po.Ro. pene extremis temporibus tulit, quæq; lex sedata illa flamma cõs

sulatus mei fumantis reliquias coniurationis extinxit.hac lege Cælij adolescentia non ad reipu.pœnas, sed ad mulieris libidines & delitias deposcitur,atque hoc etiam loco.M. Camurti & Ceserni damnatio prædicatur.O stultitiã,stultitiam ne dicam an impudẽtiam singularem.Audetis ne cũ ab ea ueniatis facere istorũ hoĩm mẽtionem?Audetis ne excitare tanti flagitij memoriam,nõ extinctam illam quidem sed repressam uetustate?quo em̃ illi crimine peccatoq; perierunt?Nempe quod eiusdem mulieris dolorẽ & iniuriã Vectiano nefario sunt stupro persecuti.Ergo ut audiretur Vectij nomen in causa,ut illa uetus Afrania fabula refricaretur,iccirco Camurti & Ceserni est causa renouata, qui quanquam lege de ui certe non tenebantur,eo maleficio tamen erant implicati,ut ex nullius legis laqueis emittendi uiderentur.M.uero Cælius,cur in hoc iudiciũ uocatur,cui neque propriũ quæstionis crimen obijcitur,nec uero aliquid eiusmodi quod sit a lege seiunctũ,& cũ uestra seueritate coniũctum cuius prima ætas dedita disciplinis fuit,ijsq; artibus quibus instruimur ad hũc usum forensem, ad capessendam remp.ad honorem,gloriã,dignitatem,ijs aũt fuit amicitijs maiorũ natu,quorũ imitari industriam continentiamq; maxime uelit.His æqualiũ studijs,ut eundem quem optimi ac nobilissimi petere cursum laudis uideretur,Cũ autem Paulũ iam roboris accessisset ætati in Aphricam profectus est. Q.Pompeio Procon.cõtubernalis castissimo uiro,atque omnis officij diligentissimo, in qua prouincia cũ res erant & possessiones paternæ,tum etiam usus quidam prouincialis non sine cã a maioribus huic ætati tributus, discessit illinc Pompeij iudicio probatissimus,ut ipsius testimonio cognoscetis.uoluit uetere instituto eorum adolescentiũ exemplo qui post in ciuitate summi uiri & clarissimi ciues extiterũt, industriã suã a.P.Ro.ex aliqua illustri accusatiõe cognosci.

Vellē alio potius cū cupiditas gloriæ detulisset, sed habuit hoc tp̄s querelæ, accusauit. C. Antoniū Collegam meum, cui misero præclari i.R.P.bn̄ficij memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficij cogitati, postea nemini concessit æqualiū, plus ut in foro plus ut in negocijs uersaretur causisq; amicorum, plus ut ualeret inter suos gratia, quæ nisi uigilantes homines, nisi sobrij, nisi industrij consequi non possunt. Omnia labore & diligentia est consecutus. In hoc flexu quasi ætatis, nihil.n.occultabo fretus hūanitate ac sapiētia uestra, fama adolescētis paulū hæsit ad metas notitia noua mulieris, & infœlici uicinitate, & insolētia uoluptatū. Quæ cum inclusæ diutius et prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subito se nonnunq̄ profundūt, atq; eijciūt uniuersæ, qua ex uita uel dicā quo ex sermone, nequaq̄ enī tantum erat quantum homines loquebantur. Verum ex eo quicquid erat emersit, totūq; se eiecit atq; extulit, tantūq; abest ab illius familiaritatis infamia, ut eiusdem nunc ab se se inimicitias odiumq; propulset. Atq; ut iste interpositus sermo delitiarum desidiæq; moreretur, fecit me mehercule inuito & multum repugnante, sed tamen fecit, nomen amici mei de ambitu detulit, quem absolutum insequitur, reuocat, nemini nostrum obtemperat, est uiolentior q̄ uellē. Sed ego non loquor de sapientia, quæ non cadit in hāc ætatem, de impetu animi loquor, de cupiditate uicēdi, de ardore mētis ad gloriam, quæ studia iam in his ætatibus nostris contractiora esse debeant, in adolescentia uero tanquā in herbis significant, quæ uirtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. Etenim semper magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria, q̄ incitādi fuerūt. Amputāda plura sunt illi ætati; si quidē efflorescit ingenij laudibus, q̄ inserenda. Quare si cui nimium efferbuisse uidetur huius uel in suscipiendis uel in gerendis inimicitijs uis, se

rocitas pertinacia, si quem etiam minorum horum aliquid offendit, si purpuræ genus, si amicorũ cateruæ, si splẽdor, si nitor, iam ista deseruerit, iam ætas oĩa, iam res, iam dies mitigarit. Conseruate igitur. R. P. Iud. ciuem bonarũ artiũ, bonarum partiũ, bonorũ uirorũ. Promitto hoc uobis, & R. P. spõdeo, si mõ nos ipsi. R. P. satisfecimus, nunquam hunc a nostris rationibus seiũctum fore, quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipẽ legibus iam obligarit. Non enim potest qui hominem consularẽ qđ ab eo. R. P. uiolatam diceret, in iudicium uocarit, ipse in. R. P. ciuis esse turbulentus. Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impune unquam esse largitor. Habet a. M. Cælio. R. P. Iudi. duas accusationes uel obsides piculi uel pignora uolũtatis. Quare oro obtestorq; uos Iudices ut qua in ciuitate paucis diebus his. P. Clodius absolutus sit, quem p bienniũ aut ministrum seditionis, aut ducem uidistis. Qui ædes sacras, qui censum. P. R. qui memoriam publicam suis manibus incendit, hominẽ sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu uita omni inquinatum, qui Catuli monumentũ afflixit, meam domum diruit, mei fratris incendit, qui in palatio atq; in urbis oculis seruitia ad cædem & inflammãdam urbem incitauit, In hac ciuitate ne patiamini illum absolutum, muliebri gratia. M. Cælium libidini mulieris condonatum, ne eadem mulier cum suo coniuge & fratre turpissimum latronẽ eripuisse, & honestissimum adolescentẽ oppssisse uideatur. Qđ cũ huius uobis adolescentiã proposueritis, constituitote uobis ante oculos huius etiam miseri senectutem, q hoc unico filio nititur, ĩ huius spe requiescit, huius unius casum ptimescit. Quem uos supplicẽ uestræ misericordiæ, seruum potestatis abiectum non tam ad pedes, q̃ ad mores sensusq; uestros, uel recordatione paren-

tum uestrorum uel liberorum iucunditate sustentate, ut in alterius dolore uel pietati uel indulgentiæ uestræ seruiatis. Nolite Iud. aut hunc iam natura ipsa occidentem uelle maturius extingui uulnere uestro q̃ suo fato, aut hũc nũc primum florescẽtẽ firmata iam stirpe uirtutis tanquam turbine aliquo aut subita tempestate peruertere. Conseruate parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem prope desperatam contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximæ, nõ mõ uos nõ aluisse, sed etiã perculisse atq; afflixisse uideamini. Quem si uobis, si suis, si. R. P. conseruatis, ad dictum, deditũ, obstrictũ uobis, ac liberis uestris habebitis, omniumq; huius neruorũ ac laborum uos potissimũ Iud. fructus uberes diuturnosq; capietis.

M.T.C. PRO SEXTO ROSCIO AMERINO ORATIO.

Coll:

CREDO EGO VOS IVDICES MIrari quid sit, quod cum tot summi oratores hoĩesq; nobilissimi sedeãt, ego potissimũ surrexerim, qui neq; ætate, neq; ingenio, neq; auctoritate sim cum his qui sedeãt cõparandus. Oẽs .n. hi quos uidetis adesse in hac cã iniuriã nouo scelere conflatam putant oportere defendi. Defendere ipsi propter iniquitatem temporũ nõ audent, ita fit ut adsint propterea q̃ officium sequũtur, taceant aũt ideirco, quia periculum metuunt. Quid ergo? audacissim⁹ ego ex oĩb⁹? minime, aut tãto officiosior q̃ cæteri? ne istius q̃dẽ laudis ita sum cupid⁹, ut alijs eã præreptã uelim. Quæ me igĩ res præter cæteros impulit, ut causam Sex. Roscij reciperẽ? quia si q̃s istorũ dixisset, quos uidetis adesse, in q̃bus summa auctoritas est atq; amplitudo, Si uerbum de repu. fecisset, id quod in hac cã fieri necesse est, multo plura dixisse q̃ dixisset, putaretur. Ego etiã si oĩa quæ di

cēda sunt libere dixero, nequaq̃ tamē similiter oratio mea exire, atq; in uulgus emanare poterit, deinde ꝙ cæterorum neq; dictum obscurum potest esse propter nobilitatem & amplitudinem, neq; temere dicto concedi propter ætatem & prudentiam. Ego si quid liberius dixero, uel occultum esse, propterea ꝙ nondum ad rempubli. accessi, uel ignosci adolescentiæ meæ poterit, tametsi non modo ignoscendi ratio, uerumetiam cognoscendi cōsuetudo iam de ciuitate sublata est. Accedit illa quoq; cã, ꝙ a cæteris forsitan ita petitum sit, ut dicerent, ut utrũuis saluo officio facere se posse arbitrarentur. A me autem hi contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficijs, & dignitate plurimũ possunt, quorũ ego neq; beniuolentiã erga me ignorare, nec auctoritatem aspernari, nec uolũtatē negligere debeã. His de causis ego huic causæ patronus extiti, nō electus unus qui maximo īgenio, sed relictus ex oĩbus q minimo periculo possem dicere, neq; uti satis firmo præsidio defensus Sex. Roscius, uerum uti non oĩno desertus esset. Forsitan quæratis qui iste terror sit, & quæ tanta formido, quæ tot ac tales uiros impediat, qui minus ꝓ capite, & fortunis alterius quēadmodum consueuerunt causam uelint dicere, quod adhuc uos ignorare non mirũ est, propterea ꝙ consulto ab accusatoribus eius rei quæ conflauit hoc iudicium, mentio facta nō est, quæ res ea est? Bona patris huiusce Sex. Roscij, quæ sunt sexagesies, quæ de uiro fortissimo & clarissimo. L. Sylla, quem honoris causa nomino, duobus milibus nummũ se se dicit emisse adolescens uel potentissimus hoc tempore nostræ ciuitatis. L. Cornelius Chrysogonus, is a uobis iudices hoc postulat, ut quoniã in alienam pecuniam tam plenã atq; præclaram nullo iure inuaserit, quoniamq; ei pecuniæ uita Sex. Roscij obstare atq; officere uideatur, deleatis ex aĩo suo suspitionem oĩm, metumq; tollatis, sese hoc incolu

mi non arbitrātur huius innocentis patrimonium tam am plū & copiosum posse obtinere, dānato, & eiecto sperat se posse, quod adeptus est per scelus, id per luxuriam effundere atque consumere. hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesq; stimulat ac pungit ut euellatis postulat, ut ad hanc suam prædam tam nefariam adiutores uos profiteamini, si uobis æqua & honesta postulatio uidetur iudices. Ego contra breuem postulationem affero, & quomodo mihi persuadeo, aliquando æquiorem. primū a Chrysogono peto, ut pecunia fortunisq; nostris contentus sit, sanguinē & uitam ne petat, deinde a uobis iudices, ut audacium sceleri resistatis. Innocentium calamitatē leuetis, & in causa Sex. Roscij periculum quod in omnes intenditur, propulsetis. Quod si aut causa criminis, aut facti suspitio, aut quælibet deniq; uel minima res reperietur, quāobrem uideantur illi nonnihil tum in deferendo nomine secuti. postremo si præter eam prædam quam dixi, quicquam aliud causæ inueneritis, non recusamus quin illorū libidini Sex. Roscij uita dedatur, sin aliud agitur nihil, nisi ut his ne quid desit, quibus satis nihil est. Si hoc solum hoc tempore pugnatur, ut ad illam opimā præclaramq; prædā dānatio Sex. Roscij uelut cumulus accedat, nonne cū multa indigna, tū uel hoc indignissimū est, Vos idoneos habitos, per quorū sentētias iusq; iurandū id assequantur, qđ ātea ipsi scelere & ferro assequi consueuerunt? Qui ex ciuitate in senatū propter dignitatem, ex senatu in hoc cōsiliū delecti estis propter seueritatem ab his hoc postulare homines sicarios, atq; gladiatores nō mō ut supplicia uitēt, q̄ a uobis pro maleficijs suis metuere atq; horrere debēt, uerūetiam ut spolijs Sex. Ro. hoc iudicio ornati auctiq; discedant. His de rebus tantis tamq; atrocibus, neq; satis me commode dicere, neq; satis grauiter conqueri, neq; satis libere uociferari posse intelli-

go, nam cõmoditati ingenium, grauitati ætas, libertati tempora sunt impedimento, huc accedit summus timor, quẽ mihi natura pudorq; meus attribuit, & uestra dignitas, & uis aduersariorũ, & Sex. Roscij pericula. Quapropter uos oro atq; obsecro iudices ut attẽte bõaq; cũ uenia uerba mea audiatis, fide sapientiaq; uestra fretus plus oneris sustuli, q̃ ferre me posse intelligo. hoc onus si uos aliqua ex parte alleuabitis, ferã ut potero studio & idustria iudices. Sin a uobis id qđ nõ spero deserar, tñ animo nõ deficiã, & id qđ suscepi quoad potero, perferam, q̄d si perferre nõ potero, opprimi me onere officij malo, q̃ id quod mihi ĩ fide semel impositum est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi deponere. Te quoq; magnopere. M. Fanni quæso, ut qualem te iam antea populo Ro. præbuisti, cum huic idẽ quæstioni iudex præesses, talẽ te & nobis, & Pop. Roma. hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominũ conuenerit ad hoc iudicium uides, quæ sit omnium mortalium expectatio, quæ cupiditas, ut acria & seuera iudicia fiant intelligis. Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur, cum interea cædes indignissimæ maximæq; factę sint. Omnes hanc quæstionẽ te prætore de manifestis maleficijs quotidianoq; sanguine haud remissiꝰ sperant futurã. Qua uociferatiõe in cæteris iudicijs accusatores uti consueuerunt, ea nos hoc tempore utimur, qui causam dicimus. Petimus abs te. M. Fãni a uobisq; iudices, ut q̃ acerrime maleficia uindicetis, ut q̃ fortissime hominibꝰ audacissimis resistatis, ut hoc cogitetis, nisi in hac causa, q̃ uester animus sit ostendetis, eo prorumpere hoĩm cupiditatem, & scelus, & audaciã, ut non mõ clam uerũetiã hic in foro ante tribunal tuum. M. Fanni, ante pedes uestros iudices, inter ipsa subsellia cædes future sint. Etenĩ quid aliud hoc iudicio tẽtatur, nisi ut id fieri liceat? Accusant hi qui in

fortunas huius inuaserũt, cũm dicitis, cui præter calamitatem nihil reliquerũt. Accusant hi quibus occidi patrẽ Sex. Ros. bono fuit. Causam dicit is cui non modo luctũ mors patris attulit, uerũetiam egestatem, accusant hi ꝗ hunc ipm iugulare summe cupierunt. Causam dicit is ꝗ etiam ad hoc ipsum iudicium cum præsidio uenit, ne hic ibidem ante oculos uestros trucidetur, deniq; accusant hi quos populus poscit. Causam dicit is qui unus relictus ex illorũ nefaria cæde restat. Atque ut facilius intelligere possitis iudices ea quæ facta sunt indigniora eẽ, q̃ hæc sunt quæ dicimus, ab initio res quemadmodũ gesta sit uobis exponemus, quo facilius & huius hominis innocẽtissimi miserias, & illorũ audaciam cognoscere possitis, & reip. calamitatẽ. Sex. Ros. pater huiusce municeps Amerinus fuit, cum genere & nobilitate & pecunia non modo sui municipij, uerũetiã eius uicinitatis facile primus, tum gratia atq; hospitijs florẽs hominum nobilissimorũ. Nam cũ Metellis, Seruilijs, Scipiõibus erat ei nõ mõ hospitium, uerũetiam domesticus usus & cõsuetudo, quas ut æquũ est familias honestatis amplitudinisq; gratia nomino. Itaq; ex suis oĩbus commodis hoc solũ filio reliquit. Nã patrimoniũ domestici prædones ui ereptũ possident, fama & uita innocentis ab hospitibus amicisq; paternis defenditur. Hic cũ omni tẽpore nobilitatis fautor fuisset tum hoc tumultu proximo cum oĩum nobiliũ dignitas & salus in discrimen ueniret, præter cæteros in ea uicinitate eam partẽ causamq; opera, studio, auctoritate defendit. Etenim rectum putabat pro eorum honestate se pugnare propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur postea quã uictoria cõstituta ẽ, ab armisq; recessimus, cũ proscriberentur hoĩes atq; ex omni regione caperentur hi qui aduersarij fuisse putabãtur, erat ille Romæ frequẽs atq; in foro, & in ore omniũ quotidie uersabatur, magis ut exulta

re uictoria nobilitatis uideretur, q̃ timere ne quid ex ea calamitatis sibi accideret. Erant ei ueteres inimicitiæ cum duobus Roscijs Amerinis, quorum alterũ sedere in accusatorũ subsellijs uideo, alterũ tria huiusce prædia possidere audio, quas inimicitias si tam cauere potuisset, q̃ timere solebat, uiueret. Neq;.n.iudices iniuria metuebat. Nã isti duo sunt Titi Ro. quorũ alteri Capitoni cognomen est. Iste qui adest Magnus uocatur. Homines eiusmodi, alter plurimarũ palmarum uetus ac nobilis gladiator habetur. Hic autẽ nuper se ad eum lanistã cõtulit, qui ante hãc pugnam tyro esset, scictia, facile ipm magistrum scelere audaciaq; superauit. Nã cum hic Sex. Roscius esset Ameriæ, Titus alter iste Roscius Romæ, cũ hic filius assiduus in p̃dijs esset, cũq; se uoluntate patris rei familiari uitæq; rusticæ dedisset, ipse autẽ romæ frequens esset, occiditur ad balneas palatinas rediens a cœna Sex. Ros. Spero ex hoc ipso non esse obscurũ, ad quem suspitio maleficij pertineat. Verũ id quod adhuc suspitiosum, nisi ꝑspicuum res ipsa fecerit, hũc affinem culpæ iudicatote. Occiso Sex. Roscio primus Ameriã nunciat Manlius Glautia q̃dã hõ tenuis, libertinus, cliens, & familiaris istius Titi Roscij, nunciat domum nõ filij, sed Titi Capitonis inimici. Et cum post horã primam noctis occisus esset, primo diluculo nuncius hic Ameriã uenit, decem horis nocturnis sex & .L. milia passuum cisijs peruolauit, nõ modo ut exoptatum inimico nũciũ primus afferret, sed etiã cruorem inimici quam recentissimum, telumq; pauloante e corpore extractũ ostẽderet. Quatriduo quo hæc gesta sunt res ad Chrysogonum in castra. L. Syllæ Volatteras defert, magnitudo pecuniæ demonstratur, bonitas prædiorum. Nam fundos decem & tres reliquit, qui Tyberim fere omnes tangunt. huius inopia & solitudo commemoratur, demonstrant cum pater huiusce Sex. Ro. homo tam splendi-

dus & gratiosus nullo negocio sit occisus, perfacile hunc hoīem incautum & rusticum & rure & Romæ ignotū de medio tolli posse, ad eā rem operam suam pollicentur. Ne diutius uos teneam iudices, societas coitur, cum iam proscriptionis mentio nulla fieret, & cum etiā qui ante metuerant redirēt, ac iam defunctos sese periculis arbitrarētur, hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogon⁹. Tria prædia uel nobilissima Capitoni præmia traduntur. quæ hodie possidet, in reliquas omnis fortunas iste Titus Ro. nomine Chrysogoni, quemadmodum ipse dicit impetum fecit, hæc bona sexaginta sestertiorum emuntur duobus milibus nummum. Hæc omnia iudices imprudente. L. Sylla facta esse certe scio. Neq; enim mirum, cum eodem tēpore, & ea quæ præterita sunt, & ea quæ uidentur instare præparet, Cum & pacis cōstituendæ rationem, & belli gerendi potestatem solus habeat, cum omnes in unū spectēt, unus omnia gubernet, cum tot tantisq; negocijs distentus sit, ut respirare libere non possit, si aliquid non aiaduertat, cum præsertim tam multi occupationem eius obseruēt, tempusq; aucupentur, ut simulatq; ille despexerit, aliquid huiuscemodi moliantur. Huc accedit, ꝙ quamuis ille fœlix sit sicut est, tamen in tanta fœlicitate nemo potest esse in magna familia, qui neminem neque seruum, neque libertū improbum habeat. Interea iste Titus Ros. uir optimus procurator Chrysogoni Ameriam uenit, in prædia huius inuadit. Hunc miserum luctu perditū, qui nondū etiam omnia paterno funeri iusta soluisset, nudum eiecit domo atque focis patrijs, dijsq; penatibus præcipitē Sextum iudices exturbat, ipse amplissimæ pecuniæ fit dominus, qui in sua re fuisset egentissimus. Erat ut fit insolens in aliena. Multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio remouebat, nō pauca suis adiutoribus large effuseque donabat.

Reliqua constituta auctione uendebat, quod Amerinis usq; eo uisum est indignum, ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Etenim multa simul ante oculos uersabantur, mors hominis florentissimi Sex. Ros. crudelissima, filij autem eius egestas indignissima, cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne iter quidē ad sepulchrū patriū reliquisset, bonorū emptio, flagitiosa possessio, furta, rapinæ, donationes, nemo erat q̄ nō ardere omnia mallet, q̄ uidere in Sex. Ro. uiri optimi atq; honestissimi bonis iactantē se ac dn̄antē Ti. Ro. itaq; decurionū decretū statī fit, ut decē primi ꝓficiscā tur ad. L. Syllā, doceantq; eū qui uir, Sex. Ro. fuerit, cōquerantur de istorū scelere & iniurijs, orent ut & illius mortui famā & filij innocentis fortunas cōseruatas uelit, atq; ipsum decretū quæso cognoscite. Decretū decurionū. Legati in castra ueniūt. Intelligitur iudices qd' iā ante dixi imprudente. L. Sylla scelera hæc & flagitia fieri. Nā statim Chrysogonus & ipse ad eos accedit, & homines nobiles, a legatis ijs qui peterent, ne ad Syllam adirent, & omnia Chrysogonum quæ uellent esse facturum pollicerentur, Vsq; adeo autem ille pertimuerat, ut mori mallet q̄ de his rebus Syllam doceri, homines antiqui qui ex sua natura cæteros fingerēt, cū ille confirmaret sese nomen Sex. Ro. de tabulis exempturum, prædia uacua filio traditurum. Cumq; id ita futurum Titus Ro. Capito, qui in decem legatis erat adꝓmitteret crediderunt. Ameriam re ignorata reuerterunt. Ac primo rem differre quotidie ac procrastinare isti cœperunt. Deinde aliquanto lentius nihil agere atq; deludere, postremo id quod facile intellectum est, insidias uitæ huiusce. Sex. Ro. parare. Neque sese arbitrari posse diutius alienā pecuniā dn̄o incolumi obtinere, qd hic simul atq; sensit de amicorū cognatorūq; sententia Romā cōfugit, & sese ad Cæciliam nepotis filiam, quam honoris causa nomino, con-

tulit, qua pater usus erat plurimũ. In qua muliere iudices etiã nunc id quod omnes semper existimauerunt, quasi exẽpli causa uestigia antiqui officij remanẽt, ea Sex. Ro. inopẽ eiectũ domo atque expulsum ex suis bonis fugientẽ latronũ tela, & minas recepit domi, hospitioq; oppresso iam desperatoq; ab omnibus opitulata est, eius uirtute fide & diligẽtia factũ est, ut hic potius uiuus in reos, q̃ occisus in ꝓscriptos referretur. Nã postq̃ isti intellexerunt summa diligentia uitam Sex. Ro. custodiri, neq; sibi ullã cædis faciendæ potestatem dari, cõsilium cœperunt plenum sceleris & audaciæ, ut nomen eius de parricidio deferrent, ut ad eam rẽ aliquem accusatorẽ ueterem cõpararent, qui de ea re possit dicere aliquid, in qua re nulla subesset suspitio, denique ut quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarẽt. Ita loqui homines q̃ iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere, qui primus in iudicium adductus esset, huic aũt patronos propter Chrysogoni gratiã defuturos, de bonorum uenditione & de ista societate uerbũ esse facturũ neminem. Ipso nomine parricidij & atrocitate criminis fore, ut hic nullo negocio tolleretur, cum a nullo defensus esset. Hoc consilio atq; adeo hac amentia impulsi, quem ipsi cum cuperent non potuerunt occidere, eum iugulandum uobis tradiderunt. Quid primum querar? aut unde potissimum ordiar iudices aut quod, aut a quibus auxilium petam? deorum ne immortalium? Po. ne Ro. uestrã ne qui summam potestatem habetis hoc tempore fidem implorem? Pater occisus nefarie, domus obsessa ab inimicis, bona adempta, possessio direpta, filij uita infesta, sæpe ferro atq; insidijs appetita. Quid ab his tot maleficijs sceleris abesse uidetur? tamen hoc alijs nefarijs cumulant, atque adaugent, crimen incredibile confingunt. Testes in hunc & accusatores huiusce pecunia comparant. Hanc conditionem mise

ro ferunt, ut optet, utrū malit ceruices Roſcio dare, an inſu
tus in culeum ſupplicio parricidarum per ſummum de-
decus uitam amittere? patronos'huic defuturos putauerūt,
deſunt, qui libere dicant, qui cum fide defendāt, id quod in
hac cauſa ſatis, quā quidē ſuſcepi nō deeſt ꝓfecto iudices,
& forſitan in ſuſcipienda cauſa temere impulſus adoleſcē-
tia fecerim, quoniam quidē ſemel ſuſcepi, licet hercules un
diq; in me terrores periculaque impendeant omnia, ſuccur-
ram, ac ſubibo. Certum eſt deliberatumq́; quæ ad cauſam
pertinere arbitror omnia nō modo dicere, uerūetiam liben
ter audacter libereq; dicere. Nulla res tanta exiſtit iudices,
ut poſſit mihi uim maiorē adhibere metus quā fides. Etenī
quis tam diſſoluto animo eſt, qui hæc cum uideat, tacere ac
negligere poſſit? Patrem meum cum proſcriptus non eſſet
iugulaſtis, occiſum in proſcriptorum numerum rettuliſtis,
me domo mea per uim expuliſtis, patrimonium meum poſ-
ſidetis. Quid uultis amplius? etiam ne ad ſubſellia cū ferro
atq; telis ueniſtis? ut hic aut iuguletis aut condēnetis Sex.
Roſ. Hominem longe audaciſſimū nuper habuimus in ciui
tate. C. Fimbriā, & quod inter omnes cōſtat, niſi inter eos
qui ipſi quoq; inſaniunt, inſaniſſimū. Is cum curaſſet in fu
nere. C. Marij, ut, Q. Sceuola uulneraret uir ſanctiſſimus
atq; ornatiſſimus noſtræ ciuitatis, de cuius laude neq; hic
locus eſt ut multa dicantur, neq; plura tamen dici poſſunt,
q̄.P.R. memoria retinet, diem Sceuolæ dixit poſteaq̄ com-
perit eum poſſe uiuere. Cū ab eo quæreretur, quid tandem
accuſaturus eſſet eū, quē pro dignitate ne laudare quidem
quiſq̄ ſatis cōmode poſſet? aiūt hominem ut erat furioſus,
reſpondiſſe, ꝙ nō totum telū corpore recepiſſet, quo. P. Ro.
nihil uidit indignius, niſi eiuſdem uiri mortē, quæ tantum
potuit, ut omnes ciues perdiderit, & afflixerit, quos quia
cōſeruare per cōpoſitiōem uolebat, ipſe ab his interemptus

est. Est ne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non simillimũ? Accusatis Sex. Ro. quid ita? Quia de manibus uestris effugit, quia se occidi passus non est. Illud quia in Sceuola factum est, magis indignum uidetur, hoc quia fit a Chrysogono, nõ est ferẽdũ. Nam per deos immortales quid est in hac causa quod defensionis indigeat? qui locus ingenium patroni requirit? aut oratoris eloquẽtiam magnopere desiderat? Totam causam iudices explicemus, atq; ante oculos expositam consideremus. Ita facillime quæ res totũ iudiciũ contineat, & quibus de rebus nos dicere oporteat, & quid uos sequi cõueniat, intelligetis. Tres sunt res quantũ ego existimare possum, quæ obstent hoc tpe Sex. Ros. crimen, aduersariorũ & audacia & potentia. Criminis cõfectionẽ accusator Erucius suscepit, audaciæ partes Roscij sibi poposcerũt. Chrysogonus aũt is q plurimũ potest, potẽtia pugnat, de hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non eodẽ modo de oibus, ideo q prima illa res ad meũ officium pertinet. Duas aũt reliquas uobis. Po. Ro. imposuit. Ego crimen oportet diluam, Vos & audaciæ resistere, & hominũ huiusmodi perniciosam atque intolerandam potentiam primo quoq; tempore extinguere atq; opprimere debetis. Occidisse patrem Sex Ros. arguitur. Scelestũ dij immortales ac nefarium facinus, atq; eiusmodi quo uno maleficio scelera omnia complexa esse uideantur. Etenim si id quod præclare a sapientibus dicitur, uultu sæpe læditur pietas, quod supplicium satis acre reperietur in eũ, qui mortẽ obtulerit parenti? pro quo mori ipsum si res postularet, iura diuina atque humana cogebant. In hoc tanto tam atroci tam singulari maleficio, quod ita raro extitit, ut si quando auditum sit portenti ac prodigij simile numeretur, quibus tandem te. C. Eruci argumentis accusatorem cẽses uti oportere? Nonne & audaciam eius qui in crimen uocetur singu

larem ostendere, & mores feros immanemq; naturam & uitam uitijs flagitijsq; omnibus deditam, & deniq; omnia ad perniciem profligata atq; perdita? Quorum tu nihil in Sex. Ros. ne obijciendi quidem causa contulisti, patrem occidit Sex. Ros. qui homo? adolescentulus, corruptus, & ab hominibus neq; iudicatus; annos natus maior quadraginta, Vetus uidelicet sicarius, homo audax & sæpe in cæde uersatus. At hæc ab accusatore ne dici quidem audistis. Luxuries igitur hominem nimirum & æris alieni magnitudo, & idomitæ animi cupiditates ad scelus hoc impulerũt. De luxuria purgauit Erucius cũ dixit, hunc ne in conuiuio quidem ullo fere interfuisse. Nihil aũt unq̃ debuit, cupiditates porro quæ possunt esse in eo qui ut ipse accusator obiecit, ruri semper habitarit, & in agro colẽdo uixerit? quæ uita maxime disiuncta est a cupiditate, & cũ officio coniũcta. Quæ res igitur tm̃ istũ furorem Sex. Ro. obiecit? Patri inquit non placebat. Patri non placebat? Quam ob causam? Necesse est. n. cã quoq; iustam & magnam & perspicuam fuisse. Nã ut illud incredibile est, mortem oblatam esse patri a filio sine plurimis & maximis causis, sic hoc uerisimile non est odio parenti fuisse filiũ sine causis multis & magnis & necessarijs. Rursus igitur eodem reuertamur & quæramus, quæ tãta uitia fuerint in unico filio quare is patri displiceret. At perspicuũ est, nullum fuisse, pater igitur amens qui odisset eũ sine cã, quem procreauerat. At is quidẽ fuit oĩm constantissimus. Ergo illud iam perspicuũ profecto est, si neq; amens pater, neq; perditus filius fuerit, neq; odij causam patri, neq; sceleris filio fuisse. Nescio inquit quæ cã odij fuerit, fuisse odiũ intelligo, quia antea cũ duos filios haberet, illũ alterũ qui mortuus est secũ omni tp̃e uolebat esse, hũc in prædia rustica relegarat, quod Erucio accidebat in mala nugatoriaq; accusatione, idem usu mihi ue

nit in cā optima. Ille quo modo crimen commentitiū confirmaret non inueniebat, ego res tam leues qua oratione infirmem ac diluam, reperire non possum. Quid ais Eruci? tot prædia tam pulchra tam fructuosa Sex. Ro. filio suo relegationis ac supplicij gratia colēda ac tuēda tradiderat. Quid hoc patresfamilias qui liberos habent, præsertim homines illius ordinis ex municipijs rusticanis, nonne optatissimū sibi putant esse filios suos rei familiari maxime seruire, & in prædijs colendis operæ plurimū studijq; consumere? an admandarat hūc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad uillam? ut commodis omnibus careret? Quid si constat hūc nō modo colendis prædijs præfuisse, sed certis fundis patre uiuo frui solitū esse? tum ne hæc a te uita & rusticana relegatio atq; admandatio appellabitur? Vides Eruci quantū distet argumentatio tua ab re ipsa, atq; a ueritate, quod cōsuetudine patres faciūt, id quasi nouū reprehēdis, quod beniuolētia fit, id odio factū criminaris, quod honoris causa pater suo filio concessit, id eum supplicij causa fecisse dicis. Neq; hæc tu non intelligis, sed usq; eo quid arguas non habes, ut nō modo tibi contra nos dicendum putes, uerumetiam contra rerū naturam contraq; consuetudinē hominū, contraq; opiniones omniū. At enim cū duos filios haberet alterū a se non dimittebat alterū rure esse patiebatur. Quæso Eruci, ut hoc in bonam partem accipias, nō em̄ exprobrandi causa, sed cōmonendi gratia dicam. Si tibi fortuna nō dedit, ut patre certo nascerere ex quo intelligere posses q̄ animus patrius in liberos esset, at natura certe dedit ut hūanitatis nō parū haberes. eo accessit studiū doctrinæ, ut ne a litteris quidem alienus esses. Quid tādem uidetur tibi ut ad fabulas ueniamus. Senex ille Cæcilianus minoris facere Eutychum filium rusticum, q̄ illum alterū Cherestratum. Nam ut opinor hoc nomine est. alterum in ur-

be secum honoris causa habere, alterum rus supplicij causa relegasse. Quid ad istas ineptias abis inquies? quasi uero mihi difficile sit, quãuis multos nominatim proferre ne longius abeam, uel tribulis uel uicinos meos, qui suos liberos quos plurimi faciũt, agricolas assiduos esse cupiũt. Verũ homines notos sumere odiosum est, cum & illud incertũ sit, uelint ne hi sese noĩari, & nemo uobis magis notus futurus sit, q̃ iste hic Eutychus, & certe ad rem nihil intersit, utrũ hunc ego comicũ adolescentẽ, an aliquẽ ex agro Veiente nominem. Et.n. hæc conficta arbitror esse a poetis, ut effictos nostros mores in alienis ꝑsonis, expressamq; imaginẽ nostram uitæ quotidianæ uideamus. Age nũc refer animũ sis ad ueritatem, & cõsidera nõ modo in Vmbria, atq; in ea uicinitate, sed ĩ his ueteribus municipijs, quæ studia a patribus familijs maxime laudenĩ, iã ꝓfecto te ĩtelliges inopia criminum summam laudem Sex. Roscio & culpæ dedisse. At non modo hoc patrũ uolũtate liberi faciunt, sed permultos & ego noui, & nisi me fallit animus, unus q̃sq; uestrũ, qui & ipsi incensi sunt studio, quod ad agrũ colendũ attinet, uitamq; hanc rusticam quam tu probro & crimini putas esse oportere, & suauissimã & honestissimam esse arbitrantur. Quid censes hunc ipsum Sex. Ros. quo studio, & qua intelligentia esse in rusticis rebus, ut ex his ꝓpinquis eius hoibus honestissimis audio? nõ tu in isto artificio accusatorio callidior es, q̃ hic in suo. Verũ ut opinor quoniã ita Chrysogono uidetur, qui huic nullum prædiũ reliquit, & artificiũ obliuiscatur, & studiũ deponat, licebit. Quod tametsi miserũ & indignũ est, feret tamen æquo animo iudices, si per uos uitam & famam põt obtinere. Hoc uero est quod ferri non põt, si & in hanc calamitatem uenerit propter prædiorũ bonitatẽ & multitudinem, & ꝙ ea studiose coluit id erit ei maximæ fraudi, ut parũ miseriæ sit ꝙ alijs

coluit

coluit non sibi, nisi etiã q̃ oĩno coluit, crimini fuerit. Næ tu Eruci accusator esses ridiculus, si illis tẽporib⁹ natus eẽs, cũ ab aratro arcessebãtur, q̃ consules fierẽt. Etenim q̃ præesse agro colẽdo flagitium putes, profecto illũ Attiliũ, quẽ sua manu spargentẽ semen q̃ missi erant cõuenerũt, hoiem turpissimũ atq; inhonestissimũ iudicares. At hercule maiores nostri lõge aliter & de illo & de cæteris talib⁹ uiris existimabant. Itaq; ex minima tenuissimaq; rep. maximã & florẽtissimã nobis reliquerunt. Suos enim agros studiose colebãt, non alienos cupide appetebãt. Quibus rebus & agris & urbibus & nationibus remp. atq; hoc imperium, & populi ro. nomẽ auxerunt. Neq; ego hæc eo profero quo conferenda sint cũ hisce, de quibus nunc quærimus, sed ut illud intelligas cũ apud maiores nostros summi uiri clarissimiq; hoies, qui omni tẽpore ad gubernacula reip. sedere debebant, tñ in agris quoq; colendis aliquantum operæ tpisq; consumpserint, ignosci oportere ei homini, qui se fateatur esse rusticum, qui cũ ruri assiduus uixerit, cũ præsertim nihil eẽt quod aut patri gratius, aut sibi iucũdius, aut re uera honestius facere posset. Odiũ igitur acerrimũ patris in filiũ ex hoc opinor ostenditur Eruci, q̃ tunc ruri esse patiebatur. Nunqd est aliud? Immo uero inquit est. Nam istum exhæredare in aĩo habebat, audio. Nũc dicis aliqd, quod ad rem pertineat. Nã illa opinor tu quoq; cõcedis leuia esse atq; inepta. Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne in oppidũ quidem nisi perraro ueniret, domũ suam istũ nõ fere quisq̃ uocabat, nec mirũ qui neq; in urbe uiueret, neq; reuocaturus esset. Verum hæc tu quoq; intelligis esse nugatoria, illud qd cœpimus uideamus, quo certius argumẽtũ odij reperiri nullo modo potest. Exhæredare pater filiũ cogitabat. Mitto quærere, qua de cã? quero, qui scias? tametsi te dicere atq; enũerare causas oẽs oportebat, et id erat cer

ti accusatoris officiū, qui tanti sceleris argueret, explicare omnia uitia ac peccata filij, quibus incensus pater potuerit animū inducere, ut naturam ipsam uinceret, ut amorem illum penitus insitum eijceret ex animo, ut deniq; patrē esse sese obliuisceretur, quæ sine magnis huiusce peccatis accidere potuisse non arbitror. Verū concedo tibi ut ea prætereas, quæ cum taces, nulla esse concedis. Illū quidem uoluisse exhæredare certe tu planum facere debes. Quid ergo affers quare id factum putemus? uere nihil potes dicere, finge aliquid saltem cōmode, ut ne plane uidearis id facere, qđ aperte facis, huius miseri fortunis, & horum uirorum taliū dignitati illudere. Exhæredare filium uoluit. Quam ob causam? nescio. Exhæredauit ne? Non, quis prohibuit? Cogitabat, cogitabat? cui dixit? nemini. Quid est aliud iudicio ac legibus ac maiestate uestra abuti ad quæstum atq; libidinē? nisi hoc mō accusare atq; id obijcere, quod planum facere non modo non possis, uerum ne coneris quidem? Nemo nostrū est Eruci quin sciat tibi inimicitias cum Sex. Ros. nullas esse, uident omnes qua de causa huic inimicus uenias, sciūt huiusce pecunia te adductum esse. Quid ergo? ita tamen quæstus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem & legem Remmiam putares aliquid ualere oportere. Accusatores multos esse in ciuitate utile est, ut metu contineatur audacia. Verumtamen hoc ita utile est, ut ne plane illudamur ab accusatoribus. Innocens est quispiam, uerumtamen quanq̃ abest a culpa, suspitione tamen non caret, tametsi miserum est, tamen ei qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere. Cum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspitiose dicere, aperte ludificari & calumniari sciens non uideatur. Quare facile omnes patimur esse q̃ plurimos accusatores, q; inocēs si accusatus sit, absolui pōt. Nocens nisi accusatus fuerit, cōdemnari nō pōt. Vtilius est

autem absolui innocentē, q̄ nocentem causam non dicere. Anseribus cibaria publice locantur, & canes alūtur in capitolio, ut significent si fures uenerint. At fures internoscere non possunt, significant tñ si qui noctu in capitoliū uenerit, & quia id est suspitiosum, tametsi bestiæ sunt, tñ in eā partem potius peccant, quæ est cautior. Quod si luce quoq; canes latrent] cum eo salutatum aliqui uenerint, opinor his crura suffringātur, q̄ acres sint etiā tum cum suspitio nulla sit. Simillima est accusatorū rō. Alij uestrū anseres sunt, qui tantūmodo clamant, nocere non possunt. Alij canes qui & latrare & mordere possunt. Cibaria uobis præberi uidemus, uos autem maxime debetis in eos impetum facere, qui merentur, hoc populo gratissimū est, deinde si uoletis etiā tum cū uerisimile erit aliquē commisisse, in suspitione latratote id quoq; concedi pōt. Sin aūt sic agetis, ut arguatis aliquē patrē occidisse, neq; dicere possitis, aut quare, aut quō, ac tantūmodo sine suspitiōe latrabitis, Crura q̄dem uobis nemo suffringet. Sed si hos ego bene noui, litteram illā cui uos usq; eo inimici estis, ut etiā calūnias oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut postea neminem aliū nisi fortunas uestras accusare possitis. Quid mihi ad defendendū dedisti bōe accusator? q̄d hisce aūt ad suspicādū? ne exhæredaretur ueritus est, audio. Sed qua de cā uereri debuerit nemo dicit. Habebat pater in animo, planum fac, nihil est, nō qui cum deliberauit, quem certiorem fecerit, unde illud uobis suspicari in mentē uenerit, Cum hoc mō accusas Eruci, nōne hoc palā dicis? Ego quid acceperim scio, quid dicā, nescio. Vnum illud spectaui q̄ Chrysogonus aiebat neminem isti patronum futurum de bonorum emptione, deq; ea societate neminē esse qui uerbū facere hoc tempore auderet, hæc te opinio falsa in istam fraudē impulit. Nō mehercule uerbū fecisses, si tibi responsurū quēq; putasses. Operæpciū erat,

ſi animaduertiſtis iudices negligentiam eius in accuſando cõſiderare. Credo cum uidiſſet qui hoĩes in hiſce ſubſellĳs ſederent, q̃ſiſſe num ille aut ille defenſurus eſſet? de me ne ſuſpicatũ quidem eſſe, ꝙ ãtea cauſam publicã ullã dixerim. Poſteaq̃ inuenit neminem eorũ qui poſſunt, & ſolent, ita negligens eſſe cœpit, ut cũ in mentem ueniret ei, reſideret, deinde ſpaciaretur. nõnunq̃ etiam puerum uocaret. Credo cui cœnam imperaret, ut prorſus ueſtro cõſeſſu & hoc cõuentu pro ſumma ſolitudine abuteretur. Perorauit aliquando, aſſedit. Surrexi ego, reſpirare uiſus eſt, ꝙ non alius potius diceret, cœpi dicere. Vſque eo animaduerti iudices eũ iocari atq; alias res agere, anteq̃ Chryſogonũ nominaui, quem ſimulatq; attigi, ſtatim homo ſe erexit, mirari uiſus eſt. Intellexi q̃d eum pupugiſſet. Iterũ ac tertio nominaui, poſtea hoĩes curſare ultro & citro non deſtiterunt. Credo q̃ Chryſogono nũciarent aliquem eẽ in ciuitate, q̃ cõtra uoluntatẽ eius dicere auderet, aliter cauſam agi atq; ille exiſtimaret. Aperiri bonorũ emptionẽ, uexari peſſime ſocietatem, gratiam potentiãq; eius negligi. Iudices diligenter attendere, populo rem indignã uideri. Quæ q̃m te fefellerunt Eruci, quoniãq; uides uerſa eſſe oĩa cãm pro Sex. Ro. ſi nõ cõmode, at libere dici, quẽ dedi putabas, defendi intelligis. quos tradituros ſp̃abas, uides iudicare. Reſtitue nobis aliquando ueterem tuã illam calliditatem atq; prudentiam, cõfitere huc ea ſpe ueniſſe, quod putares hic latrociniũ nõ iudicium futurũ. de parricidio cã dicitur. Ratio ab accuſatore reddita nõ eſt, quã ob cãm filius occiderit patrẽ, ꝙ in minimis noxĳs & in his leuioribus peccatis, q̃ magis crebra et iã ꝓpe quotidiana ſunt, id maxime & primũ q̃ritur, q̃ cauſa maleficĳ fuerit, id Erucius in parricidio quæri nõ putat oportere, in quo ſcelere iudices ẽt cũ multe cãæ conueniſſe unum in locũ atq; inter ſe cõgruere uidentur, tñ nõ temere

creditur, neq; leui cõiectura res penditur, neq; testis incertus auditur, neq; accusatoris ingenio res iudicatur, cũ multa antea cõmissa maleficia, tum uita hoĩs perditissima, tũ singularis audacia ostẽdatur necesse est, neq; audacia solũ, sed summus furor atq; amentia. hæc cũ sint oĩa, tñ extent oportet expressa sceleris uestigia, ubi, qua rõne, p quos, quo tpe maleficiũ sit admissum. Quæ nisi multa ac manifesta sunt, profecto res tã scelesta, tã atrox, tã nefaria credi nõ põt. Magna est.n. uis hũanitatis, multũ ualet cõmunio sanguinis. Reclamitat istiusmodi suspitiõibus ipa natura, portentũ atq; monstrum certissimũ est, eẽ aliquẽ humana specie & figura, q tantũ immanitate bestias uicerit, ut propter quos hanc suauissimã lucem aspexerit, eos indignissime luce priuauerit. Cum etiam feras inter sese partus atq; educatio et natura ipsa cõciliet. Nõ ita multis antea ãnis aiunt. T. Cloeliũ quendã Terracinẽsem hominẽ non obscurũ cũ cœnatus cubitum in idem conclaue cũ duobus adolescentibus filijs isset, inuentũ esse mane iugulatum. Cum neq; seruus qsq̃ reperiebat, neq; liber ad quẽ ea suspitio ptineret. Id ætatis aũt duo filij pp cubantes ne sensisse qdẽ se dicerẽt. Noĩa filiorũ de parricidio delata sũt, qđ poterat satis iã eẽ suspitiosum, neutrũ sensisse, ausum aũt eẽ quẽq̃, se ĩ id cõclaue cõmittere eo potissimũ tpe, cũ ibidẽ eẽnt duo adolescentes filij, q & sentire & defendere facile possent. Erat porro nemo ĩ quẽ ea suspitio conueniret, tñ cum planum iudicibus esset factũ aperto hostio dormientes eos repertos esse, iudicio absoluti adolescentes, & suspitione oĩ liberati sunt. Nemo.n. putabat quenq̃ esse, q cum oĩa diuina atq; humana iura scelere nefario polluisset, somnum statim capere potuisset, ppterea quod q tantũ facinus cõmiserũt, non modo sine cura quiescere, sed ne respirare qdem sine metu possint. Videtis ne quos nobis poetæ tradiderunt patris ulciscendi causa sup-

om. 63. col.

plicium de matre sumpsisse, cum præsertim deorũ immortaliũ iussis atq; oraculis id fecisse dicantur, tñ ut eos agitẽt furiæ neq; consistere usq; patiantur, ꝙ ne pij quidem sine scelere esse potu rũt. Sic se res habet iudices, magnã uim, magnã necessitatẽ, magnã possidet religionẽ paternus maternusq; sanguis, ex quo si qua macula cõcepta est, nõ modo leniri nõ põt, uerũ usq; eo permanat ad animum, ut summus furor atq; amentia cõsequatur. Nolite.n.putare quemadmodũ in fabulis sæpenumero uidetis, eos qui aliquid impie scelerateq; cõmiserunt, agitari & perterreri furiarũ tedis ardentibus. Sua queq; fraus & terror suus maxime uexat, suum quenq; scelus agitat amentiaq; afficit, suæ malæ cogitationes cõscientiæq; animi terrent, hæ sunt impijs assiduæ domesticæq; furiæ, quæ dies noctesq; parentum pœnas a consceleratissimis filijs repetãt. Hæc magnitudo maleficij facit, ut nisi pene manifestum parricidium proferat̃, credibile non sit, nisi turpis adolescẽtia, nisi oĩbus flagitijs uita inquinata, nisi sumptus effusi cum probro atq; dedecore, nisi prorupta audacia, nisi tanta temeritas, ut nõ procul abhorreat ab isãnia. Accedat huc oportet odiũ parẽtis, animaduersionis paternæ metus, amici improbi, serui conscij, tempus idoneũ, locus opportune captus ad eam rẽ, pene dicam respersas manus sanguine paterno Iudices uideant oportet, si tantũ facinus, tã immane, tam acerbũ credituri sunt. Quare hoc quo minus ẽ credibile, nisi ostẽditur, eo magis est si conuincitur uindicandum. Itaq; cum multis ex rebus intelligi põt maiores nostros nõ modo armis plus quã cæteras nationes, uerumetiã cõsilio sapiẽtiaq; potuisse, tum ex hac re uel maxime, ꝙ in impios singulare suppliciũ inuenerunt. Qua in re quantum prudentia præstiterunt his qui apud cæteros sapiẽtissimi fuisse dicũtur, cõsiderate. Prudentissima ciuitas athenienſium, dũ ea rerũ potita est,

fuisse traditur. Eius porro ciuitatis sapientissimum Solonē dicunt fuisse eum, qui leges hodie quibus quoq; utuntur, scripserit. is cum interrogatus esset cur nullū suppliciū constituisset in eū qui parentē necasset, Respōdit, id se neminē facturū putasse. dicitur sapiēter fecisse cū de eo nihil sanxerit, quod ante cōmissum nō erat, ne nō tā prohibere q̄ admonere uideretur. quanto maiores nostri sapientius qui cū intelligerent nihil esse tā sanctū, quod non aliquādo uiolaret audacia, suppliciū in parricidas singulare excogitauerūt, ut quos natura ipsa in officio retinere nō potuisset, magnitudine pœnæ maleficio submouerentur. Insui uoluerunt in culleum uiuos, atq; ita in flumē deijci. O singularem sapientiā Iudices, nōne uidentur hunc hominē ex rerū natura sustulisse & eripuisse, cui repente cœlū, solem, aquā, terramq; ademerint, ut qui eum necasset unde ipse natus eēt, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicūtur, noluerunt feris corpus obijcere, ne bestijs quoq; quæ tantum scelus attigissent immanioribus uterentur. Non sic nudos in flumen deijcere, ne cū delati essent in mare, ipsum pollueret, quo cætera quæ uiolata sunt, expiari putantur. denique nihil tam uile, neq; tam uulgare est, cuius partem ullā reliquerint. Etenim q̄d tā est cōmune, q̄ spiritus uiuis? terra mortuis? mare fluctuantibus? littus eiectis? Ita uiuūt dū possunt, ut ducere animam de cœlo non queant. Ita moriūtur, ut eorum ossa terra non tangat, ita iactātur fluctibus, ut nunquā abluantur, ita postremo eijciūtur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Tanti maleficij crimē, cui maleficio tā insigne suppliciū est cōstitutū, probare te Erucięcēses posse talibus uiris, si ne cām q̄dē maleficij protuleris? si hunc apud bonorum emptores ipsos accusares, eiq; iudicio Chrysogonus p̄esset, tamē diligētius paratiusq; uenisses. Vtrum q̄d agatur non uides, an apud quos agatur? Agitur

de parricidio quod sine multis causis suscipi non pôt. Apud hoies aût prudêtissimos agit̃, qui intelligunt neminẽ ne minimum quidẽ maleficiũ sine causa admittere. Esto causam ꝓferre non potes, tametsi statim uicisse debeo, tamen de meo iure decedam, & tibi quod in alia causa nõ cõcederẽ, in hac concedam fretus huius innocentia. Non quæro abs te quare patrem Sex. Ro. occiderit. Quæro quõ occiderit, ita quæram abs te. C. Eruci quõ, & sic tecũ agam, ut in eo loco uel respõdendi uel interpellandi tibi potestatem faciam, uel etiam si quid uoles interrogandi. Quomodo occidit, ipse percussit? An aliĩ occidendũ dedit? Si ipsum arguis, Romæ nõ fuit, si per alios fecisse dicis, quæro seruos ne an liberos, quos homines, indidẽ ne Ameria, an hosce ex urbe sicarios. si Ameria, qui sunt hi, cur nõ nominantur? Si Romæ, unde eos nouerat Roscius, qui Romã multis annis nõ uenit, neq; unq̃ plus triduo fuit? Vbi eos cõuenit, qui cũ locutus ẽ? Quomõ persuasit, preciũ dedit. Cui dedit, per quẽ dedit, unde, aut quantum dedit? Nonne his uestigiĩs ad caput maleficiĩ perueniri solet. Et simul tibi in mẽtem ueniat facito, queadmodum uitam huiusce depinxeris, hunc hominem ferum atq; agrestem fuisse, nũq̃ cũ homine quoq̃ collocutum esse, nũq̃ in oppido cõstitisse, qua in re prætereo illud, quod mihi maximo argumento ad huius innocẽtiã poterat esse, in rusticis moribus, in uictu arido, in hac horrida incultaq; uita istiusmodi maleficia gigni nõ solere, ut non omnem frugem neq; arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni uita nascitur, in urbe luxuries creatur. Ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem uocas, parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est. Verum hæc missa facio. Illud quæro cum his homo ut tute dicis nunq̃ inter homines fuerit,

per quos homines hoc tm̃ facinus tam occultũ absens præsertim conficere potuerit? Multa sunt falsa iudices, quæ tamen argui suspitiose possunt, in his rebus si suspitio reperta erit, culpã inesse cõcedã. Romæ Sex. Ro. occiditur, cum in agro Amerino eẽt filius, litteras credo misit alicui sicario, qui Romæ nouerat neminẽ. Arcessiuit aliquẽ. At quãdo? nũcium misit. Quẽ aut ad quẽ? precio, gratia, spe, promissis induxit aliquem? nihil horũ ne cõfingi quidem potest, & tamẽ cã de parricidio dicitur. Reliquum est, ut p seruos id admiserit. O dij immortales rem miseram & calamitosam, qđ in tali crimine qđ innocẽti saluti solet eẽ, ut seruos in quæstionem polliceatur. Id Sex. Ros. facere nõ licet. Vos q̃ hunc accusatis, oẽs eius seruos habebitis. Vnus puer uictus quotidiani administer ex tanta familia Sex. Ros. relictus nõ est. Te nũc appello. P. Scipio te Metelle. Vobis aduocatis, nobis agẽtib' aliquotiẽs duos seruos paternos ĩ quæstionẽ ab aduersarijs Sex. Ros. postulauit. Meministi te. T. Ros. recusare, quid hi serui ubi sunt? Chrysogonũ iudices sectantur. Apud eum sunt in honore & in p̃cio. Et iam nunc ut ex his quæratur, ego postulo, hic orat, atq; obsecrat, quid facitis? Cur recusatis? Dubitate etiam nũc iudices si potestis a quo sit Sex. Ro. occisus. ab eo ne? q̃ propter illius mortem in egestate & insidijs uersatur, cui ne quærendi quidem de morte patris potestas permittitur, An ab his qui quæstionẽ fugitant, bona possident? in cæde atq; ex cæde uiuunt? Omnia iudices in hac cã sunt misera atq; indigna, tamen hoc nihil neq; acerbius neq; iniquius proferri potest, mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet, ne tã diu quidẽ dominus erit in suos, dũ ex his de patris morte quæratur? Veniã neq; ita multo post ad hunc locũ, nam hoc totum ad Roscios pertinet, de quorum audacia tum me dicturum pollicitus sum, cũ Erucij crimina diluissem. Nũc

Eruci ad te uenio, conueniat mihi tecũ necesse est, si ad hũc maleficiũ istud attinet, aut ipsum sua manu fecisse id quod negas, aut per aliquos liberos aut seruos, liberos ne? Quos neq; ut conuenire potuerit, neq; qua ratione inducere, neq; ubi, neq; per quos, neq; qua spe, aut quo precio potes ostendere. Ego cõtra ostẽdo nõ mõ nihil eorum fecisse Sex. Ro. sed ne potuisse quidẽ facere, ꝙ neq; Romæ multis annis fuerit, neq; de prædijs unq̃ temere discesserit. Restare tibi uidebatur seruorum nomẽ, quo quasi in portum reiectus a cæteris suspitionibus cõfugere posses, ubi scopulũ offendis eiusmodi, ut non modo ab hoc crimen resilire uideas, uerũ omnẽ suspitionẽ in uosmetipsos recidere intelligas. Quid ergo est, quo tãdẽ accusator inopia argumẽtorũ cõfugerit? Eiusmodi tempus erat inquit, ut homines uulgo impune occiderentur. Quare hoc tu propter multitudinẽ sicariorum, nullo negocio facere potuisti? Interim mihi uideris Eruci una mercede duas res assequi uelle, nos iudicio ꝑfundere, accusare autem eos ipsos a quibus mercedẽ accepisti. Quid ais? uulgo occidebantur? per quos? & a quibus? Nonne cogitas te a sectoribus huc adductũ esse? Quid postea? nescis per ista tẽpora eos fere sectores fuisse collorũ & bonorum. Ii deniq; qui tum armati dies noctesq; circũcursabant, qui Romæ erant assidui, qui omni tempore in præda & in sanguine uersabantur, Sex. Ro. temporis illius acerbitatem iniquitatemq; obijcient? Et illam sicariorum multitudinem, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabũt fore? qui non modo Romæ non fuit, sed omnino quid Romæ agerετur nesciret, propterea ꝙ rure assiduus quemadmodũ tute cõfiteris, fuit. Vereor ne aut molestus sim uobis iudices, aut ne ingenijs uestris uidear diffidere, si de tam ꝑspicuis rebus diutius disserã. Erucij criminatio tota (ut arbitror) dissoluta est, nisi forte expectatis, ut illa diluam, quæ

de peculatu ac de eiusmodi reb⁹ cōmētitijs īaudita nobis an te hoc tēpus ac noua obiecit. Quæ mihi iste uisus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. itaq; neq; ad crimen parricidij, neq; ad eum qui causam dicit, pertinebat, de quibus cū uerbo arguit, uerbo satis est negare, si quid est quod ad seruos uel testes reseruet, ibi nos quoq; ut in ipā causa paratiores reperiet, q̄ putabat. Venio nunc eo quo me nō cupiditas ducit, sed fides, nam si mihi liberet accusare, accusarē alios potius, ex quibus possem crescere, quod certum est nō facere, dum utrūuis licebit. Is ēm mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locū peruenit non qui ascendit per alterius incōmodum & calamitatē, desinamus aliquando ea scrutari quæ sunt inania. Quæramus maleficiū ubi & est, et inueniri potest. Iam intelliges Eruci certum crimen q̄ multis suspitionibus coarguatur, tametsi neq; omnia dicā, & leuiter unūquodq; tāgam. Neq; enim id facerē, nisi necesse esset, & id erit signi me inuitū facere, q nō prosequar longius q̄ salus huius & mea fides postulabit. Causam tu nullā reperiebas in Sex. Ro. At ego in. T. Roscio reperio. Tecū enim mihi res est. T. Rosci qm̄ istic sedes, ac te palā aduersariū esse ꝓfiteris. De Capitone post uiderimus, si quemadmodū paratum esse audio, testis prodierit tū alias suas palmas quoque cognoscet, de quibus me ne audisse quidem suspicatur. L. Cassius ille quē. P. R. uerissimū & sapientissimū iudicem putabat, idētidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset, sic uita hominum est, ut ad maleficiū nemo conetur sine spe atq; emolumento accedere. Hunc quæsitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant hi quibus periculum creabatur, ideo q tametsi ueritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiā, q̄ implicatus ad seueritatē uidebatur. Ego quanq̄ præest huic quæstioni uir & contra audaciam

fortissimus, & ab innocentia clementissimus, tamen facile me paterer uel illo ipso acerrimo iudice quærente, uel apud Cassianos iudices, quorum etiã nunc hi, quibus causa dicẽda est, nomẽ ipsum reformidant, pro Sex. Ro. dicere. In hac enim causa cum uiderent illos amplissimã pecuniã possidere, hunc in summa mendicitate esse, illud quidẽ non quærerent cui bono fuisset, sed eo perspicuũ crimen & suspitionẽ potius ad prædam adiungerẽt, q̃ ad egestatẽ. Quid si accedit eodẽ, ut tenuis ãtea fueris? q̃d si ut auarus? quid si ut audax? quid si ut illius qui occisus est, inimicissimus? nũ quærenda quæ te ad tantũ facinus adduxerint? Quid igitur horũ negari potest? tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimulari nõ queat, atq; eo magis eluceat, quo magis occultatur. auaritiam præfers qui societatẽ coieris de municipis, cognatiq; fortunis cũ alienissimo q̃ sis audax ut alia obliuiscar, hinc omnes intelligere potuerũt, q̃ ex tota societate, hoc est tot sicarijs solus tu inuentus es, qui cum accusatoribus sederes, atq; os tuũ nõ mõ ostẽderes, sed etiã offerres, inimicitias tibi fuisse cum Sex. Ros. & magnas rei familiaris controuersias concedas necesse est. Restat iudices ut hoc dubitemus uter potius. Sex. Ro. occiderit, is ad quẽ morte eius diuitiæ uenerint, an is ad quem mendicitas? is qui antea tenuis fuerit? an is qui postea factus est egentissimus? is qui ardens auaritia feratur infestus in suos? an is qui semp ita uixerit, ut quæstũ nosset nullũ? fructum autem eum solũ quẽ labore peperisset? is qui omniũ sectorũ audacissimus sit? an is qui propter fori iudiciorumque insolentiam, non modo subsellia, uerumetiam urbem ipsam reformidat? Postremo iudices id quod ad rem mea sentẽtia maxime pertinet, uter inimicus potius an filius? Hæc tu Eruci tot & tanta si nactus esses in re, q̃diu diceres, quo te modo iactares? Tempus hercle te citius quam oratio deficeret. Etenim in singu

lis rebus eiusmodi materies est, ut dies singulos possis cõsumere, neq; ego nõ possum. Nõ enim mihi tantũ derogo, tametsi nihil arrogo, ut te copiosius q̃ me putem posse dicere. Verum ego forsitan propter multitudinẽ patronorũ in grege annumerer, te pugna cannensis accusatorem sat bonum fecit multos cæsos, non ad Trasimenũ lacũ, sed ad Seruilium uidimus. Quis ibi nõ est uulneratus ferro phrygio? non necesse est oẽs commemorare, Curtios, Marios, denicq; Mamercos, quos iã ætas a prælijs auocabat. Postremo Priamum ipsum senẽ Antistium, quem non modo ætas, sed etiã leges pugnare prohibebant. Iam quos nemo propter ignobilitatẽ nominat sexcenti sunt, qui inter sicarios & de uenẽficijs accusabant, qui omnes quod ad me attinet uellem uiuerẽt. Nihil eñi mali est, canes ibi q̃plurimos esse, ubi permulti obseruandi, multaq; seruanda sunt. Verũ ut fit multa sæpe imprudentibus imperatoribus uis belli ac turba molitur, dum is in alijs rebus erat occupatus, qui summam rerũ administrabat. Erant interea qui suis uulneribus mederentur, qui tanq̃ si offusa reipu. sempiterna nox esset, ita ruebãt in tenebris, oĩaq; miscebãt. A quibus miror ne quod iudiciorũ esset uestigiũ, non subsellia quoque esse combusta. Nã & accusatores & iudices sustulerũt. Hoc cõmodi est, q̃ ita uixerunt, ut testes oẽs si cuperẽt, interficere nõ possent. Nam dum hominum genus erit, qui accuset eos, nõ deerit. Dum ciuitas erit, iudicia fiẽt. Verũ ut cœpi dicere & Erucius hæc si haberet in causa, quæ cõmemoraui, posset ea quãuis diu dicere, & ego iudices possum. Sed in animo est quẽadmodum ante dixi, leuiter transire, ac tantummodo perstringere unãquãq; rem, ut omnes intelligãt me nõ studio accusare, sed officio defendere. Video igitur causas esse permultas, quæ istũ impellerẽt. Videamus nũc et quæ facultas suscipiẽdi maleficij fuerit. Vbi occisus est Sex. Ros. Romæ,

quid tu Rosci ubi tunc eras? Romæ, uerũ quid ad rẽ? & alij multi quasi nũc id agatur qs ex tãta multitudine occiderit? Ac nõ hoc quæratur, eũ qui Romæ sit occisus. Vtrum uerisimilius sit ab eo esse occisum qui assiduus eo tpe Romæ fuerit, an ab eo qui multis annis Romã omnino nõ accesserit. Age nũc cæteras quoq; facultates cõsideremus. Erat tum multitudo sicariorum, id quod cõmemorauit Euricius, & homines impune occidebãtur, quid ea multitudo quæ erat? opinor aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorum qui ab his conducebantur, ut aliquem occiderent. Si eos putas qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui nostra pecunia diues es. Sin eos quos qui leuiore nomine appellant, percussores uocant, quære in cuius fide sint & clientela. Mihi crede aliquem de societate tua reperies, & quicquid contradixeris, id cũ defensiõe nostra contendito. Ita facillime causa Sex. Ros. cũ tua cõferetur. Dices quid postea? si Romæ assiduus fui, respõdebo. At ego omnino nõ fui, fateor me sectorem esse, uerũ & alij multi. At ego ut tute arguis, agricola & rusticus nõ cõtinuo si me in gregẽ sicariorum cõtuli, sum sicarius. At ego profecto qui ne noui quidẽ quenq; sicariũ, lõge absum ab huiusmodi crimine, permulta sunt quæ dici possunt quare intelligatur summã facultatem tibi fuisse maleficij suscipiendi, quæ nõ mõ iccirco prætereo, ꝙ teipm nõ libenter accuso. Verũ eo magis etiam ꝙ si de illis cædibus uelim cõmemorare, quæ tum facta sunt ista eadẽ rõne qua Sex. Ro. occisus est, Vereor ne ad plures oratio mea ptinere uideatur. Videamus nũc strictim sicut cætera, quæ post mortẽ Sex. Ro. abs te. T. Ros. facta sunt, quæ ita apta & manifesta sunt, ut mediusfidius iudices inuitus ea dicã. Vereor em̃ qui cuiusmodi est Ro. ne ita hũc uidear uoluisse seruare, ut tibi oĩno nõ pepercerim. Cũ hoc uereor, & cupio tibi aliqua ex parte, quod salua fide possim parcere,

rursus immuto uoluntatem meam. Venit enim mihi in mētem oris tui. Tenes cum cæteri tui socij fugerēt, ac se occultarent, ut hoc iudicium non de illorum præda, sed de huius maleficio fieri uideretur, potissimū tibi partes istas depoposcisse, ut in iudicio uersarere, & sederes cum accusato re? Qua in re nihil aliud assequeris, nisi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur & impudētia. Occiso Sex. Ro. qui primus Ameriam nunciat? Mallius Claucia quem iam antea nominaui, tuus cliens & familiaris, quid attinuit eum potissimum nunciare? Quod si nullum iam ante cōsilium de morte ac de bonis eius inieras, nullamq́; societatem, neq; sceleris, neq; præmij cum homine ullo coieras, ad te minime omnium pertinebat. Sua sponte Mallius nunciat, quid quæso eius intererat? An cum Ameriam non huiusce rei causa uenisset casu accidit, ut id quod Romæ audierat primus nunciaret, cuius rei causa uenerat Ameriam? non possum inquit diuinare eo rem iam adducam, ut nil diuinatione opus sit. Qua ratione Roscio Capitoni primum nūciauit? cū Ameriæ Sex. Ro. domus, uxor, liberiq́; essent? cum tot propinqui cognatique optime conuenientes? qua ratione factum est, ut iste tuus cliens sceleris tui nuncius. Ti. Ro. Capitoni potissimum nunciaret? Occisus est a cœna rediens, nondum lucebat cum Ameriæ scitū est. Quid hic incredibilis cursus? Quid hæc tanta celeritas festinatioq́; significat? Non quæro qs percusserit. Nihil est Claucia q metuas. Non excutio te, si quid forte ferri habuisti, non scrutor. Nihil ad me arbitror pertinere, quoniam cuius consilio occisus sit innenio, cuius manu percussus sit, non laboro. Vnum hoc sumo, q mihi apertum tuum scelus resq́; manifesta dat. Vbi, aut unde audiuit Claucia? q tam cito sciuit? Fac audisse statim, quæ res noctu una cum tantum itineris contendere coegerit? quæ necessitas eū tan-

ta premebat, ut si sua sponte iter Ameriam faceret, id tpis Roma proficisceretur? nullā partē noctis requiesceret, etiā ne in tā perspicuis rebus argumentatio quærenda, aut con iectura capienda sit. Nōne uobis hæc quæ audistis, cernere oculis uidemini Iudices, non illum miserū ignarum casus sui redeuntē a cœna uidetis? Non positas insidias, non impetum repentinum, nō uersatur ante oculos uobis in cæde Glaucia, nō adest iste. Ti. Ros. nō suis manibus in curru col locat Autumedōtem illu; sui sceleris acerbissimi, nefariæq; uictoriæ nuncium? Non orat ut eam noctem peruigilet? ut honoris sui causa laboret? ut Capitoni quamprimum nunciet? Quid erat qđ Capitonem primum scire uoluerit? Nescio nisi hoc uideo. Capitonem in his bonis esse socium, de tribus & decem fundis tres nobilissimos fundos eum uideo possidere. Audio. præterea non hanc suspitionem nunc primum in Capitonem conferri, multas esse infames palmas, hanc primam esse tamen lemniscatam quæ Romæ deferatur, nullum modum esse hominis occidendi, quo ille nō aliquot occiderit, multos ferro, multos ueneno. Habeo etiā dicere quem contra morem maiorum minorem annis sexaginta de ponte in tyberim deiecerit, qui si prodierit, atq; adeo cum prodierit, scio enim proditurum esse, audiet, ueniat modo. Explicet suū uolumē illud, qđ ei planū facere pos sum Erucium conscripsisse, quod aiunt illum Sex. Ro. intē tasse, & meditatum esse, se omnia illa pro testimonio esse di cturum. O præclarum testem iudices. O grauitatem dignā expectatione. O uitam honestam, atq; huiusmodi ut libentibus animis ad eius testimonium uestrum iusiurandum accōmodetis, profecto non tam perspicue istorum maleficia ui deremus, nisi ipsos cæcos redderet cupiditas & auaritia et audacia. alter ex ipsa cæde uolucrem nūcium Ameriam ad socium, atq; ad magistrum suū misit, ut si dissimulare oēs

cuperent

cuperet se scire ad quem maleficium pertineret, tũ ipse apertum suum scelus ante omniũ oculos poneret, alter si dijs immortalibus placet, testimoniũ etiã in Sex. Ro. dicturus est, quasi uero id nũc agatur, utrum id quod dixerit credendũ, an quod fecerit uindicandũ sit. itaq; more maiorũ comparatũ est, ut in minimis rebus amplissimi homines testimoniũ de sua re non dicerent. Africanus qui suo cognomine declarat tertiã partẽ orbis terrarũ se subegisse, tamen si sua res ageretur, testimoniũ non diceret. Nam illud in talem uirũ nõ audeo dicere, si diceret, nõ crederetur. Videte nũc ꝙ uersa & mutata in peiorẽ partem sunt oĩa. Cũ de bonis & de cæde agatur, testimoniũ dicturus est is qui & sector est & sicarius. Hoc est qui & illorũ ipsorum bonorũ, de quibus agitur, emptor atq; possessor est, & eum hominem occidendum curauit, de cuius morte queritur. Quid tu uir optime & qd habes quod dicas? mihi ausculta. Vide ne tibi desis. Tua quoq; res permagna agitur, multa scelerate, multa audacter, multa improbe fecisti. Vnũ stultissime profecto tua spõte nõ de Erucij sententia, nihil opus fuit te isti credere. Neq; eñ accusatore muto, neq; teste quisq̃; utitur eo, q de accusatoris subsellio surgit. Huc accedit ꝙ paulo tamen occultior atq; tectior uestra ista cupiditas esset. Nũc quid est ꝙ quisq̃; ex uobis audire desideret, cũ quæ facitis eiusmodi sint, ut ea dedita opera a uobis cõtra uosmetipsos facere uideamini. Age nũc illa uideamus iudices, quæ statim cõsecuta sũt. Ad Volaterras in castra. L. Syllæ mors Sex. Ro. quatriduo quo is occisus est Chrysogono nunciatur. Quæritur etiã nunc quis eũ nunciũ miserit. Nonne perspicuũ est eundem qui Ameriam? curat Chrysogonus, ut eius bona uene ant statim, qui non norat hoĩem aut rem. Atqui uenit ei in mentem prædia cõcupiscere hominis ignoti, quem omnino nunq̃; uiderat? Soletis cum aliquid huiuscemodi auditis in

Iudices continuo dicere, necesse est aliquem dixisse municipē aut uicinum. Hi plerunq; indicant, per eos pleriq; produntur. Hic nihil est quod suspitionem hanc putetis. Non enim ego ita disputabo. Verisimile est Roscium istā rem ad Chrysogonum detulisse. Erat enim ei cum Chrysogono iam antea amicitia. Nam cum multos ueteres a maioribus Roscij patronos hospitesq; haberent, omnes eos colere atq; obseruare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam cōtulerunt. Hæc possum omnia uera dicere. Sed in hac causa coniectura nihil opus est, ipsos certe scio non negare. Ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo, si eum qui iudicij partem acceperit, oculis cernetis, poteritis ne dubitare iudices qui indicarit? Qui sunt igitur in istis bonis q̄bus partem Chrysogonus dederit, duo Roscij, num quisq; præterea? nemo est iudices. Num ergo dubium est quin hi obtulerint hanc prædam Chrysogono, qui ab eo partē prædæ tulerunt. Age nunc ex ipsius Chrysogoni indicio, Rosciorum factum consideremus. Si nihil in ista pugna Roscij quod operæprecium esset fecerāt, Quam ob causam Chrysogono tantis præmijs donabātur? Sed nihil aliud fecerūt, nisi rem detulerunt, nōne satis fuit his gratias agi? deniq; ut perliberaliter ageretur, honoris aliquid haberi? cur tria prædia tantæ pecuniæ statim Capitoni dātur? Cur quæ reliqua sunt iste Ro. oīa cū Chrysogono cōmuniter possidet? Nonne perspicuum est iudices, has manubias roscijs Chrysogonum re cognita cōcessisse? Venit in decem primis legatus in castra Capito. Totam uitam naturam moresq; hominis ex ipsa legatiōe cognoscite, nisi intellexeritis iudices nullum esse officium, nullū ius tam sanctum atq; integrū, quod nō eiusce uis atq; perfidia uiolarit & imminuerit, uirum optimum esse eum iudicatote. Impedimento est quo minus de his rebus Sylla doceatur, cæterorum legatorū consi

lia & uolũtates Chrysogono enũciat. Monet ut prouideat ne palã res agatur, ostendit si sublata sit uenditio bonorũ, illũ pecuniam grandem amissurũ, sese capitis periculũ aditurum, illum acuere, hos qui simul erant missi, fallere, illũ idemtidẽ monere, ut caueret, hisce insidiose spẽ falsam ostẽdere, cum illo contra hos inire cõsilia, horũ consilia illi enũciare, cũ illo partem suam depacisci, hisce illa fretum aura, semp omnes aditus ad Syllam intercludere. Postremo isto hortatore, auctore, intercessore, ad Syllam legati non adierunt, istius fide ac potius perfidia decepti, id quod ex ipsis cognoscere poteritis, si accusator uoluerit eius testimoniũ denunciare, pro re certa, spem falsam domũ rettulerũt. In priuatis rebus si qui rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quæstus aut cõmodi causa, uerũetiã negligentius eũ maiores summũ admisisse dedecus existimabãt. Itaq; mãdati constitutũ est iudiciũ, nõ minus turpe quã furti. Credo ppterea q̃ qbus ĩ rebus ipsi interesse nõ possumus, in his operæ nostræ uicaria fides amicorũ supponitur, quã q lædit, oppugnat oĩm cõmune præsidium, & quantum in ipso est disturbat uitæ societatẽ. Non enim possumus omnia per nos agere. Alius est in alia re magis utilis, icciroo amicitiæ cõparantur, ut commune commodum mutuis officijs gubernetur. Quid recipis mandatum si aut neglecturus, aut ad tuũ cõmodum cõuersurus es? Cur mihi te offers ac meis commodis officio simulato officis & obstas, recede de medio, per aliũ trãsigam. Suscipis onus officij qđ te putas sustinere posse, qđ minime uidetur graue his q minime ipsi leues sunt. Ergo icciroo turpis hæc culpa ẽ, q̃ duas res sanctissimas uiolat amicitiã & fidem. Nã neq; mandat quisq; fere nisi amico, neq; credit nisi ei quẽ fidelẽ putat, pditissimi est igitur hoĩs simul & amicitiã dissoluere, et fallere eũ q læsus nõ eẽt, nisi credidisset. Ita ne in minimis rebus qui

mandatũ neglexerit, turpissimo iudicio condẽnetur necesse est. In re tãta cũ is cui fama mortui, fortunæ uiui cõmẽdatæ sunt atq; concreditæ, ignominia mortuũ affecerit, is inter honestos hoïes atq; adeo inter uiuos numerabitur? in minimis priuatisq; rebus ẽt neglig ẽtia in crimen mãdati iudicijq; infamiã reuocat̃ ꝑpterea ꝙ si recte fiat, illũ negligere oporteat ꝗ mãdarit, nõ illũ qui mandatũ receperit. In re tãta q̃ publice gesta atq; cõmissa sit, ꝗ non negligentia priuatũ aliquod cõmodũ læserit, sed perfidia legationis ipsius cerimoniam polluerit, maculaq; affecerit, qua is tãdem pœna afficietur, aut quo iudicio dãnabitur? Si hanc ei rem priuatim. Sex. Ro. mãdauisset, ut cũ Chrysogono trãsigeret atq; decideret, inq; eam rem fidem suam, si ꝗd opus eẽ putaret, interponeret ille qui sese facturum esse recepisset, nonne si ex eo negocio tãtulũ in rem suã cõuertisset, dãnatus per arbitrũ & rem restitueret, & honestatẽ oẽm amitteret? Nũc non hanc ei rẽ Sex. Ro. mãdauit, sed id qđ multo grauius ẽ ipse Sex. Ro. cũ fama, uita, bonisq; oĩbus a decuriõibus publice Roscio mãdatus ẽ. Et ex eo. T. Ro. non paululũ nescio ꝗd in rem suã cõuertit, sed hũc funditus euertit bonis, ipse tria prædia sibi depactus est, uoluntatem decurionũ ac municipum tantidem quanti fidẽ suam fecit. Videte iam porro cætera iudices, ut intelligatis fingi maleficium nullum posse, quo iste sese non cõtaminarit, in rebus minoribus sociũ fallere turpissimũ est, æqueq; turpe atq; illud de quo ante dixi, neq; iniuria, propterea ꝙ auxiliũ sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem cõicauit. Ad cuius igitur fidem cõfugiet, cum per eius fidem læditur cui se cõmiserit? atqui ea sunt aĩaduertenda peccata maxime, quæ difficillime præcauẽtur. Tecti esse ad alienos possumus, intimi multa apertiora uideãt, necesse est, sociũ cauere qui possumus? quem etiã si metuimus, ius officij lædimus. Recte igitur maiores eum

qui socium fefellisset in uirorum bonorum numero nõ putarunt haberi oportere. At uero. T. Ros. nõ unum rei pecuniariæ socium fefellit, quod tametsi graue est, tamẽ aliquo modo posse ferri uideatur. Verũ nouẽ homines honestissimos eiusdem muneris legationis officij mãdatorumq; socios induxit, decepit, destituit, aduersarijs tradidit oĩ fraude & perfidia fefellit, qui de eius scelere suspicari nihil potuerũt, sociũ officij metuere non debuerunt, eius maliciam non uiderunt, orationi uanæ crediderũt. Itaq; nunc illi hoĩes honestissimi ꝑpter istius insidias parũ putantur cauti prouidiq; fuisse. Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga, qui primo sociorũ cõsilia aduersarijs enunciauit, deinde societatem cũ ipsis aduersarijs coijt, terret etiã nos ac minatur tribus prædijs, hoc est præmijs sceleris ornatus. In eiusmodi uita iudices in his tot tãtisq; flagitijs hoc quoq; maleficiũ, de quo iudicium est, reperietis. Etenim quærere ita debetis ubi multa auare, multa audacter, multa improbe, multa ꝑfidiose facta uidebitis, ibi scelus quoq; latere inter illa tot flagitia putatote, tametsi hoc quidẽ minime latet, ꝙ ita promptum ad propositũ est, ut non ex illis maleficijs, quæ in illo constant esse, hoc intelligatur, uerum ex hoc etiam si quod illorum forte dubitatur, conuincatur. Quid tandẽ quæso iudices num aut ille lanista omnino iam a gladiatore cessisse uidetur, aut is discipulus magistro tantulũ de arte cõcedere? Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Et. n. quoniam fidem magistri cognoscitis, cognoscite nunc discipuli æquitatẽ, dixi iam antea sæpenumero postulatos esse ab istis duos seruos in quæstionem, tu semper. T. Ros. recusasti. Quæro abs te hi ne qui postulabãt indigni erant qui impetrarent, an iste non commouebat, pro quo postulabãt? an res ipsa tibi iniqua uidebatur? postulabant homines honestissimi atq; integerrimi nostræ ciui

tatis, quos iam antea nominaui, q̄ ita uixerūt, talesq́ȝ a Po. Ro. putantur, ut quicq̄d dicerent, nemo esset q̄ nō æquū putaret. Postulabant aūt ꝓ homine miserrimo atq́ȝ infœlicissimo, q̄ uel ipse sese in cruciatum dari cuperet, dum de patris morte quæreret. Res porro abs te eiusmodi postulabat, ut nihil interesset, utrū eā rem recusares, an de maleficio cōfiterere. Quæ cū ita sint, quæro abs te quā ob cām recusaris? Cū occidit, Sex. Ro. ibidem fuerūt, seruos ipsos quod ad me attinet, neq́ȝ arguo neq́ȝ purgo, quod a uobis oppugnari uideo, ne in quæstionē dētur, suspitiosum est. Qđ uero apud uos ipsos in honore tāto sunt, ꝓfecto necesse ē sciāt aliq̄d, quod si dixerint perniciosum uobis futurū sit. In dominos quæri de seruis iniquum est. An ne' quæritur. Sex. n. Roscius reus est, neq́ȝ eñ cum de hoc quæritur, uos cum dño esse dicitis, cū Chrysogono sunt, ita credo litteris eorū & urbanitate Chrysogonus dicitur, ut inter suos omniū deliciarū, atq́ȝ omniū artiū puerulos ex tot elegantissimis familijs lectos uelit hos uersari, hoīes pene operarios ex amerina disciplina patrisfamiliæ rusticani. Non ita est ꝓfecto iudices, non est uerisimile, ut Chrysogonus horum litteras adamarit, aut humanitatem, nō ut rei familiaris negocio diligētiam cognorit eorum & fidem. Est quiddā quod occultatur, quod quo studiosius ab ipsis opprimitur, & abscōditur, eo magis eminet & apparet. Quid igit̄ Chrysogonus sui ne maleficij occultādi causa quæstionē de his haberi nō uult? Minime iudices, non in oēs arbitror omnia conuenire. Ego in Chrysogono qđ ad me attinet nil eiusmodi suspicor. Neque hoc mihi nunc primū in mentem uenit dicere. Meministis me ita distribuisse initio causam, in crimē, cuius tota argumentatio permissa Erucio est, & in audaciā, cuius ꝑtes Roscijs impositæ sunt, quicq̄d maleficij, sceleris, cædis erit, ꝓprium id Rosciorum esse debebit. Nimiam gratiam poten

tiāq; Chrysogoni dicimus, & nobis obstare & pferri nullo modo posse, & a uobis quoniam potestas data est, nō modo infirmari, uerumetiam uindicari oportere. Ego sic existimo q̄ quæri uelit ex his quos cōstat cū cædes facta sit affuisse, cum cupere uerū inuenire, qui recuset eum profecto tametsi uerbo non audeat, tñ re ipsa de maleficio suo confiteri. Dixi initio iudices nolle me plura de istorū scelere dicere, q̄ causa postularet, ac necessitas ipsa cogeret. Nā et multæ res afferri possunt, & unaquæq; earū multis cum argumētis dici pōt. Verum ego quod inuitus ac necessario facio, neque diu neq; diligenter facere possum, quæ p̄teriri nullo mō poterant, ea leuiter iudices attigi, quæ posita sunt in suspitionibus, de quibus si cœpero dicere, pluribus uerbis sit differendum, ea uestris ingenijs coniecturæq; cōmitto. Venio nunc ad illud nomen aureū Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuit, de quo iudices neq; quomodo dicā, neq; quomodo taceam reperire possum. Si enim taceo, uel maximam partem relinquo. Sin autem dico, uereor ne non ille solus id quod ad me nihil attinet, sed alij quoq; plures læsos se esse putent, tāetsi ita se res habet ut mihi in cōem causam sectorum dicēdum nihil magnopere uideatur. Hæc enim causa noua profecto & singularis est bonorū Sex. Ro. emptorem Chrysogonum. Primū hoc uideamus eius hōis bona qua ratione uenierunt, aut q̄uo uenire potuerunt, atq; hæc non ita quæram iudices, ut id dicam esse indignum, hominis innocentis bona uenisse. Si enim hæc audientur, ac libere dicentur, non fuit tantus homo. Sex. Ro. in ciuitate, ut de eo potissimū cōqueramur. Verū ego hoc quæro qui potuerint ista ipsa lege, quæ de pscriptione est siue ualeria ē, siue cornelia. Non. n. noui nec scio, uerum ista ipsa lege bona Sex. Ro. uenire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicūt esse, ut eorū bona ueneant qui proscripti sunt, quo in nume

ꝓ Sex.Ro.nō est, aut eorum qui in aduersariorū præsidijs occisi sunt, dū præsidia ulla fuerūt, in Syllæ præsidijs fuit, posteaquā ab armis recesserunt, in summo ocio rediens a cœna Romæ occisus est, si lege, bona quoq; lege uenisse fateor. Sin autem constat contra omnes nō mō ueteres leges, uerū etiam nouas occisum esse, bona quo iure, aut quomodo, aut qua lege uenierint quæro. In quē hoc dicam quæris Eruci? non in eū quem uis & putas. Nā Syllā & oratio mea ab initio, & ipsius eximia uirtus omni tēpore purgauit. Ego hæc oīa Chrysogonū fecisse dico, ut emerētur, ut malum ciuem Rosciū fuisse fingeret, ut eū apud aduersarios occisum esse diceret, ut hisce de rebus a legatis Amerinorū doceri. L. Syllam passus non sit. deniq; etiam illud suspicor omnino hæc bōa nō uenisse, id quod postea si per uos iudices licitū erit, aperietur. Opinor enim esse in lege quam ad diem proscriptiōes uenditionesq; fiant, nimirū ad Kal. Iunias, aliquot post mēses & homo occisus est, & bona uenisse dicuntur. Profecto aut hæc bona in tabulas publicas nulla ratione redierūt, nosque ab isto nebulone facetius eludimur, ꝙ putamus, aut si redierūt, tabulæ publicæ corruptæ sunt aliqua ratione. Nā lege quidem bona uenire non potuisse constat. Intelligo me ante tempus iudices hæc scrutari, & ꝓpemodum errare, qui cum capiti Sex. Ro. mederi debeā, reddi iuira curem. Nō enim laborat de pecunia, non ullius rationem sui commodi ducit, facile egestatē suā se laturum putat, si hac indigna suspitione & ficto crimine liberatus sit. Verū quæso a uobis iudices ut hæc pauca quæ restāt ita audiatis, ut partim me dicere ꝓ me ipso putetis, partim ꝓ Sex. Ros. quæ enim mihi ipsi indigna & intolerabilia uident̄, quæq; ad omnes nisi ꝓuidemus, arbitror pertinere, ea ꝓ meipso & animi mei sensu ac dolore pronūcio. Quæ ad huius uitæ casum causamq; pertineant, & quid hic pro se dici uelit, et

qua conditione contentus sit, iā in extrema oratione nostra iudices audietis. Ego haec a Chrysogono mea sponte remoto. Sex. Ros. quaero primum quare ciuis optimi bona uenierint. Deinde quare hominis eius, qui neque apud aduersarios occisus est, bona uenierūt, cum in eos solos lex scripta sit? Deinde quare aliquāto post eā diem uenierint, quae dies in lege praefinita est? Deinde cur tātulo uenierint? quae oīa si quemadmodum solent liberti nequam & improbi facere in patronum suum uoluerit conferre nihil egerit. Nemo est enim qui nesciat propter magnitudinē rerū multa multos partim imprudente. L. Sylla cōmisisse. Placet igitur in his rebus aliquid imprudentia praeteriri? nō placet Iudices, sed necesse est. Etenim si Iuppiter optimus maximus, cuius nutu & arbitrio coelum terra mariaq; reguntur, saepe uentis uehementioribus, aut immoderatis tēpestatibus, aut nimio calore, aut intolerabili frigore hominibus nocuit, urbes deleuit, fruges perdidit, quorum pernicie cū nihil diuino consilio, sed ui ipsa & magnitudine rerum factum putamus. At contra commoda quibus utimur, lucemq; qua fruimur, spiritumq; quem ducimus, ab eo nobis dari atq; impartiri uidemus. quid miramur. L. Syllam, cum solus rempub. regeret, orbemq; terrarū gubernaret, Imperijq; maiestatē, quā armis receperat, legib9 confirmaret, aliqua animaduertere nō potuisse, nisi hoc mirū est qđ uis diuina assequi nō possit, si id mēs humana adepta nō sit. Verū ut haec missa faciam, quae iā facta sunt ex his quae nūc maxime fiūt, nōne quiuis pōt intelligere omniū architectū & machinatorē unū esse Chrysogonū? qui Sex. Ro. nomen deferendum curauit. Hoc iudicium cuius honoris causa accusare se dixit Erucius,

aptam & ratione dispositam se habere existimant qui in salctinis, aut in bru-

tijs habēt, unde uix ter in anno audire nūciū possunt. Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis, habet animi relaxā di causa rus amœnum & suburbanum, plura præterea prædia, neq; tamen ullū nisi præclarum & propinquum, dom⁹ referta uasis corinthijs & deliacis, in quibus est Authepsa illa quam tanto precio nuper mercatus est, ut qui prætereū tes precium numerare audiebant, fundū uenire arbitraren tur. Quid præterea cælati argenti? quid stragulæ uestis? Quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse? Tantum scilicet quantum e mul tis splendidisque familijs, in turba & rapinis coaceruari una in domo potuit, familiam uero quantam & quam uarijs cum artificijs habeat. Quid ego dicam? mitto hasce artis uulgares, coquos, pistores, lecticarios, animi & aurium causa tot homines habet, ut quotidiano cantu uocum, & neruorum, & tibiarum nocturnisq; conuiuijs tota uicinitas personet. In hac uita iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? quæ uero conuiuia, honesta credo in huiusmodi domo, si domus hæc habenda est, potiusq; officina nequitiæ, & diuersorium flagitiorū omniū. Ipse uero quemadmodum composito et delibuto capillo passim per forum uolitet cum magna caterua togatorum uidetis iudices, & iam uidetis iudices ut omnes despiciat, ut hominem præ se neminem putet, ut se solum beatum, solum potentem putet. Quæ uero efficiat, & quæ conetur si uelim commemorare, uereor iudices ne quis imperitior existimet me causam nobilitatis, uictoriamq; uoluisse lædere. Tā etsi meo iure possum, si quid in hac parte mihi non placeat, uituperare. Non enim uereor ne quis alienum me animum habuisse a causa nobilitatis existimet. Sciunt hi qui me norūt me pro illa tenui infirmaq; parte, posteaquam id quod maxime uolui fieri non potuit, ut componeretur, id maxime

defendisse, ut hi uincerent qui uicerunt. Quis enim erat, qui non uideret humilitatem cum dignitate, de amplitudine contendere? quo in certamine perditi ciuis erat, non se ad eos iungere quibus incolumibus & domi dignitas, & foris auctoritas retineretur. Quae perfecta esse et suũ cuiq; honorem & gradum redditum gaudeo iudices uehementerq; laetor, eaq; omnia deorum uoluntate, studio. P. R. consilio & imperio & foelicitate. L. Syllae gesta esse intelligo. Quod animaduersum est in eos, qui contra omni ratione pugnarunt, Non debeo reprehẽdere, ꝙ uiris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est, laudo. Quae ut fierent iccirco pugnatum esse arbitror, meque in eo studio partium fuisse confiteor. Sin autem id actũ ẽ, & iccirco arma sumpta sunt, ut homines postremi pecunijs alienis locupletarentur, & in fortunas uniuscuiusq; impetum facerent, & id non modo re prohibere non licet, sed ne uerbis quidem uituperare, tum uero in in isto bello neq; recreatus neq; restitutus, sed subactus oppressusq;. P. R. est. Verum longe aliter est, nihil horum est iudices, non modo non laedetur causa nobilitatis, si istis hominibus resistetis, uerumetiam ornabitur. Etenim qui haec uituperare uolunt, Chrysogonũ tantum posse queruntur, qui laudare uolunt, concessum ei non esse commemorãt. Ac iam nihil ẽ ꝙ quisq; aut tam stultus aut tam improbus sit, qui dicat uellem quidem liceret, hoc dixissem, dicas licet, hoc fecissem, facias licet. Nemo prohibet, hoc decreuissem, decerne mõ recte, oẽs approbabunt, hoc iudicassem, laudabunt omnes, si recte & ordine iudicaris. Dum necesse erat resq; ipã cogebat, unus oĩa poterat, ꝗ posteaq; magistratus creauit, legesq; cõstituit, sua cuiq; procuratio auctoritasq; est restituta. Quã si retinere uolunt ij, qui recuperarũt, in perpetuum poterunt obtinere. Si has caedes & rapinas, &

hos tãtos tamq; profusos sumptus aut facient, aut approbabunt, nolo in eos grauius quicq̃, ne hominis quidem causa dicere. Vnũ hoc dico, nostri isti nobiles nisi uigilãtes & boni & fortes & misericordes erũt, his hominibus in quibus haec erunt, ornamenta sua concedant necesse est. Quapropter desinãt aliquãdo dicere, male aliquem locutũ esse, si qs uere & libere locutus sit, desinant suã causam cum Chrysogono communicare, desinant si ille laesus sit, de se aliquid detractum arbitrari. Videant ne turpe miserumq; sit eos q equestrem splendorem pati nõ potuerunt, serui nequissimi dominationem ferre posse, quae quidem dominatio iudices in alijs rebus antea uersabat̃. Nunc uero quã uitã muniter, quod iter affectet, uidetis. ad fidem, ad iusiurandũ, ad iudicia uestra, ad id quod solum prope in ciuitate sincerum sanctumq; restat, hic ne etiam sese putat aliquid posse Chrysogonus? hic etiam potẽs esse uult? O rem miseram atq; acerbam, neq; mehercules hoc indigne fero, q uerear ne quid possit. Verum q ausus est, quod sperauit sese apud tales uiros aliqd ad perniciem posse innocẽtis, idipsum q̃ror, iccirco ne experrecta nobilitas armis atq; ferro rempu. recuperauit, ut ad libidinem suam liberti seruuliq; nobilium bona fortunas uestras atq; nostras uexare possent? Si id actũ est, fateor me errasse, qui hoc maluerim, fateor insanisse q cum illis senserim, tametsi inermis iudices sensi. Sin autẽ uictoria nobilium ornamento atq; emolumento reipu. Po. q; Ro. debet esse, tum uero optimo & nobilissimo cuiq; meam orationem gratissimam esse oportet. Quod si quis est qui & se & cãm laedi putet, cũ Chrysogonus uituperetur, is causam ignorat, seipsum prope nõ nouit. Causa eñ splẽdidior fiet, si neqssimo cuiq; resistetur, ille improbissimus Chrysogoni fautor, qui sibi cũ illo rationem cõmunicatam putat laeditur, cũ ab hoc splendore causae separatur. Verũ haec oĩs ora

tio ut iā ante dixi, mea est, qua me uti respu. & dolor meus, & istorū iniuria coegit. Sed Roscius horū nihil indignum putat, neminē accusat, nihil de suo patrimonio q̄rit, Putat hō īperitus morū ciuiliū agricola et rusticus ista oia q̄ uos p Syllam gesta esse dicitis, more, lege, iure gentiū facta, culpa liberatus & crimine nefario solutus cupit a uobis discedere, si hac indigna suspitione careat, animo æquo se carere suis omnibus commodis dicit. Rogat oratq; te Chrysogone si nihil de patris fortunis amplissimis in suā rem cōuertit, si nulla in re te fraudauit, si tibi optima fide sua omnia concessit, annumerauit, appēdit, si uestitū quo ipse tectus erat, annulumq; dedit, os suū tibi tradidit, si ex omnibus rebus seipsum nudum, neq; præterea quicq; excepit ut sibi per te liceat innocenti amicorum opibus uitā in egestate degere, prædia mea tu possides, ego aliena misericordia uiuo, conce do, & q̄ animus æquus est, & quia necesse est, mea domus tibi patet, mihi clausa est, fero. familia mea maxima uteris. Ego seruū habeo nullū, patior, & ferendū puto. q̄d uis amplius? quid insequeris? q̄d oppugnas? Qua in re tuam uolū tatem lædi a me putas? Vbi tuis cōmodis officio? q̄d tibi obsto? si spoliorū cā uis hominē occidere, spoliasti. Quid quæris amplius? si inimicitiarū, quæ sunt tibi inimicitiæ cum eo cuius antea prædia possedisti, q̄ ipsum cognosti? Sin metuis, ab eo ne aliquid metuis, quem uides ipsum a se tam atrocem iniuriā propulsare nō posse? Sin bona quæ Ro. fuerūt, tua facta sunt, idcirco hunc illius filium studes perdere, nōne ostendis id te uereri, q̄ præter cæteros tu metuere nō debeas, ne quando liberis proscriptorum bona patria reddantur. facis iniuriam Chrysogone si maiorem spem emptionis tuæ in huius exitio ponis, quam in his rebus, quas. L. Sylla gessit. Quod si tibi nulla causa est, cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis, si tibi omnia sua præter animā tra

didit, nec sibi quicq; paternum ne monumenti quidem cau‑
sa reseruauit, per deos immortales, quae ista tanta crudeli‑
tas est? quae tam fera immanisq; natura? Quis unquã prae‑
do fuit tam nefarius? Quis pirata tam barbarus, ut cum in‑
tegram praedam sine sanguine habere posset, cruenta spo‑
lia detrahere mallet? Scis hũc nihil habere, nihil audere,
nihil posse, nihil unquã contra rem tuã cogitasse, & tamen
oppugnas eũ, quem neq; metuere potes, neq; odisse debes,
nec quicquã iã habere reliqui uides, quod ei detrahere pos‑
sis, nisi hoc indignũ putas q̃ uestitũ sedere ĩ iudicio uides,
quem tu e patrimonio tanquã e naufragio nudũ expulisti.
Quasi uero nescias hũc & ali & uestiri a Caecilia Balearis
filia nepotis sorore spectatissima foemina, quae cum patrem
clarissimum, amplissimos patruos, ornatissimũ fratrẽ habe‑
ret, tñ cũ eẽt mulier uirtute pfecit, ut quanto honore ipsa ex
illorũ dignitate afficeretur, nõ minora illis ornamẽta ex sua
laude redderet. An q̃ diligenter defendit, id tibi indignum
facinus uidetur? Mihi crede si pro patris huius hospitijs et
gratia uellent oẽs huius hospites adesse, & auderẽt oẽs li‑
bere defendere, satis copiose defenderetur. Sin autẽ pro ma‑
gnitudine iniuriae proq; eo q̃ summa Respu. in eius piculo
tẽtatur. Haec oẽs uindicarẽt, cõsistere mehercule uobis isto
in loco nõ liceret. Nũc ita defendit, nõ sane ut moleste ferre
aduersarij debeant, neq; ut se potẽtia superari putẽt. Quae
domi gerẽda sunt, ea p Caeciliã trãsiguntur, fori iudicijq;
rationẽ Messala ut uidetis iudices suscepit, q̃ si iã satis aeta‑
tis & roboris haberet ipse pro Sex. Ro. diceret, quoniã ad
dicẽdũ impedimẽto est aetas & pudor, qui ornat aetatẽ, cau‑
sam mihi tradidit, quẽ sua cã cupere ac debere itelligebat,
ipẽ assiduitate, cõsilio, auctoritate, diligẽtia perfecit ut Sex.
Ro. uita erepta de manibus sectorũ sentẽtijs iudicũ permit‑
teretur. Nimirũ indices pro hac nobilitate pars maxima ci‑

uitatis in armis fuit, hæc acta res est ut nobiles restituerentur in ciuitatem, qui hoc facerent, quod facere Messalam uidetis, qui caput innocentis defenderent, qui iniuriæ resisterēt, qui quantū possent ī salute alterius q̃ in exitio mallent ostendere, q si omnes qui eodem loco nati sint facerēt, & respu. ex illis, ac ipsi ex inuidia minus laborarent. Verū si a Chrysogono iudices nō impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, uitam ne petat. Si ille adduci nō potest, ut cū ademerit nobis omnia, quæ nostra erant propria, ne lucem quoq; hanc quæ communis est, eripere cupiat, si nō satis habet auaritiā suam pecunia explere, nisi etiā crudelitate sanguinis præditus sit. Vnū pfugiū iudices, una spes reliqua est Sex. Ro. eadē quæ reipu. uestra pristina bonitas & misericordia, quæ si manet, salui etiam nūc esse possumus, sin ea crudelitas, quæ hoc tempore in rempub. crassata est, uestros quoq; animos id quod profecto fieri nō potest duriores acerbioresq; reddidit, actū est iudices, inter feras satius est ætatem degere, q̃ in hac tanta immanitate uersari. Ad eam ne rem uos reseruati estis, ad eam ne rem delecti, ut eos condēnaretis, quos sectores ac sicarij iugulare non potuissent? Solent hoc boni imperatores facere, cum prælium committūt, ut in eo loco quo fugam hostium fore arbitrantur, Milites collocēt, in quos si q ex acie fugerint de improuiso incidāt, nimirū similiter arbitrātur isti bonorū emptores, Vos hic tales uiros sedere, qui excipiatis eos, qui de suis manibus effugerint. Dij prohibeant iudices, ut hoc quod maiores cōsilium publicum uocari uoluerunt, præsidium sectorū existimetur. An uero iudices uos nō intelligitis nihil aliud agi, nisi ut proscriptorum liberi quauis ratione tollantur, et ei⁹ rei initium in uestro iureiurādo, atq; in Sex. Ros. periculo quæri, dubium est ad quem maleficiū pertineat? cū uideatis ex altera parte sectorem] inimicum sicarium eundemq;

accusatorem, hoc tēpore ex altera pte egētem ꝓbatū suis filium in quo non modo culpa nulla, sed ne suspitio quidem potuit cōsistere. Nūquid hic aliud iudices uidetis obstare Roscio, nisi ꝙ patris bona uenierūt? ꝙ si id uos suscipitis, & eadem in re operā uestrā profitemini, si iccirco sedetis, ut ad uos adducantur eorū liberi quorū bona uenierūt, cauete ꝑ deos immortales iudices, ne noua & multo crudelior ꝑ uos ꝓscriptio instaurata esse uideatur. Illam priorem quæ facta est in eos qui arma capere potuerūt, tamen senatus suscipere noluit, ne quid acrius q̄ more maiorū cōparatū est, publico consilio factū uideretur. hanc uero quæ ad eorū liberos atq; ad infantiū puerorū incunabula pertinet, nisi hoc iudicio a uobis reijcitis & aspernamini, uidete ꝑ deos immortales quem in locū rempu. peruenturā putetis, homines sapiētes & ista auctoritate & potestate præditos qua uos estis, ex quibus rebus maxime respu. laborat, his maxime mederi cōuenit. Verū nemo est, quin intelligat Po. Ro. qui quōdā in hostes lenissimus existimabatur, hoc tp̄e domestica crudelitate laborare, hanc tollite ex ciuitate iudices, hanc pati nolite diutius in hac repu. uersari, quæ nō modo id habet in se mali, ꝙ tot ciues atrocissime sustulit, uerumetiā hoibus lenissimis ademit misericordiam cōsuetudine incōmodorum. Nam cū omnibus horis aliquid atrociter fieri uidemus aut audimus, etiā qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarū sensum oēm humanitatis ex animis amittimus.

M.T.C. PRO LVCIO MVRENA AD IVDICES ORATIO.

VAE DEPRECATVS A dīs immortalibus sum iudices more instituto q; maiorum illo die, quo auspicato comitijs centuriatis L. Murenam cōsulem renūciaui, ut ea res mihi magistratuiq; meo populo

meo populo plebiq; Ro. bene atq; fœliciter eueniret, Eadē precor ab iijsdē dijs immortalibus ob eiusdem hoīs consulatum una cum salute obtinēdum, & ut uestræ mentes, atq; sentētiæ cū Po. Ro. uoluntate suffragijsq; consentiant, eaq; res uobis Po.q; Ro. pacem, trāquillitatem, ociū, cōcordiamq; afferat. q; si illa solemnis comitiorum precatio consularibus auspitijs consecrata tantam habet in se uim & religionem, quantam reip. dignitas postulat, idem ego sum precatus, ut eis quoq; hominibus quibus hic consulatus me rogāte datus esset, ea res fauste fœliciter prospereq; eueniret. Quæ cum ita sint iudices, & cum omnis deorum immortalium potestas, aut translata sit ad uos, aut certe communicata uobiscum, idem consul eū uestræ fidei commendat, qui antea dijs immortalibus cōmendauit, ut eiusdē hominis uoce & declaratus consul & defensus beneficiū Po. Ro. cum uestra atq; omniū ciuium salute tueatur, & quoniā in hoc officio studium meæ defensionis ab accusatoribus, atq; etiā ipsa susceptio causæ reprehensa est anteq̄ pro. L. Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam, non quo mihi potior hoc quidem in tempore sit officij mei q̄ huiusce salutis defensio, sed ut meo facto uobis probato maiore auctoritate ab huius honore fama fortunisq; omnibus inimicorum impetus propulsare possim. Et primū. M. Catoni uitam ad certam rationis normā dirigenti, & diligentissime perpendenti momēta officiorū oīm de officio meo respondebo. Negat fuisse rectū Cato me & consulē & legis ambitus latorē, & tā seuere gesto cōsulatu cām. L. M. attingere, cuius reprehensione & uehementer mouet, non solū ut uobis iudices quibus maxime debeo, uerūetiā ut ipsi Catoni grauissimo, atq; integerrimoq; uiro rationē facti mei probē. A quo tandem. M. Cato est æquius consulē defendi, q̄ a consule? Quis mihi in repu. potest aut debet esse coniunctior, q̄ is

K

cui Resp. a me uno traditur sustinenda, magnis meis laboribus & periculis sustentata? Quod si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculũ iudicij præstare debet, q se nexu obligauit, profecto etiã rectius in iudicio cõsulis designati, is potissimũ cõsul q consulẽ declarauit, auctor beneficij. P.R. defensorq; periculi esse debebit. Ac si ut nõnullis in ciuitatibus fieri solet, patronus huic causæ publicæ cõstitueretur, is potissimũ honore affecto defensor daretur, q eodẽ honore præditus nõ minus afferret ad dicendũ auctoritatis q̃ facultatis. Quod si portu soluentibus hi qui iam in portũ ex alto inuehũtur, præcipere summo studio solent, & tempestatũ rõnem & prædonũ & locorũ, qđ natura affert, ut eis faueamus, qui eadẽ pericula, qbus nos pfuncti sum?, ingrediãtur, quo tandẽ me aĩo esse oportet prope iã ex magna iactatione terram uidentẽ in hunc, cui uideo maximas Reip. tempestates esse subeũdas? Quare si est boni consulis non solũ uidere quid agatur, uerũetiam prouidere quid futurum sit, ostendam alio loco quãtum salutis communis intersit, duos consules in Republica. Kalen. Ianua. esse. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas q̃ Resp. Cõsulẽ ad cõem salutem defendendã uocare. nam q legem de ambitu tuli, certe ita tuli, ut eam quam mihimetipsi iam pridem tulerim, de ciuium periculis defendẽdis non abrogarem. Etenim si largitionem factam esse cõfiterer, idq; recte factũ esse defenderẽ, facerem improbe, etiã si alius legẽ tulisset. Cũ uero nihil cõmissum cõtra legẽ esse defendam, quid est q meã defensionẽ latio legis impediat? Negat esse eiusdem seueritatis Catilinam exitium reip. intra mœnia molientem uerbis & pene imperio urbe expulisse, & nunc pro L. Murena dicere. Ego autem has artis lenitatis & misericordiæ quas me natura ipsa docuit, semp egi libenter. Illam uero grauitatis seueritatisq; personam

non appetiui, sed mihi a rep. impositam sustinui, sicut huius imperij dignitas in summo periculo ciuium postulabat. Quod si tum cum resp. uim & seueritatem desiderabat, uici naturam, & tam uehemens fui q̃ cogebar, non q̃ uolebam, nunc cum me omnes causæ ad misericordiam humanitatẽq; uocẽt, quãto tandẽ studio debeo naturæ meæ cõsuetudiniq; seruire? Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ fortasse etiam alia in parte orationis dicẽdum nobis erit. Sed me iudices non minus hominis sapientissimi atq; ornatissimi Seruij Sulpicij conquestio, q̃ Catonis accusatio commouebat, q grauissime & acerbissime ferre me dixit, me familiaritatis necessitudinisq; oblitum, causam L. Murenæ cõtra se defendere. Huic ego iudices satisfacere cupio, uosq; adhibere arbitros. Nam cũ graue est uere accusari in amicitia, tũ etiam si falso accuseris, nõ est negligendũ. Ego Serui Sulpici me in petitiõe tua tibi oĩa studia atq; officia pro nostra necessitudine & debuisse cõfiteor, et præstitisse arbitror. Nihil tibi cõsulatũ petenti a me defuit, quod esset aut ab amico, aut a gratioso, aut a consule postulandum. Abijt illud tempus, mutata ratio est. sic existimo, sic mihi persuadeo, me tibi contra honorem Murenæ quantum tu a me postulare ausus sis, tantum debuisse, contra salutem nihil debere. Neq; enim si tibi tum cũ peteres cõsulatum, affui, iccirco nunc cũ Murenam ipsum petas, adiutor eodem pacto esse debeo. Atq; hoc non modo nõ laudari, sed ne concedi quidẽ potest, ut amicis nostris accusantibus, non etiã alienissimos defendamus. Mihi autẽ cũ Murena iudices & magna & uetus amicitia est, quæ ĩ capitis dimicatione ab Ser. Sulpicio nõ iccirco obruetur, q ab eodẽ in honoris cõtentione superata est. Quæ si causa nõ esset, tñ uel dignitas hoĩs, uel honoris eius quem adeptus est amplitudo summã mihi superbiæ crudelitatisq; famã inussisset, si ho-

minis & suis & Po.Ro.ornamentis amplissimi causam tāti periculi repudiassem. Neq; enim iā mihi licet, neq; est integrum, ut meū laborem hominū periculis subleuandis nō impertiam. Nā cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data quāta antea nemini, labores per quos ea coeperis, cum adeptus sis, deponere esset hominis & astuti & ingrati, q̄ si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiae, nulla supbiae turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur. Ego uero libenter desino. Sin aūt inertiam fuga laboris & desidiā, repudiatio supplicū supbiā amicorum, neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est huiusmodi, quā nec industrius, quam nec misericors, nec officiosus deserere possit. Atq; huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio Serui facillime coeperis. Nā si tibi necesse putas etiā aduersarijs amicorū tuorū de iure cōsulentibus respōdere, & si turpe existimas te aduocato, illū ipm quem cōtra ueneris causa cadere, noli tam esse iniustus, ut cū tui fontes uel inimicis tuis pateant, nostros riuulos etiā amicis putes clausos esse oportere. Etenim si me tua familiaritas ab hac cā remouisset, si hoc idē.Q.Hortēsio.M.Crasso clarissimis uiris, si item caeteris, a q̄bus intelligo tuā gratiam magni aestimari accidisset, in ea ciuitate consul designatus defensorē nō haberet, in qua nemini unquā infimo maiores nostri patronū deesse uoluerūt. Ego uero iudices ipse me existimarē nefarium si amico, crudelem si misero, superbū si cōsul cōsuli defuissem. Quare qđ dandū est amicitiae, large dabit̄ a me, ut tecum agā Serui, nō secus ac si meus esset frater, qui mihi carissimus est, isto in loco qđ tribuendū est officio, fidei, religiōi illud ita moderabor, ut meminerim me cōtra amici studiū ꝑ amici periculo dicere. Intelligo iudices tris totius accusationis partis fuisse, & earū unā in reprehensiōe uitae, alteram in contentiōe dignitatis, tertiam in criminibus am

bitus esse uersatam, atque harũ triũ partium, prima illa quæ grauissima debebat eẽ ita fuit infirma & leuis, ut illos lex magis quædam accusatoria, quàm uera maledicẽdi facultas de uita. L. Murenæ dicere aliqd coegerit. Obiecta est eñ Asia, quæ ab hoc nõ ad uoluptatem & luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. Qui si adolescẽs patre suo imperatore nõ meruisset, aut hostẽ aut patris imperiũ timuisse, aut a parente repudiatus uideretur, aut cũ sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filij soleãt, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendũ fuit, ne ut rebus cõmuniter gestis pene simul cum patre triumpharet, hic uero iudices & fuit in Asia, & uiro fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in uictoria fuit, & si habet Asia suspitionem luxuriæ quandam, non asia nunquàm uidisse, sed in Asia continenter uixisse laudandum est. Quamobrem non asiæ nomen obijciendum Murenæ fuit, ex qua laus familiæ memoria generi honos, & gloria nomini constituta est, sed aliquod aut in asia susceptum, aut ex asia deportatum flagitiũ ac dedecus esse. Meruisse uero stipendia in eo bello, qđ cũ Popu. Ro. non modo maximum, sed etiam solum gerebat uirtutis, patre imperatore libentissime meruisse pietatis, finẽ stipendiorum patris uictoriam ac triumphum fuisse, fœlicitatis fuit. Maledicto quidem iccirco nihil in hisce rebus loci est, quod omnia laus occupauit. Saltatorem appellat. L. Murenam Mar. Cato maledictum est, si uero obijcitur, uehemẽtius accusatoris, sin falso, maledici conuiciatoris. Quare cum ista sis auctoritate, non debes Marce Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio, neque temere consulem Popu. Roma. saltatorem uocare, sed cõspicere quibus præterea uitijs affectum esse necesse sit eũ, cui uere istud obijci possit. Nemo enim fere saltat sobrius,

nisi forte insaniat, neque in solitudine, neque in cõuiuio mo derato atq; honesto. Intẽpestiui conuiuij, amœni loci, multarum delitiarũ comes est extrema saltatio. Tu mihi arripis hoc, quod necesse ẽ omniũ uitiorũ esse postremũ. Relinquis illa quibus remotis hoc uitium omnino esse nõ põt. nullum turpe conuiuium, non amor, non cõmessatio, non libido, nõ sumptus ostenditur. & cũ ea nõ reperiantur, quæ uoluptatis nomen habent, quæq; uitiosa sunt, in quo ipsam luxuriã reperire non potes, in eo te umbram luxuriæ reperturũ putas. Nihil igitur ĩ uitã. L. Murenæ dici põt? nihil inquã oĩno. Iudicio sic a me designatus consul defenditur, ut eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in uita proferatur. bene habet. ista sunt fundamenta defensionis. Nondum. n. nostris laudibus quibus utar postea, sed prope inimicorũ cõfessione, uirũ bonũ atq; integrũ hoĩem defendimus. Quo constituto facilior ẽ mihi aditus ad cõtẽtionẽ dignitatis, quæ altera pars fuit accusatiõis. Summã uideo in te eẽ Serui Sul. dignitatẽ generis, itegritatis, idustriæ, cæterorũq; ornamẽtorũ oĩm, quibus fretũ ad cõsulatus petitionẽ aggredi par est. Paria cognosco esse ista in. L. Mu. atq; ita paria, ut neq; ĩpe dignitate uinci potuerit, neq; te dignitate superarit. Contẽpsisti. L. Mu. genus, extulisti tuũ. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui patritius sit, neminẽ bono eẽ genere natũ, facis ut rursus plebs in Auentinũ seuocãda eẽ uideatur. Sin aũt sunt ãplæ & honestæ familiæ plebeiæ, et pauus. L. Murenæ, et auus prætor fuit & pater. Et. n. mihi ipĩ accidit, ut cũ duobus patritijs, altero improbissimo atq; audacissimo, altero modestissimo atq; optimo uiro peterẽ, superaui tñ dignitate Catilinam, gratia Galbam. Quod si id crimẽ homini nouo esse deberet, profecto mihi neq; inimici neq; inuidi defuissent.

Omittamus igitur de genere dicere, cuius est magna in utroq; dignitas, uideamus cætera. Quæsturã una petijt. Et sum ego factus prior, non est respondendũ ad oĩa, neq; eñ uestrum quenq; fugit, cũ multi pares dignitate fiant. Vnus autem primum solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis, & renũciationis, propterea q̃ renunciatio gradus habeat, dignitas aũt sit persæpe eadẽ omnium, sed quæstura utriusq; propemodum pari momento sortis fuit. Habuit hic lege ticia prouinciã tacitã & quietã, Tu illam, cui cũ quæstores sortiũtur, etiam acclamari solet, hostiẽsem nõ tam gratiosam & illustrẽ q̃ negociosam & molestã. Cõsedit utriusq; nomen in quæstura. Nullum enim uobis sors campũ dedit, in quo excurrere uirtus cognosciq; posset. Reliqui temporis spaciũ quod in cõtentionẽ uocatur, ab utroq; dissimillima ratione tractatũ ẽ. Seruius hic nobiscũ hãc urbanam militiam respõdẽdi, cauendi, scribendi, plenã sollicitudinis ac stomachi secutus est. Ius ciuile didicit, multũ uigilauit, laborauit, præsto multis fuit, multorũ stultitiã perpessus est, arrogãtiã pertulit, difficultatem exorbuit. Vixit ad aliorũ arbitriũ, nõ ad suũ. Magna laus & grata hominibus, unũ hominẽ elaborare in ea sciã, quæ sit multis profutura. Cũ amplissime atq; honestissime ex prætura pater huius triumphasset, hoc faciliorem huic gradũ cõsulatus adipiscẽdi reliquit, quod is iã patri debitus a filio petebat. Tua uero nobilitas Serui Sulpici tãetsi summa est, tñ hoĩbus litteratis & historicis est notior, populo uero & suffragatoribus est obscurior. Pater enim fuit equestri loco, auus nulla illustri laude celebratus. Itaq; non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium uetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semper in nostrum numerũ aggregare soleo, q̃ uirtute industriaq; pfecisti, ut cũ equitis Romani esses filius, summa tamẽ amplitudine dignus putarere,

Nec mihi unq̃ minus in.Q.Pompeio nouo homine & fortissimo uiro uirtutis eẽ uisum est,q̃ in homine nobilissimo M.AEmilio.Etenim eiusdẽ animi atq; ingenij est posteris suis quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis quam nõ acceperit,tradere,& ut Scaurus memoriã prope intermortuam generis sui uirtute renouare.Quanquã ego iam putabam iudices multis uiris fortibus,ne ignobilitas generis obijceretur,meo labore esse perfectũ, qui nõ modo Curijs, Catonibus,Pompeijs antiquis illis fortissimis uiris nouis hoĩbus,sed his recẽtibus Marijs,& Didijs,& Cœlijs cõmemorandis iacebant.Cum uero ego tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem ut aditus ad consulatũ post hac.sic ut apud maiores nostros fuit,non magis nobilitati q̃ uirtuti pateret,non arbitrabar cum ex familia uetere & illustri consul designatus ab equitis Ro.filio consule defenderet,de generis nouitate accusatores esse dicturos.Quid? Murena interea fortissimo & sapiẽtissimo uiro summo imperatori legatus.L.Lucullo fuit,qua in legatione duxit exercitum,signa cõtulit,manum cõseruit,magnas copias hostiũ fudit.Vrbes partim ui partim obsidione cepit.Asiã istã refertam,& eãdẽ delicatã sic obijt,ut in ea neq; auaritiæ, neq; luxuriæ uestigiũ reliquerit.Maximo in bello sic ẽ uersatus,ut hic multas res & magnas sine imperatore gesserit,nullã sine hoc imperator.Atq; hæc q̃q̃ præsente.L.Lucullo loquar tñ ne ab ipso propter periculũ nostrũ cõcessam uideamur habere licentiã fingendi publicis litteris testata sunt oĩa,quibus.L.Lucullus tantũ laudis impartit,quantũ neq; ambitiosus imperator,neq; inuidus tribuere alteri in cõmunicãda gloria debuit.Summa in utroq; est honestas, summa dignitas,quam ego si mihi per Seruiũ liceat pari, atq; in eadẽ laude ponã,sed nõ licet.Agitat rem militarem, insectatur totam hanc legationem, assiduitatis & operarũ

harum quotidianarũ putat esse consulatum, apud exercitũ mihi fueris inquit, tot annos forum non attigeris. Abfueris tamdiu, ut cũ longo post interuallo ueneris, cũ his q̃ in foro habitarunt, de dignitate contendas. Primũ ista nostra assiduitas Serui nescis quãtũ interdum afferat hominibus fastidij, quãtum satietatis. Mihi quidem uehementer expedit positã in oculis esse gratiam, sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superaui, & tu idem fortasse. Verũtamen utriq; nostrum desideriũ nihil obfuisset. Sed ut hoc omisso ad studiorum atq; artiũ contentionem reuertamur, qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis res militaris, q̃ iuris ciuilis gloria? Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille ut eo quo intendit, mature cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui consultores, ille ne urbes aut castra capiantur, Ille tenet & scit ut hostiũ copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur, ille exercitatus est in ꝓpagandis finibus, tu in regendis. At nimirũ, dicendum est enim quod sentio, Rei militaris uirtus præstat cæteris om̃ibus. Hæc nomen Po. Roma. hæc huic urbi æternã gloriã peperit, hæc orbem terrarum parere huic imperio coegit, oẽs urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forẽsis laus & industria latẽt in tutela ac præsidio bellicæ uirtutis, simulatq; increpuit suspitio tumultus, artes illico nostræ cõticescunt. Et q̃m mihi uideris istam sciẽtiam iuris tã quã filiolam osculari tuam, non patiar te in tãto errore uersari, ut istud nescio quid quod tantopere didicisti, præclarũ aliquid esse arbitrere. Alijs ego te uirtutibus continentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei, cæteris omnibus consulatu & oĩ honore semper dignissimũ iudicaui, quod quidem ius ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti, sed illud dicã nullã

esse in illa disciplina munitam ad cōsulatum uiam. Omnes enī artes, quæ nobis Po.Ro. studia conciliant, et admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatē debent habere. Sūma dignitas est in his q̄ militari laude antecellunt. Oīa enī quæ sunt in imperio & in statu ciuitatis, ab his defendi & firmari putantur. summa etiā utilitas, si quidem eorū consilio & periculo, cū repub. tum etiā nostris rebus perfrui possumus. Grauis etiā illa est, & plena dignitatis dicendi facultas, quæ sæpe ualuit in cōsule deligendo, posse consilio atq; oratione, & Senatus, & populi, & eorum qui res iudicant mentes permouere. Quæritur consul qui dicēdo nōnunq̄ cōprimat tribunitios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum si ob hanc facultatem homines sæpe etiā non nobiles consulatum consecuti sunt, præsertim cum hæc eadem res plurimas gratias, firmissimas amicitias, maxima studia pariat, quorū in isto uestro artificio Sulpici nihil est. primū dignitas in tam tenui scientia quæ pōt esse? Res.n. sunt paruæ prope in singulis litteris atq; interpūctionibus uerborū occupatæ. Deinde etiam si q̄d apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis, id enunciatis uestris mysterijs, totum est contemptū & abiectū. Posset agi lege necne pauci quondā sciebāt. Fastos enī uulgo nō habebāt, erāt in magna potentia qui consulebantur, a quibus etiā dies tanq̄ a chaldæis petebātur. Inuentus est scriba, quidā Cn. Flauius, qui cornicū oculos confixerit, & singulis diebus ediscēdos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iuriscōsultis eorū sapientiā cōpilarit. itaq; irati illi q̄ sunt ueriti ne dierū rōne puulgata & cognita sine sua opa lege posset agi, notas quasdā cōposuerunt, ut in oībus rebus ipsi interessent. Cū hoc fieri bellissime posset, fundus sabinus meus est, immo meus, deīde iudiciū noluerūt. Fūdus inq̄t qui est in agro, q̄ Sabinus uo

catur, satis uerbose, cedo quid postea? eũ ego ex iure meum esse aio. Quid tum inde? ibi ego te ex iure manu cõsertũ uo co. Quid huic tam loquaciter litigioso respõderet, ille unde petebat, nõ habebat. Trãsit idẽ iuriscõsultus Tibicinis latini modo. Vñ tu me inquit ex iure manu cõsertũ uocasti, inde ego te uoco, prætor interea ne pulchrũ se ac beatũ putaret, atq; aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoq; carmẽ cõpositũ est, cũ cæteris rebus absurdũ, tum uero nullo usui, utrisq; sup̃stitibus præsentibus, istam uiã dico, inite uiam. præsto aderat sapiens ille, qui inire uiã doceret, redite uiã, eodẽ duce redibãt. Hæc iam tum apud illos barbatos ridicula credo uidebãtur, hoĩes cũ recte atq; in luco cõstitissent, iuberi abire, ut unde abissent eodem statim redirent. ijsdem ineptijs fucata sunt illa omnia, quando te in iure conspicio, Et hæc. An ne tu dicis, qui causa uindicaueris? quæ dũ erãt occulta, necessario ab eis qui ea tenebant, petebãtur. Postea uero peruulgata atq; ĩ manibus iactata & excussa inanissima prudentiæ reperta sunt, fraudis autem & stultitiæ plenissima. Nã cũ permulta præclare legibus essent cõstituta, ea iure consultorum ĩgenijs pleraq; corrupta, ac deprauata sunt. Mulieres omnes propter infirmitatem consilij maiores in tutorum potestate esse uoluerunt, hi inuenerũt genera tutorum, quæ potestate mulierũ continerentur, sacra interire illi noluerunt, horũ ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causa reperti sunt. In omni deniq; iure ciuili æquitatem reliquerunt, uerba ipsa tenuerunt, ut quia Caia in alicuius libris, exempli causa id nomen inuenerant, p utarũt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias uocari. iam illud mihi mirum quidem uideri solet, tot hoĩes, tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrũ diem tertiũ an perendinũ, iudicem an arbitrum, rem an litem dici oporteret. itaq; ut

dixi dignitas cõsularis in ista scientia nunquam fuit, quæ tota ex rebus fictis commentitijsq; cõstaret. Gratiæ uero multo etiam minus. Quod.n. omnibus patet, & æque prõptu est mihi & aduersario meo id esse gratum nullo pacto potest. Itaq; nõ mõ beneficij collocandi spem, sed etiam illud quod aliquãdiu fuit, licere consulere, iam perdidistis, sapiens existimari nemo põt i ea prudẽtia, quæ neq; extra Romã usq;, neq; Romæ rebus prolatis quicq; ualet. Peritus ideo nemo haberi põt, q in eo quod sciunt hões, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis aũt res ideo nõ putatur, quod perpaucis & minime obscuris litteris continetur, itaq; si mihi homini uehementer occupato stomachũ moueritis, triduo iurisconsultũ me esse profitebor. Etenim quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia, neq; tñ quicq; tã anguste scriptum est, quo ego nõ possim, qua de re agitur, addere. Quæ consulũtur autem minimo periculo respondentur, si id qđ oportet, respõderis, idẽ uideare respondisse quod Seruius, sin aliter etiam cõtrouersum ius nosse & tractare uideare. Quapropter non solũ illa gloria militaris uestris formulis atq; actionibus anteponẽda est, uerumetiã dicendi cõsuetudo longe & multũ isti uestræ exercitationi ad honorẽ antecellet. Itaq; mihi uidẽtur pleriq; initio multo hoc maluisse. Post cũ id asseq nõ potuissent, istuc potissimũ sunt delapsi, ut aiunt in græcis artificibus eos auledos esse, qui cytharœdi fieri nõ potuerunt, Sic nõnullos uidemus q oratores euadere nõ potuerũt, eos ad iuris studiũ deuenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autẽ gratia. Etenim a uobis salubritas quædam, ab his qui dicũt salus ipsa petitur, deinde uestra respõsa atq; decreta & euertuntur sæpe dicendo, & sine defensiõe oratoris firma esse nõ pñt, in qua re si satis profecissem, parcius de eius laude dicerem, Nũc de me nihil dico, sed de his qui in dicẽdo ma-

gni sunt, aut fuerũt. Duæ sunt artes quæ põt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una imperatoris, altera oratoris boni. Ab hoc.n. pacis ornamẽta retinẽtur, ab illo belli pericula repellunt. Cæteræ tamẽ uirtutes ipſe per se multum ualent, Iustitia, fides, pudor, tẽperãtia, quibus te Serui excellere omnes intelligũt. Sed nũc de studijs ad honorẽ dispositis, nõ de insita cuiusq; uirtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiũtur, simulatq; aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. Etenim ut ait ingeniosus poeta & author ualde bonus, prælijs promulgatis tollitur e medio, nõ solum ista uestra uerbosa simulatio prudentiæ, sed etiã ipsa illa domina rerũ sapiẽtia, ui geritur res. Spernitur orator, non solum odiosus in dicendo ac loquax, uerũ etiã bonus, horridus miles amatur. Vestrũ uero studium totum iacet, nõ ex iure manu consertum, sed ferro inquit rem repetunt. Quod si ita est, cedat opinor Sulpici forũ castris, ocium militiæ, stilus gladio, umbra soli. Sit deniq; in ciuitate ea prima res propter quam ipsa est ciuitas omniũ princeps. Verũ hæc Cato nimiũ nos nostris uerbis magna facere demõstrat, & oblitos esse bellũ illud omne Mithridaticũ cũ mulierculis esse gestũ. Quod ego longe secus existimo iudices, deq; eo pauca differam, neq;.n. causa in hoc continetur. Nam si omnia bella quæ cũ græcis gessimus, contemnẽda sunt, derideatur de rege Pyrrho triũphus. M. Curij, de Philippo. T. Flaminij, de ætolis. M. Fuluij, de rege Perse. L. Pauli, de pseudo Philippo. Q. Metelli, de Corinthijs. L. Mummij. Sin hæc bella grauissima uictoriæq; eorũ bellorũ grauissimæ fuerunt, cur asiaticæ nationes atq; ille a te hostis contemnitur? Atqui ex ueterũ rerum monumentis, uel maximum bellum Popu. Ro. cum Antiocho gessisse uideo, cuius belli uictor. L. Scipio parta cũ. P. fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat,

eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Quo quidem in bello uirtus enituit egregia. M. Catōis proaui tui, quo ille cum isset, ut ego mihi statuo, talis qualem te esse uideo, nūquam cum Scipione esset profectus, si cū muliercuIis bellādū eē arbitraretur. neq; uero. P. Africano senatus egisset, ut legatus fratri proficisceretur, cū ipse pauloāte Hannibale ex Italia expulso, ex Africa eiecto, Carthagine oppressa maximis piculis rēpu. liberasset, nisi illud graue bellū et uehemens putaretur. Atqui si diligenter quid Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui uir fuerit consideraris, omnibus regibus, quibuscum Popu. Roma. bellum gessit, hūc regem nimirum antepones, quem. L. Sylla maximo & fortissimo exercitu cum pugna exacerbasset, nō rudis imperator, ut aliud nihil dicam cū bello inuectum totā in Asiā cū pace dimisit, quem. L. Murena pater huiusce uehementissime uigilantissimeq; uexatum repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. Qui rex sibi aliquot annis sumptis ad cōfirmandas rationes & copias belli, tantū ipse opibus conatuq; ualuit, ut se oceanum cum ponto, Sertorij copias cum suis cōiuncturū putaret. Ad quod bellum duobus consulibus ita missis, ut alter Mithridatem persequeretur, alter Bithyniā tueretur, alterius res, & terra, & mari calamitosæ uehementer, & opes regis & nomē auxerunt. L. Luculli uero res tantæ extiterūt, ut neq; maius bellū commemorari possit, neq; maiori cōsilio & uirtute gestū. Nam cum totius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eamque urbē sibi Mithridates Asiæ ianuā fore putasset, qua effracta & reuulsa tota pateret prouincia, perfecta a Lucullo hæc sunt omnia, ut urbs fidelissimorum sociorum defenderetur, ut omnes copiæ regis diuturnitate obsidiōis consumerentur. Quid illam pugnam naualem ad Tenedū cum contento cursu acerrimus ducibus hostium classis Ita-

liam spe atque animis inflata peteret, mediocri certamine et parua dimicatione cõmissam arbitraris? Mitto prælia, prætereo oppugnationes oppidorũ. Expulsus regno tandẽ aliquã, tantũ tamẽ cõsilio atque authoritate ualuit, ut se rege Armeniorum adiuncto, nouis opibus copijsq́; renouarit, ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitus imperatorisq́; dicendũ, plurima & maxima prælia cõmemorare possem. Sed nõ id agimus, hoc dico, si bellum hoc, si hic hostis, si ille rex contemnendus fuisset, neque tanta cura senatus, & Popu. Roma. suscipiendum putasset, neq́; tot annos gessisset, neque tanta gloria. L. Lucullus, neque uero eius belli cõficiendi exitũ tanto studio Po. Ro. ad Cn. Pompeium detulisset, cuius ex omnib⁹ pugnis quæ sunt innumerabiles, uel acerrima mihi uidetur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata, qua ex pugna cũ ille se eripuisset & bosphorũ cõfugisset, quo exercit⁹ adire non posset, etiã in extrema fortuna & fuga nomẽ tamẽ retinuit regiũ. Itaque eo ipse Põpeius regno possesso ex omnibus oris ac notis sedibus hoste propulso, tamen tantũ in unius anima posuit, ut cũ omnia quæ ille tenuerat, adierat, sperarat, uictoria possideret, tñ non anteq̃ illum uita expulit, bellum confectum iudicarit. Hũc tu hostem Cato cõtẽnis? quo cum per tot annos, tot p̃lijs, tot imperatores bella gesserunt, cuius expulsi & eiecti uita tanti æstimata est, ut morte eius nunciata, deniq́; bellum confectum arbitraretur. Hoc igitur in bello. L. Murenã legatũ fortissimi animi, summi cõsilij, maximi laboris cognitũ esse defendimus, & hãc eius operã nõ minus ad consulatum adipiscendum, q̃ hãc nostrã forensem industriã dignitatis habuisse. At. n. in p̃ture petitione prior renunciatus est Seruius. Pergitis ne uos tanq̃ ex syngrapha agere cũ populo, ut quẽ locũ semel honoris cuipiam dederit, eũdem reliquis honoribus debeat. Quod enim fre-

tum, quem euripum tot motus tãtas tam uarias habere pu tatis agitatiões, quot fluctus, quãtas pturbatiões & quãtos æstus habet ratio comitiorũ. Dies intermissus, aut nox iter posita sæpe perturbat omnia, & totam opinionẽ parua nõ nunquam cõmutat aura. Rumore sæpe etiã sine ulla aperta cã fit aliud atque existimamus, ut nonnunquam ita factũ esse etiam populus admiretur, quasi uero non ipse fecerit, nihil est incertius uulgo, nihil obscurius uoluntate hominũ, nihil fallacius ratione tota comitiorũ. Quis. L. Philippũ summo igenio, opera, gratia, nobilitate a. M. Herennio superari posse arbitratus est? Quis. Q. Catulũ humanitate, sapiẽtia, integritate antecellentẽ a Cn. Manlio? Quis. M. Scaurum hominem grauissimum, ciuem egregium, fortissimũ senatorẽ a. Q. Maximo? Non modo horũ nihil ita fore putatum est, sed ne cũ esset factũ quidem, quare ita factũ esset, intelligi potuit. Nã ut tempestates sæpe certo aliquo cœli signo commouẽtur, sæpe improuiso nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex cã concitantur, sic in hac comitiorum tempestate populari sæpe intelligas quo signo cõmota sit, sæpe ita obscura est, ut casu excitata eẽ uideat. Sed tñ si est reddẽda rõ, duæ res in prætura uehementer desideratæ sunt, quæ ambæ in cõsulatu tum Murenæ pfuerũt, una, expectatio muneris, quæ & rumore nõnullo, & studijs sermõibusque cõpetitorũ creuerat. Altera quod hi quos in prouincia ac legatione omnis & liberalitatis & uirtutis suæ testes habuerat, nondũ decesserant. Horũ utrũque ei fortuna ad consulatus petitionem reseruauit. Nã &. L. Luculli exercitus, qui ad triumphum cõuenerat, idẽ comes. L. Murenæ præsto fuit, & munus amplissimũ quod præturæ petitio desiderabat, prætura restituit. Nũ tibi hæc parua uidentur adiumẽta & subsidia cõsulatus? uolũtas militũ, quæ cũ per se ualet multitudine, tum apud suos gratia, tum uero in cõsule declarando multũ etiã apud

uniuersum Po.Ro.auctoritatis habet suffragatio militaris. Imperatores enim comitijs cõsularibus, non uerborũ interpretes deligũtur. Quare grauis est illa oratio, me sauciũ recreauit, me præda donauit, hoc duce castra cœpimus, signa contulimus, nunquã plus iste militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit, ipse tum fortis tũ etiã fœlix. Hæc quãti putas esse ad famã hominum ac uoluntatẽ? Etenim si tãta illis comitijs religio est, ut adhuc semper omẽ præualuerit prærogatiuũ, quid mirũ est in hoc fœlicitatis famam sermonemq; ualuisse? Sed si hæc leuiora ducis, quæ sunt grauissima, & hanc urbanam suffragationẽ militari anteponis, noli ludorũ huius elegantiã, & scenæ magnificẽtiã ualde contẽnere quæ huic admodũ profuerunt. Nã quid ego dicam populũ ac uulgus imperitorũ ludis magnopere delectari? Minus est.n.mirandum, quãquã huic causæ id satis est. Sunt.n.populi ac multitudis comitia. Quare si populo ludorũ magnificẽtia uoluptati est, nõ est mirandũ eam.L.Murenæ apud populũ profuisse. Sed si nosmetipsi qui & delectatiõe oĩ negocijs impedimur, & in ipsa delectatione occupationes alias multas habere possumus, ludis tñ oblectamur & ducimur, Quid tu admirere de multitudine indocta? L. Otho uir fortis meus necessarius equestri ordini restituit, non solum dignitatẽ, sed etiam uoluptatẽ, itaque lex hæc quæ ad ludos pertinet, est oĩum gratissima, quod honestissimo ordini cũ splẽdore fructus quoque iucũditatis est restitutus. Quare delectãt homines (mihi crede) ludi, & illos etiam qui dissimulant, nõ solũ eos qui fatentur, quod ego in mea petitione sensi, nam nos quoq; habuimus scenam cõpetitricẽ. Quod si ego qui trinos ludos ædilis fecerã, tñ Antonij ludis cõmouebar, tibi quæ casu nullos feceras, nihil huius istã ipsam quã irrides argẽteã scenã aduersatam putas? Sed hæc sane sint paria omnia, sit par forẽsis opera militari, suffragatioq; ur

bana, sit idē magnificentissimos & nullos unquam fecisse ludos, quid in ipsa prætura nihil ne existimas inter tuam et huius sortem interfuisse? Huius sors ea fuit, quam omnes tui necessarij tibi optabamus, iuris dicendi, in qua gloriam conciliat magnitudo negocij, gratiā æquitatis largitio, qua in sorte sapiēs prætor qualis hic fuit offensione uitata æqualitate decernendi beniuolentiā adiungit lenitate audiendi. Egregia & ad consulatū apta prouincia, in qua laus æquitatis, integritatis, benignitatis, facilitatis, ad extremum ludorum uoluptate concluditur. Quid tua sors tristis, atrox quæstio peculatus? ex altera parte lachrymarū & squalloris, ex altera plena cathenarum atq; indicum, cogendi indices, inuiti retinendi contra uoluntatem, scriba damnatus, ordo totus alienus. Syllana gratificatio reprehensa, multi uiri fortes, & prope pars ciuitatis offensa est, lites seuere æstimate, cui placet, obliuiscitur, cui dolet, meminit. Postremo cum in prouinciam ire uoluisti, nō possum id in te reprehendere, quod in me ipso & prætor & consul probaui. Sed tamen. L. Murenæ prouincia multas bonas gratias cū optima æstimatiōe attulit. Habuit ꝓficiscens delectū in umbria. Dedit ei facultatem Resp. liberalitatis, qua usus multas sibi tribus quæ municipijs umbriæ conficiuntur, adiūxit. Ipē autem in gallia ut nostri homines desperatas iam pecunias exigerent, æquitate diligentiaq; perfecit. Tu interea Romæ scilicet amicis præsto fuisti, fateor. Sed tamen illud cogita, nonnullorū amicorum studia minui solere in eos, a quibus prouincias contemni intelligant. Et quoniā ostendi iudices parem dignitatem ad cōsulatus petitionē, disparem fortunam prouincialiū negociorum in Murena atq; in Sulpicio fuisse, dicā iam apertius in quo meus necessarius fuerit inferior Seruius. Et ea dicā uobis audientibus amisso iam tp̄e, quæ ipsi soli re integra sæpe dixi, petere consulatum nescire

te Serui persæpe tibi dixi, & in his rebus ipsis quas te magno & forti animo agere & dicere uidebã, tibi solitus sum dicere magis te fortem senatorem mihi uideri, q̃ sapiẽtem candidatum, primũ accusandi terrores & minæ, qbus tu quotidie uti solebas, sunt fortis uiri, sed & populi opinionẽ a spe adipiscendi auertunt, & amicorum studia debilitant. Nescio quo pacto sẽp hoc fit. Neq; in uno aut altero animaduersum est, sed in pluribus, simul atq; candidatus accusationem meditari uisus est, ut honorem desperasse uideatur. Quid ergo? acceptã iniuriã persequi nõ placet? immo uehementer placet, sed aliud tẽpus est petendi, aliud persequendi. Petitorem ergo præsertim cõsulatus magna spe, magno animo, magnis copijs et in forum & in campũ deduci uolo. Non placet mihi inquisitio candidati prænũcia repulsæ, nõ testiũ potius q̃ suffragatorum cõparatio, nõ minæ magis q̃ blãditiæ, nõ declamatio potius q̃ salutatio, præsertim cũ iam hoc nouo more oẽs fere domos omniũ cõcursent, & ex uultu candidatorum cõiecturã faciant q̃tum quisq; animi et facultatis habere uideatur. Vides ne tu illũ tristẽ demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. Serpit hic rumor. scis tu illum accusatiõnẽ cogitare? inquirere in competitores? testes quærere? alium faciam qm̃ sibi hic ipse desperat. Eiusmodi candidatorũ amici intimi debilitantur, studia deponũt, aut testatã rem abijciũt, aut suã gratiã & operã iudicio & accusationi reseruant. Accedit eodẽ, ut etiam ipse candidatus totũ animum atq; curã oẽm operã diligentiamq; suã in petitiõe non possit ponere. Adiungitur.n. accusationis cogitatio non parua res, sed nimirum omnium maxima. Magnum est.n. te comparare ea quibus possis hominẽ e ciuitate præsertim non inopẽ neq; infirmũ exturbare, q & per se et per suos, & etiam p alienos defendatur. Omnes.n. ad pericula propulsanda concurrimus, & qui non aperte inimici sumus,

etiã alienissimis in capitis periculo amicissimorũ officia, & studia præstamus. Quare ego expertus & petendi & defendendi & accusandi molestiã sic intellexi, in petẽdo studiũ esse acerrimũ, in defendendo officiũ, in accusando laborem. Itaq; sic statuo fieri nullo mõ posse, ut idẽ accusationẽ & petitionem consulatus diligenter adornet, atq; instruat. Vnũ sustinere pauci possunt, utrũq; nemo. Tu cũ te de curriculo petitiõis deflexisses, animũq; ad accusandũ trãstulisses, existimasti te utriq; negocio satisfacere posse, uehementer errasti. Quis.n.dies fuit posteaquã in istam accusandi denunciationem ingressus es, quem tu non totum in ista ratiõe cõsumpseris? legem ambitus flagitasti, quæ tibi nõ deerat. Erat.n.seuerissime scripta Calphurnia, gestus est mos & uoluntati, & dignitati tuæ, sed tota illa lex accusationẽ tuam si haberes nocentẽ reum, fortasse armasset, petitiõi uero refragata est, pœna grauior in plebem tua uoce efflagitata est. Cõmoti animi tenuiorum exilium in nostrũ ordinem, Concessit senatus postulationi tuæ, sed nõ libenter duriorẽ fortunæ cõmuni conditionem te auctore cõstituit, morbi excusationi pœna addita est, uolũtas offensa multorum, q̃bus aut contra ualitudinis cõmodum laborandũ est, aut incommodo morbi etiã cæteri uitæ fructus relinquendi. Quid ergo hæc quis tulit? is qui auctoritati senatus, uolũtati tuæ paruit, deniq; is tulit, cui minime proderant. Illa q̃ mea summa uolũtate senatus frequens repudiauit, mediocriter tibi aduersata esse existimas? cõfusionẽ suffragiorũ flatigasti, ꝓrogationẽ legis Maniliæ, æquationẽ gratiæ, dignitatis, suffragiorũ. Grauiter hoĩes honesti atq; in suis ciuitatibus & municipijs gratiosi tulerũt a tali uiro esse pugnatũ, ut oẽs & dignitatis & gratiæ gradus tollerẽt, idẽ æditítios iudices esse uoluisti, ut odia occulta ciuiũ, quæ tacitis nũc discordijs cõtinẽtur, in fortunas optimi cuiusq; erumperẽt. Hæc

oiā tibi accusandi uiam muniebāt, adipiscendi obsepiebāt. Atq; ex oibus illa plaga est iniecta petitioni tuæ, nō tacente me maxima, de qua ab hoie ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa grauissime dicta sunt, quo etiā mihi durior locus est dicendi datus, ut cū ante me & ille dixisset, & uir summa dignitate & diligentia & facultate dicēdi. M. Crassus ego in extremo nō partē aliquā agerē causæ, sed de tota re dicerē, quod mihi uiderer. Itaq; in hisdem rebus fere uersor, & qd possum iudices occurro uestræ sapientiæ, sed tn̄ Serui quā te securim putas iniecisse petitioni tuæ, cū Po. R. in eū metū adduxisti, ut pertimesceret, ne cōsul Catilina fieret, dū tu accusationē cōparares, deposita atq; abiecta petitiōe? Etenim te pro lite inquirere testes uidebāt, tristem ipm̄, mœstos amicos, obseruationes, testificationes, seductiones testiū, secessionē subscriptorū aiaduertebāt. Quibus rebus certe ipsi candidatorū uultus obscuriores uideri solent. Catilinā interea alacrē, atq; lætū, stipatū choro iuuētutis, uallatū radicibus, atq; sicariis, inflatū cū spe militum tum collegæ mei, quemadmodū dicebat ipe promissis, circūfluentē colonorū Arretinorū & Fesulanorū exercitu, quā turbā dissimillimo ex genere distinguebant hoies percussi syllani temporis calamitate. Vultus ipsius erat plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogātiæ, sic ut ei iam exploratus, & domi cōditus cōsulatus uideret. Murenā cōtēnebat. Sulpicium accusatorē suū numerabat, non cōpetitorem, ei uim denunciabat, reip. minabatur. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit, quantaq; desperatio Reip. si ille factus esset, nolite a me cōmoneri uelle, uos uobiscum metipsi recordamini, meministis. n. cū illius nefarii gladiatoris uoces percrebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur, cū miserorū fidelem defensorem negasset inueniri posse, nisi eum qui ipse esset miser, integrorum & fortuna

torum promissis saucios & miseros credere non oportere. Quare q̃ cõsumpta replere, erepta recuperare uellent, spectarent q̃d ipse deberet, q̃d possideret, q̃d auderet, minime timidũ & ualde calamitosum esse oportere eũ qui esset futurus dux & signifer calamitosorũ. Tum igitur his rebus auditis meministis fieri senatusconsultũ referẽte me, ne postero die comitia haberẽt, ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaq; postridie frequẽti senatu Catilinã excitaui, atq; eũ de his rebus iussi si q̃d uellet quæ ad me allatæ essent dicere. Atq; ille ut semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit, atq; innuit. Tum.n. dixit duo corpora esse Reipu. Vnũ debile infirmo capite. Alterũ firmũ sine capite. Huic cũ ita de se meritũ eẽ, caput se uiuo nõ defuturũ. Congemuit senatus frequẽs, neq; tñ satis seuere ꝑ rei indignitate decreuit. Nã partim ideo fortes in decernẽdo non erãt, quia nihil timebãt, partim q̃a timebãt. Tũ erupit ex senatu triũphans gaudio quẽ oĩno uiuũ illinc exire nõ oportuerat, ꝓsertim cũ ille idẽ in eodẽ ordine paucis diebus ante Catoni fortissimo uiro iudiciũ minitanti & denũcianti rñdisset, si q̃d esset in suas fortunas incendiũ excitatũ, id se nõ aqua sed ruina restincturũ. his tũ rebus cõmotus, & q̃ homines iam tum cõiuratos cum gladijs in campũ deduci a Catilina sciebam, descẽdi in campum cũ firmissimo præsidio uirorũ fortissimorũ, & cũ illa lata insigniq; lorica, non q̃ me tegeret, (& enim sciebam Catilinam nõ latus aut uentrem, sed caput & collum solere petere). Verũ ut oẽs boni animaduerterent, & cum in metu & periculo consulem uiderent, id quod est factum ad opem præsidiumq; meum concurrerent. Itaq; cum te Serui remissiorem in petendo putarent, Catilinã & spe & cupiditate inflammatum uiderent, oẽs q̃ illã ab rep. pestẽ depellere cupiebãt, ad Murenã se statim cõtulerunt. Magna est autem comitijs cõsularibus repenti

na uolūtatū inclinatio, præsertim cū incubuit ad uirū bonū, & multis alijs adiumētis petitiōis ornatū, q cū hōestissimo patre atq; maioribus, modestissima adolescentia, clarissima legatione, prætura probata in iure, grata in munere, ornata in prouincia petisset diligenter, & ita petisset, ut neq; mināti cederet, neq; cuiq; minaretur, huic mirandum est magno adiumento Catilinæ subitam spem consulatus adipiscē difuisse? Nunc mihi tertius ille locus est relictus orationis de ambitus criminibus perpurgatus ab his qui ante me dixerunt, a me qm̄ ita Murena uoluit retractandus. Quo in loco Posthumio familiari meo ornatissimo uiro de diuisorū indicijs, & de deprehensis pecunijs, adolescenti ingenioso & bono Ser. Sulpicio, de equitum centurijs. M. Catoni homini in omni uirtute excellēti, de ipsius accusatione, de Senatusconsulto, de repu. rn̄debo. Sed pauca quæ meū animū repente mouerūt, prius de. L. Murenæ fortuna conquerar. Nā cū sæpe antea iudices, & ex aliorū miserijs, & ex meis curis laboribusq; quotidianis fortunatos eos hoies iudicarem, qui remoti a studijs ambitionis ociū & tranquillitatem uitæ secuti sunt, tū uero in his. L. Murenæ tantis tamq; improuisis periculis, ita sum aīo affectus, ut non queam satis, neq; cōem oīm nostrorū cōditionem, neq; huius euentū fortunamq; miserari. Qui primū dū ex honoribus continuis familiæ maiorūq; suorū unum ascendere gradum dignitatis conatus est, uenit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. deide propter studiū nouæ laudis etiam in ueteris fortunæ discrimē adducitur. Quæ cū sunt grauia iudices, tum illud acerbissimum est, q habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarū ad accusandū, sed q studio accusandi ad inimicitias descenderēt. Nam ut omittam Ser. Sulpiciū, quem intelligo non iniuria Lu. Murenæ, sed honoris contentione permotum, accusat-

paternus amicus Posthumius uet⁹, ut ait ipse uicin⁹ ac ne cessarius, qui necessitudinis causas complures protulit si multatis nullã cõmemorare potuit. Accusat Ser. Sulpicius sodalis filij, cui⁹ ingenio paterni oẽs necessarij munitiores esse debent. Accusat. M. Cato, qui quanquã a Murena nulla re unquã alienus fuit, tamẽ ea cõditione nobis erat in hac ci uitate natus, ut eius opes atq; ingeniũ præsidio multis etiã alienissimis uix cuiquã inimicus esse deberet. Respõdebo igi tur Posthumio primũ, qui nescio quo pacto mihi uidet̃ præ torius candidatus in consularem quasi desultorius in qua drigarũ curriculum incurrere, cuius cõpetitores si nihil de liquerunt, dignitati eorũ concessit, cum petere destitit. Sin autem eorum aliquis largitus est, expetendus amicus est, qui alienã potius iniuriã quã suam persequatur. Posthumij accusationis refutatio tota nõ extat, & Seruij Sulpicij ado lescentis intẽtiõis depulsio integra desideratur. Venio nũc ad. M. Catonem, quod est firmamentũ & robur totius accu sationis, qui tñ ita grauis est accusator & uehemẽs, ut mul to magis eius auctoritatẽ quã criminationem pertimescam, in quo ego accusatore iudices primũ illud depcabor, ne qd .L. Murenæ dignitas illius, ne quid expectatio tribunatus, ne qd totius uitæ splendor & grauitas noceat, deniq; ne ea soli huic obsint bona. M. Catonis, quæ ille adept⁹ est, ut pro desse multis posset. Bis cõsul fuerat. P. Africanus, & duos terrores huius imperij Carthaginem, Numãtiamq; deleue rat. Cũ accusauit. L. Cottam, erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta, quanta in homine quoq;, & in ipso imperio Po. Ro. quod illius opera tenebatur. Sæpe hoc maiores natu audiui dicere hanc accu satoris eximiam dignitatem plurimum. L. Cottæ profuisse. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illã iudica bant, ita quenquã cadere in iudicio, ut nimijs aduersarij uiri

bus abiectus uideretur. Quid Sergium Galbam? nam traditum id est memoriæ, nonne prodauo tuo fortissimo atq; florentissimo uiro. M. Catoni incũbenti ad eius perniciẽ. P. Roseri puit? Semp in hac ciuitate nimis magnis accusatorũ opibus & populus uniuersus, & sapientes, & multũ in posterum prospicientes iudices restiterũt. Nolo accusator in iudicium potentiã afferat, non uim maiorẽ aliquã, non auctoritatem excellentẽ, nõ nimiã gratiã. Valeant hæc oĩa ad salutẽ innocentiũ, ad opem impotẽtũ, ad auxiliũ calamitosorũ. In pernicie uero & in periculo uitæ ciuiũ repudiẽtur. Nã si quis hoc forte diceret Catonẽ descensurũ ad accusandũ non fuisse, nisi prius de cã iudicasset, iniquã iudices legẽ & miserã cõditionẽ instituet periculis hominũ, si existimabit iudiciũ accusatoris in reũ pro aliquo p̃iudicio ualere oportere. Ego tuum consilium Cato, ꝓpter singulare animi mei de tua uirtute iudiciũ uituperare nõ possum, nõnulla ĩ re forsitan conformare, & leuiter emendare possum, nõ multa peccas inquit ille fortissimo uiro senior magister, sed si peccas, te regere possum. At ego nõ de te uerissime dixerim, peccare te nihil, neq; ulla in re te esse huiusmodi, ut corrigendus potius q̃ leuiter inflectendus esse uideare. Finxit.n. te ipsa natura ad honestatem, grauitatem, temperantiã, magnitudinẽ animi, iusticiã, ad oẽs deniq; uirtutes magnũ hoĩem & excelsum. Accessit his tot, doctrina nec moderata nec mitis, sed ut mihi uidetur paulo asperior & durior, q̃ aut ueritas aut natura patiatur. Et q̃m nõ est nobis hæc oratio habenda aut imperita in multitudine, aut in aliquo cõuẽtu agrestiũ, audacius paulo de studijs humanitatis, q̃ & mihi & uobis nota & iucunda sunt, disputabo. In. M. Catone iudices hæc bona quæ uidem⁹ diuina et egregia, ipsi⁹ scitote esse ꝓpria, q̃ nonnũq; requirimus, ea sunt oĩa non a natura, uerũ a magistro. Fuit.n. quidam summo ingenio uir Zeno, cuius

inuentorũ æmuli Stoici nominantur, huius sententiæ sunt etiã & præcepta eiusmodi. Gratia sapiētē nũq̃ moueri, nũq̃ cuiusquã delicto ignoscere. Neminē misericordē esse nisi stultũ & leuem. Viri non esse neq; exorari, neq; placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos, si mendicissimi, diuites, si seruitutem seruiant, reges. Nos autē qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hostis, insanos deniq; esse dicunt, omnia peccata esse paria, omneq; delictum scelus esse nefarium, nec minus delinquere eum qui gallum gallinaceum cum opus non fuerit, q̃ qui patrem suffocauerit. sapiētem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiã mutare nunq̃. Hoc hõ ingeniosissimus. M. Cato auctoribus eruditissimis iter inductus arripuit, neq; disputãdi cã, ut magna pars, sed ita uiuendi. Petũt aliquid publicani. Caue quicq̃ habeat momenti gratia. Supplices aliqui ueniunt miseri & calamitosi, sceleratus, & nefarius fueris, si quicq̃ misericordia adductus feceris. Fatetur aliqs se peccasse, & ei⁹ delicti ueniã petit, nefariũ est facin⁹ ignoscere, at leue delictũ est. Omnia peccata sunt paria, dixisti, qppe iã fixũ & statutũ est. Non re ductus es, sed opiniõe moueris. Sapiens nihil opinatur, errasti aliqua in re, male dici putat, hæc ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomē cõsularis cãdidati delaturũ. Iratus dixisti. Nũq̃ inquit sapiens irascitur. At tpis cã, improbi inqt hominis est mendacio fallere, mutare sententiã turpe est, exorari scelus, misereri flagitiũ. Nostri aũt illi (fatebor.n. Cato me quoq; in adolescētia diffisum igenio meo, q̃siisse adiumēta doctrinæ). Nostri inq̃ illi a Platone & Aristotele moderati homines & temperati aiunt, Apud sapientem aliqñ ualere gratiam. Viri boni esse misereri. Distincta esse genera delictorum, & dispares pœnas, esse apud hoiem cõstãtē ignoscendi locum. Ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat, irasci

nõnunq̃, exorari eundẽ, & placari. Quod dixerit interdũ, si ita rectius sit, mutare, de sententia decedere aliq̃n, oẽs uirtutes mediocritate quadã eẽ moderatas. Hos ad magistros si qua te fortuna Cato cũ ista natura detulisset, non tu quidem uir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec iustior. Neq; eẽ põt, sed paulo ad lenitatẽ propensior. Non accusares nullis adductus inimicitijs, nulla lacessitus iiuria, pudentissimũ hoiem summa dignitate atq; honestate praeditũ putares, cũ in eiusdẽ anni custodia te atq;. L. Murenã fortuna posuisset, aliquo te cũ hoc Reip. uinculo esse coniunctum. Quod atrociter in senatu dixisti, aut nõ dixisses, aut seposuisses, aut mitiorẽ in partẽ interp̃tarere. Ac teipsum quantum ego opinione auguror, nunc & animi quodam impetu concitatum, & ui naturae atq; ingenij elatum, & recẽtibus p̃ceptorũ studijs flagrantẽ, iam usus flectet, dies leniet, aetas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi uidentur uestri p̃ceptores & uirtutis magistri fines officiorũ paulo lõgius q̃ natura uellet, ꝓtulisse, ut cũ ad ultimum aĩo contendissemus, ibi tñ ubi oporteret, cõsisterem⁹. Nihil ignoueris imo aliq̃d, nõ oĩa, nihil gratiae concesseris, imo resistito gratiae, cum officiũ & fides postulabit, misericordia cõmotus ne sis ẽt in dissoluẽda seueritate, sed tñ est laus aliqua humanitatis. In sentẽtia ꝑmaneto tu uero, nisi sñiam alia maior uicerit sentẽtia, huiuscemodi Scipio ille fuit, quẽ nõ poenitebat facere idẽ q̃d tu, habere eruditissimũ hoiem & pene diuinũ domi, cuius oratione & praeceptis quanq̃ erãt eadem ista, quae te delectãt, tamen asperior non est factus, sed ut accepi a senibus lenissimus. Quis uero Laelio comior? Quis iucũdior eodem ex studio isto? Quis illo grauior? Quis sapientior? possum & de. L. Philippo, & de. C. Gallo dicere haec eadem. Sed te domum iam deducam tuam. Quenquam ne existimas Catone proauo tuo commodiorem, comiorem, mo

deratiorem fuisse ad omnem rationē humanitatis? de cuius præstanti uirtute cum uere grauiterq; diceres, domesticum te habere dixisti exēplū ad imitādum. Est illud quidem exemplum tibi propositū domi, sed tamē naturæ similitudo illius ad te magis, qui ab illo ortus es, q̄ ad unūquenq; nostrum peruenire potuit. Ad imitādū uero tam mihi ꝓpositū exemplar illud est, q̄ tibi. Sed si illius comitatē & facilitatē tuæ grauitati seueritatiq; asperseris, nō ista q̄dem erūt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certe cōdita iucūdius. Quare ut ad id qd' institui reuertar, tolle mihi e cā nomē Catonis, remoue, ac ṗtermitte auctoritatē, quæ in iudicijs aut nil ualere, aut ad salutem debet ualere, cōgredere mecū criminibus ipsis. Quid accusas Cato? qd affers ad iudiciū? qd arguis? Ambitū accusas? Non defendo. Me reprehendis quod idem defendā, quod lege punieri, puniui ambitū, nō innocentiam Ambitum uero ipsum uel tecū accusabo, si uoles. Dixisti Senatuscōsultū me referente esse factū, si mercede cōducti obuiam cādidatis issent. Si cōducti sectarentur, si gladiatoribus uulgo locus tributim, et item prādia si uulgo essent data cōtra legē Calphurniā factū uideri. Ergo ita senat⁹ iudicat cōtra legē facta hæc uideri, si facta sint, decernit, quod nihil opus est, dū cādidatis morē gerit. Nā factū sit necne, uehementer q̄ritur. Si factū sit, quin cōtra legē sit, dubitare nemo pōt. Est igitur ridiculū, quod est dubiū, id relinquere incertū, quod nemini dubiū pōt esse, id iudicare, atq; id decernitur omnibus postulātibus cādidatis, ut ex Senatus cōsulto, neq; cui⁹ intersit, neq; cōtra quē sit, intelligi possit. Quare doce a. L. Murena illa esse cōmissa. Tū egomet tibi contra legē cōmissa esse cōcedā, multi obuiā prodierunt de ꝓuincia decedēti, cōsulatū petēti, solet fieri, & cui ante nō proditur reuertenti. Quæ fuit ista multitudo? primū si tibi istam rōnem nō possum reddere, qd habet admirationis tali

uiro aduenienti, cādidato cōsulari obuiam prodisse multos? quod nisi esset factū, magis mirandū uideretur. Quid si et illud addā, qđ a cōsuetudine nō abhorret, rogatos esse multos, num aut criminosum sit, aut mirandū? qua in ciuitate rogati infimorū hominū filios prope de nocte ex ultima sæpe urbe deductum uenire soleamus, in ea non esse grauatos hoīs ꝓdire hora tertia in campū martiū præsertim talis uiri noīe rogatos. Quid si oēs societates uenerūt, quarum ex numero multi hic sedēt iudices? Quid si multi hoīes nostri ordinis honestissimi? Quid si illa officiosissima q̄ neminem patitur non honeste in urbem introire tota natio candidatorum? Si deniq; ipse accusator noster Posthumius obuiam cū bene magna caterua sua uenit, quid habet ista multitudo admirationis? Omitto clientes uicinos tribulis exercitum totū Luculli, qui ad triūphum per eos dies uenerat, hoc dico frequentiā in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius unq̄, sed ne uoluntati quidē defuisse. At sectabātur multi, doce mercede. Concedam esse crimen hoc quidem remoto, quid reprehendis? quid opus est inquit Cato sectatoribus a me tu id quæris? quid opus sit eo quo semper usi sumus, homines tenues unum habēt in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficij locū, hanc in nostris petitionibus operam atq; assectationē. Neq;.n. fieri potest, neq; postulandum est a nobis, aut ab equitibus Ro. ut suos necessarios candidatos sectentur totos dies, a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicæ spatio honestamur, diligenter obseruari uidemur & coli. Tenuiorū amicorū & nō occupatorū est ista assiduitas, quorū copia bonis uiris & beneficis deesse nō solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officij Cato, sine eos ꝗ omnia a nobis sperant, habere ipsos quoq; aliqd, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit præter eorū

suffragium tenue est, si ut suffragantur nihil ualent gratia, ipsi denique ut solent loqui nō dicere p̄ nobis, nō spōdere, nō uocare domū suā possunt. Atque haec a nobis petunt omnia. Neque ulla re alia, quae a nobis consequūtur, nisi opera sua compensari posse putant. Itaque et legi Fabiae, quae est de numero sectatorū, & Senatuscō. quod est. L. Caesare consule factum, restiterūt. Nulla est. n. pœna quae possit ꝑobseruātiam tenuiorū ab hoc uetere instituto officiorum excludere. At spectacula sunt tributim data, & ad prādium uulgo uocati, & si hoc factū a Murena omnino iudices nō est, ab eius amicis aūt more & modo factū est, tamen admonitus re ipsa recordor quantū hae conquaestiones in senatu habitae punctorum nobis Serui detraxerint. Quod. n. tēpus fuit, aut nostra, aut patrū nostrorū memoria, quo haec siue ambitio est, siue liberalitas non fuerit, ut locus & in circo & in foro daretur amicis et tribulibus? Hae homines tenuiores primum ne dum qui ea suis tribulibus uetere instituto assequebant.

praefectū fabrū semel locū tribulibus suis dedisse, quid statuēt in uiros primarios, qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt? Haec omnia sectatorum spectaculorum prandiorum, item crimina a multitudine in tuā nimiam diligentiam Serui coniecta sunt, in quibus tamen Murena a Senatus auctoritate defenditur. Quid enim senatus? Num obuiam prodire crimini putat? Non, sed mercede, conuicē p. Num sectari multos? Non, sed conductos, docē. Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare, minime, sed uulgo, passim. Quid est uulgo? uniuersos. Num igitur si. L. Natta summo loco adolescēs, qui & quo animo iam sit, & qualis uir futurus sit, uidemus in equitū centurijs uoluit esse, & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus, id erit eius uitrico fraudi ac

crimini, nec si uirgo uestalis huius propinqua & necessaria locũ suũ gladiatoriũ concessit huic, nonne et illa pie fecit, & hic a culpa est remotus. Oĩa hæc sunt officia necessariorũ, commoda tenuiorũ, munia cãdidatorũ. At.n. agit mecũ austere & Stoice Cato. negat uerũ esse allici beniuolentiam cibo, negat iudiciũ hoĩm in magistratibus mandãdis corrũpi uoluptatibus oportere. Ergo ad cœnam petitionis cã si quis uocat, cõdemnetur. Quippe inqt tu mihi summũ imperiũ, summam auctoritatem, tu gubernacula reipu. petas fouendis hoĩm sensibus, & deliniendis animis & adhibendis uoluptatibus. Vtrũ lenociniũ inquit a grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium a Po.Ro. petebas? horribilis oratio, sed eam usus, uita, mores, ciuitas ipã respuit. Neq; tñ Lacedæmonij auctores istius uitæ atq; orationis tuæ, qui quotidianis epulis in robore accũbunt. Neq; uero Cretes, quorum nemo gustauit unq̃ cubãs, nec illi tñ melius q̃ Romani homines, qui tẽpora uoluptatis laborisq; dispertiũt? Resp. suas retinuerũt, quorũ alteri uno aduentu nostri exercitus deleti sunt, alteri nostri imperij præsidio disciplinam suam legesq; conseruant. Quare noli Cato maiorum instituta, quæ respu. ipã, quæ diuturnitas imperij comprobat, nimiũ seuera oratione reprehendere. fuit eodẽ ex studio uir eruditus apud patres nostros & honestus homo & nobilis. Q. Tubero. is cum epulũ. Q. Maximus. P. Africani patrui sui nomine. P.R. daret, rogatus est a maximo, ut triclinium sterneret, cũ esset Tubero eiusdem Africani sororis filius, atq; ille homo eruditissimus, ac Stoicus strauit pelliculis hædinis lectulos punicanos, & exposuit uasa samia quasi uero esset Diogenes cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani mors honestaretur, quem cũ supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit dijs immortalibus, q̃ ille uir in hac repu. potissimum natus esset.

Necesse.n.fuisse ibi esse imperiũ terrarũ, ubi ille esset. Hu-
ius in morte celebranda grauiter tulit.P.R.hãc peruersam
sapientiam Tuberonis.Itaq; homo integerrimus ciuis opti
mus cum esset.L.Pauli nepos.P.Africani,ut dixi sororis fi-
lius,his hædinis pelliculis prætura deiectus ẽ.Odit Po.Ro.
priuatam luxuriã,publicã magnificentiã diligit,non amat
ꝓfusas epulas,sordes & inhumanitatẽ multo min⁹,distin-
guit rõnem officiorũ & temporũ,uicissitudinem laboris ac
uoluptatis.Nã ꝙ ais nulla re allici hoĩm mẽtes oportere ad
magistratũ mandandũ nisi dignitate,hoc tu ipse ĩ quo sum
ma est dignitas,non seruas.Cur.n.quenꝗ̃ ut studeat tibi,
ut te adiuuet,rogas?Rogas tu me ut mihi præsis? ut cõmit
tam me tibi?Quid tãdẽ an ne me rogari oportet abs te, an
te potius a me?ut pro mea salute laborẽ periculũq; suspicias
Quid ꝙ habes nomẽclatorẽ, in eo ꝗdem fallis & decipis.
Nã si noĩe appellari abs te ciues tuos honestũ est, turpe est
eos notiores esse seruo tuo ꝗ̃ tibi. Sin ẽt noris, num tñ per
monitorẽ appellãdi sunt.Cur aũt petis quẽ nõ nosti, aut ꝗd
cũ admõeris,tñ quasi tute noris,ita salutas? Quid.n. post-
eaꝗ̃ es designatus, multo salutas negligentius? Hæc oĩa
ad rõnem ciuitatis si dirigas,recta sunt,sin perpendere ad
disciplinæ præcepta uelis, reperiantur prauissima. Quare
nec plebi Ro. eripiendi fructus isti sunt ludorũ gladiatorũ,
cõuiuiorũ,quæ oĩa maiores nostri cõparauerunt,nec candi
datis ista benignitas adimẽda est, quæ liberalitatẽ magis si
gnificat quã largitionẽ.At.n.te ad accusandũ Resp. addu-
xit,credo Cato te isto aĩo atq; ea opinione uenisse, ꝗ tu im-
prudentia laberis. Ego qđ facio iudices, cũ amicitiæ digni
tatisq;.L.Murenæ gratia facio,tũ me pacis,ocij, cõcordiæ,
libertatis,salutis,uitæ,deniq; oĩm nostrum causa facere cla
mo atq; testor. Audite audite consulẽ iudices. Nihil dicam
arrogantius, tantum dicã, totos dies atq; noctes de Rep. co

gitantem

gitantē uſq; eo.L.Catilina Remp.deſpexit atq; cōtempſit, ut ea copia quā ſecum eduxit, ſe hāc ciuitatē oppreſſurum arbitraretur. Latius patet illius ſceleris contagio q̄ quiſq; putat. Ad plures pertinet intus, intus inquā eſt equus troian⁹, a quo nunq̄ me cōſule dormientes opprimemini. Quæris a me quid ego Catilinā metuam, nihil, & curaui ne q̄s metueret. Sed copias illius quas hic uideo, dico eſſe metuendas, nec tam timendus eſt nunc exercitus. L.Catilinæ q̄ iſti qui illum exercitum deſeruiſſe dicuntur. Non enim deſeruerūt, ſed ab illo in ſpeculis atq; inſidijs relicti in capite atq; in ceruicibus noſtris reſtiterunt, hi & integrū conſulē & bonum imperatorē & natura & fortuna cū Reip.ſalute cōiunctū deijci de urbis præſidio & de cuſtodia ciuitatis ueſtris ſententijs deturbari uolunt. Quorum ego ferrum & audaciā reieci in cāpo, debilitaui in foro, cōpreſſi etiam domi meæ ſæpe iudices, his uos ſi alterū cōſulem tradideritis, plus multo erūt ueſtris ſententijs q̄ ſuis gladijs conſecuti. Magni intereſt iudices id quod ego multis repugnantibus egi atq; pfeci. eſſe Kal.Ian.in rep.duos cōſules. Nolite arbitrari mediocribus cōſilijs, aut uſitatis uijs, aut lege improba, aut pernicioſo ambitu largitionū uſitatū aliquod malum Reip.quæritur. Inita ſunt in hac ciuitate cōſilia iudices urbis delēdæ, ciuiū trucidādorū, nominis Romani extinguendi. Atq; hæc ciues ciues inq̄, ſi eos hoc noīe appellari fas ē, de patria ſua et cogitāt et cogitauerūt, horum ego quotidie cōſilijs occurro, audaciā debilito, ſceleri reſiſto. Sed moneo iudices, in exitu iā eſt meus cōſulatus. Nolite mihi ſubtrahere uicariū meæ diligentiæ. Nolite adimere eū cui Remp.cupio tradere incolumē, ab his tātis piculis defendendā. Atq; ad hæc mala iudices quid accedat aliud nō uidetis? Te te appello nōne pſpicis tēpeſtatē anni tui. Iā.n. heſterna cōcione intonuit uox pernicioſa deſignati tribuni collegæ tui, cōtra

quem multum tua mens, multũ oẽs boni prouiderunt, q̃ te ad tribunatus petitionem uocauerũt. Omnia quæ p̃ hoc trien nium agitata sunt iam ab eo tp̃e, quo a. L. Catilina & Cn. Pisone initũ consiliũ senatus interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos mẽses, in hoc tempus erũpunt. Qui locus est iu dices? quod tẽpus? quæ dies? quæ nox? cũ ego nõ ex istorũ in sidijs ac mucronibus nõ solũ meo, sed multo ẽt magis diuino cõsilio eripiar atq; euolẽ, neq; isti me meo, nomine interfici sed uigilantẽ consulem de Reip. p̃sidio demouere uolũt. Nec minus uellent Cato te quoq; aliqua ratione si possent, tolle re, id quod mihi crede esse agunt & moliuntur. Vidẽt quan tum in te sit animi, quantũ ingenij, quantum auctoritatis, quantum in rep. p̃sidij. Sed cum cõsulari auctoritate & au xilio spoliatã uim tribunitiam uiderint, tũ se facilius inermẽ & debilitatum te oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficia tur consul nõ timent. Vident in tuorum potestate collegarũ fore, sperant sibi Syllanũ clarum uirum sine collega, te sine consule, Rempub. sine præsidio obijci posse. His tantis in re bus tantisq; periculis est tuum. M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriæ natus esse uidere, retinere adiutorem defen sorem socium in Rep. cõsulem non cupidũ, consulẽ quod ma xime tempus hoc postulat, fortuna cõstitutum ad amplexan dum ociũ, scientia ad bellum gerẽdũ, animo & usu ad quod uelis negocium. Quanquam huiusce rei potestas omnis in uobis sita est iudices, totam Rempub. uos in hac causa tene tis, uos gubernatis. Si L. Catilina cum suo consilio nefario rum hominũ quos secum eduxit, hac de re posset iudicare, condemnaret. L. Murenam, si interficere posset, occideret, petunt enim rationes illius ut orbetur auxilio Respu. ut mi nuatur contra suum furorem imperatorum copia, ut maior facultas Trib. pleb. detur, depulso aduersario seditionis ac discordiæ cõcitandæ, ijdem ne igitur delecti ex amplissimis

ordinibus honestissimi atque sapientissimi uiri iudicabũt, quod ille importunissimus gladiator hostis Reipub. iudicaret? Mihi credite iudices in hac causa non solum de L. Murenæ, uerũetiam de uestra salute sententiam feretis. In discrimen extremum uenimus, nihil est iam unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Non solum enim minuenda nõ sunt auxilia quæ habemus, sed etiam noua si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem, quod bello punico grauissimũ uisum est, sed in urbe & in foro. Dij immortales sine gemitu hoc dici non potest. Non nemo etiã in illo sacrario Reipub. in ipsa inquam curia non nemo hostis est. Dij faxint ut meus collega uir fortissimus hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat. Ego togatus uobis bonisq; omnibus adiutoribus hoc quod conceptũ Resp. periculum parturit, consilio discutiam & cõprimam, sed quid tãdem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in eũ annum, qui consequitur, redundarint, unus erit consul, & is non in administrãdo bello, sed in sufficiẽdo collega occupatus. Hunc qui iã impedituri sunt.

illa pestis immanis importuna Catilinæ prorũpet, qua poterit & iã Po. Ro. minatur, in agros suburbanos repente aduolabit, uersabitur in castris furor, in curia timor, in foro cõiuratio, in cãpo exercitus, in agris uastitas, omni aũt in sede ac loco ferrũ flãmãq; metuemus. Quæ iã diu cõparãtur, eadẽ ista oĩa si ornata suis præsidijs erit Respu. facile & magistratuũ cõsilijs & priuatorũ diligẽtia opprimẽtur. Quæ cũ ita sint iudices primum Reipub. causa, qua nulla res cuiquam debet esse potior, uos pro mea summa & uobis cognita in repub. diligentia moneo, pro auctoritate consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, ut ocio, ut paci, ut saluti, ut uitæ uestræ cæterorumq; ciuium consulatis. Deinde ego fidẽ

uestram uel defensoris & amici officio adductus oro atque obsecro iudices, ut ne hominis miseri & cũ corporis morbo tum animi dolore confecti. L. Murenæ recentẽ gratulationem noua lamentatione obruatis, modo maximo beneficio Po. Ro. ornatus fortunatꝰ uidebatur, ꝙ primꝰ in familiam ueterem, primus in municipium antiquissimu; consulatum attulisset. Nũc idem squallore & sordibus confectus lachrymis ac mœrore perditus uester est supplex iudices, uestram fidem obtestãtur, misericordiam implorat, uestrã potestatem ac uestras opes intuetur. Nolite per deos immortales iudices hac eũ re qua se honestiorẽ fore putauit, ẽt cæteris añ partis honestatibꝰ atq; oĩ dignitate fortunaq; priuare. Atq; ita uos Mu. iudices orat atq; obsecrat, si iniuste neminẽ læsit, si nulliꝰ auris uolũtatẽ ue uiolauit, si nemini ut leuissime dicã, odio nec domi nec militiæ fuit, sit apud uos modestiæ locus, sit demissis hoĩbus perfugiũ, sit auxiliũ pudori. Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet iudices. Vna enim eripiuntur cum consulatu omnia. Inuidiam uero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest. Obijcitur enim concionibus seditiosorum, insidijs coniuratorum, telis Catilinæ, ad omne deniq; periculum atq; ad omnẽ inuidiam solus opponitur. Quare qui inuidendum Murenæ aut cuiq; nostrũm sit in hoc præclaro consulatu non uideo iudices. Quæ uero miseranda sint, ea & mihi ãte oculos uersantur, & uos uidere & perspicere potestis. Si qđ Iuppiter omẽ auertat, hũc uestris sententijs afflixeritis, quo se miser uertet? Domũ ne? ut eam imaginẽ clarissimi uiri parẽtis sui, quã paucis añ diebus laureatã in sua gratulatione conspexit, eandem deformatã ignominia lugentẽq; uideat? An ad matrem? quæ misera mõ consulẽ osculata filiũ suum, nunc cruciatur & sollicita est, ne eundem paulopost spoliatũ omni dignitate conspiciat. Sed quid

ego matrem aut domũ appello? quem noua pœna legis & domo & parente & omnium suorum consuetudine conspectuq; priuat. Ibit igitur miser in exilium? quo? Ad orientis ne partes? in quibus annos multos legatus fuit, & exercitus duxit, & res maximas gessit. At habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuerti. An se in contrariam partem terrarum abdet? ut Galliæ transalpina quem nuper summo cũ imperio libentissime uiderit, eundẽ lugẽtem mœrentem exulẽ uideat? In ea porro prouincia, quo animo. C. Murenã fratrem suũ aspiciet? quis huius dolor qui illius mœror erit? quæ utriusq; lamẽtatio? quanta aũt perturbatio fortunæ atq; sermonis? quod quibus in locis paucis ante diebus factũ esse consulem Murenam nuncij literæq; celebrassent, & unde hospites atq; amici gratulatũ Romã concurrerint, repẽte eo accedat ipse nuncius suæ calmitatis. Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima a mansuetudine & misericordia uestra iudices cõseruate. P. Ro. bñficiũ, reddite reip. consulẽ. Date hoc ipsius pudori. Date patri mortuo. Date generi & familiæ. Date etiã Lanuuio mũicipio hõestissimo, qd' i hac tota cã frequẽs mœstũq; uidistis. Nolite a sacris patrijs Iunonis sospite, cui oẽs consules facere necesse est, domesticũ & suum cõsulẽ potissimũ auellere. Quem ego uobis si qd habet aut momẽti cõmẽdatio, aut auctoritatis confirmatio mea, consul consulem iudices ita commẽdo, ut cupidissimũ ocij, studiosissimum bonorũ, acerrimum cõtra seditionẽ, fortissimum in bello, inimicissimũ huic coniurationi, quæ nunc Remp. labefactat, futurũ esse promittam & spondeam.

M.T.C. DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM ORATIO.

ST HOC IN MORE POSITVM Quirites, institutoq; maiorum, ut hi q beneficio uestro imagines familiæ suæ consecuti sunt, eam primam habeant cōcionem, qua gratiam beneficij uestri cū suorum laude coniūgant. Qua in oratione nōnulli aliqñ digni maiorum loco reperiūtur. Pleriq; aūt hoc perficiūt, ut tantū maioribus eorum debitum esse uideatur, Vnde etiā qđ posteris solueretur, redūdaret. Mihi qdem apud uos de meis maioribus dicendi facultas non datur, nō quod non tales fuerint, quales nos illorū sanguine creatos disciplinisq; institutos uidetis, sed q laude populari atq; honoris uestri luce caruerunt. De me aūt ipso uereor, ne arrogantis sit apud uos dicere, ingrati tacere. Nam & qbus studijs hanc dignitatem cōsecutus sim, memetipsum cōmemorare perquā graue est, & silere de tātis uestris bñficijs nullo mō possum. Quare adhibebitur a me certa ratio moderatioq; dicēdi, ut qd a uobis acceperim cōmemorē. Quare dignus uestro summo honore singulariq; iudicio sim, ipse modice dicam, si necesse erit. Vos eosdem existimaturos putem q iudicauistis, me lōgo interuallo prope memoriæ temporūq; nostrorū primum hominem nouum consulem fecistis, & eum locū quem nobilitas præsidijs firmatum, atq; oī ratione obuallatū tenebat, me duce rescidistis, uirtutiq; in posterum patere uoluistis. Neq; me tantūmodo cōsulem, qđ est ipsum per sese amplissimū, sed ita fecistis, quomō pauci nobiles in hac ciuitate cōsules facti sunt. nouus ante me nemo. Nam profecto si recordari uolueritis de nouis hoībus, reperietis eos qui sine repulsa cōsules facti sunt diuturno labore atq; aliqua occasione eē factos. Cū

multis ānis post petissent, q̄ prætores fuissent, aliq̄ẜto serius, q̄ per ætatē ac ꝑ leges liceret, q aūt anno suo petierint, sine repulsa nō esse factos. Me esse unū ex oībus nouis hoībus, de q̄bus meminisse possumus, q consulatū petierim, cū primū licitū sit. Cōsul factus sim, cū primū petierim, ut uester honos ad mei tp̄is diē petit⁹ nō ad alienæ petitiōis occasionē interceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus, sed dignitate impetratus eē uideatur. Est illud amplissimū q̄d pauloāte cōmemoraui Quir. ꝙ hoc honore ex nouis hoībus primū me multis posthabitis affecistis, ꝙ prima petitiōe, ꝙ anno meo. Sed tñ magnificentius atq; ornatius esse illo nihil pōt, ꝙ meis comitijs non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed uocem uiuā præ uobis, indicem uestrarū erga me uoluntatū ac studiorū tulistis. Itaq; me nō extrema tribus suffragiorū, sed primi illi uestri cōcursus, neq; singulæ uoces præconū, sed una uoce uniuersus Po.Ro. cōsulem declarauit. Hoc ego tam insigne, tam singulare uestrū beneficium Quir. cū ad animi mei fructū atq; lætitiam duco esse permagnū, tū ad curā sollicitudinemq; multo maius. Versantur .n. Quirites in animo meo multæ & graues cogitationes, quæ mihi nullam partem neq; diurnæ neq; nocturnæ quietis impartiunt. Primū tuendi consulatus, quæ cū quidem oībus est difficilis & magna ratio, tū uero mihi præter cæteros, cū errato nulla uenia, recte facto exigua laus & ab inuitis expressa proponitur, nō dubitanti fidele cōsiliū, nō laboranti certum subsidiū nobilitatis oñditur, ꝙ si solus in discrimē aliq̄d adducerer, ferrē Quir. aīo æquiore. Sed mihi uidētur certi hoīes si qua in re me nō mō cōsilio, uerūetiā casu lapsum eē arbitrabūt, uos uniuersos q me antetuleritis nobilitati, uituperaturi. Mihi aūt Quir. oīa poti⁹ ꝑpetiēda eē duco q̄ nō ita gerēdū cōsulatū, ut in oībus meis factis atq; cōsilijs uestrū de me factum consiliumq; laudetur. Accedit

etiã ille mihi summus labor ac difficillima rõ cõsulatus ge-
rendi, q̃ non eadẽ qua superioribus Cõs. lege & cõditione
utendũ esse decreui, qui aditũ huius loci cõspectũq; uestrũ
partim magnoꝑe fugerũt, ꝑtim nõ uehemẽter secuti sunt.
Ego aũt nõ solum hoc in loco dicã ubi est id dictu facillimũ,
sed in ipso senatu in quo esse locus huic uoci non uidebatur
popularem me futurũ esse cõsulem prima illa mea oratione
Kal. Ian. dixi. Neq; n. ullo mõ facere possum, ut cũ me intel
ligam nõ hominũ potentiũ studio, non excellentibus gratijs
paucorũ, sed uniuersi P. R. iudicio cõsulẽ ita factum, ut no-
bilissimis hoĩbus longe præponerer, nũ & in hoc magistra
tu, & in oĩ uita essem popularis. Sed mihi ad huiusce uerbi
uim & interpretationẽ uehemẽter opus est uestra sapiẽtia.
Versatur. n. magnus error ꝓpter insidiosas nõnullorum si-
mulationes, qui cũ populi nõ solũ cõmoda, uerũetiã salutem
oppugnãt & impediũt, ratione assequi uolũt, ut populares
esse uideãtur. Ego qualẽ Kal. Ian. acceperim rempu. Quir.
intelligo plenã sollicitudinis, plenã timoris, ĩ qua nihil erat
mali, nihil aduersi quod nõ boni metuerẽt, improbi expecta
rent, omnia turbulenta cõsilia cõtra hunc. R. P. statũ, & cõ-
tra uestrũ ocium partim iniri, partim nobis Consulibus de-
signatis inita esse dicebãtur. Sublata erat de foro fides, nõ
ictu aliquo nouæ calamitatis, sed suspitione ac perturbatiõe
iudiciorum, infirmatione rerũ iudicatarũ, nouæ dominatio-
nes, extraordinaria non imperia sed regna quæri putaban-
tur. Quæ cum ego nõ solũ suspicarer, sed plane cernerem.
(Neq; n. obscure gerebantur) dixi in senatu, in hoc magi-
stratu me popularem consulem futurum. Quid enim est tã
populare q̃ pax? qua non modo ij quibus natura sensum de
dit, sed etiam tecta atq; agri mihi lætari uidẽtur. Quid tã
populare q̃ libertas? quam nõ solum ab hominibus, uerum-
etiam a bestijs expeti atq; omnibus rebus anteponi uidetis.

Quid tam populare q̃ ocium? quod ita iucundum est, ut & nos & maiores uestri & fortissimus quisq; uir maximos labores suscipiẽdos putet, ut aliquãdo in ocio possit esse, praesertim imperio ac dignitate, q̃ iccirco etiã maioribus nostris praecipuam laudẽ gratiãq; debemus, q̃ eorum labore est factum, ut impune in ocio esse possemus. Quare qui possum nõ esse popularis, cum uideam haec omnia Quir. pacem externam, libertatẽ propriã generis ac nominis uestri, ocium domesticum, deniq; omnia quae uobis cara atq; ampla sunt in fidem, & quodammõ in patrociniũ mei cõsulatus esse collata. Neq;.n. Quir. illud uobis iucũdum ac populare debet uideri largitio aliqua promulgata, quae uerbis ostẽtari põt, re uera fieri (nisi exhausto aerario) nullo pacto põt. Neq; uero illa popularia sunt existimanda iudiciorũ pturbationes, rerũ iudicatarũ infirmationes, restitutio damnatorũ, qui ciuitatum afflictarũ perditis iam rebus extremi exitiorum solent esse exitus. Nec si q̃ agros Po. Ro. pollicẽtur, si aliud q̃dem obscure moliũtur, aliud spe ac specie simulationis ostẽtant, populares existimãdi sunt. Nã uere dicã. Quir. genus ipsum legis agrariae uituperare nõ possum. Venit.n. mihi in mentem, duos clarissimos ingeniosissimos amãtissimos plebis Romanae uiros, Tyberium & Caium Gracchos plebem in agris publicis cõstituisse, q̃ agri a priuatis antea possidebant. Nõ sum aũt ego is cõsul, qui ut pleriq; nefas esse arbitrer Gracchos laudare, quorum cõsilijs, sapientia, legibus multas esse uideo reipu. partis cõstitutas. Itaq; ut initio mihi designato cõsuli nunciabatur legem agrariã trib. pl. designatos cõscribere, Cupiebã q̃d cogitarẽt, cognoscere. Etenĩ arbitrabar, qm̃ eodem anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquã oportere inter nos reip. bene administrãdae societatem, cum familiariter me in eorum sermonẽ insinuarem ac darem caelabar, excludebar. Et cum ostẽderem si lex

ũtilis plebi Romanæ mihi uideretur, auctorẽ me atq; adiutorem futurum, tñ aspernabantur hanc liberalitatem meã. Negabant me adduci posse ut ullã largitionẽ probarẽ. Finẽ feci offerendi mei, ne forte mea sedulitas, aut insidiosa, aut impudens uideretur. Interea non desistebãt clã inter se conuenire, priuatos quosdam adhibere, ad suos cœtus occultos noctẽ adiungere, & solitudinẽ, q̃bus quanto in metu fuerimus ex uestra sollicitudine, in qua illis tpibus fuistis, facile assequi coiectura poteritis. Ineũt tãdẽ magistratum tri. ple. cõcio tandẽ expectatur. P. Rulli, quod & princeps erat agrariæ legis & truculentius se gerebat quã cæteri. Iã designatus alio uultu, alio uocis sono, alio incessu esse meditabatur. Vestitu obsoletiore, corpe inculto & horrido, capillatior, quam antea, barbaq; maiore, ut oculis & aspectu denũciare oibus uim tribunitiã & minitari reipu. uidereť. Legẽ hominis cõcionẽq; expectabã. Lex initio nulla proponitur. Cõcionẽ in primis aduocari iubet, summa cũ expectatione concurritur. Explicat orationem sane longam, & uerbis ual de bonis. Vnũ erat quod mihi uitiosum uidebať, qꝺ tãta ex frequentia inueniri nemo potuit, qui intelligere posset q̃d diceret. Hoc ille utrũ insidiarũ cã fecerit, An hoc genere eloquẽtiæ delectetur, nescio. Tñ si qui acutiores in concione steterant, de lege agraria nescio quid uoluisse eũ dicere suspicabantur. Aliq̃n tandẽ me designato lex in publicum proponitur, concurrunt iussu meo plures uno tpe librarij descriptã legem ad me afferunt. Omni hoc ratione uobis confirmare possum Quirites hoc animo me ad legendã legem cognoscendamq; uenisse, ut si eã uobis accõmodatã atq; utilẽ esse intelligerẽ, auctor ei⁹ atq; adiutor essem. Nõ. n. natura, neq; dissidio, neq; ei⁹ odio penitus insito bellũ nescio quod habet susceptũ cõsulatus cũ tribunatu, quia persæpe seditiosis atq; improbis tribunis pl. boni & fortes consules obstite

runt. Et quia uis tribunitia nōnūq; libidini restitit cōsulari, nō potestatū dissimilitudo, sed animorū disiunctio dissensionem facit. Itaq; hoc animo legem sumpsi in manus, ut eā cuperem esse aptam uestris cōmodis & eiusmodi, quā cōsul re, non oratione populari & honeste & libenter posset defendere. Atq; ego a primo capite legis usq; ad extremū reperio Quir. nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actū, nisi uti decem reges ærarij, uectigalium, prouinciarum omniū, totius reipu. regnorū, liberorū, populorū, orbis deniq; terrarū domini constituerētur legis agrariæ simulatione atq; nomine. Sic confirmo Quir. hac lege agraria pulchra atq; populari dari uobis nihil, condonari certis hominibus omnia, ostentari Po. Ro. agros, eripi etiam libertatē, priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri. Deniq; quod est indignissimum per Tri. ple. quem maiores præsidem libertatis custodemq; esse uoluerunt, reges in ciuitate constitui. Quæ cū exposuero si falsa uobis uidebuntur esse, sequar autoritatem uestram, mutabo meam sententiam. Sin insidias fieri libertati uestræ simulatione largitionis intelligetis, nolitote dubitare plurimo sudore, & sanguine maiorum uestrorum partam uobisq; traditam libertatem, nullo uestro labore consule adiutore defendere, primum caput est legis agrariæ, quo ut illi putant tentamini leuiter quo animo libertatis uestræ diminutionem ferre possitis. Iubet. n. Tr. pl. qui eam legem tulerit creare decemuiros p trib⁹ septēdecē, ut quē nouē tribus fecerint, is decemuir sit. Hic quæro quam ob causam initiū rerū ac legū suarū hinc duxerit, ut Po. Ro. suffragio priuaretur, toties legibus agrarijs curatores cōstituti sunt triūuiri, quinqueuiri, decēuiri. Quæro a populari Tri. pl. ecquādo nisi p. xxxv. tribus creati sint? Etenī cū oēs potestates, imperia, curationes ab uniuerso Po. Ro. proficisci conuenit, tum eas profecto maxi-

me quæ constituuntur ad populi fructũ aliquem & commodum, in quo & uniuersi deligant, quem Po.Ro. maxime cõsulturũ putent, & unusquisq; studio & suffragio suo uiã sibi ad beneficium impetrandũ munire possit. Hoc Tri.ple. potissimum uenit in mẽtem Po.Ro. uniuersum priuare suffragiis, paucas tribus nõ certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuitu ad usurpãdã libertatẽ uocare. Itẽ inqt eodemq; modo, capite altero ut comitiis põtificis maximi. Ne hoc quidem uidit, maiores nostros tam fuisse populares, ut quod per populum creari fas non erat propter religionem sacrorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotii uoluerint populo supplicari, atq; hoc idem de cæteris sacerdotiis Cn. Domitius Tr.Pl. uir clarissimus tulit, quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi uocaretur, ab ea pte qui esset factus, is a collegio cooptaretur. Videte quid inter sit inter Cn. Domitiũ Tri.Pl. hoiem nobilissimũ & P. Rullum, qui temptauit ut opinor patientiã uestram, cũ se nobilem esse diceret. Domitius qđ per cerimonias populi fieri non poterat, ratione assecutus est, ut id quod posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret. Hic quod populi semp propriũ fuit, qđ nemo imminuit, nemo mutauit quin ii, q populo agros essent assignaturi ante acciperent a populo beneficium q̃ darent, id totum eripere uobis atq; e manibus extorquere conatus est, ille quod dari populo nullo modo poterat tamẽ quodammodo dedit. Hic quod adimi nullo pacto poterat potestate, quadam ratione eripere conatur. Quæret quispiam in tanta iniuria tantaq; impudentia quid spectant? non defuit cõsilium, fides erga plebem Romanã, æquitas in uos libertatemq; uestram uehementer defuit. Iubet eñ comitia decemuiris habere creandis eum qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Iubet Rullus homo nõ cupidus neq; appetẽs

habere comitia, Rullum nondum reprehendo. Video fecisse alios illud quod nemo fecit de minore parte populi quo ꝑtineat uidete, habebit comitia, uolet eos denunciare quibus regia potestas hac lege quæritur, uniuerso populo neq; ipse committit, neq; illi horum cōsiliorum auctores committi recte putantur posse. Sortitur tribus idem Rullus hō fœlix. Educet quas uolet tribus, quos nouem tribus decēuiros fecerint ab eodem Rullo eductæ, hos omnium rerum ut iam ostēdam dominos habebimus. Atq; hi ut grati ac memores beneficij esse uideantur, aliquid se nouem tribuum notis hominibus debere confitebuntur. Reliquis uero sex & uiginti tribubus nihil erit quod non putent posse suo iure denegare. Quos tandem igitur decemuiros fieri uult? se primū, qui licet? Leges enim sunt ueteres, neq; hæ consulares si ꝙd interesse hoc arbitramini, sed tribunitiæ nobis maioribusq; uestris uehementer gratæ atq; iucundæ. Licinia est lex, & altera Ebutia, quæ non modo eum qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiā collegas eius cognatos affines excludit, ne eis ea potestas curatione mandetur. Etenim si populo cōsulis, remoue te a suspitione alicuius tui cōmodi, fac fidē te nihil nisi populi utilitatē & fructū quærere, sine ad alios potestatē, ad te gratiā beneficij tui peruenire. Nā hoc quidē uix est liberi populi, uix uestrorū animorū ac magnificentiæ. Quis legē tulit? Rullus. Quis maiorem partē populi suffragijs prohibuit? Rullus, quis comitijs præfuit? quis tribus quas uoluit uocauit nullo custode sortitus? quis decemuiros quos uoluit renūciauit? Idem Rullus, quē principem renūciauit? Rullum. Vix me hercule seruis hoc eum suis, non uobis omnium gentium dominis probaturum arbitrer. Optimæ leges igitur hac lege sine ulla suspitiōe tollentur. Idem legis sibi sua lege curationem petet. Idem maiore ꝑte populi suffragijs spoliata comitia habebit, quos uo

let, atq; in ijs seipsum renunciabit, & uidelicet collegas suos ad scriptores legis agrariæ non repudiabit, a quibus ei locus primus inuidiæ & in pscriptiõe legis cõcessus est. cæteri fructus oĩum rerum, qui in spe legis huius positi sunt, cõi cautione atq; æqua sibi parte retinentur, at uidete hoĩs diligentiã si aut Rullum cogitasse, aut si Rullo potuisse in mentẽ uenire arbitramini, uiderunt hi qui hæc machinabãtur si uobis ex omni populo deligendi potestas esset data, quæcunq; res esset, in qua fides, integritas, uirtus, auctoritas quæreretur, uos eam sine dubitatione ad Cn. Pom. principem delaturos. Etenim quem unũ ex cunctis delegissetis, ut eum oĩbus omniũ gentiũ bellis terra & mari præponeretis certe in decemuiris faciendis, siue fides haberetur, siue honos, & committi huic optime, & ornare hunc iustissime posse intelligebant. itaq; excipitur hac lege non adolescentia, non legitimũ aliquod impedimentũ, nõ potestas, nõ magistratus ullus, alijs negocijs ac legibus impeditus, reus deniq; quominus decemuir fieri possit, præsentẽ enim profiteri iubet, quod nulla alia in lege unq̃ fuit ne ĩ his quidẽ magistratibus, quorũ certus ordo est, ne si accepta lex esset illum sibi collegam ascriberetis, custodem ac uindicẽ cupiditatũ. Hic quoniã uideo uos homines dignitate & contumelia legis esse commotos renouabo illud quod initio dixi regnũ comparari, libertatem uestrã hac lege funditus tolli, an uos aliter existimabatis, cũ ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent non eos in primis id acturos, ut ex omni custodia uestræ libertatis, ex oĩni potestate, curatione, patrocinio uestrorum cõmodorũ Cn. Pom. depelleretur, uiderũt & uident, si per imprudentiam uestrã, negligẽtiam meam, legẽ incognitam acceperitis, fore uti postea cognitis insidijs, cũ decemuiros crearitis, tũ uitijs oĩbus & sceleribus legis Cn. Pom. psidium opponendũ putetis,

& hoc paruum argumētū uobis erit a certis hominibus do
minationē potestatemq; oīm rerum quæri, cū uideatis eum
quem custodem uestræ libertatis fore uideant, expertē fieri
dignitatis. Cognoscite nūc quæ ptās decemuiris & quāta
detur. Primū lege curiata decemuiros ornat. Iam hoc inau-
ditū & plane nouo more, uti curiata lege magistratus de-
tur qui nullis comitijs ante sit datus. Eam legē ab eo præto
re qui sit primus factus ferri iubet. At quō? ut hi decemuira
tum habeant quos plebs designauerit, oblitus est nullos a
plebe designari, & is orbem terrarū constringit nouis legi
bus. Quicquid in secundo capite scriptum est, nō meminit
in tertio. Atq; hic perspicuū est qd iuris a maioribus acce-
peritis, qd ab hoc tri. pl. uobis relinquatur. Maiores de sin
gulis magistratibus bis uos sententiā ferre uoluerunt. Nā
cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum curiata cate
ris patricijs magistratibus, tum iterum de eisdem iudicaba
tur, ut esset reprehēdēdi potestas, si populum beneficij sui
pœniteret. Nunc quia illa prima comitia tenetis centuriata
& tributa, curiata tm̄ auspiciorum causa remanserūt. Hic
autem tri. pl. quia uidebat potestatem neminem iniussu po
puli aut plebis posse habere, curiatis ea comitijs quæ uos
nō scitis confirmauit, tributa quæ uestra erant, sustulit. Ita
cū maiores binis comitijs uoluerunt uos de singulis magi-
stratibus iudicare, hic homo popularis ne unā qdē populo
comitiorū potestatē reliquit. Sed uidete hominis religionē
& diligentiā. Vidit & pspexit sine curiata lege decēuiros
potestatē habere nō posse, qm̄ per nouem tribus essent cōsti
tuti. Iubet ferre de his legē centuriatam, pætori iperat, quā
ad ipsum absurde, nihil ad me attinet. Iubet .n. qui primus
sit prætor factus eum legem curiatam ferre. Sin is ferre
non posset qui postremus sit, ut aut lusisse in tantis rebus,
aut profecto nescio quid spectasse uideatur. Verū hoc quod

est aut ita peruersum, aut ridiculum, aut ita malitiosum, ut obscurum sit relinquamus, ad religionem hominis reuertamur. Videt sine lege curiata nihil agi per decẽuiros posse. Quid postea si ea lata nõ erit. Attendite ingeniũ, tum hi decemuiri inquit eodẽ iure sint quo qui optima lege. Si hoc fieri põt ut in hac ciuitate quæ iure lõge libertatis cæteris ciuitatibus antecellit, quisquã nullis comitijs imperium aut potestatẽ assequi possit, quid attinet tertio capite legem curiatã ferre iubere? quũ quarto permittas ut sine lege curiata idem iuris habeant quod haberent, si optima lege a populo essent creati. Reges cõstituuntur nõ decẽuiri Quir. ijq; ab ijs initijs fundamentisq; nascũtur, ut nõ mõ cũ gerere cœperint, sed etiã cũ cõstituentur omne nostrũ ius, potestas libertasq; tollatur. Atq; uidete quàm diligenter retineat ius tribunitiæ potestatis. Cõsulibus legẽ curiatã ferẽtibus a trib. pl. sæpe est intercessum. Neq; tamẽ nos id querimur? esse hãc tr. pl. potestate tantũmõ si quis ea potestate temere est usus existimamus. Hic. tr. pl. lege curiata quã. P. R. ferat adimit intercedendi potestatem. Atq; hoc cũ in eo reprehendendũ est, quòd per trib. pl. tribunitia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli si legẽ curiatã nõ habet, attingere rem militarem nõ licet. Hic qui uetat intercedendi potestatẽ, etiã si intercessum sit, tñ eandẽ cõstituit, quàm si lata esset lex, ut nõ intelligã, quare aut hic uetet intercedere, aut quẽquã intercessurum putet, cũ intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, nõ rẽ impeditura. Sint igitur decẽuiri neq; ueris comitijs, hoc est populi suffragijs, neq; illis ad speciem atq; ad usurpationẽ uetustatis p. xxx. lictores auspiciorũ cã adumbratis cõstituti, uidete nunc eos qui a uobis nihil potestatis acceperint, quãto maioribus ornamentis afficiat, quàm oẽs nos affecti sumus, quibus uos amplissimas potestates dedistis iubet auspicia coloniarũ deducẽdarũ cã decemuiros habere pullarios,

pullarios, eodem iure inquit quo habuerunt tres uiri lege sempronia. Audes etiã Rulle mentionẽ facere legis sempro niæ? nec te ea lex ipsa cõmonet talis uiros illos. xxxv. tribuũ suffragio esse creatos, & cum tu a T. Gracchi æquitate ac pudore longissime remotus sis, id quod dissimillima ratiõe factum sit, eodem iure putas esse oportere, dat præterea potestatem uerbo prætoriã, reuera regiã definit in quinquennium, facit sempiternam. Tãtis em̃ confirmat opibus & copiis, ut inuitis eripi nullo mõ possit, deinde ornat apparitorib⁹, scribis, librariis, præconib⁹, architectis, præterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili, sumptũ haurit ex ærario, suppeditat a sociis. Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdẽ ministros & satellites potestatis, formam adhuc habetis Quir. & speciem ipsam tyrannorum, insignia uidetis potestatis, nõdũ ipsam potestatem, dixerit. n. fortasse quispiã qd me ista lædũt? scriba, lictor, præco, pullarius? Oĩa sũt hæc huiusmodi Quir. ut ea q habeat sine uestris suffragiis aut rex nõ ferendus, aut priuatus furiosus esse uideatur. Perspicite quãta potestas permittatur, nõ priuatorũ insaniam, sed intolerantiã regũ esse dicetis. Primũ permittitur infinita ptãs innumerabilis pecuniæ cõficiendæ de uestris uectigalibus nõ fruendis, sed alienãdis. Deinde orbis terrarũ gẽtiumq; omniũ datur cognitio sine cõsilio, pœna sine prouocatione, animaduersio sine auxilio, iudicare per quinquennium uel de cõsulibus uel de ipsis Tribu. pleb. poterunt, de illis interea nemo iudicabit, magistratus iis petere licebit, causam dicere nõ licebit, emere agros a qbus uolẽt uel quos uolent q̃ uolent magno poterũt, colonias deducere nouas, renouare ueteres, totam italiam suis coloniis ut complere liceat permittitur, omnes prouincias obeundi, liberos populos agris multandi, agrorum uel regnorum dandorũ sum-

ma potestas datur, cum uelint Romæ esse cum commodum sit, quacunque uelint summo cũ imperio iudicioque rerũ omniũ uagari ut liceat cõceditur. interea dissoluant iudicia publica, de consilijs abducant quos uelint, singuli de maximis rebus iudicent, quæstori permittant, finitorem mittant, ratum sit quod finitor uni illi a quo missus erit renũciauerit. Verbum mihi deest Quir. cum ego hanc potestatem regiam appello, sed profecto maior est quædam. Nullum enim regnũ fuit unquam, quod nõ si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur. Hoc uero infinitum est, quo & regna omnia, & uestrum imperium quod latissime patet, et ea quæ partim libera a uobis, partim etiam ignorata uobis sunt, pmissu legis continentur. Datur igitur eis primum ut liceat eis uendere omnia de quibus uendẽdis. S.C. facta sunt. M. Tullo Cn. Cornelio con. cur hoc tam est obscurum, atque cæcum? quid ista omnia de quibus Senatus censuit, nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? Duæ sunt huius obscuritatis causæ Quir. una pudoris si quis pudor esse potest in tam insigni impudentia, altera sceleris. Nã neque ea quæ Senatus nominatim uendenda cẽsuit audet appellare, sunt enim loca publica urbis. Sunt sacella, quæ post restitutã tribunitiam potestatẽ nemo attigit, quæ maiores in urbe partim periculi perfugia esse uoluerũt, hæc lege tribunitia decemuiri uendent? Accedet eo mons Gaurus, accedent salicta ad minturnas, adiungetur & illa uia uendibilis herculanea multarũ deliciarũ & magnæ pecuniæ, permulta alia quæ Senatus ppter angustias ærarij uendẽda censuit, Cõsu. propter inuidiam nõ uendiderũt. Verũ hæc fortasse propter pudorẽ in lege reticentur. Sed illud magis est credendum, & pertimescendum, quod audaciæ decemuirali corrũpendarum tabularum publicarũ fingendorumque. S.C. quæ facta nũquam sunt, cum ex eo numero qui per eos annos Cons.

fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur, ni si forte nihil est æquũ nos de eorũ audacia suspicari, quorũ cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse uideatur. Habetis unum uẽditionis genus, quod magnum uideri uobis intelligo. Sed attendite animos ad ea quæ consequũtur. Hunc quasi gradum quendam atq; aditũ ad cætera iactum intelligetis. Qui agri, quæ loca, quæ ædificia. Quid est prætere a? multa in mancipijs, in pecore, auro, argento, ebore, ueste, supellectili, cæteris rebus. Quid dicam? inuidiosum putasse hũc fore, si omnia nominasset, nõ metuit inuidiam. Quid ergo? longũ putauit & timuit, ne quid p̃teriret, ascripsit, aliud ne quid? qua breuitate rẽ nullã esse exceptã uidetis, quicq̃d ergo sit extra Italiã, quod publicũ. P. R. factũ sit. L. Sylla. Q. Põpeio Cons. aut postea id decẽuiros iubet uendere, hoc caput quirites omnis gentis, natiões, prouincias, regna, decẽuirũ ditioni iudicio potestatiq; permissa, & condonata esse dico. Primũ hoc quæro enim, qui tandẽ loc⁹ usq; sit, quẽ nõ possint decẽuiri dicere publicũ. P. R. esse factum? Nã cũ idẽ possit iudicare qui dixerit, quid est q̃d nõ liceat ei dicere, quod non liceat eidẽ iudicare? Cõmodum erit pergamum, smyrnã. Thrallis, ephesum, Miletũ, Cizicũ, totã deniq; Asiam, quæ post. L. Syllam. Q. Põpeiũ Cons. recuperata sit. Po. Ro. factã esse dicere. Vtrũ oratio ad eius rei disputationẽ deerit? An cũ idem & differet & iudicabit, impelli nõ poterit, ut falsum iudicet? An si condemnare Asiam nolet, terrorem damnatiõis, & minas non quãti uolet æstimabit? quid q; disputari cõtra nullo pacto potest? quoniam statutũ a nobis est & iudicatum, quam hæreditatẽ iam creuimus. Regnum Bithyniæ quod certe publicum est Po. Ro. factum nunquid causæ est, quin omnes agros, urbes, statiua, portus, totam deniq; bithyniã decemuiri uendituri sint. Quid mitylenæ? quæ certe uestræ Quir. belli lege ac uictoriæ in

re factæ sunt, urbs & natura, ac situ, & descriptione ædifi ciorum, & pulchritudine in primis nobilis. Agri iucūdi & fertiles nēpe eodē capite inclusi cōtinentur. Quid Alexandria cūctaq; ægyptus, ut occulte latet? ut recondite? ut furtim tota decēuiris traditur, qs em̄ uestrū hoc ignorat dici illud regnū testamēto regis Alexādrini. Po. Ro. esse factū, hic ego Cons. Po. Ro. nō mō nihil iudico, sed ne qd sentiā quidē pfero. Magna em̄ mihi res, nō mō ad statuendū, sed etiā ad dicendū uidetur esse. Video q testamentū factū esse confirmet, auctoritatē Senatus extare hæreditatis aditæ sentio, tum quando Alexandro mortuo legatos tyrū misimus, qui ab illo pecuniā depositā nostris recuperarent, hæc. L. Philippum sæpe in senatu cōfirmasse memoria teneo, eum qui regnum illud teneat hoc tempore, neq; genere, neq; animo regio esse, inter omnes fere uideo cōuenire. Dicitur cōtra nullum esse testamentum, nō oportere. P. R. omniū regnorū appetētem uideri. Demigraturos in illa loca nostros homines pter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam, hæc tanta de rep. Rullus cū cæteris decēuiris collegis suis iudicabit? Et uerū iudicabit? Nam utrūq; ita magnū est, ut nullo mō neq; cōcedendum neq; ferendum sit. Volet esse popularis Po. Ro. adiudicabit. Ergo idem ex sua lege uendet Alexandriam, uendet ægyptū urbis copiosissimæ pulcherrimorumq; agrorum iudex, arbiter, dominus, Rex deniq; opulētissimi regni reperietur. Non sumet sibi tantum, non appetet, iudicabit Alexandriam regis esse a Po. Ro. abiudicabit. Primum Po. Ro. hæreditatem decemuiri iudicent, cum uos nolueritis de priuatis hæreditatibus cētumuiros iudicare? Deinde quis aget causam Po. Rom. ubi res ista agetur? qui sunt isti decemuiri? quos perspiciamus regnum Alexādriæ Ptolemæo gratis adiudicaturos? q si Alexādria petebatur, cur non eosdem cursus hoc tempore, quos. L. Cotta. L. Tor

quato Consu.cucurrerunt? Cur nõ aperte ut antea? Cur nõ item ut cum decreto, & palam regionem illã petierunt? An quietis ijs, qui per cursum rectum regnum tenere nõ potuerunt, nunc tetris tenebris & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt. Atq; illud circunspicite uestris mẽtibus animisq́;, legatos nostros homines auctoritate tenui qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre uix possunt. Graue est enĩ nomẽ imperij, atq; id etiam in leui persona ꝑtimescitur, propterea ꝙ uestro nõ suo nomine cum hinc egressi sunt abutunt. Quid censetis cum isti decemuiri, cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum iuuentute per orbem terrarum uagabũtur? Quo tandem animo, quo metu, quo periculo, miseras nationes futuras? Est in imperio terror, patient, & in aduentu sumptus ferent, imperabitur, aliquid muneris non recusabunt. Illud uero quantum est Quir. cũ is decẽuir qui aliquam in urbẽ aut expectatus, ut hospes aut repẽte, ut dominus uenerit, illum ipm̃ locum quo uenerit. Illam ipsam sedem hospitalem in qua erit deductus publicam. Po. Ro. esse dicet. At quãta calamitas populi, si dixerit, quãtus ipsi quæstus si negarit. Atq; idẽ qui hoc appetunt queri nõnunꝙ solent omnis terras. Cn. Pom. atq; omnia maria esse permissa. Simile uero est multa cõmitti an cõdonari omnia, labori & negocio præponi, An prædæ & quæstui? mitti ad socios liberandos? An ad opprimẽdos? Deniq; si quis est honos singularis, nihil ne interest, utrum Po. Ro. eum cui uelit deferat. An is imprudẽter Po. Ro. per legis fraudem surripiatur? Intellexistis quot res & quãtas decemuiri legis ꝑmissu uẽdituri sint. Nõ est satis, cum sese sociorum, cum exterarum nationum, cũ regum sanguine implerint, incidant neruos. Po. Ro. adhibeant manus uectigalibus uestris, irrũpent in ærariũ. Sequitur enim caput, quo capite ne ꝑmittit

quidem si forte desit pecunia, quae tanta ex superioribus recipi potest, ut deesse nõ debeat. Sed plane quasi ea res uobis saluti futura sit, ita cogit atque imperat, ut decemuiri uestra uectigalia uendant nominatim. Quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto. Po. Ro. auctionem, quam me hercle ego praeconi huic ipsi luctuosam, & acerbam praedicationẽ futuram puto, ut in suis rebus ita in rep. luxuriosus nepos, qui prius siluas uendat ꝙ̃ uineas. Italiam ꝑcẽsuisti, perge in Siciliã, nihil est in hac prouincia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores nostri ꝓprium nobis reliquerint, quin id uenire iubeat, quod partum recenti uictoria maiores uobis in sociorum urbibus ac finibus, & uinculum pacis & monumentum belli reliquerunt, id uos ab illis acceptũ hoc auctore uendetis? Hic mihi parumper mentes uestras Quir. cõmouere uideor, dum patefacio uobis quas isti penitus abstrusas insidias seposuisse arbitrãtur cõtra Cn. Pompeij dignitatẽ, mihi quaeso ignoscite si appello talem uirũ saepius, uos mihi pretori biennio ante Quir. hoc eodẽ in loco ꝑsonã hãc imposuistis, ut ꝗbuscunq; reb⁹ possem illius absentis dignitatẽ uobiscũ una tuerer. Feci adhuc quae potui, neq; familiaritate illius adduct⁹, neq; spe honoris atq; amplissimae dignitatis quam ego etsi libẽte illo, tamẽ absente per uos consecutus sum. Quãobrẽ cũ intelligam hãc totã fere legẽ ad illius opes euertẽdas tãq; machinam cõparari, & resistam cõsilijs hominum, & perficiã ꝑfecto quod ego uideo comparari, ut id uos uniuersi non solum uidere, uerumetiam tenere possitis. Iubet uenire quae attalensiũ, quae phasilẽsium, quae olympinorum fuerint, agrumq; agerensem, & orindicum, & gedusanũ, haec. P. Seruilij imperio et uictoria clarissimi uiri uestra facta sunt, adiungit agros bithyniae regios, quibus nũc publicani fruũtur. Deinde attalicos agros in chersonesso in macedonia, qui regis Philippi

siue per se fuerunt, qui item a censoribus locati sunt, & certissimum uectigal ascribit, idem auctioni corynthios agros opimos & fertiles & cyrenenses, qui apionis fuerunt, & agros in Hispania propter Carthaginem nouã, & in Africa ipsam ueterem Carthaginẽ uẽdit, quã uidelicet. P. Africanus non propter religionem sedium illarum, ac uetustatis de consilij sententia cõsecrauit, sed ut ipse locus eorum qui cum hac urbe de imperio decertarũt certa nũc uestigia calamitatis ostẽderet, sed nõ fuit tam diligẽs quàm est Rullus, aut fortasse emptorẽ ei loco reperire nõ potuit. Verum inter hos agros regios captos ueteribus bellis uirtute summorũ imperatorum adiungit, regios agros Mithridatis, qui in paphlagonia, qui in põto, qui in Cappadocia fuerũt, ut eos decemuiri uendant, ita ne uero nõ legibus datis, nõ auditis uerbis imperatoris, nõdũ deniq; bello confecto, cum rex Mithridates amisso exercitu, regno expulsus, tamẽ in ultimis terris, aliquid etiã nũc moliatur, atq; ob inuicta Cn. Põpeij manu Meote, & illis paludibus, & itinerũ angustijs, atq; altitudine mõtium defendatur cum imperator in bello uersetur. In locis autẽ illis etiã nũc belli nomen reliquum sit, eos agros, quorũ adhuc penes. Cn. Pompeium omne iudicium, & potestas more maiorũ debet esse, uiri decem uendent? Et credo. P. Rullus, Is enim sic se gerit, ut sibi iam decemuir designatus esse uideatur, ad eam auctionẽ potissimum proficiscetur, is uidelicet anteq; ueniat in põtum, litteras ad Cn. Pompeium mittet, quarũ ego iam exemplũ ab istis compositum esse arbitror. P. Seruilius Rullus Tri. ple. decemuir. S. D. Pompeio. Cn. F. non credo ascripturum esse Magno, nõ enim uidetur id quod imminuere lege conatur, concessurus uerbo. Te uolo curare, ut mihi synope præsto sis auxiliumq; adducas, dum eos agros quos tuo labore cepisti, ego mea lege uendam, an Pompeium non adhibebit? in eius pro

uincia uendet manubias imperatoris? ponite ante oculos uobis Rullum in ponto inter nostra, atq; hostium castra hasta posita cum suis formosis finitoribus auctionantem. Neq; in hoc solum inest contumelia, quæ uehemẽter & insignis est & noua, ut ulla res parta bello, nondum legibus datis etiã, tum imperatore bellũ administrante nõ mõ uenierit, uerum locata sit, plus spectant homines certe quã cõtumeliam. Sperant si cõcessum sit inimicis Cn. Põpeij cum imperio, cum iudicio omnium rerũ, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia, nõ solum alijs in locis uagari, uerũetiam ad ipsius exercitum peruenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copijs, gloria detrahi posse putant, si quam spẽ in Cn. Põ. exercitus habeat, aut agrorũ, aut aliorum commodorum hanc non habiturum, cum uiderint earum rerum omnium potestatem ad decẽuiros esse trãslatã. Patior non moleste tam stultos esse qui hæc sperent, tam impudentes qui conentur, illud queror, tam me ab ijs esse contemptum, ut hæc portenta me Cõs. potissimum cogitarent, atqui in omnibus his agris ædificijsq; uendendis permittitur decemuiris, ut uendat quibuscunque in locis uideatur. O perturbatã rationẽ, o libidinem refrenandã, o cõsilia dissoluta atq; perdita. Vectigalia locare nusq; licet, nisi in hac urbe. Hoc aut illo loco hac uestrũ frequentia uenire nostras res proprias, & in perpetuum ab nobis alienari, in paphlagoniæ tenebris, atq; in Cappadociæ solitudine licebit? L. Sylla cum bona indemnatorum ciuium funesta illa auctiõe sua uenderet, & se prædam suam diceret uẽdere, tñ ex hoc loco uendidit, nec quorum oculos offendebat, eorum ipsorũ cõspectum fugere ausus est, decemuiri uestra uectigalia nõ modo ne uobis quidem arbitris, sed ne præcone quidem publico teste uendent. Sequitur oẽs agros extra Italiam infinito ex tempore, non ut antea ab Sylla, et Pom. Cõs. cogni

tio decemuirũ, priuatus sit an publicus, sicq; agro pergrande uectigal imponitur, hoc quantum iudicium, q̃ intolerandum, q̃ regium sit, quem præterit? posse quibuscunq; locis uelint, nulla disceptatione, nullo cõsilio priuata publicare, publica liberare, excipitur hoc capite ager Siciliæ recentoricus, quem ego excipi & propter hominum necessitudinem, & ꝑpter æquitatem Quir. sæpe uehementer gaudeo. Sed quæ hæc impudentia? qui agrum recentoricum possidẽt uetustate possessionis se non iure, misericordia Senatus, non agri conditione defendũt. Nam illum agrum publicum esse fatẽtur, se moueri possessiõibus, amicissimis sedibus ac dijs penatibus negant oportere. at si est priuatus ager recentoricus, quid eũ excipis? sin autem publicus, quæ est ista æquitas? cæteros etiam si priuati sint permittere, ut publici iudicentur, hũc excipere nominatim qui publicus esse fateatur, ergo eorũ ager excipitur qui apud Rullum alia ratione ualuerũt, cæteri agri omnes qui ubiq; sunt sine ullo delectu, sine Po. Ro. notiõe, sine iudicio Senatus decemuiris addicẽtur, atq; etiã est alia superiori capite quo oĩa ueniũt, quæstuosa exceptio, quæ teget eos agros, de q̃bus fœdere cautũ est, audiuit hãc rem non a me, sed ab alijs agitari, sæpe in senatu, nõnunq̃ ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hyempsalem, quos. P. Africanus. P. R. adiudicarit, & tñ postea per. C. Cottam Con. cautum esse fœdere, hoc quia uos fœdus non iusseritis uerẽt Hyempsal, ut satis firmum sit & ratũ, quid eiusmodi est illud? tollitur uestrũ iudicium, fœdus totũ excipitur? et cõprobatur? quod minuis auctionem deceuiralẽ, laudo, quod regi amico cauet, nõ reprehendo, quod nõ gratis fit, indico. Volitat. n. ante oculos istorum Iubæ regis filꝰ adolescẽs nõ minus bene nũmatus, q̃ bene capillatus, uix iã uidetur locus esse qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Auget, addit, accumulat aurum argentum

ex præda, ex manubijs, ex coronario, ad quēcunq; ꝑuenit, neq; relatum est in publicum, neq; in monumento consumptum id profiteri apud decēuiros, & ad eos referre iubet, hoc capite etiam quæstionem de clarissimis uiris, qui Po.R. bella gesserunt, iudiciumq; de pecunijs repetundis ad decemuiros translatum uidetis. Horum erit nullũ iudicium, quantæ cuiusq; manubiæ fuerint, quid relatũ, quid residuum sit. In posterũ uero lex hæc imperatoribus nostris constituitur, ut quicunq; de prouincia decesserit apud eosdem decemuiros quantum habeat prede manubiarum, auri coronarij profiteatur, hic tñ uir optimus eũ quem amat excipit. Cn. Pom. unde iste amor tam improuisus ac tam repētinus, qui honore decēuiratus excluditur prope noīatim, cuius iudicium legũq; datio, captorũ agrorum ipsius uirtute cognitio tollitur, cuius non in prouinciā, sed in ipsa castra decem uiri cũ imperio infinita pecunia, maxima ptāte, & iudicio rerũ oīm mittuntur, qđ ius imperatorũ, quod semꝑ oībus imperatoribus est conseruatũ soli eripitur. Is excipit̃ unus ne manubias referre debeat, utrũ tandem hoc capite honos haberi homini? an inuidia quæri uidetur, remittit hoc Rullo. Cn. Pō. bñficio isto legis, benignitate decemuirali nihil utitur. Nam si est æquũ prædam, ac manubias suas imperatores non in monumenta deorũ immortaliũ, neq; in urbis ornamenta cōferre, sed ad decēuiros tanquam ad dominos reportare nihil sibi appetit, præcipue Pom. nihil uult se in cōmuni, atq; in eodē quo cæteri iure uersari, sin ē iniquũ Quir. si turpe, si intolerandum hos decemuiros portitores omnibus omnium pecunijs constitui, qui non modo reges, atq; exterarum nationum homines, sed etiam imperatores nostros excutiant, non mihi uidentur honoris causa excipere Pom. sed metuere, ne ille eandem contumeliam quam cæteri ferre non possit. Pom. autem hoc animo sit, ut quicquid

uobis placeat, sibi ferendum putet, quod uos ferre non pote ritis id ꝑfecto perficiet ne diutius inuiti ferre cogamini. ue rumtamen cauet, ut si qua pecunia post nos consules ex no uis uectigalibus recipiatur, ea decemuiri utãtur, noua por ro uectigalia uidet ea fore quæ Pom. adiunxerit, ita remis sis manubijs uectigalibus eius uirtute partis se frui putat oportere, parta sit pecunia Quir. decemuiris tanta, quanta sit ĩ terris. Nihil prætermissum. Sed oẽs urbes, agri, regna deniq́, postremo ẽt uectigalia uestra uenierint, accesserint, in cumulũ manubiæ uestrorum imperatorũ, quãtæ & quã immanes diuitiæ decemuiris in tantis auctionibus, tot iudi cijs, tã infinita potestate rerũ omnium quærantur, uidetis. Cognoscite nũc alios immensos atq́ intolerabiles quæstus, ut intelligatis ad certorum hominum importunam auarici am hoc populare legis agrariæ nomen esse quæsitum, hac pecunia iubet agros emi, quo decumatu? non cõsueui appel lare homines asperius Quir. nisi lacessitus. Velim fieri pos set ut a me sine contumelia nominarẽtur, ij ꝗ se decemuiros sperant futuros. Iam uideretis quibus hominibus omnium rerum & uendendarum & emendarum potestatẽ permit teretis. Sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, uos tñ id potestis cum animis uestris cogitare. Vnũ hoc cer te uideor mihi uerissime posse dicere, tum cum haberet hæc .R.P. Luscinos calatinos, acidinos hoĩes non solum honori bus Po. rebusq́ gestis, uerumetiã patientia paupertatis or natos, & tum cum erant Catones, Philippi, Lælij, quorũ sapientiam temperantiamq́ in publicis priuatisq́ in foren sibus domesticisq́ rebus perspexeratis, tamen huiuscemo di res commissa nemini est, ut idẽ iudicaret & uenderet, et hoc faceret ꝑ quinquenniũ toto ĩ orbe terrarũ. Idẽq́ agros uectigalis Po. R. abalienaret & cũ summam tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipẽ ex sua uolũtate fecisset, tũ deniq́ emeret

a qbus nellet, quod uideretur. Cõmittite uos nũc Quir. hominibus hæc oĩa, quos odorari hunc decẽuiratũ suspicamini. Reperietis partẽ esse eorũ, qbus ad habendũ, partẽ qbus ad consumẽdũ nihil satis esse uideatur, hic ego iã illud qđ expeditissimũ sit, ne disputo quidẽ Quir. non esse hanc uobis a maioribus relictã consuetudinẽ ut emantur agri a priuatis, quo plebes publice deducatur, oĩbus legibus, agris publicis priuatos esse deductos, huiuscemodi me aliquid ab hoc horrido ac truce. Tr. pl. expectasse, hanc uero emẽdi & uendẽdi quæstuosissimã ac turpissimam mercaturã, alienã actione tribunitia, alienã dignitate Po. Ro. semper putaui, libet agros emi, primũ quæro, quos agros & quibus in locis? nolo suspensam et incertam plebem Ro. obscura spe & cæca expectatione pẽdere. Albanus ager est, setinus, priuernas, fundanus, uestinus, falernus, liternus, cumanus, casinas, audio ab alia porta capenas, faliscus, Sabin⁹ ager, reatinus, uenafranus, allifanus, trebulanus, habes tantam pecuniam qua hosce oĩs agros & cæteros horũ similis nõ modo emere, uerũetiã coaceruare possis? Cur? eos non definis? neq; nominas? ut saltem deliberare plebes Ro. possit, quid intersit sua, quid expediat, quantũ tibi in emendis & uendendis rebus cõmittendũ putet. Definio inquit Italiã, satis certa regio. Etenim quantulũ interest, utrũ in massici radices an in Italiã alioue deducamur? Age nõ definis locũ, qd nam agri uero inqt qui arari aut coli possit, qui possit arari inqt aut coli, nõ qui aratus aut cultus sit, utrũ hæc lex est an tabula ueratianæ auctionis, in qua scriptum fuisse aiunt iugera. cc. in qbus oliuetum fieri põt. iugera. ccc. ubi institui uineæ possunt, hoc tu emes ista innumerabili pecunia, qđ arari aut coli possit, quod solũ tam exile aut macrũ est quod aratro perstringi non possit? aut qđ est tam asperũ saxetum in quo agricolarũ cultus non elaboret. Iccirco inquit agros

nominare nō possum, quia tāgā nullū ab inuito, hoc quoqs multo est quæstuosius q̄ si ab inuito sumeret. Inietur enī ratio quæstus de uestra pecunia, & tum deniq; ager emetur, cū idem expediet emptori & uēditori. Sed uidete uim legis agrariæ, nec hi quidem qui agros publicos possident, decedēt de possessione, nisi erūt deducti optima conditione & pecunia maxima, conuersa rō, antea cū erat a tr. pl. mētio legis agrariæ facta continuo, q agros publicos, aut q possessiones inuidiosas tenebant expertimescebāt, hæc lex eos homines fortunis locupletat, inuidia liberat, q̄ multos enim Quir. existimatis eē qui latitudinem possessionū tueri, qui inuidiam syllanorū agrorū ferre non possint, qui uendere cupiāt, emptorem non reperiant, perdere iam deniq; illos agros rōne aliqua uelint, qui paulo ante diē noctēq; tribunitium nomen horrebant, uestram uim metuebant, mentionē legis agrariæ pertimescebant, ij nunc etiam ultro rogabuntur, atq; orabunt ut agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi, quanti ipsi uelint decemuiris tradant, atq; hoc carmen hic tr. pl. nō uobis, sed sibi intus canit, habet socerum uirū optimum, qui tātum agri in illis reip. tenebris occupauit, q̄tum concupiuit, huic subuenire uult succumbenti iam & oppresso syllanis oneribus graui sua lege, ut liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. Et uos non dubitatis quin uectigalia uestra uendatis plurimo maiorū uestrorum sanguine & sudore quæsita? ut syllanos possessores diuitijs augeatis, piculo liberetis, nā ad hāc emptionē decemuiralē duo genera agrorū spectant Quir. eorū unū propter inuidiam dnī fugiunt, alterū propter uastitatē, Syllanus ager a certis hoībus latissime cōtinuatus tantā habet inuidiā, ut ueri ac fortis tri. pl. stridorē unum perferre non posset, hic ager oīs quoq; precio coemptus erit, tñ ingenti pecunia uobis inducetur, alterum ge.

nus agrorum propter sterilitatem incultũ, propter pestilentiam uastum atq; desertũ emetur ab ijs, qui eos uident sibi esse si nõ uendiderint relinquẽdos, & nimirũ istud est, qđ ab hoc Tri. pl. dictum est in Senatu urbanã plebem nimium in R. P. posse exhauriendã esse. Hoc. n. est usus quasi de aliqua sentina ac non de optimorũ ciuium genere loqueretur. Vos uero Quir. si me audire uultis retinete istã possessionem gratiæ, libertatis, suffragiorũ, dignitatis, urbis, fori, ludorũ, festorum dierum, cæterorũ omniũ cõmodorum, nisi forte mauultis relictis his rebus atq; hac luce. R. P. ĩ sipõtina siccitate aut in Salapinorum pestilẽtiæ finibus Rullo duce collocari, at dicat quos agros empturus sit, ostendat, & quid & qbus daturus sit, ut uero cũ omnes urbes, agros, uectigalia, regna uendiderit, tum arenam aliquã aut paludes emat, id uos potestis quæso cõcedere, quamquã illud est egregiũ, qđ hac lege ante omnia ueneũt, ãte pecuniæ cogũtur & coaceruantur, q̃ gleba una; ematur, deinde emi iubet ab inuito uetat. Quæro si qui uelint uẽdere nõ fuerint, quid pecuniæ fiet, referre in ærarium lex uetat, exigi prohibet. Igitur pecuniam omnem decemuiri tenebunt, uobis ager non emetur, uectigalibus abalienatis, socijs uexatis, Regibus atq; omnibus gẽtibus exinanitis illi pecunias habebunt, uos agros non habebitis. Facile inquit adducũtur pecuniæ magnitudine, ut uelint uẽdere, ergo ea lex est qua nostra uendamus quanti possumus, aliena emamus quanti possessores uelint, atq; ĩ hos agros q hac lege empti sint colonias ab his decemuiris deduci iubet. Quid om̃is ne locus eiusmodi est, ut nihil intersit. R. P. colonia deducatur in eũ locũ, necne? an est locus qui coloniam postulet? est plane rectius quo in genere, sicut in cæteris. R. P. ptibus est operæp̃ciũ diligentiã maiorũ recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspitionẽ periculi collocarunt, ut esse nõ oppi

da Italiæ, sed propugnacula imperij esse uiderentur. Hi de ducent colonias in eos agros quos emerint, etiam ne si reip. non expediat? & in quæ loca præterea uidebitur. Quid igitur est causæ quin coloniā in ianiculum possint deducere, & suum præsidiū in capite atq; ceruicibus uestris possint collocare. Tu non definias quo colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci uelis, tu occupes locum quem idoneum ad uim tuam iudicaris. Compleas numero, cōfirmes præsidio quo uelis Po. R. uectigalibus, atq; omnibus copijs ipsum Po. Ro. coerceas, opprimas, redigas in istā decemuiralem ditionem ac potestatem, ut uero totam Italiam suis præsidijs obsidere atq; occupare cogitent, quæso Quir. cognoscite, permittit decēuiris, ut in oīa municipia, in omīs colonias totius Italiæ colonos deducant, quos uelint, hisq; colonis agros dari iubet. Nū obscure maiores opes ꝙ libertas uestra pati potest, & maiora præsidia quærūtur, Num obscure regnū cōstituitur? Num obscure uestra libertas tollitur? Nam cum ijdem omnem pecuniā maximam multitudinem, id est totam Italiam suis opibus obsidebūt, idem uestram libertatem suis præsidijs & colonijs interclusam tenebunt, quæ spes tandem? quæ facultas recuperādæ uestræ libertatis reliquetur? At enim ager Campanus hac lege diuidetur orbis terræ pulcherrimus, & Capuam colonia deducetur urbem amplissimam atq; ornatissimam, atqui quid ad hæc possumus dicere. De commodo primum uestro dicam Quirites deinde ad amplitudinem & dignitatem reuertar, ut si quis agri, aut oppidi bonitate delectetur, ne quid expectet, si quem rei indignitas commouet, ut huic simulatæ largitioni resistat. Ac primum de oppido dicam, si quis est forte quem Capua magis, quā Roma delectat, quinque milia colonorū Capuam scribi iubet, ad hunc numerū quinquagenos sibi singuli sumēt. Quæso nolite uosmetip-

ſos conſolari. Vere ac diligẽter conſiderate num uobis, aut ueſtri ſimilibus integris, quietis, ocioſis hominibus in hoc nũero locũ fore putatis? ſi eſt oĩbus uobis maiori ueſtrũ parti quanq; me ueſter bonos uigilare dies atq; noctes, & intẽtis oculis omnis. R. P. partis intueri iubet, tñ pauliſper ſi ita cõmodũ ueſtrum feret cõniuebo. Sed ſi quinque hominum milibus ad uim facinus cædemq; delectis locus, atq; urbs quæ bellum facere, atq; inſtruere poſſit queritur, tamen ne patiemini ueſtro noĩe contra uos firmari opes, armari præſidia, agros urbes? copias comparare? Nam agrum quidem Campanum quem uobis oſtentant ipſi concupiuerunt, deducent ſuos quorum nomine ipſi teneant & fruantur, coemant. Præterea iſta dena iugera continuabunt. Nam ſi dicent per legem id non licere, ne per Corneliam quidem licet. At uidemus ut longinqua mittamus, agrum præneſtinum a paucis poſſideri, neq; iſtorum pecunijs quicquam aliud deeſſe uideo, niſi eiuſmodi fundos, quorum ſubſidio familiarum magnitudines & Cumanorum & puteolanorum prædiorum ſumptus ſuſtentare poſſint, quod ſi ueſtrũ cõmodum ſpectat, ueniat & coram mecum de agri cãpani diuiſione diſputet, quæſiui ex eo Kalẽ. Ian. quibus hominibus & quemadmodũ illum agrũ eſſet diſtributurus, reſpõdit a Romilia tribu ſe initium eſſe facturũ, primum quæ eſt iſta ſuperbia & cõtumelia ut populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur, ante ruſticis detur ager qui habent, quã urbanis quibus iſta agri ſpes & iucũditas oſtẽditur, aut ſi hoc ab ſe dictũ negat & ſatisfacere oĩbus uobis cogitat, proferat in iugera dena deſcribat ab otriculana uſq; ad narnienſem nomina ueſtra proponat, ſi non modo dena iugera dari uobis, ſed ne cõſtipari quidem tãtũ numerum poſſe hominum in agrum campanum intelligetis, tamẽ ne uexari. R. P. contemni maieſtatem Po. R. deludi uoſmetipſos

diutius

diutius a Tr.pl.patiemini? q̃ si posset ager iste ad uos perue nire,nonne eum tamen in patrimonio uestro remanere mal letis,unum ne fundum pulcherrimũ Po.Ro.caput uestræ pecuniæ,pacis ornamẽtum,subsidium belli,fundamentum uectigaliũ,horreum legionum,solatiũ annonæ disperire pa tiemini? An obliti estis italico bello amissis cunctis uectigali bus quãtos agri campani fructibus exercitus alueritis. An ignoratis cætera illa magnifica Po.Ro.uectigalia, perleui sæpe momento fortunæ inclinatione temporis pẽdere. Quid uos Asiæ portus? q̃d syriæ cura? quid omnia trãsmarina ue- ctigalia iuuabũt,tenuissima suspitiõe prædonum aut hostiũ iniecta? At uero hoc agri campani uectigal cũ eiusmodi est, ut domi sit,& omnibus præsidijs oppidorum tegatur,tum neq; bellis infestum,nec fructibus uarium,nec cœlo,nec lo- co calamitosum esse solet. Maiores nostri non solum id quod campanis cœperant non imminuerunt,uerũetiam quod & tenebant,quibus adimi iure nõ poterat coemerunt,qua de causa nec duo Gracchi qui de plebis Ro.cõmodis plurimum cogitauerunt, nec.L.Sylla qui omnia sine ulla religiõe qui- bus uoluit est dilargitus,agrũ campanum attingere ausus est. Rullus extitit q̃ ex ea possessione rempu.demoueret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam nec Syllæ dominatio deiecisset. Quem agrum nũc prætereuntes uestrũ esse dici- tis,& quem pariter iter q̃ faciũt externi homines uestrum esse audiunt. Is cum erit diuisus nec uester dicẽt. At qui ho- mines possidebunt? primo quidem acres,ad uim prompti, ad seditionem parati,qui simulac decemuiri cõcrepuerint armati in ciues et expediti ad cædem esse possint. Deinde ad paucos opibus & copijs affluentis totum agrum campa num perferri uidebitis,uobis interea qui illas a maioribus pulcherrimas uectigalium sedes armis captas accepistis, gleba nulla de paternis atq; auitis possessionibus relinque

tur, at tantũ intererit inter uestram & priuatorum diligentiam, quod cũ a maioribus uestris. P. Lentulus qui princeps Senatus in ea loca missus esset ut & priuatos agros, qui in publicũ campanum incurrebant pecunia publica coemeret. Dicitur renunciasse, nulla sese pecunia fundũ cuiusdã emere potuisse, eumq; q nolet uẽdere ideo negasse se adduci posse uti uẽderet, quod cum plures fundos haberet, ex illo fundo solo nunquã malũ nunciũ audisset. Ita ne uero priuatum hæc causa commouet Po. Ro. ne agrum campanum priuatis gratis Rullo rogante tradat nõ cõmouerit, at uide si Po. R. de hoc uectigali potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos nobis fructum Mithridatico bello nõ tulit, Hispaniarũ uectigal temporibus sertorianis nullum fuit. Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorũ. M. Attilius etiã mutuum frumentũ dedit. At ex hoc uectigali nũq; malus nuncius auditus est, cætera uectigalia belli facultatib9 affliguntur, hoc uectigali etiã belli facultates sustentãtur, deinde in hac assignatione agrorũ, ne illud quidẽ dici põt, quod in cæteris, agros desertos a plebe atq; cultura hominũ liberorũ esse non oportere. Sic enim dico si cãpanus ager diuidatur, exturbari & expelli plebem ex agris, nõ constitui & collocari. Totus enim ager campanus colitur & possidetur a plebe, & a plebe optima & modestissima, quod genus hominum optime moratum optimorum, & aratorum & militum ab hoc plebicola Tr. pl. funditus eijcitur. Atq; illi miseri nati in illis agris & educati glebis subigẽdis exercitati, quo se subito cõferant non habebunt. His robustis & ualẽtibus & audacibus decemuirũ satellitibus agri Cãpani possessio tota tradatur. Et ut uos de uestris maioribus prædicatis, hunc agrum nobis maiores nostri reliquerunt. Sic uestri posteri de uobis prædicabunt. Hunc agrũ patres nostri acceptum a patribus suis perdiderunt, equidem exi

stimo si iam campus martius diuidatur, & unicuique uestrum ubi cōsistat bini pedes assignentur, tamen promiscue toto q̄ proprie parua frui parte malletis. Quare etiam si ad uos esset singulos aliquid ex hoc agro conuenturum quibus uobis ostenditur, alijs comparatur, tamen honestius eum uos uniuersi quam singuli possideretis. Nunc uero cum ad uos nihil pertineat, sed paretur alijs, eripiatur uobis, nonne acerrime tanq̄ armato hosti, sic huic legi pro uestris agris resistetis? Adiungit stellatem campum agro cāpano. Et in eo duodena describit in singulos homines iugera, quasi uero paulum differat ager campanus ac stellatis, et multitudo Quir. lege quæritur, qua illa omnia oppida cō pleantur. Nam dixi antea lege permitti, ut quæ uelint municipia, quas uelint ueteres colonias colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt, Theanum opprimment, atellam, cumas, Neapolim, Pompeios, Nuceriam suis præsidijs deuincent. Puteolos uero qui nūc in sua potestate sunt suo iure libertateq; utuntur, totos nouo populo atq; aduentitijs copijs occupabunt. Tunc illud exitium campanæ coloniæ uehementer huic imperio timēdum Capua a decēuiris inferetur, tunc contra hanc Romam communem patriā omnium nostrum illa altera Roma quæretur. In id oppidū homines nefarie rempublicam uestram transferre conantur, quo in oppido maiores nostri nullam omnino rempublicam esse uoluerunt. Qui tres solum urbes in terris omnibus Carthaginem, Corynthum, Capuam statuerunt posse imperij grauitatem ac nomen sustinere. Deleta carthago est, quod cum hominum copijs, tum ipsa natura ac loco succincta portubus, armata muris excurrere ex africa, imminere ita fructuosissimis insulis Po. Roma. uidebat. Corynthi uestigium uix relictum est. Erat enim posita in angustijs, atq; in faucibus græciæ, sic ut terra claustra loco

rum teneret, & duo maria maxime nauigationi diuersa pene coniungeret, cum pertenui discrimine separētur, hæc quæ procul erāt a cōspectu imperij nō solū afflixerūt, sed etiā ne quādo recreata exurgere atq; erigere se possent, funditus ut dixi sustulerunt. De capua multū & diu cōsultū, extant litteræ Quir. publicæ, sunt. S.C. complura, statuerūt homines sapientes si agrum campanis ademissent, magistratus Senatum publicū ex urbe illa cōsiliū sustulissent, imaginem reipu. nullā reliquissent, Nihil fore qd' capuam timeremus. Itaq; hoc perscriptum in monumētis ueteribus reperietis, ut esset urbs, quæ res eas quibus ager campanus coleretur suppeditare posset, ut esset locus comparandis condendisq; fructibus, ut aratores cultu agrorum defessi urbis domicilijs uterentur, iccirco illa ædificia non esse deleta. Videte quantum interuallum sit iniectum inter maiorū nostrorum consilia, & inter istorum hominū dementiam. Illi capuam receptaculū aratorum, nundinas rusticorum, cellā atq; horreum campani agri esse uoluerunt. Hi expulsis aratoribus, effusis ac dissipatis fructibus uestris, eandē Capuā sedem nouæ reipu. constituunt, molem contra uestrā rempub. cōparant. Quod si maiores nostri existimauissent, quēquam in tam illustri imperio, & tam præclara Po.Ro. disciplina Bruti, aut. P. Rulli similem futurū. (Hos enim nos duos adhuc uidemus, qui hāc remp. Capuam totam transferre uellēt) profecto nomen illius urbis non reliquissent. Verum arbitrabātur corintho & carthagini etiā si senatum & magistratum sustulissent, agrūq; ciuibus ademissent, tamen non defore qui illa restituerēt, atq; qui antea omnia cōmutarēt, q̄ nos audire possemus. Hic uero in oculis. S.P.Q.R. nihil posse existere, quod non ante extingui atq; opprimi posset, q̄ plane exortum ac natū esset. Neq; uero ea res fefellit homines diuina mente & consilio præditos. Nam post. Q. Ful

nium, Q. Fabium Conſ. quibus conſ. Capua deuicta atq; ca-
pta eſt; nihil eſt in illa urbe cõtra hanc remp. nõ dico factũ,
ſed omnino excogitatum, multa poſtea bella geſta cum regi
bus Philippo, Antiocho, Perſa, pſeudo Philippo. Ariſtoni-
co, Mithridate et cæteris, multa præterea bella grauia Car
thaginenſium, Corinthium, Numantinum. Multæ in hac
repu. ſeditiones domeſticæ, quas prætermitto. Bella cum ſo-
ciis Fregellanum, Marſicum, qbus omnibus domeſticis, ex
ternisq; bellis Capua, non modo nõ obfuit, ſed opportuniſ-
ſimã ſe nobis præbuit, & ad bellum inſtruendum, & ad ex
ercitus ornandos & tectis ac ſedibus ſuis recipiẽdos homi-
nes, non erant in urbe, qui malis cõditionibus, turbulentis
S.C. iniquis imperiis. P.R. miſcerent, & rerum nouarũ cau
ſam aliquã quærerent. Neq; enim cõcionandi poteſtas erat
cuiq; nec conſilii capiundi publici, non gloriæ cupiditate ef
ferebãtur, propterea ꝙ ubi honos publice non eſt, ibi gloriæ
cupiditas eſſe non poteſt. Non contentione, nõ ambitione di
ſcordes. Nihil. n. ſuperat de quo certarent. Nihil quod con-
tra peterent, nihil ubi diſſiderent. Itaq; illã Cãpanam arro
gantiam, atq; intolerandam ferociam ratione, & cõſilio ma
iores noſtri ad inertiſſimum & deſidioſiſſimũ ocium perdu
xerunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quod ur-
bem ex italia pulcherrimã non ſuſtulerũt, & multum in po
ſterum prouiderũt, ꝙ neruis urbis omnibus exectis urbem
ipſam ſolutam ac debilitatã reliquerunt. Hæc conſilia maio
rum. M. Bruto, ut antea dixi reprehendẽda, &. P. Rullo ui
ſa ſunt, neq; te. P. Rulle omina illa. M. Bruti, atq; auſpicia
a ſimili furore deterrent. Nã & ipſe qui deduxit, & ꝗ ma-
giſtratum Capuæ & Lucienati cœperunt, & qui aliquam
partẽ illius deditionis, honoris, muneris attigerunt, omnes
acerbiſſimas impiorum penas pertulerũt. Et quoniã Bruti
atq; illius tẽporis feci mentionem, cõmemorabo id qđ ego

met uidi cũ uenissem Capuam coloniam deductam. L. Confidio, & S. Saltio quemadmodum ipsi loquebantur pratoribus, ut intelligatis quantã locus ipse afferat superbiam, quæ paucis diebus, quibus illo colonia deducta sit perspici atq; intelligi potuit, nam primum id quod dixi cum cæteris a coloniis duũuiri appellentur hi se pratores appellari uolebãt. Quibus primus annus cum hanc cupiditatem attulisset nonne arbitramini paucis annis fuisse consulũ nomẽ appetituros. Deinde anteibant lictores nõ cum bacillis, sed ut hic prætoribus anteeunt cum fascibus duobus, erant hostiæ maiores in foro cõstitutæ, quæ ab his prætoribus de tribunali sicuti a uobis cõsulibus de cõsilij sententia ꝓbatis ad præconem, & ad tibicinem immolabantur, deinde. P. C. uocabantur. Iam uero uultũ Cõsidij uidere ferendum uix erat, quẽ hominem ut grandi macie torridũ. Romæ contemptum abiectũ uidebamus, hũc Capuæ cãpano præsidio ac regio spiritu uideremus, Blossios mihi uidebar illos uidere ac Iubellios. Iam uero qui metus erat tunicatorum illorum, & in albana & seplasia? quæ concursatio percunctantiũ? quid prætor edixisset ubi cœnaret, quid enunciasset. Nos autem hinc Roma qui ueneramus iam nõ hospites sed peregrini atque aduenæ nominabamur. Hæc qui prospexerint maiores nostros dico Quirites non eos in deorum immortalium numero uenerandos a uobis & colendos putatis? ꝗd enim uiderunt? hoc quod nunc uos quæso perspicite atque cognoscite. Non ingenerantur hominibus mores tam ex stirpe generis ac seminis, ꝙ ex his rebus, quæ ab ipsa natura bonis uita cõsuetudine suppeditantur, ꝗbus alimur & uiuimus. Carthaginenses fraudulenti & mendaces non genere sed natura loci, qđ ꝓpter portus suos multis et uarijs mercatorum & aduenarum sermonibus ad studiũ fallendi studio quæstus uocabant, Ligures montani duri atq; agrestes, docuit ager,

ipse nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quæsitum. Cāpani semper superbi bonitate agrorū, & fructuū magnitudine, urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia atq; omniū rerū affluentia primum illa nata sunt, arrogantia, quæ a maioribus nostris alterū Capua cōsulem postulauit, deinde ea luxuria, q̄ ipsum Hānibalem armis etiam tunc inuictū uoluptate uicit, huic isti decemuiri cum modo colonos ex lege Rulli deduxerint centū decuriones, decem augures, sex pontifices cōstituerint, quos illorum animus, quos impetus, quā ferociā fore putatis? Romā in mōtibus positam, & cōuallibus, ut cœnaculis sublatam atq; suspensam, nō optimis uijs angustissimis semitis, præ sua Capua planissimo in loco explicata, ac præ illis semitis irridebunt atq; cōtemnent? Agros uero uaticanū & pupiniā cum suis optimis atque uberibus campis conferendos, scilicet putabunt? oppidorū autem finitimorū illā copiā cū hac per risum ac iocum cōtemnēt, lauicos, fidenas, collatiā, ipsum hercle Lanuuium, aritiam, Tusculum, cum calibus, theano, Neapoli, puteolis, cumis, Pōpeijs, Nuceria comparabunt, quibus illi rebus elati, & inflati fortasse non continuo, sed certe si paulum assumpserint uetustatis, ac roboris non continebuntur, progredientur, longius efferentur. Singularis homo priuatus nisi magna sapientia præditus uix facile regiōibus officij, magnis in fortunis & copijs continetur, ne dum isti ab Rullo, & Rulli similibus conquisiti atq; electi coloni Capuæ in domicilio superbiæ, atq; in sedibus luxuriosis collocati, nō statim conquisituri sint aliquid sceleris & flagitij. Immo uero etiam hoc magis q̄ illi ueteres germaniq; Campani, quod in uetere fortuna illos natos & educatos nimiæ tamē rerū omnium copiæ deprauabant. Hi ex summa egestate in eandem rerum abundantiam traducti nō solum copia, uerumetiam insolentia cōmouebuntur

tur, hæc tu P. Rulle. M. Bruti sceleris uestigia, q̃ monumẽta maiorũ sapientiæ sequi maluisti. Hæc tu cum istis tuis coactoribus excogitasti, ut uetera uectigalia ea expleretis, nouã urbi ad certamẽ dignitatis opponere uis, ut sub uestrũ ius, iurisdictionẽ, potestatẽ, urbes, natiões, prouincias liberas, populos, reges, terrarum deniq; orbem subiungeretis, ut cum omnem pecuniã ex ærario exhausissetis, ex uectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus, gentibus, ab imperatoribus nostris coegissetis, tũ oẽs uobis pecunias ad nutũ uestrũ penderent, ut ijdẽ partim inuidiosos agros Syllanis possessoribus, partim desertos ac pestilentis a uestris necessarijs, & a uobis metipsis emptos quãti uelletis. Po. Ro. induceretis, ut oĩa municipia coloniasq; italiæ nouis colõis occuparetis, & quibuscũq; in locis uobis uideretur, ac q̃ multis uideretur colonias collocaretis, ut oẽm. R. P. uestris militibus, uestris urbib⁹, uestris præsidijs cingeretis, atq; oppressam teneretis, ut ipsum Cn. Pom. præsidio reipu. sæpissime contra acerrimos hostes, & cõtra improbissimos ciuis uictorem atq; horũ cõspectu priuare possetis, ut nihil auro & argento uiolari, nihil numero et suffragijs declarari, nihil ue elata manu ꝑfringi posset, quod nõ uos oppressum atq; ereptum teneretis, ut uolitaretis interea pergentis, per regna oĩa cũ imperio summo, cũ iudicio infinito, cũ omni pecunia, ut ueniretis in castra Cn. Pom. atq; ipsa castra si commodũ uobis esset uẽderetis, ut interea magistratus reliquos legibus oĩbus soluti sine metu iudiciorũ, sine ꝑiculo petere possetis, ut nemo ad Po. Ro. uos adducere, nemo ꝓducere, non Senatus cogere, nõ cõs. oercere non tri. pl. retinere possit. Hæc ego uos cõcupisse ꝑ uestra stultitia atq; intemperãtia nõ miror, sperasse me cõsule asseq; posse demiror. Nã cũ oĩm cõsulum grauis in repu. custodienda cura ac diligentia debet esse, tum eorũ maxime qui non in cunabulis, sed in cãpo

sunt consules facti. Nulli Pop.Ro. pro me maiores mei spospōderunt, mihi creditū est, a me petere quod debeo, meipsum appellare debetis, quēadmodū cū petebā nulli me uobis auctores generis mei cōmendarunt, Sic si quid deliquero nullæ sunt imagines quæ me a uobis depcētur. Quare modo ut uita suppetat quā ego si quiuero ab istorū scelere insidijsq; defendere, polliceor hoc uobis Quir. bonæ fidei. R.P. uigilāti homini nō timido diligenti cōmisistis, ego is cōsul qui concionem metuā, qui trib. ple. perhorrescam? qui sæpe & sine causa tumultuer, qui timeā ne mihi in carcere habitādū sit. Si Tr. ple. duci iussisset? Ego nōdum uestris armis armatus insignibusq; amplissimis ornatus imperio auctoritate non horrui in hūc locū pgredi posse, uobisq; auctoribus improbitati hominis resistere. Nunc uerear ne respu. tātis munita præsidijs ab istis uinci aut opprimi possit? Si antea timuissem, tamen hac concione, hoc populo certe nō uererer. Quis enim unquā tam secunda cōcione legem agrariā suasit, quā ego dissuasi? Si hoc dissuadere est ac nō disturbare atq; peruertere? ex quo intelligi Quir. potest nihil esse tam populare quā id qd' ego uobis in hūc annum cōsul popularis affero, pacem, tranquillitatem, ocium, quæ nobis designatis timebatis ea ne accidere possent, cōsilio meo & ratione prouisa sunt, nō modo uos eritis in ocio qui semper esse uolueratis, uerumetiā istos quibus ociosi ocium fecissemus ociosissimos reddam. Etenim illis honores, potestates, diuitiæ ex tumultu, atq; ex dissensionibus ciuium cōparari solent. Vos quorum gratia in suffragijs cōsistit, libertas in legibus, honos in iudicijs, & æquitate omnes rationes rei familiaris in pace omni ratione ocium tenere debetis. Nam si hi qui propter desidiam in ocio uiuunt, tamē in sua turpi inertia capiunt uoluptatem, sub ipso ocio quo uos fortunam regitis. Si hūc statum quem habetis esse non ignoraui, an non quæsitum,

ſed uita partum ocium tenueritis? Quod ego & concordiã quam mihi cõſtitui cũ collega inuitiſſimis his hoĩbus, quos uos ĩ conſ. inimicos eſſe & corporis actibus prouidi, oĩbus proſpexi ſane. Reuocaui, idem Tri. pl. denunciaui quid turbulenti me conſule conflarent. Summũ & firmiſſimum eſt illud cõmunibus fortunis præſidium Quir. ut quales uos hodierno die maxima concione mihi pro ſalute ueſtra præbuiſtis, tales reliquis temporibus reip. præbeatis, pro certo polliceor hoc uobis atq; confirmo me eſſe perfecturũ, ut iam tandẽ illi qui honori inuiderunt meo, tñ uos uniuerſos in conſule deligendo plurimum uidiſſe fateantur.

M.T.C. PRO L. CORNELIO BALBO ORATIO.

ſ I AVCTORITATES PATRONOrũ in iudicijs ualerẽt, ab ampliſſimis uiris. L. Cornelij cauſa defenſa eſt, ſi uſus, a peritiſſimis, ſi ingenia, ab eloquẽtiſſimis, ſi ſtudia, ab amiciſſimis & cũ beneficijs cũ. L. Cornelio tũ maxima familiaritate cõiunctis. Quæ ſunt igitur meæ partes? auctoritatis tantæ, quantã uos in me eſſe uoluiſtis. Vſus mediocris ingenij minime, uoluntati paris. Nam cæteris a quibus eſt defenſus, hũc debere plurimũ uideo. Ego quantũ ei debeam, alio loco oſtendam. Principio orationis hoc oppono, me oĩbus q; amici fuerint ſaluti meæ & dignitati, ſi minus ad referẽdã gratiam ſatiſfacere potuerimus, ad prædicandã & habẽdã certe ſatis eſſe facturũ. Quæ fuerit heſterno die. Cn. Pom. grauitas in dicẽdo iudices, quæ facultas, quæ copia, nõ opinione tacita ueſtrorum animorum ſed perſpicua admiratione declarari uidebatur. Nihil enim unquam audiui, quod

mihi de iure subtilius dici uideretur, nihil de memoria, de more, de exemplis acutius, nihil peritius de fœderibus, nihil illustriore auctoritate de bellis, nihil de. r. p. grauius, nihil de ipso modestius, nihil de cā & crimine ornatius, ut iā mihi uerū uideatur illud eē, qđ nōnulli litterati ac studijs doctrinisq; dediti quasi qddā incredibile dicere putabant, eū qui oēs aīo uirtutes penitus cōprehēdisset, oia quæ facere uellet, facillime tractare. Quæ. n. in. L. Crasso potuit homine nato ad dicendi singularem quandā facultatē, si hanc cām ageret, maior esse ubertas? uarietas? copia? q̃ fuit i eo, qui tm̃ potuit impartire huic studio tpis, quantū ipse a pueritia usq; ad hāc ætatem a continuis bellis & uictorijs conquieuit? Quo mihi difficilior est hic extremus perorandi locus. Etenim ei succedo orationi, quæ nō præteruecta sit aures uestras, sed in animis omniū penitus insederit, ut plus uoluptatis ex recordatione illius orationis, quā non mō ex mea sed ex cuiusq; oratione capere possitis. Sed mos est gerendus non modo Cornelio, cuius ego uoluntati in eius periculo nullo modo deesse possum, sed etiā Cn. Pom. qui sui facti, sui iudicij, sui beneficij uoluit me esse, ut apud eosdē uos iudices nuper in alia cā fuerim, & prædicatorem & auctorem. Ac mihi quidem hoc dignū eo uidetur, hoc deberi huius excellētis uiri præstantissimæ gloriæ, hoc propriū eē uestri officij, hoc satis esse causæ, ut qđ fecisse Cn. Pom. cōstet, id oēs & licuisse concedant. Nā uerius nihil est q̃ qđ hesterno die dixit ipse, ita. L. Corneliū de fortunis oībus dimicare, ut nullius in delicti crimen uocaretur. Non. n. furatus esse ciuitatē, nō genus suū ementitus, nō aliquo impudēti mēdacio delituisse, nō irrepsisse in censum dicitur. Vnum obijcitur, natū esse Gadibus, qđ negat nemo. Cæterū accusator fatetur hūc in Hispania durissimo bello cū. Q. Metello, cum. C. Memmio, & in classe, & i exercitu fuisse. Et ut

Pom. in Hispaniam uenerit, Memmiumq; habere quæstorē cœperit, nunquam a Memmio discessisse. Carthaginē esse profectum, acerrimis illis prælijs, & maximis Sucronēsi, & duriēsi interfuisse, cum Pom. ad extremum belli tempus fuisse. Hæc sunt prælia Cornelij, talis in remp. nostram labor, assiduitas, dimicatio uirtus digna summo imperatore, spes pro periculis præmiorū, pmia quidem ipsa non sunt in eius facto, qui adeptus est, sed i eius qui dedit. Donatus est igitur ob eas causas a Cn. Pom. ciuitate, id accusator non negat, Sed reprehēdit ut in Cornelio causa ipsius pbetur, pœna quæratur, in Pom. causa lædatur, pœna sit nulla, sic famam, sic innocentissimi hominis fortunas, præstantissimi imperatoris factum condemnari uolunt. Ergo in iudiciū ea put Cornelij factum Popeij uocatur, hūc enim in ea ciuitate in qua sit natus, honestissimo loco natum esse cōcedis, & ab ineunte ætate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis nostris cum imperatoribus esse uersatū, nullius laboris, nullius obsessionis, nullius prælij expertē fuisse, hæc sunt omnia cum plena laudis, tum propria Cornelij, nec in his rebus crimen est ullum. Vbi igitur est crimen, q eum Pom. ciuitate donauit, huiuscemodi crimen? minime, nisi honos ignominia putanda est, cuius igitur? re uera nullius, actione accusatoris eius unius qui donauit, qui si adductus gratia minus idoneum hominē præmio affecisset, qui etiam si uirum bonum, sed non ita meritum, si deniq; aliquid quod non contra ac liceret factū diceretur, sed contra atq; oporteret, tamen esset omnis eius reprehensio a uobis iudices repudianda. Nunc uero qd ait accusator fecisse Pompeiū? qd ei facere non licuerit. Quod grauius est, q̄ si id factū ab eo diceret, qd nō oportuisset. Est.n. aliquid, qd non oporteat, etiā si licet. Quicquid uero non licet, certe non oportet. Hic ego nunc coner, sic agere iudices nō esse fas dubitari, quin

quod Cn. Pompeius fecisse constitit, id non solum decuisse, sed etiam debuisse fateamur. Quid enim abest huic homini, quod si adesset, iure hoc et tribui & cõcedi putaremus? Vsus ne rerum? qui pueritiæ tempus extremum principium habuit bellorum, atq; imperiorum maximorum, cuius pleriq; æquales minus sæpe castra uiderunt, q̃ hic triumphauit, qui tot habuit triumphos quot oræ sunt partesq; terrarum, tot uictorias bellicas, quot sunt in rerum natura genera bellorum? An ingenium? cum etiam ipsi casus euentusq; rerum, non duces, sed comites eius consiliorum fuerint, in quo uno ita summa fortuna cum summa uirtute certauit, ut omnium iudicio plusq; possit minus q̃ decet tribueretur. An pudor? an integritas? an religio in eo? an diligentia unquam requisita est? quem prouinciæ uestræ, quẽ liberi populi, quem reges, quem exteræ gentes castiorem, moderatiorem, sanctiorem, non modo uiderunt, sed aut sperando unq̃, aut optando cogitauerunt? Quid dicam de auctoritate, quæ tanta est quanta in his tantis uirtutibus ac laudibus esse debet? cui. S. P. Q. R. amplissimæ dignitatis præmia dedit, non postulanti imperia uerumetiam recusanti. Huius de facto ita quæritur, ut id agatur? licuerit ne id facere, quod fecit? An uero non dicam non licuerit, sed nefas fuerit. Contra fœdus enim idest cõtra Po. Ro. religionẽ & fidem fecisse dicitur, nõ turpe reipu. Nonne uobis? audiui hoc de parẽte meo puer, cũ Q. Metellus. L. Filius causam de pecunijs repetundis diceret, Ille ille uir cui patriæ salus dulcior q̃ cõspectus fuit, qui de ciuitate decedere q̃ de sententia maluit. Hoc igitur causam dicente cum ipsius tabulæ circunferrẽtur inspiciẽdi nominis causa, fuisse iudicẽ ex illis eqtibus Roma. grauissimis uiris neminẽ, quin remoueret oculos, & se totũ auerteret, ne forte qđ ille in tabulas publicas rettulisset, dubitasset q̃squã, uerũ ne, an falsũ;

esse uideretur. Nos Cn. Pom. decretum, iudicium de cōsilij sententia pronunciatum recognoscemus? Cum legibus cōferemus? Cū fœderibus quorum acerbissima diligētia est, prætēdemus? Athenis aiunt, cum quidā apud eos q sancte grauiterq; uixisset, testimoniū dixisset, & publice ut mos græcorum est iurandi causa ad aras accederet, una uoce omnes iudices ne is iuraret, reclamasse. Cū græci homines spectati uiri uoluerint religione uideri potius q̄ ueritate fidē esse constrictam. Nos etiam in ipsa religione & legū & fœderum conseruanda, qualis fuerit Cn. Pom. dubitabimus? Vtrum enim insciētem uultis contra fœdera fecisse, an scientem? Si scientem, o nomen nostri imperij, o populi Romani excellens dignitas, o Cn. Pom. sic late longeq; diffusa laus, ut eius gloriæ domicilium communis imperij finibus terminetur. O nationes, urbes, populi, tetrarchæ, tyranni, testes Cn. Pom. non solum uirtutis in bello, sed etiam religiōis in pace, uos deniq; mutæ regiones imploro, & sola terrarum ultimarū, Vos maria, portus, insulæ, littoraq;. Quæ est enī ora, q̄ sedes, q locus ī quo nō extēt huius cū fortitudinis, tū uero humanitatis, tū animi, tum cōsilij impressa uestigia? Hunc quisquam incredibili quadam atq; inaudita grauitate, uirtute, constantia præditum fœdera scientem neglexisse, uiolasse, rupisse dicere audebit? gratificatur mihi gestu accusator, nescientem Cn. Pom. fecisse significat, quasi uero leuius sit cum ī tanta rep. uersere, & maximis negocijs præsis, facere aliquid quod scias nō licere, an omnino nescire quid liceat. Et.n. cum in Hispania bellum acerrimum et maximum gesserat, quo iure Gaditana ciuitas esset, nesciebat? an cuius linguā populi non nosset, interpretationē fœderis nō tenebat? Igitur id qsq; Cn. Pom. ignorasse dicere audebit, q medeocres homines nullo usu, nullo studio militari præditi, qd' librarioli deniq; scire profiteātur? Equidē

contra existimo iudices cum in omni genere ac uarietate artium etiã illarum, quæ sine summo ocio non facile discuntur Cn. Pom. excellat, singularem quandam laudem suã & præstabilem esse scientiam in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, regum, exterarum nationum, in uniuerso denique belli iure atque pacis, nisi forte ea quæ nos libri docent in umbra & ocio, ea Cn. Pom. neque cum requiesceret littere, neque cũ rem gereret regiones ipsæ docere potuerũt. Atque ego iudices causa temporũ magis, quàm huius inquam genere iudicij plura dicam? Est.n. huius sæculi labes quædam & macula uirtuti inuidere uelle, ipsum florem dignitatis infringere. Etenim si Cn. Põ. ab hinc ãnos quingẽtos fuisset, is uir a quo senatus adolescentulo atque equite Romano sæpe communis salutis auxiliũ expetisset, cuius res gestæ oẽs gentes cũ clarissima uictoria terra marique peragrassent, cuius tres triumphi testes essent, totũ orbem terrarũ uestro imperio teneri, quem Po. R. singularibus honoribus decorasset, si nunc apud uos id quod is fecisset, contra fœdus factũ diceretur, quis audiret? nemo profecto. Mors.n. cũ extinxisset inuidiã, res eius gestæ sempiterni nominis gloria niterentur. Cuius igitur audita uirtus dubitatiõis locũ non daret, huius præsens experta atque perspecta obtrectatorũ uoce lædetur? Omittam igitur Pom. iam oratione mea reliqua. Sed uos iudices animis atque memoria tenetote de lege, de fœdere, de exemplis, de perpetua cõsuetudine ciuitatis nostræ, renouabo ea quæ dicta sunt, nihil.n. mihi noui, nihil integri neque. M. Crassus qui totã causam & pro facultate & pro fide sua diligentissime uobis explicauit, neque Cn. Pom. cuius oratio omnibus ornamentis abundauit, ad dicendum reliquit. Sed quoniam me recusante placuit ambobus adhiberi, hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem, Peto a uobis iudices, ut me officij potius

q̃ dicendi studio hāc suscepisse operam ac munus putetis, ac priusquam aggrediar ad ius causamque Cornelij, quid dam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maliuolentiæ causa breuiter commemorandum uidetur. Si quo quisq; loco nostrum est iudices natus, aut si in qua for tuna est nascendi initio constitutus, hunc uitæ statum usq; ad senectutē obtinere debet. Et si omnes quos aut fortuna extulit, aut ipsorū illustrauit labor & industria, pœna sunt afficiēdi, nō grauior. L. Cornelio, q̃ multis uiris bonis atq; fortibus cōstitui lex uitæ & cōditio uidetur. Sin autē multorum uirtus, ingenium, humanitas ex infimo genere & fortunæ gradu nō modo amicitias, & rei familiaris copias cōsecuta est, sed summam laudem, honores, gloriam, dignitatem, nō intelligo cur potius inuidia uiolatur a uirtute. L. Cornelij, quam æquitas uestra pudorem eius adiutura uideatur. Itaq; quod maxime petendū est, a uobis iccirco non peto iudices, ne de uestra sapientia, atq; de uestra humanitate dubitare uidear. Est autem hoc petendum ne oderitis ingeniū, ne inimici sitis īdustriæ, ne humanitatē opprimēdam ne uirtutem puniendam putetis. Illud peto, ut si causam ipsam per se firmā; esse & stabilem uideritis, hominis ipsius ornamenta adiumento causæ potius q̃ impedimento esse malitis. Nascitur iudices causa Cornelij ex ea lege quā. L. Gellius. Cn. Cornelius ex senatus sentētia tulerūt, qua lege uideamus satis eē sancti uti ciues Ro. sint hi, quos Cn. Pom. de consilij sentētia singillatim ciuitate donauerit, donatū esse. L. Cornelium præsens Pom. dixit, indicant publicæ tabulæ, accusator fatetur, sed negat ex fœderato populo quenquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc ciuitatē uenire. O præclarum interpretē iuris, auctorē antiquitatis, correctorem atq; emendatorem nostræ ciuitatis, qui hanc pœnan fœderibus ascribat, ut omnium præ

miorum

miorum, atq; beneficiorũ nostrorũ exptes faciat fœderatos. Quid em̃ potuit dici ĩperiti⁹, q̃ fœderatos populos fieri fũdos oportere? Nam id nõ magis est propriũ fœderatorum, q̃ omnium liberorum. Sed totum hoc iudices in ea fuit positum semper ratione atq; sententia, ut cũ iussit prætor aliqd, si id adsciuissent socij populi atq; latini, & si ea lex quã nos haberemus eadem in populo aliquo tanq̃ in fundo resedisset, tum lege eadẽ is populus teneretur, nõ ut de nostro iure aliquid diminueretur, sed ut illi populi, aut iure eo qđ a nobis esset constitutum, aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. Tulit apud maiores nostros legem. C. Furius de testamentis, tulit. Q. Voconius de mulierũ hæreditatibus. Innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ quas latini uoluerũt, adsciuerũt. Ipsa deniq; Iulia, qua lege ciuitas est socijs & latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent. In quo magna cõtentio Heracliensium, & Neapolitanorũ fuit, cum magna pars in ijs ciuitatibus iuris sui libertatem ciuitati anteferret. Postremo hæc uis est istius & iuris & uerbi, ut fundi populi beneficio nostro non suo iure fiant, cũ aliquid Po. Ro. iussit, id si est eiusmodi, ut quibusdã populis siue fœderatis, siue liberis permittendũ esse uideatur, ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti uelint, tũ utrum fundi facti sint, an non, quærendum esse uideatur, de nostra uero repub. de nostro ĩperio, de nostris bellis, de uictoria, de salute fundos populos fieri noluerunt. Atqui si imperatoribus nostris, si. S.P.Q.R. non licebit propositis præmijs elicere ex ciuitatibus sociorum, atq; amicorum fortissimũ, atq; optimũ quẽq; ad subeunda pro salute nostra pericula, summa utilitate, & maximo sæpe præsidio in periculis atq; asperis temporibus carendũ erit, sed per deos immortales quæ est ista societas? Quæ amicitia? Quod fœdus? ut aut nostra ciuitas careat in

suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino? aut si quis ex illis populis sit exortus, qui nostros duces auxilio laboris, commeatus periculo suo iuuerit, qui cũ hoste nostro cominus in acie sæpe pugnauerit, qui se sæpe telis hostium, qui dimicationi capitis, q̃ morti obiecerit, nulla cõditiõe huius ciuitatis præmijs affici possit. Est enĩ in Pop. Roma. graue nõ posse uti socijs excellenti uirtute præditis, q̃ uelint cũ p̃iculis nostris sua cõmunicare. In socios uero ipsos & in eos, de quibus agimus, fœderatos iniuriosum, & cõtumeliosum est his præmijs, & his honoribus exclusos esse fidelissimos, & coniunctissimos socios, quæ pateant stipendiarijs, pateant hostibus, pateant seruis. Nã & stipẽdiarios ex Africa, Sicilia, Sardinia, cæterisq; prouincijs multos ciuitate donatos uidemus, & qui hostes ad nostros imperatores perfugissent, & magno usui nostræ Reipu. fuissent, scimus ciuitate esse donatos, seruos deniq; quorũ uis ac fortunæ conditio infima est, bene de repu. meritos p̃sæpe libertate .i. ciuitate publice donari uideamus. Hanc tu igitur patrone fœderũ ac fœderatorum cõditionem statuis tuis ciuib⁹, ut quod his quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegimus, liceat, si Po. Ro. permiserit, ut a senatu, ab imperatoribus nostris ciuitate donentur, id ne liceat ipsis, qui si suis decretis legibus ue sanxissent, ne quis suorũ ciuium castra imperatorũ Pop. Ro. iniret, ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis, atq; in uitæ discrimen inferret, Gaditanorum auxilijs, uti cũ uellemus nõ liceret, priuatim uero ne quis uir & animo & uirtute præcellẽs, pro nostro imperio periculo suo dimicaret, grauiter id iure ferremus, minui auxilia Pop. Ro. debilitari animos fortissimorũ uirorum alienigenarũ, nos hominũ studijs atq; externa uirtute priuari. Atqui nihil interest iudices, utrum hæc fœderati iura

constituerint, ut ne cui liceat ex his ciuitatibus ad nostrorũ bellorũ pericula accedere, an quæ nos eorum ciuibus uirtutis causa tribuerimus, ea rata esse nõ possint. Nihil enim magis uteremur his adiutoribus sublatis pmijs uirtutis, q̃ si omnino his uersari in nostris bellis nõ liceret. Etenim cũ pro sua patria pauci post hominũ genus natum reperti sint, qui nullis præmijs propositis uitam suã hostium telis obiecerint, pro aliena repu. quẽquã fore putatis, qui se opponat periculis, nõ modo nullo ꝓposito præmio, sed etiã interdicto? Sed q̃ est illud imperitissime dictũ de populis fundis, quod commune liberorum est populorum non proprium fœderatorum, ex quo intelligi necesse est, aut neminem ex socijs ciuem fieri posse, aut etiã posse ex fœderatis. Tum uero ius omne noster iste magister mutandæ ciuitatis ignorat, quod est iudices, nõ solum in legibus publicis positum, sed etiã in priuatorũ uoluntate. Iure enim nostro neq; mutare ciuitatẽ q̃sq̃ inuitus potest, nec si uelit mutare non potest, mõ asciscatur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis uelit, ut si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Ro. ut sit is ciuis Gaditanus, magna potestas sit nostro ciui mutãdæ ciuitatis, nec fœdere impediatur, quo minus ex ciue Roma. ciuis Gaditanus possit esse, duarũ ciuitatũ ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest, nõ esse huius ciuitatis ciuis qui se alij ciuitati dicarit potest, neq; solũ dicatiõe, q̃ in calamitate clarissimis uiris. Q. Maximo. C. Lenati. Q. Philippo, Nuceriæ. C. Catoni Tarracõe. Q. Cepioni. P. Rutilio Smyrnæ uidimus accidisse, ut earum ciuitatum fierent ciues, hãc ante amittere non potuissent, q̃ huius solum ciuitatis mutatione euertissent, sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. Neq; enim sine causa de Cn. Publicio Menandro libertino homine, quem apud maiores legati nostri in græciã proficiscentes interpretem secũ habere noluerũt, ad po

pulum latum, ut is Publicius, si domũ reuenisset, & inde Romam rediisset, ne minus ciuis esset. Multi etiã superiori memoria ciues Ro. suã uolũtate indẽnati & incolumes his rebus relictis alias se in ciuitates contulerunt. Quod si ciui Ro. licet esse Gaditanum siue exilio, siue postliminio, siue reiectiõe huius ciuitatis, ut iam ad fœdus ueniam, qđ ad causam nihil pertinet, de ciuitatis enim iure non de fœderibus disceptamus. Quid est quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem uenire non liceat? equidem longe secus sentio. Nam cũ ex omnibus ciuitatibus uia sit in nostram, cunctisq; nostris ciuibus pateat ad cæteras iter ciuitates. Tũ uero ut quæq; nobiscum maxime societate, amicitia, sponsione, pactione, fœdere coniuncta est, ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum ciuitatis continere uidetur. Atqui cæteræ ciuitates omnes non dubitarent nostros recipere in suas ciuitates, si idem nos iuris haberemus qđ cæteri, sed nos non possumus, & huius esse ciuitatis, & cuiusuis. Præterea cæteris concessum est, itaq; in græcis ciuitatibus uidemus Athenis, Rhodios, Lacedæmonios, cæteros undiq; ascribi, multarumq; eẽ eosdem homines ciuitatum quo errore ductos uidi egomet nõnullos imperitos hoĩes nostros ciues Athenis in numero iudicũ, atq; areopagitarum certa tribu, certo numero, cum ignorarent, si illam ciuitatẽ essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. Peritus uero nostri moris ac iuris nemo unq̃, qui hãc ciuitatẽ retinere uellet, in aliã se ciuitatẽ dicauit. Sed hic totus locus disputatiõis, atq; orõnis meæ iudices pertinet ad cõmune ius mutandarũ ciuitatũ, nihil habet qđ sit propriũ religionis ac fœderis. Defendo.n.rẽ uniuersam, nullam esse gentem ex oĩ regione terrarũ, neq; tam dissidẽtem a Po. R. odio quodã atq; dissidio, neq; tam fide beniuolentiaq; coniunctam, ex qua nobis interdictũ sit ne asciscere ciuem, aut

ciuitate donare possimus. O iura praeclara atq; diuinit⁹ iā inde a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata, ne qs uostrum plusq̃ unius ciuitatis esse possit, dissimilitudo enim ciuitatum uarietatem iuris habeat necesse est, ne quis inuitus ciuitate mutetur, ne ue in ciuitate maneat inuitus. Haec sunt enim fundamēta firmissima nostrae libertatis, sui quēquam iuris, & retinēdi & dimittendi esse dominū. Illud uero sine ulla dubitatione maxime nostrū fundauit imperium, & Po.R. nomen auxit, q̃ princeps ille creator huius urbis Romulus foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri ciuitatem hanc oportere, cuius auctoritate & exemplo nunquā est intermissa a maioribus nostris largitio, & cōicatio ciuitatis. Itaq; ex latio multi et Tusculani & lanuuini & ex caeteris generibus gentes uniuersae in ciuitatem sunt receptae, ut Sabinorū, Volscorum, Hernicorum, quibus ex ciuitatibus nec coacti essent ciuitatem mutare, si qui noluissent, nec si qui essent ciuitatem nostram beneficio. P.R. assecuti, uiolatum foedus eorum uideretur. Etenim quaedam foedera extant ut Germanorū, Insubrium, Heluetiorum, Iapidum nonnullorum. Itē ex Gallia barbarorū quorū in foederibus exceptū est, ne quis eorum a nobis ciuis recipiatur. Quod si exceptio facit, ne liceat, ibi necesse est licere. Vbi est igitur exceptum foedere Gaditano ne quē. P. R. Gaditanū recipiat ciuitate? nusq̃, ac sicubi eēt id lex Gellia & Cornelia quae definitā ptātē Pō. ciuitatē donādi dederat, sustulisset. Exceptū est inquit foedus, siquidē sacrosanctum est. Ignosco tibi, si neq; Poenorū iura calles. Reliqueras enim ciuitatē tuam, neq; nostras potuisti leges inspicere. Ipsae.n. te a cognitione sua iudicio publico reppulerunt. Quid fuit in rogatione ea quae de Pompeio a Gellio & a Lentulo consule lata est, in qua aliquid sacrosanctū exceptum uideretur? Primum enim sacrosanctū esse nihil po

test, nisi qđ populꝰ plebsue sanxisset. Deinde sanctiões sacrã dæ sunt aut genere ipso, aut obtestatione & consecratione legis, aut pœnæ cum caput eius qui contra fecerit consecratur. Quid habes igitur dicere de Gaditano fœdere eiusmodi? utrum a capitis cõsecratione an obtestatione legis sacrosanctum esse cõfirmas? Nihil omnino unquam de isto fœdere ad populũ, nihil ad plebem latum esse dico, neque legem, neq; pœnam latam esse, de quibus etiam si latũ esset, ne quẽ ciuem reciperemus, tamen id esset, qđ postea populus iussisset ratũ. Nec quicq̃ illis uerbis, si quid sacrosanctum esset, esse exceptũ uideretur. De his cum. R. P. nihil unquã iusserit, quicq̃ audes dicere sacrosanctum fuisse? Nec uero oratio hæc mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum iudices pertinet, neq; enim meũ est contra ius optimæ meritæ ciuitatis, contra opinionem uetustatis, contra auctoritatẽ Senatus dicere. Duris enim quondam temporibus reipu. nostræ cum præpotens terra mariq; Carthago nixa duabus hispaniis huic imperio immineret, & cũ duo fulmina nostri imperij subito in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. L. Martius primipili Centurio, cũ Gaditanis fœdus icisse dicitur, quod cum magis fide illius populi iustitia uestra, uetustate deniq; ipsa, q̃ aliquo publico uinculo religionis uteretur, Sapientes homines & publici iurisperiti Gaditani. M. Lepido. Q. Catulo cõsulibus a Senatu de fœdere postulauerunt, tũ etiã cum Gaditanis fœdus uel renouatũ, uel ictum est, de quo fœdere. P. R sententiam non tulit, qui iniussu suo nullo pacto potest religione obligari, ita Gaditana ciuitas quod beneficijs suis erga rempu. nostram consequi potuit, quod imperatorum testimonijs, quod uetustate, quod. Q. Catuli summi uiri auctoritate, quod iudicio Senatus, quod fœdere cõsecuta est, qđ publica religione sanciri potuit, id abest. Populus enim se nunq̃ obligauit, neq; ideo

est Gaditanorum causa deterior, grauissimis enim & plurimis rebus est fulta, sed isti disputationi certe nihil est loci. Sacrosanctum.n.nihil pōt esse, nisi quod p. populū plebemue sancitū est. Quod si hoc fœdus, quod Po.R. auctore Senatu cōmendatione & iudicio uetustatis, uolūtate & sentētijs suis cōprobat, idē suffragijs cōprobasset, quid erat cur ex ipso fœdere Gaditanum in ciuitatem nostrā recipi nō liceret? Nihil est.n. aliud in fœdere, nisi ut pia & æterna pax sit. Quod uero ad ciuitatē adiunctū illud etiam est, quod nō est in omnibus fœderibus, maiestatem Po.Ro. comiter conseruent, id habet hanc uim, ut sit ille in fœdere inferior. Primum uerbi genus huius cōseruandi, quo magis in legibus, q̄ in fœderibus uti solemus, imperantis est, non præcantis. Deinde cū alterius populi maiestas cōseruari iubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiore cōditione causaq; ponitur cuius maiestas fœderis sanctiōe defendit, in quo erat interpretatio accusatoris indigna respōsione, qui ita dicebat comiter esse communiter, quasi uero priscum aliquod aut insolitū uerbum interpretaretur, Comes benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui errāti comiter monstrant uiā benigne nō grauate. Comiter quidem certe non cōuenit, & simul absurda res est, caueri fœdere, ut maiestatē Po.Ro. comiter conseruent.i. ut Po.Ro. suā maiestatē esse saluā uelit. Quod si iam ita esset, ut esse nō pōt, tñ de nostra maiestate, nihil de illorū caueretur. Pōt ne igit̄ nostra maiestas Gaditanis benigne cōseruari, si ad eam retinendā Gaditanos præmijs elicere non possumus? Pōt esse ulla deniq; maiestas, si impedimur quo minus per Po.Ro. beneficiorum uirtutis cā tribuēdorū potestatē imperatoribus nostris deferamus? Sed quid ego disputo, quæ mihi tum si Gaditani cōtra me dicerent, uere posse dici uiderent. Illis.n. repetentibus. L. Cornelium responderem legem Po.Ro. iussisse de ci

uitate tribuenda, hoc genere legũ fundos populos fieri non
ſolere Cn. Pom. de conſilij ſentẽtia ciuitatem huic dediſſe.
Nullum po. noſtri iuſſum Gaditanos habere. Itaq; nihil eẽ
ſacroſanctum, quod lege exceptum uideretur, ſi eſſet tamen
in fœdere nihil eſſe cautũ præter pacẽ. Additum eſſet etiã
illud, ut maieſtatem illi noſtrã ſeruare deberent, quæ certe
minueretur, ſi aut adiutoribus illorũ ciuibus, uti in bellis
nobis nõ liceret, aut præmij tribuẽdi poteſtatem nullam ha
beremus. Nunc uero quid ego contra Gaditanos loquar, cũ
id quod defendo uoluntate eorũ, auctoritate, legatione ipſa
cõprobetur? qui a principio ſui generis ac reipu. ab omi ſtu-
dio ſenſuq; pœnorum mẽtes ſuas ad noſtrũ imperiũ nomẽq;
flexerunt, quos cum maxima bella noſtris inferrentur mœ-
nib⁹ excluſerũt, claſſib⁹ iſecuti ſunt, corporib⁹, opib⁹, copijs
depulerunt, qui & ueterẽ illã ſpeciẽ fœderis martiani, ſem
per omni ſanctiorem Marte duxerunt, & hoc fœdere Catu
li ſenatusq; auctoritate ſe nobiſcũ cõiunctiſſimos eſſe arbi-
trati ſunt. Quorũ mœnia, delubra, agros, ut ipſe Hercules
itinerum & laborũ ſuorũ, ſic maiores noſtri imperij ac no-
minis. P. R. terminos eſſe uoluerunt. Teſtantur & mortuos
ueſtros imperatores, quorum uiuit immortalis memoria &
gloria, Scipiones, Brutos, Oratios, Caſſios, Metellos, &
hũc præſentẽ. Cn. Põ. quẽ ꝓcul ab illorũ mœnibus acre, &
magnũ bellum gerentẽ cõmeatu pecuniáq; iuuerũt, & hoc
tpe ipſo. P. R. quẽ in caritate annonæ, ut ſæpe ante fecerant,
frumento ſuppeditato leuarunt, ſe hoc ius eſſe uelle, ut ſi-
bi & liberis ſi qui eximia uirtute fuerint, ſit in noſtris ca-
ſtris, ſit in imperatorũ prætorijs, ſit deniq; inter ſigna atq;
in acie locus, ſit his gradibus aſcẽſus ẽt ad ciuitatẽ. Quod
ſi Afris, ſi Sardis, ſi Hiſpanis agris ſtipendioq; mulctatis
uirtute adipiſci licet ciuitatẽ. Gaditanis aũt officijs, uetuſta
te, fide, ꝑiculis, fœdere cõiũctis, hoc idẽ nõ licebit? Nõ fœd⁹

ſibi nobiſcũ, ſed iniquiſſimas leges impoſitas a nobis eſſe arbitrabuntur. Atqui hac iudices nõ a me fingi orationẽ, ſed me dicere quæ Gaditani iudicarint res ipſa declarat. hoſpitiũ multis annis ante hoc tp̃s, cum. L. Cornelio Gaditanos feciſſe publice dico. Proferã teſtes, proferam legatos, excito laudatores, ad hoc iudiciũ ſummos hoĩes ac nobiliſſimos depcatores huius periculi miſſos, quos uidetis. Re deniq; multo ante Gadibus iam audita fore huic, ut ab illo periculum crearetur, grauiſſima tum in iſtũ ciuem ſuum Gaditani ſenatus cõſultia fecerunt. Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, qm̃ hoc magnope delectare uerbo. Si tñ ſit fundus, cum ſcita ac iuſſa noſtra ſua ſentẽtia cõprobat? q̃ cum hoſpitiũ fecit? ut & ciuitate illũ mutatũ eſſe fateretur, & ius ciuitatis honorẽ digniſſimum iudicaret? potuit certius interponere iudiciũ uolũtatis ſuæ, q̃ cũ etiã accuſatorẽ huius mulcta et pœna mulctauit? Potuit magis de re iudicare? q̃ cũ ad ueſtrũ iudiciũ ciues ampliſſimos legauit teſtes huius iuris, uitæ laudatores, periculi deprecatores? Eteñ quis eſt tam demẽs, qui n ſentiat ius hoc Gaditanis eſſe retinendũ, ne ſeptum ſit his iter perpetuum ad hoc ampliſſimum præmium ciuitatis? & magnopere his eſſe lætandũ, huius. L. Cornelij beniuolentiã erga nos remanere Gadibus, gratiam & facultatẽ cõmendãdi in hac ciuitate uerſari? Quis enim noſtrũ eſt, cui nõ illa ciuitas ſit huius ſtudio cura diligẽtiaq; cõmendatior? Omitto quãtis ornamẽtis populũ iſtũ C. Cæſar cũ eſſet in Hiſpania prætor affecerit, cõtrouerſias ſedarit, iura ipſorum permiſſu ſtatuerit. Inueteratam quondã barbariam ex Gaditanorũ moribus diſciplinaq; delerit, Summa in eam ciuitatem huius rogatu ſtudia & beneficia contulerit. Multa prætereo, quæ quotidie labore huius & ſtudio, aut omnino aut certe facilius conſequantur. Itaq; & adſunt principes ciuitatis, & defendunt amore ut ſuum

ciuem, testimonio ut nostrum, officio ut nobilissimū, & sanctissimum hospitem, studio ut diligentissimum defensorē cōmodorum suorum. Ac ne ipsi Gaditani arbitrētur, quasi quis nullo incommodo afficiantur, si liceat horum ciues uirtutis cā in nostram ciuitatem uenire, tū hoc ipso inferius esse suum fœdus quam cæterorū, consolabor, & hos præsentes uiros optimos, & illam fidelissimam atq; amicissimam nobis ciuitatem, simul & uos non ignorātes iudices admonebo, quo de iure hoc iudicium constitutum sit, de eo nunq̄ oīno esse dubitatū. Quos igitur prudētissimos interpretes fœderū, quos peritissimos bellici iuris, quos diligentissimos in exquirendis conditiōibus ciuitatum atq; causis esse arbitramur? eos profecto qui iā impia ac bella gesserūt. Et.n.si.Q.Scæuola ille augur cū de iure prædiatorio cōsuleretur, hō iuris peritissimus, cōsultores suos nōnunq̄ ad Furiū, & Cascellium prædiatores reijciebat, Si nos de aqua nostra Tusculana.M.Tugionē potius q̄.C.Aquiliū cōsulebamus, q assiduus usus uni rei deditus, & ingenium, & artē sæpe uincit, quis dubitet de fœderibus, & de toto iure pacis et belli hominibus iuris peritissimis imperatores nostros ātefer-re? possumus ne igitur tibi probare auctorem exempli atq; facti illius qđ a te reprehēditur. C. Mariū? quæris aliquē? grauiorem? constantiorem? præstantiorem, uirtute, prudētia. Religiōe æquitate is igitur. M. Annium Appium fortissimum uirum uirtute præditū ciuitate donauit, cū Camertinum fœdus sanctissimum atq; æquissimū sciret eē. Potest igitur iudices. L. Cornelius condēnari, ut non. C. Marij factum condemnetur? Existat ergo ille uir parūper cogitatione uestra, qm̄ re non potest, ut cōspiciatis eum mētibus, quē oculis non potestis. Dicat se non imperitū fœderis, nō rudē exemplorū, non ignarū belli fuisse, se.P.Africani discipulū ac militem, se stipendijs, se legatiōibus bellicis eruditum,

se si tanta bella egisset, quãta bella gessit & confecit, si sub tot consulibus meruisset, quotiens ipse consul fuisset, oĩa iura belli pdiscere ac nosse potuisse, sibi non fuisse dubiũ quin nullo fœdere a Rep. bene gerenda impediretur, a se ex cõiũctissima atq; amicissima ciuitate fortissimum quẽq; eẽ delectum. Neq; Ignatiũ neq; Camertiũ fœdere esse exceptum, quo minus eorũ ciuibus a Po. Ro. præmia uirtutis tribuerẽtur. Itaq; cum paucis annis post hãc ciuitatis donationem acerrima de ciuitate q̃stio Licinia & Mutia lege uenisset, nũ quis eorũ q de fœderatis ciuitatibus esset ciuitate donatus, in iudiciũ est uocatus? Nã spoletinus. T. Macrin⁹ unus ex his quos. C. Marius ciuitate donasset, dixit cãm ex colonia latina ĩ primis firma et illustri, quẽ cũ disert⁹ hõ. L. Antistius accusaret Spoletinus dixit, fundum populũ Spoletinum non esse factum. Videbat. n. populos de suo iure nõ de nostro fundos fieri solere. Sed cũ lege apuleia coloniæ nõ essent deductæ: qua lege Saturnin⁹. C. Mario tulerat, ut ĩ singulas colonias ternos ciues. Ro. facere, posset, negabat hoc beneficiũ re ipsa sublata ualere debere. Nihil habet similitudinis ista accusatio, sed tñ tãta auctoritas in. C. Mario fuit, ut non per. L. Crassum affinem suũ hominẽ incredibili eloquentia sed paucis ipse uerbis cãm illam grauitate sua defenderit & probarit. Quis. n. esset iudices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu delectum uirtutis? qui socijs, qui fœderatis in defendenda rep. nostra spẽ præmiorum eripi uellet? Quod si uultus ille Marij, si uox, si ille imperatorius ardor oculorũ, si recentes triũphi, si præsens ualuit aspectus, ualeat auctoritas, ualeãt res gestæ, ualeat memoria, ualeat fortissimi & clarissimi uiri nomẽ æternũ, sit hoc discrimẽ inter gratiosos ciues atq; fortes, ut illi uiui fruanĩ opibus suis. Horũ ẽt mortuorũ si q̃sq; huius imperij defensor mori põt, uiuat auctoritas immortalis. Quid

Cn.Pō.Magni pater rebus italico bello maximis gestis.P. Cesium equitem Ro.uirum bonū, qui uiuit, Rauennæ natū fœderato ex populo nōne ciuitate donauit? Quid cohortis duas Camertium? quid Eracliensium legionē? At.P. Crassus uir amplissimus ex ea ciuitate, qua cum prope singulare fœdus Pyrrhi tp ibus.C.Fabritio Cons. ictum putat? Quid Massiliensem Aristonē Sylla? Quid quod cū Gaditanis agimus, idem Heros.ix.Gaditanos? Quid uir sanctissimus, & summa religione ac modestia.Q.Metellus pius.Q.Fabius saguntinus? quid hic qui adest, a quo hæc, quæ ego nunc pcurro, subtilissime sunt omnia perpolita.M.Crassus, nō alectricēsem fœderatū ciuitate donauit, homo tum grauitate & prudentia præstans, tum uel nimium parcus in largienda ciuitate? Hic tu Cn.Pom.beneficiū uel potius iudicium & factum infirmare conaris, qui fecit quod C.Marium fecisse audierat, fecit quod.P.Crassum.L.Syllam quod.Q. Metellum, qđ deniq; domesticum auctorem patrē suū facere uiderat, neq; uero in uno Cornelio id fecit, nam & Gaditanum Hasdrubalem ex bello illo Africano, & Mamertinos obuios, & quosdā Vticenses, & Saguntinos, fabros ciuitate donauit. Etenim cū cæteris præmijs digni sunt, qui suo labore & periculo nostrā rempu.defendunt, tum certe dignissimi sunt, q ciuitate ea donētur, pro qua pericula ac tela subierunt. Atq; utinā qui ubiq; sunt propugnatores huius imperij possent in hanc ciuitatem uenire, & contra oppugnatores reipu.de ciuitate exterminari. Neq; ille summus poeta noster Hannibalis illam magis cohortationem, q̄ cōem imperatoriā uoluit esse, hostē qui feriet erit mihi Carthaginēsis, quisquis erit ciuitatis, & si id habent, oēs leue, & semper habuerunt. Itaq; & ciues fortissimos undiq; fortes uiros adsciuerūt, & hominū ignobiliū uirtutē persæpe nobilitatis inertiæ prætulerunt. Habetis imp̄atorū summorū, &

sapiētissimorū hoim clarissimorū uirorū interpretationem iuris ac fœderū. Dabo etiā iudicum, qui huic quæstioni præfuerunt. Dabo uniuersi Po. Ro. Dabo sanctissimū etiam iudicium senatus, iudices cum sæpe ferrent, palāq; loquerētur, quid essent lege papia, de. M. Crasso Mamertinis repetentibus iudicaturi, Mamertini publice suscepta causa destiterunt. Multi in ciuitate recepti ex liberis fœderatisq; populis. Nemo unq̃ est de ciuitate accusatus, q̄ aut populus fundus factus nō esset, aut q̄ fœdere ciuitatis mutandæ ius impediretur. Audebo etiā hoc contendere nunq̃ esse condemnatū, quē cōstaret ab imperatore nostro ciuitate donatū. Cognoscite nunc Po. Ro. iudiciū multis rebus interpositū, atq; in maximis causis re ipsa atq; usu cōprobatum. Cum latinis omnibus fœdus ictū Sp. Cassio posthumio, Cominio Cōsulibus, quis ignorat? quod quidem nuper in columna ænea meminimus post rostra incisum & perscriptū fuisse? Quomō igitur. L. Cosminius Tyburis pater huius equitis Ro. optimi atq; ornatissimi uiri dānato Cælio, quō ex eadē ciuitate T. Coponius ciuis, item summa uirtute & dignitate nepotes. T. & C. Coponios, nostis dānato. C. Massone ciuis. R. ē factus? an lingua & ingenio patefieri aditus ad ciuitatem potuit, manu & uirtute nō potuit? An de nobis trahere spolia fœderatis licebat, de hostibus nō licebit? an quod adipisci poterant dicendo, id assequi pugnando non liceat? An accusatori maiores nostri maiora præmia q̃ bellatori esse uoluerunt? Quod si acerbissima lege seruilia principes uiri ac grauissimi & sapientissimi ciues hanc latinis. i. fœderatis uiam ad ciuitatē populi iussu patere passi sunt, neq; in his est hoc rep̄hensum licinia & mutia lege, cū præsertim in genus ipsum accusationis & nomē eiusmodi p̄mium quod nemo assequi possit, nisi ex senatoris calamitate, neq; senatori neq; bono cuiq̃ nimis iucūdum esse posset. Dubitandū fuit,

quin quo in genere iudicum præmia rata essent, in eodem iudicia imperatorum ualerent? Num fundos igitur factos populos latinos arbitramur, aut seruilia lege, aut cæteris, quibus latinis hominibus erat propositum aliqua ex re præmiũ ciuitatis. Cognoscite nunc iudiciũ senatus, quod semp est iudicio populi comprobatũ. Sacra Cereris iudices summa maiores nostri religione confici cerimoniaq; uoluerũt, quæ cũ essent assumpta de græcia, & etiam per græcas semper curata sunt sacerdotes, & græca omnia nominata, sed cũ illam quæ græcum illud sacrũ monstraret, & faceret ex græcia deligerent, tamen sacra pro ciuibus facere ciuem uoluerunt, ut deos immortales sciẽtia peregrina & externa, mente domestica & ciuili precaretur, has sacerdotes uideo fere aut neapolitanas, aut uelienses fuisse fœderatarũ sine dubio ciuitatum, mitto ueterea, proxime dico, ante ciuitatẽ ueliensibus datam de senatus sententia. C. Valerium Flaccum prætorem urbis noĩatim ad populũ de Calliphiana ueliense, ut ea ciuis ro. esset tulisse. Num igitur aut fundos factos uelieses, aut sacerdotẽ illã ciuem ro. factam nõ esse, aut fœdus et a Senatu et a po. ro. uiolatũ arbitrabimur? Intelligo iudices in cã aperta minimeq; dubia multo & plura & a pluribus peritissimis eẽ dicta, q̃ res postularet. Sed id factũ est, nõ ut uobis rẽ tam perspicuã dicendo probaremus, uerũ ut oĩm, maliuolorũ, iniquorũ, inuidorũ animos frangeremus, quos ut accusator incenderet, ut aliqui sermones hominũ alienis bonis mœrentiũ ẽt ad uestras aures permanarent & in iudicio ipso redũdarent, iccirco illa ĩ oĩ parte orõnis sua arte aspergi uidebatis, cũ pecuniã. L. Cornelij, quæ neq; inuidiosa est, & quantacunq; est, eiusmodi est, ut conseruata magis q̃ corrupta esse uideatur, tũ luxuriam quæ nõ crimine aliquo libidinis, sed cõi maledicto notabatur, tũ Tusculanũ, qđ Q. Metelli fuisse meminerat. Et L. Crassi,

simul illud nesciebat, prædiorũ nullam esse gentem, emptionibus ea solere sæpe ad alienos hoĩes, sæpe ad infimos, nõ legibus tãq; tutelas peruenire. Obiectũ est ẽt ꝙ in tribũ Crustuminam ꝑuenerit, ꝙ hic assecutus est legis de ambitu præmio minus inuidioso, q̃ꝫ qui legũ præmijs p̄toriam sentẽtiã & prætextã togam cõsequunt. & adoptio Theophanis agitata est, ꝑ quam Cornelius nihil ẽ præterquã propinquorũ suorũ hæreditates assecutus, q̃ꝗ istorũ aĩos q ipsi Cornelio inuident, non est difficillimũ mitigare. More hoĩm inuident in conuiuijs, rodunt in circulis. Iccirco uellicant non illo inimico, ſ3 hoc maledico dente carpũt, q amici. L. Cornelij aut inimici sunt aut inuident, hi sunt huic multo uehementius pertimescendi. Nã huic quidẽ ipsi quis est unq̃ inuẽtus inimicus, aut qs iure esse potuit? quẽ bonũ nõ coluit, cuius fortunæ dignitatiq; nõ cessit, uersatus in intima familiaritate hoĩs potẽtissimi ĩ maximis nostris malis, atq; discordijs, neminẽ unq̃ alterius rationis atq; partis, non re, nõ uerbo, nõ uultu deniq; offendit. Fuit hoc siue meũ, siue reip. fatũ, ut etiam in me unũ oĩs illa indignatio communiũ temporũ incũberet, nõ modo nõ exultauit in ruinis nostris, nostrisq; discordijs Cornelius, sed omni officio, lachrymis, opera, cõsolatione, omnis me absente meos subleuauit, quorum ego testimonio ac precibus munus hoc meritũ huic, et ut a principio dixi, iustã & debitam gratiã refero. Speroq; iudices ut eos qui principes fuerunt cõseruandæ salutis ac dignitatis meæ diligitis, & caros habetis, sic quæ ab hoc ꝑ facultate huius pro loco facta sunt, & grata esse uobis & probata. Non igitur a suis quos nullos habet, sed a suorum qui & multi et potentes sunt, urgetur inimicis, quo quidẽ hesterno die. Cn. Pom. copiosa orõne et graui secũ si uellẽt, contendere iubebat, ab hoc improbo certamine atq; iniusta cõtentione auocabat. Et erat æqua lex & uobis iudices atq;

oĩbus q̃ nostris familiaritatibus implicãtur uehementer utilis, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. Ac si meæ auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me præsertim rerũ uarietate, atq; usu ipso iam perdoctum uiderent, etiam ab illis eos maioribus discordijs aduocarent. Id enim contendere mecum de rep. cũ id defendas, quod optimũ esse sentias, & fortium uirorum, & magnorum hominum semper putaui. Neq; huic unq̃ labori, officio, mũeri defui. Sed contẽtio tam diu sapiens est q̃ diu aut proficit aliquid aut si nõ proficit non obest ciuitati. Volumus quædam, contendimus, experti sumus, obtenta nõ sunt, dolorem in alienos luctum mœroremq; suscepimus, cur ea quæ mutare nõ possumus cõuellere malumus q̃ tueri? C. Cæsarem senatus & genere supplicationũ amplissimo ornauit, & numero dierũ nouẽ. Idẽ in angustijs ærarij uictorem exercitũ stipendio affecit. Imperatori decem legatos decreuit lege sempronia succedendũ nõ censuit. Harũ ergo sententiarũ & princeps & auctor fui. Neq; me dissensiõi meæ pristinæ putaui potius assentiri, q̃ præsentibus reip. tẽporibus & cõcordiæ conuenire, non idẽ alijs uidetur, sunt fortasse in sententia firmiores. Reprehendo neminẽ, sed assentior non oĩbus. Neq; esse inconstantis puto sententiã aliquã tanquã aliq̃d nauigiũ ex reip. tempestate moderari. Sed si qui sunt, quibus infinitũ sit odiũ, in quo semel susceptum sit, quos uideo esse nõnullos, cũ ducibus ipsis non cũ comitatu assectatoribusq; confligant. Illam enim fortasse pertinaciã nonnulli, uirtutẽ alij putabũt. Hanc uero iniquitatem omnes cum aliquã crudelitate coniunctam. Sed si certorũ hominum mẽtes nulla rõne iudices placare possumus, uestros quidem animos certe confidimus nõ oratione nostra, sed humanitate uestra esse placatos. Quid est. n. cur non potius ad summam laudem

huic ꝙ ad minimã fraudem Cæsaris familiaritas ualere debeat? Cognouit adolescẽs, placuit homini prudentissimo in summa amicorum copia cũ familiarissimis eius est adæquatus, in prætura, in consulatu præfectũ fabrũ detulit, cõsiliũ hominis cõprobauit, fidẽ est cõplexus, officia obseruantiã q; dilexit, fuit hic multorũ illi laborũ socius aliqñ, est fortasse nũc nõnullorũ particeps cõmodorũ, q̃ q dẽ si huic obfuerit, apud uos non intelligo, ꝙ bonum cuiꝙ sit, apud tales uiros profuturum. Sed qm̃. C. Cæsar abest longissime, atq; in his est nunc locis, quæ regiones orbem terrarũ, rebus illius gestis imperium Po. Ro. definiũt, nolite per deos immortales iudices hũc illi acerbũ nunciũ uelle deferri, ut suũ p̃fectum fabrũ, ut hominẽ sibi carissimũ & familiarissimum, non ob ipsi⁹ aliqđ delictũ, sed ob suã familiaritatẽ uestris oppr̃ssum sententijs audiat. Miseremini eius, q non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi uiri facto, nõ de aliquo crimine sed de periculo suo publico iure disceptat. Quod ius si Cn. Põ. pater ignorauit, si p̃tor Crassus, si. Q. Metellus, si Cn. Põ. fili⁹, si. L. Sylla, si Crassus, si. C. Mari⁹, si. S. P. Q. R. si q de re simili iudicarũt, si fœderati populi, si socij, si illi antiq latini, uidete ne utilius uobis & honestius sit illis ducibus errare, ꝙ hoc magistro erudiri, sed si de certo, de perspicuo, de utili, de ꝓbato, de iudicato uobis iure esse cõstituẽdũ uidetis, nolite cõmittere ut in re tã inueterata q ceꝙ noui sentiatis. Simul & illa iudices oĩa ante oculos uestros ꝓponite. Primũ esse oẽs ẽt post mortẽ reos clarissimos illos uiros, q fœderatos ciuitate donarint, deinde senatũ q p̃sæpe hoc iudicauit, populũ q iussit, iudices q approbarũt, tũ etiã illud cogitatote sic uiuere ac uixisse Corneliũ, ut cũ omniũ peccatorũ q̃ones sint nõ de uitiorũ suorũ pœna, sed de uirtutis p̃mio i iudiciũ uocet. Accedat etiã illud, ut statuatis hoc iudicio, utrũ posthac amicitias clarissimorũ uirorũ calamita

ti hominib⁹,qn ornamēto esse malitis.Postremo illud iudices fixū in animis uestris tenetote,uos in hac causa nō de maleficio.L.Cornelij,sed de beneficio Cn.Pom.iudicaturos.

M.T.C.DE RESPONSIS ARVSPICVM IN PVBLIVM CLODIVM ORATIO.

b

Esterno die.P.C.cum me & uestra dignitas & frequētia equitum Ro.quibus Senatus dabatur,magnope cōmouisset, putaui mihi reprimendā esse.P.Clodij impudicā impudētiā,cum is.publicanorū causam stultissimis interrogationibus impediret.P.Tullioni Syro nauaret operā,atq; ei sese cui totus uenierat,etiā uobis inspectantibus uenditaret. itaq; hominē furentē exultātemq; cōtinui,simul ac periculū iudicij intendi,duobus inceptis uerbis omnem impetum gladiatoris ferociamq; cōpressi.Attamen ignarus ille qui cōsules essent,exanguis atq; æstuans, se ex curia repēte proripuit cū quibusdam fractis iam atq; inanibus minis,& cum illius Pisoniani tēporis Gabinianiq; terroribus.Quem quom egredientē insequi cœpissem, cœpi equidē fructum maximum & ex cōsurrectione omniū uestrū,& ex comitatu publicanorū,sed uecors repente sine suo uultu,sine colore,sine uoce constitit.Deinde respexit,et simul ad Cn.Lentulū cōsulē aspexit,cōcidit in curiæ pene limine,recordatione credo Gabinij sui desiderioq; Pisonis, cuius ego de effrenato & præcipiti furore qd dicam?Haud pōt a me grauioribus uerbis uulnerari,quam est statim in facto ipso a grauissimo uiro.P.Seruilio cōfectus ac trucidatus,cuius & si iā uim & grauitatē illā singularē ac pene diuinā assequi possem,tamē nō dubito quin ea tela quæ cōiecerit inimicus,quam ea quæ collega patris immisit leuiora,

atq; hebetiora esse uideantur. Sed tamen mei facti rationē exponere illis uolo, qui hesterno die dolore me elatum, & iracundia longius prope digressum arbitrabātur, quam sapiētis hominis cogitata ratio postulasset. Nihil feci iratus, nihil impotēti animo, nihil nō diu cōsideratū ac multo ante meditatū. Ego enim patres. C. inimicū me semper esse pfessus sum duobus, qui me, q rē meā cū defendere deberēt seruare possent, cumq; ad consulare officium ipsis insignibus illius imperij ad meā salutem, nō solum autoritate, sed etiā precibus uestris uocarentur, primo reliquerūt, deinde prodiderūt, postremo oppugnarūt, præmijsq; nefariæ factiōis funditus una cū repub. oppressum extinctumq; uoluerunt, quiq; suo ductu & imperio cruēto illo atq; funesto supplicia neq; a sociorū mœnibus prohibere neq; hostiū urbibus inferre potuerunt, excisionē, inflammationē, euersionē, depopulationē, uastitatem meā sua cum præda meis omnibus tectis, atq; agris intulerunt, cum his furijs & facibus, cum his inquam exitiosis prodigijs, ac pene huius imperij pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. Neq; id tamē ipsum tantū quantum meus ac meorum, sed tantū quantum uester atq; omniū bonorum dolor postulauit. In Clodiū uero non est hodie meum maius odium quam illo die fuit, cum illum ambustum religiosissimis ignibus cognoui muliebri ornatu, ex incesto, stupro atq; ex domo pōtificis maxi mi emissum. Tum inquam cum uidi ac multo ante prospexi quanta tempestas excitaretur, quanta impenderet procella reipub. uidebam illud scelus tam importunum, audaciam tam immanem adolescentis furentis, nobilis, uulnerati non posse arceri ocij finibus, erupturum illud malum aliquando si impunitum fuisset ad perniciem ciuitatis, non multum mihi sane post ad odium accessit. Nihil enim contra me fecit, odio mei, sed odio seueritatis, odio dignitatis,

odio reip.nõ me magis uiolauit,ꝙ Senatũ,ꝙ equites Ro.ꝙ oẽs bonos,ꝙ Italiam cunctam,non deniq; in me sceleratior fuit, ꝙ in ipsos deos immortales.Et.n.illos,eo scelere publico uiolauit quo nemo antea,in me fuit eodem aĩo,quo etiam eius familiaris Catilina si uicisset, fuisset.Itaq; eũ nunꝙ a me esse accusandũ putaui non plusꝙ stipitẽ illũ, qui quorũ hoĩm esset nesciremus,nisi se Ligurẽ ipse eẽ diceret.Quid enim hunc persequar pecudẽ ac belluam pabulo inimicorũ meorũ,& glande corruptũ?qui si senserit,quo se scelere deuinxerit,nõ dubito,quin sit miserrimus, sin autẽ id non uidet periculũ est,ne se stuporis excusatione defendat. Accedit etiã qđ expectatiõe oĩm fortissimo & clarissimo uiro.T. Annio deuota & constituta ista hostia esse uidetur, cui me præripere despõsam & iã destinatam laudẽ,cũ ip̃e eius opera & dignitatẽ & salutem recuperarim ualde est iniquum. Etenim ut.P.ille Scipio natus mihi uidetur ad interitũ exitiumq; Carthaginis,qui illam a multis imperatoribus obsessã,oppugnatã,labefactatã,pene captã,aliquãdo quasi fatali euentu solus euertit,sic.T.Annius ad illã pestẽ comprimendã,extinguẽdã, funditus delendã natus esse uidetur, & quasi diuino munere donatus reipu.solus ille cognouit quemadmodũ armatũ ciuem,qui lapidibus,qui ferro alios fugaret,alios domi contineret,qui urbẽ totam,qui forum, qui curiam,qui oĩa templa cæde,incẽdijsq; terreret,nõ modo uincere,uerũetiã uincire oporteret. Huic ego & tali,& ita de me ac de patria merito uiro,nunꝙ mea uolũtate præripiam eũ præsertim reum,cuius ille inimicitias, nõ solum suscepit propter salutem meam,uerumetiã appetiuit. Sed si etiam nunc illaqueatus iam omniũ legum periculis,irretitus odio bonorũ omniũ,expectatione supplicij iam non diuturna implicatus feretur, tamen hæsitans & in me impetum impeditus facere conabitur resistã,& aut concedente,

aut etiam adiuuante Milone eius conatum refutabo, uelut hesterno die cũ mihi stanti tacens minaretur, uoce tãtũ attigi legũ initium & iudiciũ, cõsedit ille, conticui, diem dixisset ut fecerat, fecissem, ut ei statim tertiꝰ a prætore dies diceretur, atq; hoc sic moderetur, & cogitet, si cõtentus sit his sceleribus, quæ cõmisit iam se esse cõsecratũ Miloni, si quod in me telũ intorserit, statim me esse arrepturum arma iudiciorũ, atq; legũ. Atqui pauloante .P.C. cõcionẽ habuit, quæ est a me tota delata, cuius cõcionis primum uniuersum argumentũ sententiãq; audite, cum riseritis impudentiam hominis, tum a me de tota cõcione audietis, de religionibus sacris & cerimonijs est cõcionatus .P.C. Clodius. Pulcher inquam Clodius sacra & religiones negligi, uiolari, pollui questus est. Nõ mirum si hoc uobis ridiculum uidetur, & sua cõcio risit hominem, quomodo ipse gloriari solet, ducentis cõfixum Senatuscõsultis, quæ sunt omnia contra illum pro religionibus facta, hominemq; eum qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulerit, eaq; sacra quæ uiri oculis ne imprudentis quidem aspici fas est, nõ solum aspectu uirili sed flagitio stuproq; uiolarit, in cõciõe de religionibꝰ neglectis cõqueri. Itaq; nũc ꝓxima cõcio eius expectatur de pudicitia. Quid.n. interest utrũ ab altaribus religiosissimis fugatus de sacris, & religionibus queratur, an ex suorũ cubiculo egressus pudorẽ pudicitiamq; defendat? Rñsum Aruspicũ hoc recens de fremitu in cõcione recitauit, in quo cum alijs multis, scriptum etiã illud est, id qđ audistis, loca sacra & religiosa ꝓphana haberi, in ea causa esse dixit domum meam a religiosissimo sacerdote .P. Clodio cõsecratam. Gaudeo mihi de toto hoc ostento quod haud scio, an grauissimũ multis his ãnis huic ordini nũciatũ sit, datã nõ modo iustã, sed etiam necessariam causam esse dicendi. Reperietis.n. ex hoc toto prodigio atq; responso nos de istius scelere, atq;

furore ab impendẽtibus periculis maximis prope iam uoce Iouis optimi maximi cõmoneri. Sed primũ expiabo religionẽ ædiũ mearũ, si id facere uere ac sine cuiusq; dubitatione potero, sin scrupulus tenuissimus residere aliqs uidebitur, nõ modo, patienti, sed etiã libenti animo portẽtis deorũ immortalium religioniq; parẽbo. Sed quæ tandẽ est in hac urbe tanta domus ab ista suspitiõe religionis, tã uacua atq; pura? q̃q; nostræ domus. P.C. cæterorumq; ciuium, multo maxima ex parte sunt liberæ religione, tñ una mea domus iudicijs omnibus liberata in hac urbe sola est. Te enim appello Lentule, & te Philippe, ex hoc Aruspicũ respõso decreuit Senatus, ut de locis sacris & religiosis ad hunc ordinẽ referretis. Potestis ne referre de mea domo, quæ ut dixi sola in hac urbe omni religiõe omnibus iudicijs liberata est? Quã primum inimicus ille in ea tempestate ac nocte Reipub. cum cætera scelera stilo illo impuro. Sex. Clodius conscripsisset, ne una quidem attigit littera religionis, deinde eandem domum Po. Roma. cuius est summa potestas omniũ rerũ comitijs centuriatis omniũ ætatũ, ordinumq; suffragijs eodem iure esse iussit, quo fuisset. Postea uos. P.C. nõ quo dubia res esset, sed ut huic furiæ si diutius in hac urbe quã delere cuperet, maneret, uox interdiceretur, decreuistis, ut de mearũ ædiũ religiõe ad põtificum collegiũ referretur. Quæ tanta religio est, qua in nostris dubitationib⁹, atq; in maximis superstitionibus unius. P. Seruilij, ac. M. Luculli responso ac uerbo liberemur? de sacris publicis, de ludis maximis, de deorum penatium, uestæq; matris cerimonijs, de illo ipso sacrificio, quod fit pro salute Po. Ro. quod post Romam conditam huius unius casti tutoris religionum scelere uiolatũ est. Quod tres pontifices statuissent, id semper per Po. Ro. Senatui, semper ipsis dijs immortalibus satis sanctũ, satis augustum, satis religiosum esse uisum est. At uero domũ meã

P. Lentulus consul, & pontifex. P. Seruilius. M. Lucullus. Q. Metellus Glabrio. M. Messala, L. Lētulus flamen martialis. P. Galba Scipio. C. Fannius. M. Lepid' . L. Claudius Rex sacrorum. M. Crassus. M Scaurus. C. Curio Sex. Caesar flamen Quirinalis. Q. Cornelius. P. Albinouanus. Q. Terētius pontifices minores causa cognita duobus locis dicta, maxima frequētia amplissimorū ac sapiētissimorū ciuiū astante, omni religione una mente oēs liberauerunt. Nego unquā post sacra constituta, quorū eadē est antiquitas, quae ipsius urbis ulla de re, ne de capite quidem uirginum uestalium tam frequēs collegium iudicasse, quāquā ad facinoris disquisitionem interest adesse q̄ plurimos. Ita est enim interpretatio illa pontificū, ut ijdem potestatem habeant iudicū. Religionis expiatio ab uno pontifice perito fieri potest, qd' idem in iudicio capitis durum atq; iniquū est, tamen sic reperietis frequentiores pontifices de mea domo, q̄ unquam de cerimonijs uirginum iudicasse. Postero die frequentissimus Senatus te cōsule designato Lentule sententiae principe. P. Lentulo. & Q. Metello consulibus referētib' statuit, quom omnes pontifices qui erant, huius ordinis adessent, quomq; alij qui honoribus. Po. Ro. antecedebant, multa de collegij iudicio uerba fecissent, omnesq; idem scribēdo adessent, domum meam iudicio pontificum religione liberatam uideri. De hoc igitur loco sacro potissimum uidētur aruspices dicere, qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc p̄cipue ius habet, ut ab ipsis qui sacris p̄sunt, sacer nō esse iudicatus sit. Verum referte quod ex Senatuscōsulto facere debetis, aut uobis cognitio dabitur, q̄ primi de hac domo sententiā dixistis, & eam religiōe omni liberastis, aut Senatus ipse iudicabit, qui uno solo illo antiste sacrorū dissentiente, frequētissimus antea iudicauit, aut id quod certe fiet ad pōtifices reijcietur, quorum auctoritati, fidei, prudētiae maio-

res nostri sacra religionesq; priuatas & publicas cōmendarunt, quid ergo hi possunt aliud iudicare, ac iudicauerunt? Multæ sunt domus in hac urbe. P. C. atq; haud scio an pene cūctæ iure optimo, sed tñ iure priuato, iurel hæreditario, iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi, nego esse ullā domū aliam æque priuato iure atq; optima lege, publico uero omni pcipuo & humano et diuino iure munitā, quæ primū ædificatur ex auctoritate senatus, pecunia publica, deinde cōtra uim nefariā huius gladiatoris tot senatuscōsultis munita atq; septa est. Primum negocium ijsdem magistratib? est datū superiore anno, ut curarēt ut sine ui ædificare mihi liceret, qbus in maximis piculis uniuersa resp. cōmendari solet. Deinde quom ille saxis, et ignibus, et ferro uastitatē meis ædibus intulisset, decreuit senatus eos, q id fecissent, lege de ui quæ est in eos qui uniuersam rēp. oppugnassent teneri. Vobis uero referentib? o post hominū memoriā fortissimi atq; optimi cōsules, decreuit idē Senatus frequentissimus, q meā domū uiolasset, cōtra remp. esse facturū. Nego ullo de opere publico, de monumēto, de tēplo tot senatus extare cōsulta, quot de mea domo, quā senatus unā post hanc urbem cōstitutam ex ærario ædificandam, a pontificibus liberandam, a magistratibus defendēdā, a iudicibus puniendam putarit. P. Valerio p maximis in rempu. beneficijs data domus est in uia publica. At mihi in palatio restituta, illi locus, at mihi parietes atq; tectū, illi quā ipse priuato iure tueretur, mihi quam publice magistratus omnes defenderent. Quæ quidē ego, si aut per me, aut ab alijs haberē, non prædicarē apud uos ne nimis gloriari uiderer. Sed cum sit mihi data a uobis cū ea attētur eius lingua cuius antea manu euersa, uos mihi & liberis meis manibus uestris reddidistis, nō ego de meis s; de factis uestris loquor, nec uereor ne hæc mea uestrorū beneficiorū prædicatio nō grata potius

quam arrogans uideatur. Quanquam si me tantis laboribus perfun ctum efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum hominum, animi quidem dolor, quis non ignosceret? Vidi.n. hesterno die quendam murmurantem, quem aiebant negare ferre me posse, quia cum ab hoc eodem impurissimo parricida rogarer cuius essem ciuitatis, respondi me probantibus et uobis, & equitibus Roma. esse eius quae carere me non potuisset. Ille ut opinor, ingemuit. Quid igitur responderem, quaero ex eo ipso qui ferre me non potest, me ciuem esse Romanum, litterate respondissem, an tacuissem? desertum negocium. Potest quisquam uir in rebus magnis cum inuidia uersatus satis grauiter contra inimici contumeliam sine sua laude respondere? At ipse non modo non respondet, quicquid potest, quom est lacessitus, sed etiam gaudet se ab amicis quid respondeat admoneri. Sed quoniam mea cum expedita est uideamus nunc quid aruspices dicant ego enim fateor me & magnitudine ostenti & grauitate responsi & una atque constanti aruspicum uoce esse permotum. Neque is sum, qui si cui forte uideor plusquam caeteri, qui aeque atque ego sunt occupati, uersari in studio litterarum, his delecter aut utar omnino litteris, quae nostros animos deterrent atque auocant a religione. Ego uero primum habeo auctores ac magistros religionum colendarum maiores nostros, quorum mihi fuisse tanta sapientia uidetur, ut satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiam non dicam assequi, sed quanta fuerit perspicere possint. Qui statas solemnisque cerimonias pontificatu, rerum bene gerendarum auctoritates augurio, fatorum ueteres praedicationes Apollinis, Vatum libris, portentorum explanationes ethruscorum disciplina contineri putarunt, quae quidem tanta est, ut nostra memoria primum Italici belli funesta principia, post Syllani Cinnanique temporis extremum pene discrimen, tum hanc recentem urbis inflammandae delendique imperij coniurationem,

non obscure nobis pauloante prædixerint. Deinde etiam cognoui multa homines doctissimos sapientissimosque & dixisse, & scripta de deorum immortalium numine reliquisse, quæ quamquam diuinitus perscripta uideo, tamen eiusmodi sunt, ut ea maiores nostri docuisse illos, non ab illis didicisse uideantur. Et.n. quis est tam uecors, qui aut quom suspexerit in cœlum, deos esse non sentiat? & ea quæ tanta mente fiunt, ut uix quisquam arte ulla ordinem rerum ac uicissitudinem persequi possit, casu fieri putet, aut cum deos esse intellexerit, non intelligat eorum numine hoc tantum imperium esse natum, & auctum, & retentum? quamuis uolumus. P.C. licet ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore gallos, nec calliditate pœnos, nec artibus græcos, nec denique hoc ipso huius gentis ac terræ domestico natiuoque sensu italos ipsos ac latinos sed pietate ac religione atque hac una sapientia quod deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnis gentes nationesque superauimus. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibere animos & mentes uestras non solum aures ad aruspicum uoces admouete, quod in agro lauiniensi auditus est strepitus cum fremitu, mitto aruspices, mitto illam ueterem ab ipsis dijs immortalibus, ut hominum fama est, ethruriæ traditam disciplinam nos nonne Aruspices esse possumus? Exauditus in agro propinquo & suburbano est strepitus quidam reconditus & horribilis fremitus armorum. Quis est ex gigantibus illis, quos poetæ ferunt bellum dijs immortalibus intulisse tam impius, qui hoc tam nouo tantoque motu non magnum aliquid deos. Po. Ro. immonstrare & præcinere fateatur? De ea re scriptum est postulationes esse decretas Ioui, Saturno, Neptunno, Telluri, dijs cœlestibus. Audio quibus dijs uiolatis expiatio debeatur, sed hominum ob quæ delicta quæro, ludos minus diligenter factos, pollutosque, quos ludos? te apello Lentule, tui

sacerdotij sunt tensæ, curricula, pcentio, ludi, libatiões, epulæq; ludorum. P. C. nosq; põtifices, ad quos epulones Iouis optimi maximi si quid est prætermissum, aut cõmissum afferunt, quorũ de sententia illa eadem renouata atq; instaurata celebrãtur. Qui sunt ludi minus diligẽter facti? quãto aut quo scelere polluti? rñdebis, & p te et p collegis tuis, & pro pontificum collegio, nihil cuiusquam aut negligentia cõtemptũ, aut scelere esse pollutum, omnia solemnia ac iusta ludorum, omnibus rebus obseruatis summa cum cerimonia esse seruata. Quos igitur aruspices ludos minus diligenter factos pollutosq; esse dicunt? eos quorum ipsi dij immortales, atq; illa mater dea, te te Cn. Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta spectatorem esse noluit. Quod ni tu megalesia illo die spectare uoluisses, haud scio an uiuere nobis atq; his de rebus iam quæri liceret. Vis .n. innumerabilis incitata ex omnibus uicis collecta seruorũ ab hoc ædili religioso repente fornicibus hostijsq; omnibus in scænã signo dato immissa irrupit. Tua tum tua Cn. Lẽtule eadem uirtus fuit, quæ in priuato quondam tuo proauo te nomen, imperium, uocem, aspectum, impetum tuũ stans Senatus equitesq; Roma. & omnes boni sequebantur, cum ille seruorum & ludiorum multitudini Senatum Popu. q; Ro. uinctum ipõ consessu, & constrictum spectaculis, atq; impeditum turba & angustijs tradidisset. An si ludius cõstitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus & matrimus si terram non tenuit, aut tensam, aut lorum emisit, aut si ædilis uerbo, aut si nutu aberrauit ludi sunt non rite facti, eaq; errata expiantur, & mentes deorũ immortaliũ ludorũ instauratione placantur, si ludi ab lætitia ad metum traducti sunt, si nõ intermissi, sed perempti, atq; sublati sunt, si ciuitati uniuersæ scelere eius q ludos ad luctũ cõferre uoluit, extiterũt dies illi festi pene funesti, dubitabi

mus quos ille fremitus nũciet ludos esse pollutos? Ac si uolumus ea, quæ de quoque deo nobis tradita sunt recordari, hãc matrem magnam, cuius ludi uiolati polluti pene ad cædem, & ad funus ciuitatis conuersi sunt, hanc inquam accepimus, agros & nemora cum quodam strepitu fremituq; peragrare. Hæc igitur uobis hæc Po.Ro. & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. Nam quid ego de illis ludis loquar, quos in palatio nostri maiores ante tẽplum in ipso matris magnæ conspectu megalensibus fieri celebrariq; uoluerunt, qui sunt more institutis maxime casti, solemnes, religiosi, quibus ludis primũ ante populi consessum Senatui locum. P. Africanus iterum consul ille maior dedit, ut eos ludos hæc lues impura polluerit? quo si q̃s liber aut spectandi, aut etiã religionis causa accesserat, manus afferebantur, quo matrona nulla adijt propter uim cõsessumq; seruorum. Ita ludos eos, quorũ religio tanta est, ut ex ultimis terris accersita, in hac urbe consederit, q̃ ludi ne uno quidẽ uerbo appellãtur latino, ut uocabulo ipso & appetita religio externa, & matris magnæ nomine suscepta declaretur, hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt, tota deniq; hoc ædile seruorũ megalesia fuerũt. Proh dij immortales, q̃ magis nobiscũ loqui possetis, si essetis uersareminiq; nobiscũ? ludos publicos esse pollutos significatis ac plane dicitis. Quid magis inq̃natũ, deformatũ, peruersum, conturbatum dici potest, q̃ oẽ seruitium permissu magistratus liberũ in alteram scænam immissum alteri præpositum, ut alter consessus potestati seruorũ obijceretur, alter seruorũ totus esset? Si examen apum ludis in scænã uenisset aruspices acciendos ex ethruria putaremus. Videmus uniuersi repẽte examina tanta seruorũ immissa in Po.R. septũ atque inclusum, & non cõmouemur, atq; i apium fortasse examine nos ex Ethruscorum scriptis aruspices ut a seruitio ca

ueremus monerent. Quod igitur ex aliquo disiuncto diuerſoq; mõſtro ſignificatum caueremus, id cum ipſum ſibi mõſtrum eſt, & cũ in eo ipſo periculum eſt, ex quo periculum portenditur, non pertimeſcemus? Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pater tuus, iſtiusmodi patruus, is mihi etiam generis ſui mentionẽ fecit, cũ Athenionis aut ſpartaci exemplo ludos facere maluerit, q̃. C. aut Apij Claudiorum. Illi cũ ludos facerent, ſeruos de cauea exire iubebant. Tu in alteram ſeruos immiſiſti, ex altera liberos eieciſti. Itaq; q antea praeconis uoce a liberis ſemouebantur, tuis ludis non uoce ſed manu liberos a ſe ſegregabant. Nec hoc tibi quidem in mẽtem ueniebat, ſibyllino ſacerdoti hæc ſacra maiores noſtros ex ueſtris libris expetiſſe, ſi illi ſunt ueſtri, quos tu impia mente cõquiris, uiolatis oculis legis, cõtaminatis manibus attrectas. Hac igitur uate ſuadente quondã defeſſa Italia punico bello atq; Annibale uexata ſacra iſta maiores noſtri accita ex phrygia Romæ collocauerũt, quæ uir is accepit, q eſt optimus a Po. Ro. iudicatus. P. Scipio, fœmina aũt quæ matronarum caſtiſſima putabatur Quinta Claudia, cuius priſcam illam ſeueritatem ſacrificij tua ſoror mirifice exiſtimatur imitata. Nihil te igitur neq; maiores tui coniũcti cũ his religionibus, neque ſacerdotiũ ipſum, quo eſt hæc tota religio conſtituta, neque curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionẽ ſolet, permouit, quo minus caſtiſſimos ludos oĩ flagitio pollueres, dedecore maculares, ſcelere obligares? Sed qd ego id admiror, qui accepta pecunia Peſinũtem ipſum ſedem domiciliũq; matris deorũ uaſtaris, Brogitaro gallogræco impuro homini ac nefario totũ illum locũ, fanumq; uẽdideris, ſacerdotem ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxeris, oĩa illa quæ uetuſtas, quæ perſæ, quæ ſyri, quæ reges oẽs, qui Europam Aſiamq; tenuerũt, ſemp ſumma religione coluerunt, peruerteris, quæ deniq; noſtri ma-

iores tam sancta duxerunt, ut cum refertam urbẽ, atq; Italiam fanorum haberemus, tamen nostri imperatores maximus, & periculosissimis bellis huic deæ uota facerent, eaq; in ipso pesinunte ad illam ipsam principem aram, & in illo loco fanoq; persoluerent. Quod cũ Deiotarus religione sua castissime tueretur, quem unum habemus in orbe terrarũ fidelissimum huic imperio, atq; amantissimum nostri nominis, Brogitaro, ut ante dixi addictum pecunia tradidisti. Atq; hũc tamen Deiotarum sæpe a Senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimonijs ornatum, tu etiam regem appellari cum Brogitaro iubes. Si alter est rex iudicio Senatus per nos, pecunia Brogigitarus per te appellatus, alterum putabo regem si habuerit unde tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti. Nã cum multa regia sunt in Deiotaro, tum illa maxime, ꝙ nullum tibi munus dedit, ꝙ eam partem legis tuæ quæ cõgruebat cum iudicio Senatus, ut ipse rex esset, non repudiauit, ꝙ pesinuntem per scelus a te uiolatum, & sacerdote sacrisq; spoliatũ recuperauit, ut in pristina religione seruaret, ꝙ cerimonias ab omni uetustate acceptas a Brogitaro pollui non sinit. Mauultq; generũ suum munere tuo, quam illud fanum antiquitate religionis carere. Sed ut ad hæc Aruspicum respõsa redeam, ex quibus est primum de ludis. Quis est, qui id non totũ in istius ludos prædictum & responsum esse fateatur? Sequitur de locis sacris religiosis. O impudẽtiam miram, de mea domo dicere audes? cõmitte uel consulibus, uel Senatui, uel collegio põtificum tuam. At mea quidem his oĩbus trib⁹ periculis liberata est. At in his ædibus, quas tu. Q. Seio equite Ro. uiro optimo per te apertissime interfecto tenes, sacellum dico fuisse, aras, tabulas. Hoc cẽsores memoria multorũ firmabo ac docebo. Agatur mõ hæc res, ꝙ ex eo Senatusconsulto, qđ nuper est factũ, referri ad

uos necesse est. Habeo quæ de locis religiosis uelim dicere, cum de domo tua dixero, in qua tamen ita est inædificatum sacellum, ut alius fecerit, tibi tantummodo sit demoliendũ, tum uidebo num mihi necesse sit de aliis etiam aliquid dicere, putant enim nonnulli ad me pertinere armamentarium Telluris aperire. Nuper id patuisse dicũt, & ego recordor, nunc sanctissimam partem ac sedem maximæ religionis priuato dicũt uestibulo contineri. Multa me mouẽt, quod ædes Telluris est curatiõis meæ, quod is qui illud armamentariũ sustulit, meam domũ pontificum iudicio liberatam, secundũ fratrẽ suum iudicatum esse dicebat. Mouet me etiam in hac caritate annona, sterilitate agrorum, inopia frugum, religio Telluris, & eo magis quod eodem ostento Telluri postulatio debeberi dicitur. Vetera fortasse loquimur, quãquam hoc si minus ciuili iure perscriptum est, lege tamẽ naturæ communi iure gentium sancitum est, ut nihil nortales a diis immortalibus usu capere possint, uerumtamen antiqua negligimus, & iam ne ea negligemus, quæ fiũt maxime, quæ uidemus? Lu. Pisonem, quis nescit his temporibus ipsis maximum, & sanctissimum Dianæ sacellum in cæliculo sustulisse? Adsunt uicini eius loci, multi sunt etiã in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello stato loco anniuersarii factitarint. Et conquirimus dii immortales, quæ loca desiderent, quid significent, de quo loquantur, a Sexto Serano sanctissima sacella suffossa, incẽsa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine esse fœdata nescimus? Tu meam domum religiosam facere potuisti? Et qua mẽte? qua inuaseras, qua manu? qua disturbaras, qua uoce? qua incendi iusseras, qua lege? quam ne in illa quidem impunitate tua scripseras, quo puluinari? quod stupraras, quo simulacro? quod ereptũ ex meretricis sepulchro imperatoris monumẽto collocaras. Quid habet mea domus religiosi? nisi quod im-

puri & sacrilegi parietem tangit. Itaq; ne quis meorũ imprudens introspicere possit tuam domũ, ac te sacra illa tua facientem uidere, tollam altius tectum, non ut ego te despiciam, sed tu ne aspicias urbem eam quã delere uoluisti. Sed iam aruspicũ reliqua responsa uideamus. Oratores contra ius fasq; interfectos. Quid est hoc? de Alexãdrinis uideo eẽ sermonem, quem ego non refuto. Sic.n. sentio, ius legatorũ cum hominũ præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure esse uallatũ. Sed quæro ab illo qui omnes iudices tribunus e carcere in forũ effudit, cuius arbitrio sicæ oẽs nunc atq; omnia uenena tractantur, qui cum Hermacho chio syngraphas fecit, ecqd sciat unum acerrimũ aduersarium Hermachi Theodosium legatũ ad Senatũ a ciuitate libera missum, sica percussum? quod non minus ꝙ̃ de alexãdrinis indignũ dijs immortalibus esse uisum certe scio. Nec confero nũc in te unũ omĩa, spes maior esset salutis si præter te nemo esset impurus, plures sunt, hoc & tu confidis magis, & nos ꝓpe iure diffidimus. Quis platonem ex Orestide, quæ pars Macedoniæ libera est hominẽ in illis locis clarũ ac nobilem legatum Thessalonica ad nostrum, ut se ipse appellauit imperatorẽ uenisse nescit? quem ille propter pecuniã quã ab eo extorquere nõ poterat, in uincula coniecit, & medicũ intro misit suum, qui legato socio, amico libero fœdissime & crudelissime uenas inciderit, secures suas cruentari scelere noluit. Nomẽ quidẽ Po.R. tanto scelere cõtaminauit, ut id nulla re possit, nisi ipsius supplicio expiari, quales hunc carnifices putamus habere, qui etiam medicis suis nõ ad salutẽ, sed ad necẽ utatur? Sed recitemus, quid sequatur, fidẽ iusq; iurandũ neglectum. Hoc quid sit, per seipsum non facile interpretor. Sed ex eo quod sequitur suspicor de tuorum iudicum manifesto periurio dici, qbus olim erepti essent nummi, nisi a Senatu præsidium postulassent. Quare aũt de his

dici suspicer haec causa est, q sic statuo, & illud in hac ciui-
tate esse maxime illustre atq; insigne periuriū & te ipsum
tamen in periurij pœnam ab his quibuscum cōiurasti, non
uocari, & uideo in Aruspicū respōsis hæc esse subiuncta, sa-
crificia uetusta, occultaq; minus diligenter facta pollutaq;.
Aruspices hæc loquūtur, an patrij penatesq; dij? Multi.n.
sunt credo, in quos hui9 maleficij suspitio cadat. Quis præ-
ter hunc unū? obscure dicitur, quæ sacra polluta sunt, quid
planius, quid grauius, quid religiosius dici pōt, uetusta oc-
cultaq;? Nego ulla uerba Lentulū grauē oratorē, ac disertū
sæpius cū te accusaret, usurpasse, q̃ hæc quæ nūc ex Ethru-
scis libris in te cōuersa atq; interpretata dicunt. Et.n. quod
sacrificiū tam uerū est, q̃ hoc quod a regibus æquale huius
urbis accepimus. Quod autē tam occultū, q̃ id quod nō so-
lum curiosos oculos excludit, sed etiā errātes, quo nō modo
improbitas, sed ne impudentia quidem possit intrare.
Quod quidē sacrificiū, nemo nisi P. Clodius omni memo-
ria uiolauit, nemo unquam adijt, nemo neglexit, nemo uir
aspicere nō horruit. Quod fit per uirgines uestales, fit pro
Po. R. fit in ea domo, quæ est in imperio, fit incredibili ceri-
monia, fit ei deæ, cuius ne nomē quidem uiros scire fas est,
quam iste iccirco bonā ducit, q in tanto sibi scelere ignoue-
rit. Non ignouit, mihi crede, nō, nisi forte ignotū putas, q̃d
te iudices dimiserunt excussum, & exhaustū suo iudicio ab
solutum, omniū condēnatū, aut quod oculos, ut opinio illius
religiōis est nō perdidisti. Quis.n. ante te sacra illa uir sciēs
uiderat, aut qs pœnā quæ sequeretur id scelus, scire possit?
an tibi luminis obest cæcitas plusq; libidinis. Ne id quidem
sentis conniuētis illos oculos ab aui tui magis optādos fuis-
se, q̃ os fragrātis sororis. Tibi uero si diligēter attēdes, in-
telliges hominū pœnas deesse adhuc, nō deorū, hoīes te in
re fœdissima defenderunt, homines turpissimum nocentis-

ſumúq; laudarũt, homines propter pecuniã iudicio liberauerũt, hominibus iniuria tui ſtupri illata i ipos dolori nõ fuit, homines tibi arma, alij in me, alij poſt in illũ inuictũ ciuem dederũt, hominũ beneficia prorſus concedo tibi, ac maiora nõ eſſe quærenda, a dijs quidẽ immortalibus, q̃ põt maior eſſe pœna homini furore atq; dementia? niſi forte in tragœdijs, quos uulnere ac dolore corporis cruciari & cõſumi uides, grauiores deorũ immortalium iras ſubire, q̃ illos qui furentes inducũtur putas. Non ſunt iſti ululatus & gemitus Philoctetæ tam miſeri, quanq̃ ſint acerbi, q̃ illa exultatio Athamantis, & quam ſomnium matricidarum. Tu cũ furiales in cõcionibus uoces mittis, cum domos ciuium euertis, cũ lapidibus optimos uiros foro pellis, cũ ardentes faces in uicinorum tecta iactas, cum ædes ſacras inflammas, cum ſeruos cõcitas, cum ſacra ludosq; cõturbas, cum uxorẽ ſororemq; nõ diſcernis, cum quod ineas cubile nõ ſentis, cũ baccharis, cum furis, tum das eas pœnas, quæ ſolæ ſunt hominũ ſceleri a dijs immortalibus conſtitutæ. Nam corporis quidem noſtri infirmitas multos ſubit caſus per ſe. Deniq; ipſum corpus tenuiſſima ſæpe de cauſa conficitur, deorum tela in impiorũ mentibus figuntur, quare miſerior es cũ in omnem fraudẽ raperis oculis, q̃ ſi omnino oculos nõ haberes. Sed quoniam de his omnibus quæ aruſpices omiſſa eſſe dicũt, ſatis eſt dictũ, uideamus quid ijdẽ aruſpices a dijs iã immortalibus dicant moneri. Monẽt ne per optimatium diſcordiam diſſenſionẽq; patribus principibusq; cædes periculáq; creentur auxilioque diminuti deficiantur, quare ad unum imperium pecuniæ redeant, exercitusq; pulſus diminutioq; accedat. Aruſpicum uerba ſunt hæc oĩa, nihil addo de meo. Quis igitur hanc optimatiũ diſcordiam molitur? Idem iſte, nec ulla ui ingenij aut conſilij ſui, ſed quodam errore noſtro, quem quidẽ ille q̃ obſcurus nõ erat, facile per

spexit. Hoc enim etiã turpius afflictatur respu. q̃ ne ab eo quidem uexatur, ut tanquam fortis in pugna uir acceptis à forti aduersario uulneribus aduersis hommes cedere uideãtur. Tyberius Gracchus cõuellit statum ciuitatis, qua graui tate uir? qua eloquẽtia? qua dignitate? nihil ut à patris aui q; Africani præstabili insigniq; uirtute præterquã q̃ à Senatu desciuerat deflexisset. Secutus ẽ. C. Gracch⁹, quo inge nio? quãta ui? quãta grauitate dicẽdi? ut dolerẽt boni omnes nõ illa tãta ornamẽta ad meliorẽ mẽtẽ uolũtatẽq; esse cõuersa. Ipse. L. Saturninus ita fuit effrenatus & pene demẽs, ut auctor esset egregius, & ad animos imperitorũ excitandos inflãmandosq; perfectus. Nã q̃d ego de. P. Sulpicio loquar? cuius tanta in dicendo grauitas, tãta iucunditas, tanta breuitas fuit, ut posset uel ut prudẽtes errarent, uel ut boni minus bene sentirent, perficere dicẽdo, cum his cõflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare. Erat omnino illis, qui tũ rempu. gubernabãt molestũ, sed habebat ea molestia quãdã tamen dignitatẽ. Hic uero de quo ego ipse tã multa nũc dico, proh dij immortales quid est? q̃d ualet? quid affert? ut tanta ciuitas si cadet, quod dij omen obruant, à uiro tamen tali cõfecta uideatur, qui post patris mortẽ primã illam ætatulam suam ad scurrarũ locupletum libidines detulit. Horũ intemperantia expleta in domesticis est germanitatis stupris uolutatus. Deinde iam robustus prouinciæ se ac rei militari dedit, atq; ibi pyratarum contumelias perpessus est, Cilicum libidines barbarorumq; satiauit, post exercitu. L. Luculli sollicitato per nefandum scelus fugit illinc. Romæq; recenti aduentu suo cum propinquis suis decidit, ne reos faceret, à Catilina pecuniam accepit, ut turpissime præuaricaretur. Inde cũ Murena se in Galliam contulit, in qua pueicia mortuorũ testamẽta cõscripsit, pupillos necauit, nefarias cum multis scelerũ pactiones societatesq; cõflauit,

inde ut rediijt quæsturã illam maxime fœcundam uberemq; ea tẽpestate in totum ad se ita redegit, ut hõ popularis fraudaret improbissime populum. Idemq; uir clemens diuisores omnium tribuũ domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. Exorta est illa reipub. sacris religionibus auctoritati nostræ iudicijs publicis funesta quæstura, in qua idẽ iste deos hominesq;, pudorem, pudicitiam, Senatus auctoritatem, ius, fas, leges, iudicia, uiolauit. Atq; hic ei gradus. O misera tẽpora, stultasq; nostras discordias. P. Clodio gradus ad rẽp. hic primus est aditus ad popularem iactationem atq; ascensus. Nam Tyberio Graccho inuidia numantini fœderis, cui feriendo quæstor. C. Mãcini cõsulis cum esset, interfuerat, & in eo fœdere improbando senatus seueritas dolori & timori fuit, istaq; res illum fortem & clarum uirum a grauitate patrũ desciscere coegit. C. autem Gracchũ mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetẽdas domestici sanguinis pœnas excitauit. Saturninũ quod in annonæ caritate quæstorẽ a sua frumentaria procuratiõe senatus amouit, eiq; rei. M. Scaurum præfecit, scimus dolore factũ esse popularem. Sulpicium ab optima causa ꝑfectum. C.q; Thuscio consulatum contra leges petenti resistentem longius q̃ uoluit popularis aura prouexit, fuit in his omnibus causa & si non iusta. Nulla enim potest cuiq; male de repu. merenti iusta esse causa, grauis tamen & cum aliquo animi & iuris dolore coniuncta. P. Clodius, a coma, a mitra, a muliebribus soleis purpureisq; fasceolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis, nisi eum mulieres exornatum ita deprehendissent, nisi ex eo loco quo eum adire fas non fuerat, ancillarũ beneficio emissus esset, populari homine. Po. Ro. respu. ciue tali careret, hanc ob amentiã in discordijs nostris, de quibus ipsis his prodigijs recentibus a dijs immortalibus admonemur, arreptus est unus ex

patricijs, cui tribu. ple. fieri nõ liceret, q̄ anno añ frater Metellus, & concors etiam tum senatus principi. Cn. Pompeio sententiam dicenti excluserat, acerrimeque una uoce ac mẽte restiterat, id post dissidium optimatium, de quo ipso nunc monemur, ita perturbatum itaque permutatũ est, ut q̄ frater consul ne fieret obstiterat, q̄ affinis & sodalis clarissimus uir, qui illum reum non laudarat, excluserat, id is consul efficeret in discordijs principum, qui illi unus inimicissimus eẽ debuerat, & eo fecisse auctore se diceret, cuius auctoritatis neminẽ posset pœnitere iniecta est fax fœda ac luctuosa reipu. petita est auctoritas uestra, grauitas amplissimorum ordinũ, consensio bonorũ omniũ, totus deniq; ciuitatis status. Hæc enim certe petebantur, cũ in me cognitorem harum omniũ rerum illa flamma illorum temporum cõijciebatur, excepi, & pro patria solus exarsi, sic tamẽ ut uos ijsdem ignibus circumsepti me primum ictum pro uobis & fumantem uideretis. Non sedabãtur discordiæ, sed etiã crescebat in eos odiũ, a quibus defendi putabamur. Ecce ijsdẽ auctoribus Pompeio principe, qui cupientem Italiam. Po. Ro. desiderantem flagitantes uos non auctoritate sua solum sed etiam precibus ad meã salutem excitauit restituti sumus, sit discordiarum finis aliquando a diuturnis dissensionibus cõquiescamus. Non finit eadem ista labes, ea facit cõciones, ea miscet, ea turbat, ut sese uendat illis, nec tamen ut se quisq̃ si ab isto laudatus sit laudatum putet, sed ut eos quos non amant, ab eodem gaudeant uituperari. Atq; ego hunc non miror, q̃d.n. faciat? At illos hoĩes sapiẽtissimos grauissimosq; miror primũ q̄ quenq̃ clarũ hominem atq; optime de republi. meritum impurissimi uoce hoĩs uiolari facile patiuntur. Deinde q̄ existimant perditi hoĩs profligatiq; maledictis posse id quod minime cõducit ipsis, cuiusq̃ gloriam dignitatemq; uiolari. Postremo q̄ non sentiunt, id q̃d tñ mihi

iam suspicari uidetur, illius furentis ac uiolēti cōsulis impetus in seipsos posse cōuerti. Atq; ex hac nimia nōnullorum alienatione quibusdā hærētia tela in rep. quæ q; diu hærebant in uno me grauiter equidē, sed aliquāto leuius ferebam. An iste nisi primo se dedisset his, quorū animos a uestra auctoritate seiunctos esse arbitrabamur, nisi eos in cœlū suis laudibus præclarus auctor extolleret, nisi exercitū. C. Cæsaris in quo fallebat, sed eū nemo redarguebat, nisi eū inquā exercitum signis infestis in curiā se missurum minitaretur, nisi Cn. Pom. adiutore. M. Crasso auctore quæ faciebat, facere clamaret, nisi consules cām cōiunxisse secum, in quo uno nō mētiebatur cōfirmaret, tam crudelis[mei, tā sceleratus reipub. uexator esse potuisset. Idē posteaq; respirare uos a metu cædis, emergere auctoritatem uestrā a fluctibus illius seruitutis, reuiuiscere memoriā ac desideriū mei uidit, uobis se cœpit, subito fallacissime uenditare. Tum leges iulias cōtra auspicia latas & hic et in cōcionibus dicere, in quibus legib' inerat curiata illa lex, quæ totū eius tribunatū continebat, quā cæcus amentia nō uidebat, producebat fortissimū uirū. M. Bibulū, quærebat ex eo. C. Cæsare leges ferēte de cœlo semp ne seruasset? semp se ille seruasse dicebat. Augures interrogabat, q̄ ita lata essent recte ne lata essent? illi nullo uitio lata esse dicebāt, ferebāt in oculis hominē quēdā boni uiri & de me optime meriti, sed illius ut ego arbitror furoris ignari, lōgius pcessit in ipsum Cn. Pō. auctorē ut pdicare est solitus cōsiliorū suorū inuehi cœpit, inibat gratiā a nonnullis, tū uero est rat' se posse qm̄ togatū domestici belli extinctorē nefario scelere fœdasset, illū ēt illū externorū bellorū hostiūq; uictorē affligere. Tū est illa in tēplo Castoris scelerata & pene deletrix huius imperij sica deprehēsa, tū ille cui nulla hostiū diutius urbs unq; fuit clausa, q oēs angustias, oēs altitudines, omniū obiecta tela semp ui ac uirtute

perfregit, obsessus ipse est domi, meq; nõnulla imperitorũ uituperatione timiditatis meæ cõsilio & facto suo liberauit nam si Cn. Pom. uiro uni omnium fortissimo quicunque nati sunt, miserrimum magis fuit q̃ turpe, q̃ diu ille Tr. ple. fuit, lucẽ non aspicere, carere publico, minas eius perferre, cũ in concionibus diceret uelle se in carinis ædificare alterã porticũ, quæ palatio respõderet, certe mihi exire domo mea ad priuatũ dolorẽ fuit luctuosum ad rationem Reip. gloriosum. Videtis igitur hominẽ per se ipsum iã pridem afflictũ ac iacentẽ pniciosis optimatiũ discordijs excitari, cuius initia furoris dissensionibus eorum, qui tũ a uobis seiuncti uidebantur, substentata sunt. Reliqua iam præcipitantis tribunatus etiã post tribunatũ obtrectatores eorũ, atq; aduersarij defenderũt, ne a repu. pestis reipu. remoueretur, restiterũt etiam ne meã causam diceret, & iã ne priuatus esset, etiã ne in sinu atq; in delitijs quidam optimi uiri uiperam illam uenenatam ac pestiferam habere potuerunt? Quo tãdem decepti munere? uolo inquiunt esse qui in concione detrahat de Pom. detrahat ille uituperãdo? uelim, si hoc uir summus atq; de mea salute optime merit⁹ accipiat, ut a me dicitur, dicam certe quod sentio, Mihi mediusfidius cum de illius amplissima dignitate detraheret, ornatior quam cum illum maximis laudibus efferret uidebatur. Vtrũ tandẽ. C. Marius splendidior cum eum. C. Glaucia laudabat, an cum eundẽ iratus postea uituperabat? an ille demens & iam pridem ad pœnam exitiumq; præceps fœdior, aut inquinatior in Cn. Põ. accusando, q̃ ĩ uniuerso Senatu uituperãdo fuit. Quod quidẽ miror cum alterum gratum sit iratis, alterum esse tã bonis ciuibus nõ acerbũ. Sed ne id uiros optimos diutius delectet, legant hanc eius concionem, de qua loquor, in qua Pom. ornat, an potius deformat, certe laudat, & unũ esse in hac ciuitate dignũ huius imperij dicit, & signi

ficat se illi amicissimū esse, & reconciliationem esse gratiæ factam. Quod ego quæ quid sit, nescio, tamē hoc statuo hūc si amicus esset Pōpeio, laudaturū illū nō fuisse. Quid enim si illi certe inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? uideant hi qui illū Pompeio inimicum esse gaudebant, ob eamq; cām in tot tantisq; sceleribus cōniuebant, & nōnūq; eius indomitos atq; effrenatos furores plausu etiam suo prosequebantur, q; se cito inuerterit, nunc enim iā laudat illū, in eos inuehitur quibus se antea uenditabat. Quid existimatis eum si reditus ei gratiæ patuerit esse facturū qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepat? quas ego alias optimatium discordias a dijs immortalibus diffiniri putem? Nā hoc quidem uerbo neq; P. Clo. neq; qsq; de gregalibus eius, aut de cōsiliarijs designatur. Habēt ethrusci libri certa nomina, quæ in id genus ciuium cadere possunt, deteriores repulsos, q iam audietis hos appellant, quorū & mentes & res sunt perditæ, lōgeq; a cōmuni salute disiunctæ. Quare cum dij immortales monent de optimatiū discordijs de clarissimorum et optime meritorum ciuiū dissensione prædicunt, cum principibus periculū cædemq; portendunt, in tuto collocant Clodium, qui tantū abest a principibus quātū a puris, qātum a religiosis. Vobis o clarissimi atq; optimi ciues & uestræ saluti cōsulendū & prospiciendum uident aruspices, cædes principum ostenditur, id quod interitū optimatiū sequi necesse est, adiungitur etiam ne in unius imperiū res decidat, admonemur, ad quē metum si deorum monitis non duceremur, tamē ipsi nostro sensu coniecturaq; raperemur. Neq; .n. ullus alius discordiarum solet esse exitus inter claros potentesq; uiros, nisi aut uniuersus interitus, aut uictoris dominatus, aut regnū. Dissensit cū Mario clarissimo ciue cōsul nobilissimus et fortissimus. L. Sylla, horū uterq; ita cecidit uictus, ut uictor idem

regnauerit, cũ Octauio collega Cinna. dissensit utrisq; eorũ secũda fortuna regnum est largita, aduersa mortem. Idẽ iterum Sylla superauit, tum sine dubio habuit regalem ptã tem q̃q; rẽpu. recuperauit, inest hoc tpe haud obscurũ odium atq; id insitũ penitus & inustũ animis hominũ amplissimorũ, dissident principes, captatur occasio, qui nõ tm̃ opibus ualent, nescio quã fortunã, tñ ac tp̃s expectant, qui sine cõtrouersia plus pñt, & fortasse nõnunq̃ cõsilia ac sententias inimicorũ suorũ extimescũt. Tollatur e ciuitate discordia, iã oẽs isti qui portẽdũtur metus extinguent̃. Iã ista serpens quæ tũ hic delitescit, tũ se emergit & fertur illuc, cõpressa atq; illisa morietur, Monẽt. n. ĩdẽ ne occultis cõsiliis respu. lædatur, quæ sunt occultiora q̃ eius qui in cõcione ausus est dicere, iusticiũ oportere edici, iurisditionẽ ĩtermitti, claudi ærariũ, iudicia tolli, nisi forte existimatis hãc tantam colluuionẽ illi tãtãq; euersionẽ ciuitatis in mẽtem subito in rostris, nec cogitanti uenire potuisse. Est quidem ille plenus uini, stupri, somni, plenusq; incõsideratissimæ ac demẽtissimæ temeritatis. Verũtamẽ uigiliis nocturnis & coactione hominũ iustitiũ illud cõceptũ atq; meditatũ est. Memẽtote. P.C. uerbo illo nefario tentatas aures uestras, & perniciosam uiã audendi consuetudine esse munitã. Sequitur illud ne deterioribus repulsisq; honos augeatur. Repulsos uideamus, nã deteriores qui sint, post docebo, sed tñ in eũ cadere hoc uerbum maxime, qui sit unus omniũ mortaliũ sine ulla dubitatione deterrimus cõcedẽdũ est, qui sunt igitur repulsi? Non ut opinor hi qui aliq̃n honorẽ uicio ciuitatis nõ suo non sunt assecuti. Nã id quidem multis sæpe optimis ciuib⁹ atq; honestissimis uiris accidit, repulsi sunt hi, quos ad oĩa progredientes, quos munera contra leges gladiatoria parãtes, quos apertissime largientes, non solum alieni, sed etiam sui uicini tribules urbani rustici reppulerunt, hi ne honore

augeãtur, monemur. Debet esse gratũ, qđ prædicũt, sed tñ huic malo Po. R. ipse nullo aruspicũ monitu sua sponte prospexit, deteriores cauete, quorũ quidẽ est magna natio, sed tñ eorũ oĩm hic dux est atq; princeps. Etenim si unũ hoiem deterrimũ poeta præstãti aliquis ingenio fictis cõquisitisq; uitijs deformatũ uellet inducere, nullũ profecto dedecus reperire posset, quod in hoc nõ inesset, multaq; in eo penitus defixa atq; hærentia præteriret, parentibus & dijs immortalibus & patriæ nos primum natura conciliat. Eodẽ enim tempore & suscipimur ĩ lucem, & hoc cœlesti spiritu augemur, & certam in sedem ciuitatis ac libertatis ascribimur. Iste parentũ nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit, deorum ignes, solemnes mensas, abditos ac penetrales focos, occulta & maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit, idẽq; earum templũ inflãmauit dearũ, quarũ ope ẽt alijs incendijs subuenitur. Quid de patria loquar? qui primũ eũ ciuem ui, ferro, periculis, urbe, oĩbus patriæ præsidijs depulit, quem uos patriæ cõseruatorem esse sæpissime iudicaueritis. Deinde euerso senatu, ut ego semper dixi, duce, comite, ut ille dicebat Senatũ ipsum principem salutis mẽtisq; publicæ ui, cæde, incendijsq; peruertit. Sustulit duas leges Heliam & Fusiam maxime Reip. salutares, censuram extinxit, intercessionẽ remouit, auspicia deleuit, cõsules sceleris sui socios ærario, prouincijs, exercitu armauit. Reges q̃ erant, uendidit, qui non erant, appellauit. Cn. Pom. ui, ferro domum cõpulit, imperatorũ monumenta euertit, inimicorũ domos disturbauit, nostris monumẽtis nomẽ suũ inscripsit, infinita sunt scelera, q̃ ab illo in patriã sunt edita, quæ in singulos ciues quos necauit, socios quos diripuit, imperatores quos ꝓdidit, exercitus quos tentauit. Quæ uero & quãta sunt, quæ in seipsum scelera, quæ in suos edidit? quis minus unq̃

pepercit hostiũ castris, q̃ ille omnib⁹ corporis sui partibus? Quæ nauis unq̃ in flumine publico tã uulgata omnibus, q̃ istius ætas fuit? Quis unq̃ nepos tã liber est cũ scortis, q̃ hic cũ sororibus uolutatus? Quam deniq; tam immanẽ Charibdim poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tan tos exhaurire gurgites posset, quãtas iste Byzantiorũ Brogitarorũq; prædas exorbuit? aut tam eminentibus canibus Scyllam tãq; ieiunis, q̃ q̃bus istũ uidetis Gellijs, Clodijs, Titijs rostra ipsa mandentẽ? Quare id quod extremũ est in aruspicũ responsis, puidete, ne Reipu. status cõmutetur. Etē n. uix hæc si undiq; fulciamus, iam labefacta, uix inquã innixa in oĩm nostrũ humeris cohærebunt. Fuit quondã ita firma hæc ciuitas & ualens, ut negligẽtiam Senatus uel ẽt iniurias ciuiũ ferre posset. Iã non potest, ærariũ nullum est. Vectigalibus non fruũtur, qui redemerũt, auctoritas principum cecidit, consensus ordinũ est diuulsus, iudicia perierunt, suffragia districta tenentur a paucis bonorũ animus ad nutũ nostri ordinis expeditus iam nõ erit, ciuem qui se pro patriæ salute opponat inuidiæ, frustra posthac requiretis. Quare hunc statum qui nunc est, qualiscunq; est, nullæ alia re nisi concordia retinere possumus. Nam ut meliore simus loco, ne optandũ q̃dẽ est illo impunito, deteriore autẽ statu ut simus, unus est inferior gradus aut interitus, aut seruitutis, quo ne trudamur, dij imortales nos admonent, q̃m iam pridẽ hũana consilia ceciderũt. Atq; ego hanc orationẽ. P. Con. tã tristẽ, tã graue nõ suscepissem, non inquã, nisi hanc personã et has ptes honoribus. P. R. uestris plurimis ornamẽtis mihi tributis deberẽ et possem sustinere, sed tñ facile tacentibus cæteris reticuissem. Sed hæc oratio oĩs fuit nõ auctoritatis meæ, sed publicæ religiõis mea fuerũt uerba fortasse plura, sentẽtiæ quidẽ oẽs aruspicũ, ad quos, aut referri nũciata ostẽta nõ cõuenit, aut eorũ rñsis commo

ueri necesse est. Quod si cætera magis peruulgata nos sæpe & leuiora mouerunt, uox ipsa deorũ immortaliũ non mẽtes oĩm permouebit? Nolite.n. id putare accidere posse, qđ in fabulis sæpe uidetis fieri, ut deus aliquis elapsus e cœlo cœtus hominum adeat, uersetur in terris, cũ hominibus loquatur. Cogitate genus sonitus eius quem lauinienses nũciarunt. Recordamini illud ẽt quod nondũ est relatũ, quod eodẽ fere tp̃e factus in agro piceno potentiæ nũciatur, terræmotus horribilis cũ quibusdã multis metuẽdisq́ rebus, hæc eadẽ profecto quæ futura prospicimus ĩpendẽtia ꝑtimescetis. Et.n. hæc deorũ immortaliũ uox, hæc pene orõ iudicãda est, cũ ipse mundus cũ agri terræmotu quodã nouo contremiscũt, & inusitato aliq̃d sono ĩcredibiliq́ p̃dicũt, ĩ quo constituẽdæ nobis sunt quidẽ procurationes & obsecratio, quemadmodũ monemur. Sed faciles sunt preces apud eos qui ultro nobis uiam salutis ostendunt. Nostræ nobis sunt inter nos iræ discordiæq́ placandæ.

M.T.C. DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS IN PISONEM ET GABINIVM ORATIO.

SI QVIS VESTRVM.P.C. EXPEctat quas sim prouincias decreturus, consideret ipse secũ qui mihi homines ex prouincijs potissimũ detrahendi sint, nõ dubitabit quid me sentire conueniat, cum qđ me sentire necesse sit, cogitarit, ac si princeps eam sententiã dicerẽ, laudaretis ꝓfecto, si solus, certe ignosceretis? etiã si paulominus utilis uobis sententia uideretur, ueniã tñ aliquã dolori meo tribueretis. Nunc uero.P.C. nõ parua afficior uoluptate, uel q̃ hoc maxime reipu. conducit, Syriã Macedoniamq́ decerni, ut dolor meus nihil a cõi utilitate dissentiat, uel q̃ habeo auctorem.P. Ser

uiliũ, qui ante me sententiam dixit uirũ clarissimũ, et cũ in uniuersam remp. tũ ẽt erga meã salutẽ fide ac beniuolẽtia singulari. Quod si ille & paulo ante & quotienscunq; ei locus dicendi ac ptãs fuit Gabiniũ & Pisonẽ duo reip. portenta ac pene funera cũ propter alias causas, tũ maxime ꝑpter illd' insigne scelus eorũ, & importunã in me crudelitatẽ, non solũ sententia sua, sed ẽt uerborũ grauitate esse notandos putauit, quonã me aĩo esse oportet in eos, cuius illi salutem pro pignore tradiderũt ad expiãdas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda nõ parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiã. Quo aĩo unusquisq; uestrũ debet esse in illos hoc ero, præcipuum & proprium sensum doloris mei, quem tñ uos cõem semper uobis mecũ esse duxistis, a sententia dicenda amouebo, ad ulciscendi tẽpora reseruabo. Quatuor sunt ꝓuinciæ. P.C. de quibus adhuc intelligo sñias esse dictas. Galliæ duæ, quas hoc tẽpore uno ĩperio uidemus esse coniũctas, & Syria & Macedonia, quas uobis inuitis & oppssis pestiferi illi cõsules pro euersæ reip. præmijs occupauerũt, decernẽdæ uobis sũt lege sempronia duæ. Quid est ꝙ possimus de Syria Macedoniaq; dubitare? Mitto ꝙ eas ita partas habẽt hi ꝗ nunc obtinẽt, ut nõ ãte attigerint ꝗ̃ hũc ordinẽ cõdemnarint, ꝗ̃ auctoritatem uestrã e ciuitate exterminarint, ꝗ̃ fidem publicã, ꝗ̃ perpetuã Po. Ro. salutem, ꝗ̃ me ac meos oẽs fœdissime crudelissimeq; uexarint. Omnia illa domestica atq; urbana omitto, quæ tãta sunt, ut nunquã Hannibal huic urbi tantũ mali optarit, quantũ illi effecerint. ad ipsas uenio prouincias, quarũ Macedonia, quæ erat antea munita plurimorũ imperatorum non turribus, sed trophæis, quæ multis uictorijs erat iam diu triumphisque pacata, sic a barbaris quibus est propter auaritiã pax erepta uexatur, ut Thessalonicenses positi in gremio imperij nostri relinquere oppidum, & arcem munire cogã

tur,ut uia illa nostra, quæ per Macedoniā est usq; ad hellespontū militaris, non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed etiā castris thraciis distincta ac notata. Ita gentes hæ quæ ut pace uterētur, uim argenteam dederant præclaro īperatori nostro, ut exhaustas domos replere possent, pro empta pace bellum nobis prope iustū intulerūt. Iam uero exercitus noster illo superbissimo delectu & durissima cōquisitione collectus oīs interiit. Magno hoc dico cum dolore, miserandū in modū milites .Po.R. capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, uastitate cōsumpti, ut quod est indignissimum scelus is imperator in pœnam exercitus expetitus esse uideatur. Atq; hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, barbariaq; compressa pacatam ipsam per se & quietam tenui præsidio atq; exigua manu etiam sine imperio per legatos nomine ipso popu. Romā.tuebamur, quæ nunc cōsulari imperio atq; exercitu ita uexata est, ut uix se possit diuturna pace recreare. Cū interea quis uestrum hoc non audiuit? quis ignorat? Achæos ingentem pecuniam pendere. L. Pisoni, quotannis uectigal, ac portorium dirrachinorum totum in huius unius quæstum esse conuersum? Vrbem Byzantiorum uobis atque huic imperio fidelissimam hostilem ī modum esse uexatam? Quo ille posteaq̄; nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla uia miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit, his præposuit quos putauit diligentissimos fore satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges Senatusq;consultum, cædes relinquo, libidines prætereo quarum acerbissimum extat iudicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & pene ad iustum imperii nostri odiū, q᷑ constat nobilissimas uirgines se in puteos abiecisse, & morte uoluntaria necessariā turpitudinē depulisse. Nec hæc iccirco omit

to, q̄ nō grauissima sint, sed quia nūc sine teste dico. Ipsam uero urbem Byzantiorū fuisse refertissimā atq; ornatissimam signis quis ignorat? quæ illi exhausti sumptibus bellisq; maximis cum mithridaticos impetus totūq; pontū armatum efferuescentē in Asiam, atq; erūpentem ægre repulsum, & ceruicibus interclusum suis sustinerēt. Tum inquā. Byzantij, & postea signa illa & reliqua urbis ornamēta sanctissime custodita tenuerūt, te imperatore infœlicissimo & teterrimo Cesonine caluenti ciuitas libera, & proximis suis beneficijs a Senatu, et a Po. Roma. liberata, sic spoliata atq; nudata est, ut nisi. C. Virginius legatus uir fortis & innocēs interuenisset, unū signū Byzātij ex maximo numero nullū haberent. Quod fanū in achaia, q̄ locus aut lucus in græcia tota tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrū, ullum ornamentum reliquū sit? Emisti a fœdissimo Tri. pl. tū in illo naufragio huius urbis cū tu idem qui gubernare debueras, euerteres, tu inquam emisti grandi pecunia, ut tibi de pecunijs creditis dicere liceret ius in liberos populos contra Senatuscōsulta, & contra legem generi tui. Id emptum ita uendidisti, ut aut ius non diceres, aut bonos ciues Roma. euerteres. Quorum ego nihil dico nunc. P. C. hominem ipsum relinquo, de prouincijs disputabo. Itaq; oīa illa quæ & sæpe audistis, & tenetis animis etiam si non audiatis prætermitto. Nihil de hac eius urbana quā ille præsens in oculis uestris mētibusq; defixit, audacia loquor, nihil de superbia, nihil de contumelia, nihil de crudelitate disputo, latent libidines eius illæ tenebricosæ, quas frōte & supercilio, nō pudore & tēperantia contegebat, de prouincia q̄d agitur id disputo. Huic uos non successorem mittetis? Hūc diutius manere patiemini? cuius ut prouinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate certauit, ut nemo posset utrū deterior an infœlicior esset iudicare. An uero ī Syria diutius

est Semiramis illa retinēda, cuius iter in prouiciā fuit eiusmodi, ut rex Ariobarzanes consulem uestrū ad cædem faciendam tanquam aliquem Thracem cōduceret. Deinde aduentus in Syriam primus equitatus habuit interitum, post concisæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarū cum tyrannis decisiones, direptiōes, latrocinia, cædes, cum palam Po. Ro. imperator instructo exercitu dextram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi empta & emēda eē clamaret. Iā uero publicanos miseros, me etiā miserū illorum, ita de me meritorū miserijs ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & syris nationibus natis seruituti, statuit ab initio & in eo perseuerauit ius publicano non dicere, pactiones sine ulla iniuria factas rescidit, custodias sustulit, uectigales multos ac stipendiarios liberauit, quo in oppido ipse esset, aut quo ueniret, ibi publicanū aut publicani seruū esse uetuit. Quid multa, crudelis haberetur, si in hostē aīo fuisset eo, quo fuit ī ciues Ro. eius ordinis præsertim q̄ est semꝑ dignitate sua benignitate magistratus sustētatus. Itaq; P. Cōs. uidetis nō temeritate redēptiōis aut negocij gerendi inscitia, sed auaritia, superbia, crudelitate Gabinij pene afflictos iam atq; euersos publicanos, q̄bus q̄dē uos in his angustijs ærarij tñ subueniatis necesse est, & si iam multis nō potestis, qui propter illū hostē Senatus inimicissimū ordinis equestris, bonorumq; oīm non solum bona, sed etiam honestatē miseri perdiderūt, quos nō parsimonia, nō cōtinentia, non uirtus, non labor, non splēdor tueri potuit contra illius helluonis & prædonis audaciā. Quid qui se etiā nunc subsidijs patrimonij, aut amicorū liberalitate sustentāt, hos perire patiemur? An si qui frui publico nō potuit per hostē, hic tegitur ipsa lege censoria, quē his frui non sinit, qui est, etiam si non appellatur, hostis, huic ferri

auxilium

auxiliũ nõ oportet? Retinete igitur in prouincia diutius eũ, qui de socijs cũ hostibus, de ciuibus cum socijs faciat pactiones. Qui hoc etiã si pluris esse ꝙ collegam putet, quod ille uos tristitia uultuq; deceperit, ipse nunꝙ; se minus ꝙ erat, nequam esse simularit. Piso aũt alio quodãmodo gloriatur se breui tempore perfecisse, ne Gabinius unus omniũ nequissimus existimaretur, hos uos de prouincijs si non aliquãdo deducẽdi essent, diripiendos nõ putaretis? & has publicas pestes sociorum, militũ clades, publicanorũ ruinas, prouinciarum uastitates, imperij maculas teneretis? At ijdem uos anno superiore hos eosdem reuocabatis, cũ in prouincias iã peruenissent, quo tempore si liberũ uestrum iudicium fuisset, nec totiens dilata res, nec ad extremum e manibus erepta esset, restituissetis id quod cupiebatis, uestram auctoritatem, his per quos erat amissa reuocatis, his ipsis præmijs extortis quæ erant pro scelere, atq; euersione patriæ consecuti. Qua pœna si tum alienis opibus non suis inuitissimis uobis euolarunt, at aliam multo maiorem grauioremq; subierunt. Quæ enim homini in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicij timor est, grauior pœna accidere potuit, ꝙ non credi litteris his, q̃ rẽ bene gestam in bello nunciarent? Hoc statuit Senatus cũ frequens supplicationẽ Gabinio denegauit, primũ homini sceleribus, flagitijs contaminatissimo nihil esse credendum. Deinde a proditore, atq; eo quem præsentem hostem reip. cognosset bene rem geri nõ potuisse Postremo ne deos quidem immortales uelle aperiri sua templa, & sibi supplicari hominis impurissimi & sceleratissimi nomine. Itaq; ille alter, aut ipse est hõ doctus, & a suis græcis subtilius eruditus qbuscũ iã in exedra helluatur, antea post siparium solebat, aut amicos habet prudẽtiores, ꝙ Gabinius, cuius nullæ litteræ perferuntur, hosce igitur imperatores habebimus, quorum alter non audet nos certiores

facere, ne imperator appelletur. Alterum si tabellarij non cessarint, necesse est paucis diebus pœniteat audere, cuius amici si qui sunt, aut si belluæ tam immani tamq; tetræ possunt ulli esse amici, hac cōsolatione utuntur etiam. T. Albutio supplicationem hunc ordinem denegasse. Quod est primū dissimile Res in Sardinia cū mastrucatis latrunculis a proprætore una cohorte auxiliaria gesta, & bellum cū maximis Syriæ gentibus tyrannis consulari exercitu imperioq; cōfectum. Deinde quod Albutius a Senatu petebat ipse sibi in Sardinia ante decreuerat. Constabat enim græcum hominem ac leuem in ipsa prouincia quasi triumphasse. Itaq; hanc eius temeritatem senatus supplicatiōe denegata notauit. Sed fruatur sane hoc solatio, atq; hanc insignem ignominiam, quoniā nemini præter se iniusta est, putet esse leuiorem, dummodo cuius exemplo se consolatur, eius exitum expectet præsertim cū in Albutio, nec Pisonis libidines, nec audacia Gabinij fuerit. Hac tamē una plaga cōciderit ignominia senatus. At qui duas Gallias decernit cōsulibus duobus, hos retinet ambos, qui autem & alteram Galliam, & aut Syriam, aut Macedoniam, tamen alterum retinet, et in utriusq; pari scelere disparem cōditionem facit. Faciā inquit illas prætorias, ut Pisoni & Gabinio succedat̄ statim, si hic sinat, tū enī tribunus intercedere poterit. Nunc non potest. Itaq; ego idem qui nunc cōsulibus, his qui designati erunt Syriam Macedoniamq; decerno, decernā easdē prætorias, ut & prætores annuas prouincias habeant, & eos quāprimum uideamus, quos animo æquo uidere nō possumus. Sed mihi credite nunquā succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de prouincijs nō licebit. itaq; hoc tempore amisso annus est integer uobis expectādus, quo interiecto ciuiū calamitas, sociorū erūna, sceleratissimorū hominū impunitas propagatur. Quod si essent illi optimi uiri,

tamen ego mea sententia. C. Cæsari succedendum nōdū pu‑tarem. qua de re dicā. P. Cōs. quod sentio, atq; illā interpel‑lationem mei familiarissimi, qua pauloante interrupta est oratio mea, nō pertimescā. Negat me uir optimus inimicio‑rem Gabinio debere esse ꝙ Cæsari, omnē.n. illam tempesta‑tem cui cessérim Cæsare impulsore atq; adiutore esse excita‑tam, cui si primū sic respōdeam, me cōmunis utilitatis habe‑re rōnē nō doloris mei, possīs ne ꝓbare? cū id me facere dicā, qđ exēplo fortissimorū et clarissimorum ciuiū facere possum. An Tyberius Gracchus patrē dico, cui' utinā filij nō dege‑nerassent a grauitate paterna, tantam laudē est adeptus? ꝙ Tri. ple. solus ex toto illo collegio. L. Scipioni auxilio fuit ini‑micissimus & ipsius & fratris eius Africani, iurauitq; in cōcione se i gratiā nō rediysse, sed alienū sibi uideri a digni‑tate imperij, quo duces essent hostium Scipione triumphan‑te ducti, eodē ipsum duci, qui triūphasset. Quis plenior ini‑micorū fuit. C. Mario? L. Crassus. M. Scaurus alijue inimi‑ci omnes Metelli? at hi nō modo illū inimicū ex gallia sentē‑tijs suis nō detrahebāt, sed & ꝓpter rōnē gallici belli, pro‑uinciam extra ordinem decernebāt, bellū in gallia maximū gestum est, domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes, sed nō‑dum legibus, nōdum iure certo, nōdum satis firma pace de‑uictæ, bellum affectum uidemus & uere ut dicam pene con‑fectum, sed ita ut si idem extrema persequitur, qui inchoa‑uit, iam omnia perfecta uideamus, si succeditur, periculum sit ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audia‑mus. Ergo ego Senator inimicus, si ita uultis homini ami‑cus esse, ut semꝑ fui, Reipu. debeo. Quid si ipsas inimicitias depono reip. causa? quis me tandem iure reprehendat? præ‑sertim cū ego omniū meorū consiliorum, atq; factorum exē‑pla semper ex summorū hominum factis mihi censuerim pe‑

tenda. An uero. M. Ille Lepidus, qui bis consul, & pontifex maximus fuit, nō solū memoria & testimonio, sed etiā annaliū litteris, & summi poetæ uoce laudatus est. Quod cū M. Fuluio collega quo die cēsor est factus hoie inimicissimo in campo statim rediit in gratiā, ut cōmune officiū censuræ cōmuni animo ac uoluntate defenderent. Atq; ut uetera quæ sunt innumerabilia mittā, tuus pater Philippe nōne uno tēpore cū suis inimicissimis rediit in gratiā? qb⁹ cū oib⁹ eadē respu. recōciliauit, quæ alienarat. Multa prætereo, qꝑ intueor coram hæc lumina atq; ornamenta reipu. P. Seruiliū, & M. Lucullum. Vtinā etiā L. Lucullus ille uiueret, quæ fuerunt inimicitiæ grauiores in ciuitate, q̄ȝ Lucullorum, atq; Seruiliorum? quas in uiris fortissimis, non solum extinxit reipu. dignitasq; & ipsorum, sed etiam quandoq; ad amicitiam cōsuetudinemq; traduxit. Quid. Q. Metellus nepos? nonne consul in templo Iouis optimi maximi permotus tum auctoritate uestra, tum illius. P. Seruilii incredibili grauitate dicendi, absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam? An ego huic possum esse inimicus, cuius litteris, fama, nunciis celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gētium, nationum, locorum. Ardeo mihi credite. P.C. id quod uosmet de me existimatis, & facitis ipsi incredibili quodam amore patriæ qui me amor & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatiōe capitis, & rursum cum omnia tela undique esse intenta in patriam uiderem subire coegit, atque excipere unum ꝑ uniuersis, hic me meus in rempub. animus pristinus ac perennis cum. C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quid uolent denique homines existimēt, nemini ego possum esse homini bene merenti de Republi. non amicus, & enim si his qui omnia hæc fiamma ac ferro delere uoluerunt, non inimicitias solum sed etiam bellum indixi atq; intuli, cū partim mihi

illorum familiares, partim etiam me defendente capitis iu-
diciis essent liberati, cur eadem respubli. quæ me in amicos
inflammare potuit, inimicis placare non possit? Quod mihi
odium cum Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriæ ciuem fo-
re putabam, qui turpissima libidine incensus duas res san-
ctissimas religionem & pudicitiã uno scelere uiolasset. Nõ
est igitur dubiũ ex his rebus quas is egit agitque quotidie,
quin ego in illo oppugnando Reipu. plusquam ocio meo, nõ
nulli in eodem defendendo suo plus ocio quàm cõmuni prospe-
xerũt. Ego me a. C. Cæsare in rep. dissensisse fateor, & sen-
sisse uobiscum. Sed nunc hisdem uobis assentior cũ quibus
antea sentiebam. Vos enim ad quos litteras. L. Piso de suis
rebus non audet mittere, qui Gabinij litteras insigni qua-
dam nota atque ignominia noua condemnastis, Cæsari sup-
plicationes decreuistis numero ut nemini ullo ex bello, ho-
norem ut nemini omnino. Cur igitur expectem hominẽ ali-
quem qui me cum illo in gratiam reducat. Reduxit ordo am
plissimus & ordo is qui est & publici consilij & meorum
omnium consiliorum auctor & princeps. Vos sequor. P. C.
uobis obtempero, uobis assentior, qui quàmdiu. C. Cæsaris consi-
lia in repu. non maxime diligebatis, me quoque cum illo mi-
nus coniunctum uidebatis, posteaquàm rebus gestis mẽtes ue-
stras uoluntatesque mutastis, me nõ solum comitem esse sen-
tentiæ uestræ, sed etiam laudatorem uidistis. Sed quid est quod
in hac cã maxime homines admirentur, & reprehendãt me
um consilium, cũ ego idẽ antea multa decreuerim, quæ ma-
gis ad hominis dignitatem quàm ad reipu. necessitatem uel uti
litatem pertinerẽt? Supplicationem. xv. dierũ sententia mea
decreui, reip. satis erat tot dierum quot. C. Mario, non erat
exigua eadẽ dijs immortalibus gratulatio, quæ ex maximis
bellis. Ergo ille cumulus dierũ hominis est dignitati tribu-
tus, in quo ego quo consule referente primũ decem dierũ est

supplicatio decreta. Cn. Pompeio Mithridate interfecto, cōfectoq; mithridatico bello, & cuius sentētia primum duplicata est supplicatio consularis. Mihi enim estis assensi cum eiusdem Cn. Pom. litteris recitatis confectis omnibus maritimis terrestribusq; bellis supplicationē dierū. xij. decreuistis. Sū Cn. Pō. uirtutē, & animi magnitudinem admiratus, ꝙ cū ipse cæteris oībus esset oī honore antelat⁹, ampliorem honorē alteri tribuebat, q̄ ipse erat cōsecutus. Ergo in illa supplicatiōe quā ego decreui, res ipsa tributa ē dijs immortalibus & maiorū institutis, et utilitati reip. Sed dignitas uerborū, honos & nouitas & numerus dierū Cæsaris ipsius, & laudi, & gloriæ cōcessus ē. Relatū est ad uos nuꝑ de stipendio exercitus, nō decreui solū, sed etiā ut uos decerneretis laboraui, multa dissentiētib⁹ respōdi, scribēdo affui, tū quoq; hoī plus tribui, q̄ nescio cui necessitati. Illū eñ arbitrabar etiā sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitum præda ante parta & bellū cōficere posse. Sed decus illud & ornamētū triūphi minuēdū nostra parsimonia nō putaui. Actū est de decem legatis, quos alij omnino nō dabant, alij exempla quærebant, alij tempus differebant, alij sine ullis uerborū ornamētis dabāt. In ea quoq; re sic sum locutus, ut oēs intelligerēt me id qđ Reip. causa sentirē, facere uberius ꝓpter ipsius Cæsaris dignitatē. At ego idē nunc in prouinciis decernēdis, q̄ illas oēs res egi silētio interpellor, cū superioribus causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud nisi ratio belli, nisi summa utilitas reip. moueat, nam ipse Cæsar qđ est cur in ꝓuincia cōmorari uelit? nisi ut ea quæ ꝑ eū affecta sunt, ꝑfecta Reip. tradat? Amœnitas eum credo locorū, urbiū pulchritudo, hominū nationūq; illarum humanitas, & lepos, uictoriæ cupiditas, finium imperij nostri ꝓpagatio retinet. Quid illis terris asperi⁹? Quid porro tot uictorijs præstabilius? Quid oceano longius inue-

niri potest? An reditus in patriã habet aliquã offensionem. Vtrum apud populũ a quo missus est? an apud Senatum a quo ornatus est? An dies auget eius desiderium? An magis obliuionem? An laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo uiriditatem? Quare si qui hominem nõ diligunt, nihil est ꝙ eum de prouincia deuocent, ad gloriã deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populi charitatẽ. Sed si ille hac tam eximia fortuna propter utilitatem reip. frui non properat, ut omnia illa conficiat, quid ego senator facere debeo? quem etiam si ille aliud uellet, Reipub. cõsulere oporteret. Ego uero sic intelligo. P. C. uos hoc tempore in prouincijs decernendis perpetuæ pacis habere oportere rationem. Nam quis hoc non sentit omnia alia esse nobis uacua ab omni periculo, atq; etiã ab omni suspitione belli? Iam diu mare uidemus illud immensum, cuius feruore non solũ maritimi cursus, sed urbes etiã & uiæ militares iam tenebãtur, uirtute. Cn. Põ. sic a Po. Ro. ab oceano usq; ad ultimum pontum, tanq̃; unum aliquem portũ tutũ & clausum teneri, nationesq; eas quæ numero hominũ ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redũdare, ita ab eodem esse partim recisas partim repressas, ut Asia quæ imperiũ antea nostrum terminabat, nũc tribus nouis prouincijs ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni hostiũ genere dicere. Nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, ut uix extet, aut ita domita, ut quiescat, aut ita pacata, ut uictoria nostra imperioq; lætet. Bellũ Gallicũ. P. C. Cæsare imperatore gestum est antea tantummõ repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutãdas poti⁹ bello q̃; lacessendas putauerũt. Ipse ille. C. Marius cuius eximia atq; diuina uirt⁹ magnis Pop. Ro. luctib⁹ funeribusq; subuenit, influentis in Italiam gallorũ maximas copias repressit, non ipse ad corũ

urbes sedesq; penetrauit, modo ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius. C. Pontinius fortissimus uir ortum repente bellum Allobrogũ, atq; hac scelerata coniuratione excitatum prælijs fregit, eosq; domuit qui lacessierant, & ea uictoria contentus repub. metu liberata quieuit. C. Cæsaris longe aliã uideo fuisse rationẽ. Nõ enim sibi solũ cum his, quos iam armatos esse cõtra Po. Ro. uidebat bellandum esse duxit, sed totam galliam in nostrã ditionem esse redigẽdam. Itaque cũ acerrimis nationibus, & maximis germanorũ, et Heluetiorum prælijs fœlicissime decertauit, cæteras cõtriuit, compulit, domuit. Imperio Po. Roma. parere assuefecit, atq; religiones quasq; gentes nullæ nobis antea litteræ, nulla uox, nulla fama notas fecerat, has noster imperator nosterq; exercitus, & Po. Ro. arma peragrarũt. Semitam tantũ Galliæ tenebamus antea. P. Con. cæteræ partes a gentibus, aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certe immanibus & barbaris & bellicosis tenebantur. Quas nationes nemo unq̃ fuit qui non frangi domariq; cuperet. Nemo sapienter de rep. nostra cogitauit iã inde a principio huius imperij, quin Galliã maxime timẽdam huic imperio putaret, sed propter uim ac multitudinẽ gentium illarũ nũquam est antea cum omnibus dimicatum. Restitimus semper lacessiti, nũc deniq; est perfectũ, ut imperiũ nostri terrarumq; illarũ idẽ esset extremũ. Alpibus Italiam munierat ante natura non sine aliquo numine diuino. Nã si ille aditꝰ gallorũ immanitati multitudiniq; patuisset, nũq̃ hæc urbs summo imperio domiciliũ ac sedẽ præbuisset. Quæ iam licet cõsidant, nihil est enim ultra illã altitudinẽ munitum usq; ad oceanum, qđ sit Italiæ pertimescendum. Sed tamẽ una atque altera ætas uel metu, uel spe, uel pœna, uel præmijs, uel armis, uel legibus potest totã Galliã sempiternis uinculis astringere. Impositæ uero res & acerbæ

si erunt relictæ, quãq; sunt abscisæ tamẽ efferent se aliquã do, & ad renouandũ bellũ reuirescent. Quare sit in eius tutela Gallia, cui⁹ uirtuti, fidei, fœlicitati cõmẽdata est. Et. n. si ille fortunæ muneribus amplissimis ornatus sæpius eius deæ periculum facere nollet, si in patriã, si ad eos penates, si ad eam dignitatem, quã in ciuitate sibi propositam uidet, si ad iucundissimos liberos, si ad clarissimũ generum redire properaret, si in capitoliũ inuehi uictor cũ illa insigni laude laurea gestiret, si denique timeret casum aliquem, q illi tantũ addere iam nõ potest, q̃tũ auferre, uos tamen oporteret ab eodem illa omnia a quo profligata sunt, cõfici uelle. Cũ uero ille suæ gloriæ iam pridem, reipu. nõdũ satisfecerit, & malit tamen tardius ad suorũ laborũ fructus peruenire, q̃ non explere susceptũ Reipu. munus, nec imperatorem incẽsum ad Remp. bene gerendam reuocare, nec totam gallici belli rationem prope iam explicatã perturbare atq; impedire debemus. Nam illæ sententiæ uirorũ clarissimorũ minime probãdæ sunt, quorũ alter ulteriorem galliã decernit cum Syria, alter citeriorem. Qui ulteriorem omnia illa de quibus disserui pauloante, perturbat. Simul ostẽdit eam se scire legẽ, quam esse legem neget, & quæ pars prouinciæ sit, cui non possit intercedi hanc se auellere, quæ defensorem habeat, nõ tãgere, simul & illud facit, ut quod illi a populo datum sit, id nõ uiolet, quod Senatus dederit, id senator properet auferre. Alter belli Gallici rationẽ habet, fungitũ officio boni senatoris, legem quam nõ putat eam quoq; seruat, præfinit enim successori diem, qui mihi nihil uidetur minus a dignitate disciplinaque maiorum dissidere, q̃ ut qui consul. Kalen. Ianua. habere prouinciam debet, is eam desponsam non decretam habere uideatur, fuerit toto in cõsulatu sine prouincia, cui fuerit antequam designatus consul esset, prouincia decreta sortietur an non? Nam & non sortiri absurdum

est. Et qđ sortitus sis, nō habere, pficiscet paludatus, quo ꝙ ante certam diem peruenire nō licebit, Ianuario, Februario prouinciam nō habebit Kalen. ei denīq; Martij nascetur repente prouincia, attamē his sententijs Piso in prouincia permanebit. Quae cū grauia sint, tum nihil grauius illo qđ mulctari imperatorē diminutiōe prouinciae contumeliosum est, neq; solū summo in uiro, sed etiam in mediocri homine ne accidat prouidēdum. Ego uos intelligo. P. Conf. multos decreuisse honores eximios. C. Caesari, & ppe singulares, ꝙ ita meritus erat, gratis etiam ut ꝗ; coniunctissimus huic ordini esset, sapientes ac diuini fuistis. Neminem unquam est hic ordo complexus honoribus & beneficijs suis, qui ullam dignitatē praestabiliorem ea quā per uos esset adeptus, putarit. Nemo unquam hic potuit esse princeps, qui malue rit esse popularis. Sed homines aut propter dignitatē suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationē ab huius ordinis coniūctione depulsi, saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt, qui si ex illa iactatiōe cursuq; populari bene gesta repu. referunt aspectum in curiam, atq; huic amplissimae dignitati commendati esse uolunt, non modo non repellendi sunt, uerumetiam expetendi. Monemur a fortissimo uiro atque optimo post hominum memoriam consule, ut prouideamus ne citerior Gallia nobis inuitis alicui decernatur, post eos consules q nunc erūt designati perpetuoq; posthac ab his qui hunc ordinem oppugnent, populari ac turbulenta ratione teneatur. Quam ego plagam & si nō contēno. P. Conf. praesertim monitus a sapiētissimo cōsule & diligentissimo custode pacis & ocij, tn̄ uehementius arbitror pertimescendam, si hominū clarissimorū atq; potētissimorū aut honorem minuero, aut studium, quod habent erga hunc ordinem repudiaro. Nam ut C. Iulius om̄ibus a senatu eximij, ac nouis rebus ornatus

per manus hanc prouinciam tradat ei cui minime uos uelitis, per quem ordinem ipse amplissimam gloriam cõsecutus sit, ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicãdum nullo modo possum. Postremo quo quisq; animo futurus sit nescio, quid sperem uideo, præstare hoc senator debeo quantum possum, ne quis uir clarus aut potens huic ordini iure irasci posse uideatur. Atq; ego hæc si inimicissimus essem .C. Cæsari sentirem tamen reip. causa, sed non alienũ esse arbitror, quo minus sæpe aut interpeller a nõnullis, aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breuiter quæ mihi sit ratio & causa cũ Cæsare. At primũ illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ. C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermitto. Posteaq̃; sum penitus in rempu. ingressus, ita dissensi ab illo, ut in disiunctione sententiæ, coniuncti tñ amicitia maneremus, cõsul ille egit eas res, quarũ participem me esse uoluit, quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi iudiciũ gratũ esse debebat. Me ille ut quinqueuiratum acciperem, rogauit. Me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse uoluit. Mihi legationem quam uellem, quãto cum honore uellem detulit. Quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui, quam sapienter, non disputo. Multis enim non probabo, cõstanter quidẽ & fortiter certe, qui cũ me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire, & popularis ĩpetus, populari præsidio possem propulsare, quãuis excipere fortunã, subire uim atq; iniuriam malui, quã aut a uestris sanctissimis mẽtibus dissidere, aut de meo statu declinare, sed nõ is solũ gratus eẽ debet q accepit beneficiũ, uerumetiam is cui ptãs accipiendi fuit. Ego illa ornamenta, quibus ille me ornabat, decere me & conuenire his rebus quas gesseram, non putabam. Illum quis

dem amico animo me habere eodem loco quo principē ciuē suum generum sentiebam. Traduxit ad plebem inimicū meum siue iratus mihi, ꝗ me secum ne beneficijs quidem uidebat posse coniungi, siue exoratus, ne hoc quidē fuit iniuria. Nā postea me ut sibi essem legatus nō solum suasit, uerum etiam rogauit. Ne id quidem accepi, non quo alienum me a dignitate arbitrarer, sed quod tantum reip. sceleris impendere a cōsulibus proximis non suspicabar. Ergo adhuc magis est mihi uerendū, ne mea superbia in illius liberalitate, quam ne illius iniuria in nostra amicitia reprehendatur. Ecce illa tempestas caligo bonorum, & subita atq; improuisa formido, tenebræ Reipu. ruina atq; incendium ciuitatis, terror iniectus Cæsari, de eius actis, metus cædis bonis omnibus, consulū scelus, cupiditas, egestas, audacia, si non sum adiutus non debuit, si desertus, sibi prouidit, si etiam oppugnatus, ut quidam aut putant, aut uolunt, uiolata amicitia est, accepi iniuriā, inimicus esse debui, non nego, sed idem ille, tum me saluum esse uoluit, tum uos me ut carissimum filium desiderabatis. Et si uos idem pertinere ad causam illam putabatis, uolūtatem. C. Cæsaris a salute mea non abhorrere, & si illius uolūtatis generum eius habeo testem, qui idem Italiam in municipijs, Pop. Roma. in cōcione, uos mei semper cupidissimos in capitolio ad meam salutem incitauit. Si denique Cn. Pom. idem mihi testis de uolūtate Cæsaris, & sponsor est illi de mea, nonne uobis uideor, & ultimi temporis recordatione & proximi memoria, medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possem euellere, ex animo quidem certe excidere? Ego uero si mihi non licet per aliquos ita gloriari me dolorem atque inimicitias meas reipub. concessisse, quod magni cuiusdam hominis & persapientis uidetur, Vtar hoc quod non tam ad laudem adipiscendam, ꝙ ad uitandam uituperationem

ualet, hominem me esse gratum, & non modo tantis benefi ciis, sed etiam mediocri hominum beniuolentia commoueri. A uiris fortissimis & de me optime meritis quibusdam peto, ut si ego illos meorum laborum & incommodorum participes eē nolui, ne illi me suarū inimicitiarum sociū uelint esse, praesertim cum iidem illi concesserint, ut etiam acta illa Caesaris, quae neq; oppugnaui antea neq; defendi, meo iam iure possim defendere. Nam summi ciuitatis uiri, quorum ego consilio rempub. conseruaui, & quorum auctoritate illam coniurationem Catilinae defugi, Iulias leges & caeteras illo consule rogatas iure latas negāt. Iidem illam proscriptionem capitis mei contra salutem reipub. sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Itaq; uir summa eloquentia dixit grauiter casum illum meum funus esse Reipub. sed funus iustum & indictum mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum meū funus dici reipu. reliqua nō reprehēdo, sed mihi ad id quod sentio, assumo. Nam si id iure rogatū dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de coelo esse seruatum dixit. Qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? cuius tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis Caesaris possit esse, non solum tribunatus, sed etiam perniciosissimae res auspiciorum religione conseruatae iure latae uidebuntur? Quare aut uobis statuendum est legem Heliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferre licere, cum lex feratur de coelo obseruari, obnūciari, intercedi licere. Censorium iudicium ac notionem & illum morem seuerissimum magistratuum non esse nefariis legibus de ciuitate sublatum. Si patricius Tri. ple. fuerit, contra leges sacratas, Si plebeius contra auspicia fuisse, aut mihi concedant homines oportet, aut in rebus bonis non exquirere iura ea, que ipsi in perditis non

exquirunt, presertim cũ ab illis aliquotiẽs cõditio. C. Cæsari lata sit, ut easdẽ alio mõ ferret, qua cõditione auspicia reȝ rebãt, leges cõprobabant, in Clodio auspiciorũ ratio sit eadem, leges oẽs sint euersæ atq; perditæ ciuitatis. Extremũ illud est ego si essent inimicitiæ mihi cũ. C. Cæsare, tñ hoc tpe. R. P. consulere, inimicitias in aliud tẽpus reseruare deberẽ, possem ẽt summorũ uirorũ exemplo inimicitias reipu. causa deponere, sed cũ inimicitiæ fuerint nunquam, opinio iniuriæ beneficio sit extincta, sentẽtia mea. P. Cons. si dignitas agitur Cæsaris, homini tribuã, si honos quidã, senatus cõcordiæ cõsulã, si auctoritas decretorũ uestrorũ, cõstantiã ordinis in eodẽ ornando imperatore seruabo. Si ꝑpetua ratio gallici belli, Reip. ꝓuidebo, si aliquod meũ priuatũ officiũ, me non ingratũ esse præstabo. Atq; hoc uelim ꝓbare oĩbus. P. Cõ. Sed leuissime ferã si forte aut his minus ꝓbaro, qui meum inimicum repugnante me auctoritate texerunt, aut his si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam uituperabũt, cum ipsi & cum meo & tum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

M.T.C. PRO PVBLIO SEXTIO ORATIO.

I QVIS ANTEA IVDICES MIrabatur ꝗd esset qđ pro tãtis opibus reipub. tantaque dignitate imperij nequaq; satis multi ciues fortes, & magno animo inuenirentur, ꝗ auderent se & salutẽ suam in discrimen offerre pro statu ciuitatis, & ꝓ cõi libertate, ex hoc tẽpore miretur potius si quẽ bonum & fortem ciuem uiderit, q̃ si quem aut timidũ, aut sibi potius q̃ reip. cõsulentem. Nam ut omittatis de uniuscuiusq; casu cogitando recordari, uno aspectu intueri potestis eos qui cũ Senatu, cum bonis omnibus remp. afflictam excitarint, & latrocinio domestico liberarint, mœstos sordi

datos, reos de capite, de fama, de ciuitate, de fortunis, de liberis dimicãtes. Eos aũt qui omnia diuina & hũana uexarint, uiolarint, perturbarint, euerterint, non solum alacres lætosq; uolitare, sed etiã uolũtario fortissimis atq; optimis ciuibus periculũ moliri, de se nihil timere, in quo cũ multa sint indigna, tum nihil minus est ferẽdũ, q̃ q᷑ iam nõ per latrones suos, non per hõies egestate & scelere ꝑditos, sed ꝑ uos nobis, per optimos uiros optimis ciuibus periculũ inferre conãtur, & quos lapidibus, quos ferro, quos facibus, quos ui, manu, copijs delere nõ potuerũt, hos uestra auctoritate, uestra religione, uestris sententijs se oppressuros arbitrantur. Ego aũt iudices qua uoce mihi in agẽdis gratijs commemorandoq; eorum qui de me optime sunt meriti beneficio esse utendũ putabam, ea nũc uti cogor, in eorum periculis depellendis, ijs potissimum uox hæc seruiat, quorũ opera, & mihi, & uobis, & Po. Roma. restituta est, & q̃q̃ a Q. Hortensio uiro clarissimo & eloquentissimo causa est P. Sextij perorata, nihilq; ab eo prætermissum est, quod aut pro rep. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum, tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse uideatur, per quẽ est perfectum ne cæteris ciuibus deesset. Atq; ego sic statuo iudices in hac causa atq; in exercitatiõe dicendi a me locũ pietatis potius q̃ defensionis, querelam q̃; eloquentiam, doloris q̃; ingenij partes esse susceptas. Itaq; si aut acrius egero, aut liberius q̃ qui ante me dixerũt, peto a uobis, ut tantũ orationi meæ cõcedatis quantũ & pio dolori, & iustæ iracundiæ concedendũ putetis. Neq;.n. officio coniunctior dolor ullius esse põt, q̃; hic meus susceptus ex hõis de me optime meriti ꝑiculo, neq; iracundia magis ulla laudanda, q̃; ea quæ me inflammat eorũ scelere, qui cũ omnibus meæ salutis defensoribus bellum esse gerendũ sibi iudicarũt. Sed qm̃ singulis crimi-

nibus cæteri responderũt. Dicam ego de omni statu. P. Sextij, de genere uitæ, de natura, de morib⁹, de icredibili amore in bonos, de studio conseruandæ salutis communis atq; ocij, cõtendamq; si modo id assequi potero, ut in hac confusa atq; uniuersa defensiõe nihil a me quod ad uestram quæstionẽ, nihil quod ad reum, nihil quod ad remp. pertineat, prætermissum esse uideatur, & quoniã in grauissimis temporibus ciuitatis, atq; in ruinis euersæ, atq; afflictæ Reipu. Sextij tribunatus est a fortuna ipsa collocatus, non aggrediar ad illa maxima, atq; amplissima, priusq̃ docuero quibus initijs ac fundamentis hæ tantæ summis in rebus laudes exortæ sunt. Parẽte. P. Sextius natus est iudices homine, ut pleriq; meministis, & sapiente, & sancto, & seuero, qui cũ Tri. pl. primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus uti non tam uoluit, q̃ dignus uideri, eo auctore duxit honestissimi & spectatissimi uiri. C. Albini filiam, ex qua hic est puer, & nupta iam filia, duobus his grauissimis antiquitatis uiris, sic probatus fuit, ut utriq; eorũ & carus maxime & iucũdus esset. Ademit Albino soceri nomẽ mors filiæ, sed caritatẽ illius necessitudinis & beniuolẽtiã nõ ademit, hodie sic hũc diligit, ut uos facillime potestis ex hac uel assiduitate eius uel sollicitudine & molestia iudicare. Duxit uxorẽ patre uiuo optimi & calamitosissimi uiri filiã. C. Scipionis. Clara in hoc. P. Sex. pietas extat, & omnibus grata, ꝙ & Massiliam statim ꝑfectus est, ut socerũ uidere cõsolariq; posset, fluctibus reip. expulsum, in alienis terris iacentẽ, quẽ in maiorũ suorũ uestigijs stare oportebat, & ad eũ filiã eius adduxit, ut ille insperato affectu cõplexuq; si non oẽm, at aliquã partem mœroris deponeret, & maximis officijs, & illius erumnam quoad uixit, & filiæ solitudinem sustẽtauit. Possu; multa dicere de liberalitate, de domesticis officijs, de tri

bunatu

bunatu militari, de prouinciali in eo magistratu & abstinẽtia, sed mihi ante oculos obuersatur. R.P. dignitas, q̃ me ad se rapit, hæc minora relinquere hortatur. Quæstor hic. C. Antonij collegæ mei Iud. fuit sorte, sed societate cõsiliorum meus. Impedior non nullius officij, ut ego interpretor religione, quominus exponam q̃ multa detulerit, quãto ante ꝓuiderit. Atq; ego de Anto. nihil dico præter unũ, nunquam illum in illo summo timore ac periculo ciuitatis, neq; cõmunem metũ omniũ, nec propriam nõnullorum de ipso suspitionem aut inficiando tollere, aut dissimulando sedare uoluisse. In quo collega sustinendo, aut moderando si meã in illum cõiunctam indulgentiã cum summo studio reip. laudare solebatis, par prope laus. P. Sex. esse debet, qui ita suũ cõsulẽ obseruauit, ut et illi Quæstor bonus & uobis omnibus optimus ciuis uideretur. Idem cũ illa coniuratio ex latebris atq; ex tenebris erupisset palámq; armata uolitaret, uenit cum exercitu Capuã, quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa impia & scelerata manu tẽptari, suspicabamur & inde. C. Meuulanũ Tr. mil. Anto. caput præcipitem proiecit, hominẽ perditũ, & nõ obscure Pisauri, et in alijs agri gallici partibus in illa coniuratione uersatum. Idemq; . C. Marcellum cum is nõ solum Capuam uenisset, uerumetiam se quasi armorum studio in maximam familiã cõiecisset, exterminãdum cum illa urbe curauit, qua de causa & tum conuentus ille Capuæ, qui propter salutem illius urbis cõsulatu conseruatã meo, me unũ patronũ adoptauit, huic apud me. P. Sex. maximas gratias egit, & hoc quidem tempore ijdem homines nemine commutato coloni decurionesq; fortissimi atq; optimi uiri beneficium. P. Sextij testimonio declarant, periculum decreto suo deprecantur. Recita quæso. P. Sexti quid decreuerint Capuæ decuriones, ut iam uirilis tua uox possit aliq̃d significare inimicis nostris,

quidnam cum se corroborarit, effectura esse uideat. Decreta decurionum. Non recito decretum officio aliquo expressum uicinitatis, aut clientelæ, aut hospitij publici, aut ambitionis, aut commendationis gratia, sed recito memoriã perfuncti periculi, prædicationem amplissimi beneficij, uicem officij præsentis, testimonium præteriti temporis. Atq; illis temporibus eisdem cum iam Capuam metu Sextius liberasset urbem, Senatus atq; omnes boni deprehensis atq; oppressis domesticis hostib⁹ me duce ex periculis maximis extraxissent, ego litteris. P. Sextium Capua accersiui cum illo exercitu, quem tum secum habebat. Quibus hic litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate aduolauit. Atque ne illius temporis atrocitatẽ recordari possitis, claudite litteras, & uestram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitate. Hoc facto. P. Sextij Tr. pl. nouorum, qui tum extremis diebus consulatus mei res eas quas gesseram, uexare cupiebant, reliquiq; coniurationis impetus & conatus sunt retardati. Ac posteaq; est intellectum Catone Tri. pl. fortissimo atq; optimo ciue. R. P. defendente per se ipsum. S. P. Q. R. sine militum præsidio tueri facile cum maiestatem suam, tum dignitatem eorum qui salutem communem periculo suo defendissent, Sextius cũ illo exercitu summa est celeritate Antonium consecutus. Hic ego quid prædicem? quibus hic rebus consulem ad rem gerendam excitarit? quot stimulos admouerit homini fortassis studioso uictoriæ, sed tamẽ nimium communem Martem belliq; casus intuenti longum est dicere, sed hoc breui dicam, si. M. Petreij non excellens animus, nõ præstans in. R. P. uirtus, nõ summa auctoritas apud milites, non mirificus usus in re militari extitisset, neque adiutor. R. P. Sex. ad excitandum Antonium, cohortandum, accusandum, impellẽdum fuisset datus illo in bello, nequaquam Catilina cum e pruina Apenni

ni, atque e nimbus illis emersisset, atque æstatē integram nactus Italiæ callis & pastorum stabula præclara cœpisset, sine multo sanguine, ac sine totius Italiæ uastitate miserrima cecidisset. Hunc igitur animum ad tribunatum attulit. P. Sextius, ut quæsturam Macedoniæ relinquam, & aliquando ad hæc propiora ueniā, quanquam non est omittenda singularis illa integritas prouincialis, cuius ego nuper in Macedonia uidi uestigia nō pressa leuiter ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Verum hæc ita prætereamus, ut tamen intuentes & respectantes relinquamus. Ad Tribunatum quia ipse ad sese iam dudum uocat, et quodammodo obseruat orationem meam contento studio cursuque ueniamus. De quo quidem Tribunatu ita dictum est ab Hortensio, ut eius oratio defensionem non modo criminum uideretur continere, sed etiam memoria digna uti R.P. capessendæ auctoritatem disciplinamque præscribere. Sed tamen quoniam Tribunatus quidē totus P. Sex. nihil aliud nisi meū nomē causamque sustinuit, necessario mihi de hisdem rebus esse arbitror, si non subtilius disputandum, at certe Iud. dolentius deplorandū. Qua in oratione si asperius in quosdam homines inuehi uellem, quis non concederet? ut eos quorum scelere ac furore uiolatus essem, uocis libertate perstringerē? Sed inquam moderate ut huic potius tempori seruiam, quam dolori meo, si qui occulte dissentiunt a salute nostra lateant, si q fecerūt aliquid aliquando, atque iidem nunc tacēt, & quiescunt, nos quoque simus obliti. Si qui se efferunt insolenter, quoad ferri poterunt perferemus, neque quenquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit ut in eū non inuasisse, sed incurrisse uideamur. Sed necesse est antequam de tribunatu P. Sextij dicere incipiam, me totum superioris anni R.P. naufragiū exponere. In quo colligendo ac reficiēda salute cōmuni omnia

reperientur.P.Sextij dicta,facta,consilia uersata,fuerat il le annus tanquam in.R.P.Iud.in magno metu & multorũ timore intentus arcus in me unũ,sicut uulgo ignari rerum loquebantur, re quidem uera in uniuersam.R.P.tradu-ctione ad plebẽ furibundi hominis ac perditi mihi irati,sed multo acrius ocij & cõmunis salutis inimici.Hunc uir cla-rissimus mihi multis repugnantibus amicissimus.Cn.Pom peius omni cautiõe,fœdere, execratione deuinxerat, nihil in Tribunatu contra me esse facturũ.At ille sceleratissimus ex omnium scelerũ colluuione natus parum se fœdus uio-laturũ arbitratus nisi ipm cautorem alieni periculi suis pro prijs periculis terruisset, Hãc tetram immanemq; belluam uinctam auspicijs,alligatã more maiorũ,cõstrictam legum sacrarum cathenis soluit subito legũ consul uel ut ego arbi-tror exhortatus uel ut nõ nemo putaret miratus.Ignarus q dẽ certe & imprudẽs impendentiũ scelerũ tantorũ ac malo rum,q Trib.ple.fœlix in euertẽda.R.P.fuit nullis suis ner uis.Qui eñ in eiusmodi uita nerui eẽ potuerũt hoĩs frater nis flagitijs?sororis stupris?omni inaudita libidine ĩfami? Sed fuit pfecto quædam illa.R.P.fortuna fatalis, ut ille cæ cus atq; amens Trib.pleb.nancisceretur?Quid dicã Cõsu-les hoccine ego appellem nomine euersores huius imperij? proditores uestræ dignitatis?hostes bonorũ oĩm?qui ad de-lẽdũ Senatũ, affligendũ equestrem ordinem, extinguenda oĩa iura,atq; ĩstituta maiorũ,se illis fascib⁹ cæterisq; ĩsigni bus summi honoris atq; imperij ornatos esse arbitrabãtur. Quorum per deos immortales si nõdum scelera uulneraq; inusta.R.P.uultis recordari, uultũ & incessum animis in-tuemini,facilius facta eorum occurrent mentibus uestris,si ora ipsa oculis proposueritis. Alter unguentis affluens ca-lamistrata coma despiciens cõscios stuprorum ac ueteres ue xatores ætatulæ suæ putealis & fœneratorum gregibus in-

flatus atq; pculsus, qui olim Esculeio illo æris alieni in freto ad columnā adhæresceret, ni in tribunatus portum infugeret, contēnebat equites Ro. minitabatur Senatui, uenditabat se operis, atq; ab ijs se ereptum ne de ambitu cām diceret, pdicabat, ab ijsdemq; se etiam inuito Senatu prouinciā sperare dicebat, eamq; nisi adeptus esset, se incolumē nullo modo fore arbitrabatur, alter o dij boni q̄ teter incedebat, 19
q̄ truculentus, q̄ terribilis aspectu, unum aliquē te ex barbatis illis exemplum imperij ueteris, imaginem antiquitatis, columen. R.P. diceres intueri uestitus aspere nostra hac purpura plebeia ac pene fusca capillo illo horrido ut Capuæ, in qua ipse tum imaginis formandæ causa duumuirū gerebat sæpius iam sublatus uideretur. Nam quid ego de supercilio dicā, quod tum hominibus nō supercilium sed pignus. R.P. uidebatur. Tanta erat grauitas in oculo, tāta cōtractio frontis, ut illo supercilio niti respu. tanq; Atlātis humeris cœlum uideretur. Erat deniq; hic omniū sermo tamē R.P. magnum firmumq; subsidium, habeo quem opponam labi illi atq; cœno. Vultum mediusfidius collegæ sui libidinem leuitatemq; frangeret, habebit Senatus in hunc annū quem sequatur, nō deerit auctor & dux bonis, mihi, deniq; omnes præcipue congratulabantur, quod habiturus essem contra Tri. pl. furiosum & audacem cum & amicum & assinem tum etiam fortem & grauem Consu. atque eorum alter fefellit neminem. Quis enim clauum tanti imperij tenere & gubernacula. R.P. tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitraretur, hominē emersum subito ex diurnis lustrorum tenebris ac stupris, uino, ganeis, lenocinijs, adulterijsq; confectum? Cū is pter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esset, qui non modo tempestatem intueri impendentem temulentus, sed ne lucem quidem insolitam aspicere posset. Alter plane oēs fefellit, erat. n. hoim opinio

ni nobilitate ipsa blanda cõciliatricula cõmendatus. Omnes boni semper nobilitati fauemus, & q̃a utile est. R.P. nobiles esse hoĩes dignos maioribus suis, & q̃a ualet apud nos clarorũ hominũ, & bñ de. R.P. meritorũ memoria etiã mortuorũ, & q̃a eum tristem semp, q̃a taciturnũ, quia subhorridũ atq; incultũ uidebant, & quod erat eo noĩe ut ingenerata familiæ frugalitas' uideretur, fauebãt, gaudebant, & ad integritatẽ maiorũ spe sua hominẽ uocabant materni generis obliti. Ego hoc uere dicã Iud. tantũ esse in hoĩe, sceleris, audaciæ, crudelitatis q̃ntum ipse cum. R.P. sensi. nunq̃ putaui, nequã esse hominẽ leuẽ quem falsa opinione errore hominũ ab adolescẽtia cõmendatũ sciebã. Et. n. animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta ita, ut curiosis oculis perspici nõ possit. Videbamus genus uitæ, desidiã, inertiã, inclusas eius libidines q̃ paulo ꝓpius accesserant intuebant̃. Deniq; etiã sermonis ansas dabat q̃bus recõditos eius sensus tenere possemus. Laudabat hõ doctus philosophos nescio quos, neq; eorũ tñ oĩa poterat dicere. Sed eos tñ laudabat quos nouit præter cæteros esse auctores, & laudatores uoluptatis, cuius & quo tpe & q̃uo nõ q̃rebat, uerbũ ipsum omnibus modis animi et corporis deuorarat, eosdẽq; præclare dicere diebat, sapiẽtes oĩa sua cã facere. r. P. capessere hoĩem bñ sanũ nõ oportere, nihil esse præstabilius ociosa uita & cõferta ac plena uoluptatibus. Eos hoc q̃ dicerent dignitati esse seruiendũ. R.P. cõsulendũ, officiŋ rationẽ in omni uita nõ cõmodi esse ducendã, subeunda ꝓ patria pericula, uulnera excipienda, mortem oppetẽdã, uaticinari atq; insanire dicebat. Ex his assiduis eius quotidianisq; sermonibus, & quod uidebam, quibuscũ hominibus interiori parte ædiũ uiueret, & quod ita domus ipsa fumabat, ut multa eius sermonis indicia redolerent, statuebam sic, boni nihil ab illis nugis esse

expectandũ, mali quidẽ certe nihil pertimescendum. Sed ita est ind. ut si gladium paruo puero, aut si imbecilli seni, aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum uel fortissimi uiri corpus accesserit, possit acie ipsa uel ferri uiribus uulnerari, ita cũ hoĩbus eneruatis atq; exanguibus cõsulatus tanq̃ gladius esset datus, qui per se pũgere nemi nẽ unq̃ potuissent, hi summi imperij nomine armati, tñ. R. P. trucidauerũt, fœdus fecerũt cũ trib. ple. palã, ut ab eo prouincias acciperẽt quas ipi uellẽt, exercitũ et pecuniã quãtã uellent ea lege si ipsi prius trib. pl. afflictã. R. P. tradidissent. Id. n. fœdus meo sanguine ictũ sanciri posse dicebãt. Qua re patefacta neq;. n. dissimulari tantũ scelus poterat, nec latere. Promulgantur uno eodemq; tp̃e rogationes ab eodem Tr. de mea pernicie, & de prouincijs nominatim Cons. hic tum Senatus sollicitus, uos, equites excitati. Italia cuncta permota, omnes deniq; omniũ generũ, atq; ordinum ciues summæ. R. P. a Cons. atq; a summo imperio petendũ esse auxiliũ arbitrabantur, cũ illi soli essent p̃ter flagitiosum illum Tr. duo. R. P. turbines, qui nõ mõ præcipitanti patriæ subuenirent, sed etiã nimis tarde cõcidere mœrerẽt. Flagitabatur ab his quotidie cũ querelis bonorũ oĩum tũ etiã precibus Senatus, ut meã cãm suspicerẽt, agerẽt aliq̃d, deniq; ad senatum referrent. Hi nõ mõ negando, sed etiam irridendo amplissimum quemq; illius ordinis insequebantur. Hic subito cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cuncta q́; Italia cõuenisset, uestem mutandã oẽs meq; etiã omni rõne priuato consilio, q̃m publicis ducibus. r. p. careret defendendum putarũt. Erat eodem tp̃e Senatus in æde Concordiæ, q̃d ipsum templum representabat memoriam cõsulatus mei, cum flens uniuersus ordo Cicinnatũ Cons. orabat, nam alter ille horridus, & seuerus consulto se domi cõtinebat, qua tũ supbia cœnum illud ac labes amplissimi ordinis

preces amplissimorũ ciuiũ lachrymas repudiauit, meipm ut cõtempsit, helluo patris, nã quid ego patrimonij dicam? quod ille tũ quasi quæstũ faceret amisit, uos inquã equites. R. & omnes boni uestem mutastis, uosq; pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis, cũ uestris precibus a latrone illo repudiati estis. Vir incredibilis fide magnitudine animi. L. Mũmius ad Senatũ de. R. P. rettulit. Senatusq; frequens uestem pro mea salute mutandã censuit. O diẽ illũ Iud. funestũ Senatui bonisq; omnibus. R. P. luctuosum, mihi ad domesticũ mœrorem grauẽ, ad posteritatis memoriã gloriosum. Quid enim quisq; potest ex omni memoria sumere illustrius, q̃ pro me uno ciue & bonos oẽs priuato cõsensu & uniuersum Senatum publico cõsilio mutasse uestem? Quæ quidẽ tũ mutatio non deprecationis causa est facta sed luctus, quẽ enim deprecarẽtur, cũ oẽs essent sordidati? cũq; hoc satis esset signi esse improbũ, qui mutata ueste nõ esset, hac mutatione facta uestis tãto in luctu ciuitatis. Omitto q̃d ille Tr. oĩm rerũ diuinarũ humanarũq; prædo fecerit, q̃ adesse nobilissimos adolescẽtes, honestissimos eq̃tes, Ro. depcatores salutis meæ iusserit, eosq; operarũ suarum gladijs & lapidibus obiecerit. De Cõs. loquor, quorũ fide. R. P. niti debuit, exanimatus euolat ex Senatu, non minus perturbato animo atq; uultu, q̃ si annis ante paucis in creditorũ cõuẽtũ incidisset. Et aduocat cõcionẽ, & habet orationẽ talẽ Cõ. qualem nunq̃ Catilina uictor habuisset. Errare homines si etiam tum Senatũ aliquid in. R. P. posse arbitrarẽtur. Equites. R. daturos illius diei pœnas, qui me Consulẽ cũ gladijs in capitoliũ duci fecissent, uenisse tempus ijs qui in timore fuissent cõparatis uidelicet dicebat ulciscendos dixisset, hoc solum omni supplicio esset dignus, nã oratio ipsa Cõs. perniciosa potest. R. P. labefactare. Quid fecerit uidete, illum iam qui cũ meipsum pro summa familiaritate, quæ cum fra

tre mihi uel cũ patre compare eius erat, unice diligebat, tũ pro. R.P. uel mortem oppetere cupiebat in cõcione lege relegauit, edixitq; ut ab urbe abesset. M. passus quod esset ausus ꝑ ciue, pro benemerito ciue, pro amico, pro. R.P. depcari. Quid hoc homine facias aut quo ciuẽ importunũ aut potius hostẽ tam sceleratũ reserues? qui ut omittã cætera, quæ sunt ei cũ Collega immani impuroq; coniuncta atq; cõmunia, hoc unũ habet propriũ, ut expulerit ex urbe relegarit, non dico Eqtẽ. R. nõ ornatissimũ atq; optimũ uirũ, nõ amicissimum. R.P. ciuem, non illo ipso tempore una cũ Senatu & cũ bonis oĩbus causam amici. R.q;. P. lugentem, sed ciuẽ. R. sine ullo iudicio atq; edicto ex patria Consul eiecerit. Nihil acerbius societati inferre soliti sunt, q̃ si id quod perraro accidit ex urbe ire a Consule iubẽtur. Atq; illis tũ erat reditus in suas ciuitates ad suos lares familiares, & in illo cõmuni incõmodo nulla in quẽq̃ propria ignominia noĩatim cadebat hoc uero quid est exterminabit. C.R. edicto Cons. a suis dijs penatibus expellet a patria uidelicet, quẽ uolet dãnabit atq; eijciet noĩatim, hic si unq̃ uos eos qui nunc estis in. R.p. fore putasset, si deniq; imaginẽ iudiciorũ, aut simulacrũ aliquod futurũ in ciuitate reliquũ credidisset, nunq̃ ausus esset Senatũ de. R.P. tollere, equitũ ro. p̃ces aspernari, ciuiũ deniq; nouis & inauditis edictis ius libertatemq; euertere. Et si me attẽtissimis animis summa cũ benignitate auditis Iud. tñ uereor ne qs uestrũ forte mireť, quid hæc mea oratio tã alta, aut tã lõge repetita uelit, aut quid ad. P. Sextij causam eorũ q ante huius tribunatũ. R.P. uexarũt delicta pertineant. Mihi. n. ꝓpositũ est ostendere oĩa cõsilia. P. Sextij mẽtemq; totius Tribunatus hãc fuisse, ut afflictæ & perditæ. R.P. quãtũ posset, mederet. Ac si in exponẽdis uulneribus illis de meipso plura dicere uideor, ignoscite, nam & illam meam cladem uos & oẽs boni maximũ esse. R.P.

uulnus iudicastis, & P. Sextius est reus, nõ suo sed meo nomine, qui cum oēm uim in mea salute consumpserit, necesse est meā cām præteriti tpis cum huius defensione præsenti esse cõiunctā. Erat igitur in luctu Senatus, squallebat ciuitas publico consilio mutata ueste. Nullũ erat municipiũ Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ societas uectigaliũ, nullum collegium, aut cõcilium, aut omnino aliqd cõmune consiliũ, quod tum non honorificētissime decreuisset de mea salute, cũ subito edicunt duo Consules, ut ad suũ uestitum Senatores redirent. Quis unquam consul Senatum ipsius decretis parere prohibuit? quis tyrannus miseros lugere uetuit, parum ne est Piso, ut omittam Gabiniũ, quod tantum homines fefellisti? ut negligeres auctoritatem senatus, optimi cuiusq; cõsilia contemneres? R.P. proderes? cõsulare nomen affligeres? etiam ne edicere audeas ne mœrerent homines meam, suam. R.P. calamitatem? ne hunc suum dolorem ueste mutata significarent? siue illa uestis mutatio ad luctum ipsorũ, siue ad deprecandum ualebat. Quis ũq̃ tam crudelis fuit qui prohiberet quenq̃ aut sibi mœrere, aut cæteris supplicare? quid? sua spõte homines in amicorum periculis uestitum mutare nõ solēt? pro te ipso Piso nemo mutauit? Ne isti quidem quos legatos non modo nullo S.C. sed etiã repugnãte senatu, tu te tibi legasti. Ergo homines desperati & proditores. R.P. casum lugebunt fortasse, qui uolent, ciuis florentissimi beniuolentia bonorum, & optime de salute patriæ meriti periculũ coniunctum cũ periculo ciuitatis lugere, Senatui non licebit? Idem cõsules si appellandi sunt Cõsules, quos nemo est qui non modo ex memoria, sed etiam e fastis euellēdos putet, pacto iam fœdere prouinciarum producti in circo Flaminio in concionē ab illa furia, ac peste patriæ maximo cũ gemitu uestro illa oĩa tam q̃ contra me, q̃ quæ contra. R.P. dixerat, uoce ac sent

tia cõprobauerunt. Iisdem consulibus sedẽtibus, atq; inspectantibus lata lex est ne auspicia ualerent, ne quis obnũciaret, ne quis lege intercederet, ut oĩbus festis diebus legẽ ferri liceret, ut lex Helia, lex Fusia ne ualeret. Qua nna rogatione quis est, qui non intelligat uniuersam remp. esse delectam? iisdem Cons. inspectãtibus seruorũ delectus habebatur pro tribunali Aurelio nomine Collegiorum, cum uicatim hoĩes circũscriberentur, decuriarentur, ad uim, ad manus, ad cædem, ad direptionẽ incitarẽtur, iisdẽ Cons. arma in tẽplo castoris palã portabãtur, gradus eiusdẽ templi tollebantur, armati hoĩes forũ, & conciones tenebãt, cædes lapidationesq; fiebant, nullus erat Senatus, nihil reliqui magistratus, unus oĩm potestatem armis et latrociniis possidebat, nõ aliqua ui sua, sed cum duos Cons. a R. P. prouinciarum fœdere retraxisset, insultabat, dñabatur, aliis pollicebatur, terrore ac metu multos, plures ẽt spe et ꝓmissis tenebat. Quæ cum essent eiusmodi Iud. cum senatus duces nullos, ac pro ducibus proditores aut potius apertos hostes haberet, Equester ordo reus a consulibus citaretur, Italiæ totius auctoritas repudiaretur, alii nominatim relegarẽtur, alii metu ac periculo terrerentur, arma essent in templis, armati in foro, eaq; non silẽtio consulũ dissimularẽtur, sed & uoce & sententia cõprobarẽtur, cum omnes urbem nondũ excisam & euersam, sed iam captam atq; oppressam uideremus, tamen his malis tantis tanto bonorũ studio Iud. restitissemus. Sed me alii metus atq; aliæ curæ suspitiõesq; mouerunt. Exponã. n. die hodierno Iud. oẽm rõnem facti et cõsilii mei, neq; huic uestro tanto studio audiendi, neq; uero huic tãtæ multitudini, quãta mea mẽoria nũq; ullo in iudicio fuerit, deero. Nã si ego in causa bona tanto studio Senatus, consensu tam incredibili bonorũ oĩm & tam parato, tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita, cessi tri.

ple.despicatissimi hominis furori, cõtemptissimorũ Cons.le uitatẽ audaciamq; pertimui, me timidũ nullius animi, nullius consilij fuisse confitear. Quid.n. simile fuit in. M. Metello, cuius causam & si omnes boni probabant, tamen neq; Senatus publice, neq; ullus ordo proprie, neq; suis decretis Italia tota susceperat. Ad suam enim magis ille gloriam, q̃ ad perspicuam salutem. R.P. sumpserat, cum unus in legẽ per uim latã iurare noluerat, deniq; uidebatur hac cõditione tam fortis fuisse, ut cum patriæ charitate constãtiæ gloriam cõmutaret. Erat enim huic res cũ exercitu. C. Marij inuicto, habebat inimicum. C. Marium conseruatorẽ patriæ sextum iam illum cõsulatum gerentem. Res erat cũ .L. Saturnino iterũ tri.ple. uigilãte homine, & in causa populari si non moderate, at certe populariter agenti, attamẽ nec tergiuersatus cessit, ne aut uictus a fortibus uiris cum dedecore caderet, aut uictor multis eo fortibus ciuibus. R. P. orbaret. Meã causam senatus palã, equester ordo acerrime, cuncta Italia publice, omnes boni enixe susceperãt. Eas res gesseram quarũ non unus auctor, sed dux oĩm uoluntatis fuissem, quæq; nõ mõ ad singularẽ meã gloriam, sed ad salutem cõem omnium ciuium, & prope gentium pertinerẽt, ea cõditione gesseram, ut meum factũ semꝑ omnes præstare tueriq; deberẽt, erat.n. mihi cõtẽtio nõ cũ uictore exercitu, sed cũ operis conductis, & ad rapiendam urbẽ concitatis, habebam inimicũ non. C. Mariũ terrorem hostium spẽ subsidiumq; patriæ, sed duo importuna prodigia, quos egestas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas Tri.ple. constrictos addixerat. Nec mihi res erat cum Saturnino, qui quidem a quæstore ostiensi per ignorantiã ad principem & senatus & ciuitatis. M. Scaurũ. rem frumentariam translatam sciebat, sed cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cũ stuprorum sacerdote,

cum uenefico, cũ testamẽtario, cum sicario, cũ latrone, quos homines si id qđ facile factu & quod fieri debuit, quodq; a me optimi & fortissimi ciues flagitabant ui armisq; superassem, non uerebar ne quis aut uim ui repulsam reprehenderet, aut perditorũ ciuiũ uel potius domesticorum hostiũ morte mœreret. Sed me illa mouerunt, omnibus in concionibus illa furia clamabat, se quæ faceret cõtra salutem meã facere, auctore Cn. Pom. clarissimo uiro mihiq; & nunc & quoad licuit amicissimo. M. Crassus quocum mihi erãt oẽs amicitiæ necessitudines uir fortissimus ab eadem illa peste infestissimus esse meis fortunis prædicabatur. C. Cæsar q́ a me nullo meo merito alienus eẽ debebat, inimicissimus eẽ meæ saluti ab eodem quotidianis cõcionibus dicebatur, his se tribus auctoribus in consilijs capiendis, adiutoribus ĩ re gerenda esse usurum dicebat. Ex quibus unũ habere exercitum maximũ in Italia, duo qui priuati essent, & preessent & pararent si uellẽt exercitum, idq; facturos esse dicebat, nec mihi ille iudicium populi, nec legitimam aliquam contẽtionem, nec disceptationem, aut causæ dictionẽ, sed uim, arma, exercitus, imperatores, castra denunciabat. Quid ergo inimici oratio uana præsertim tã improbe in clarissimos uiros tunc iniecta me mouit? Me uero non mouit illius oratio, sed eorum taciturnitas, in quos illa oratio tam improba conferebatur, qui tũ q̃q̃ ob aliam causam tacebant, tñ hominibus omnia timentibus tacendo loqui, non inficiãdo cõfiteri uidebãtur. Illi enim mali timore præteriti quod acta illa atq; oĩs res superioris ãni labefactari, a pratoribus infirmari a Senatu atq; principibus ciuitatis putabãt, suaq; sibi propiora esse pericula, q̃ mea loquebãtur, Tribunũ popularẽ a se alienare nolebant, & tñ & Crassus a cõsulibus 41.
meã causam suscipiendã esse dicebat, & eorum fidem Pom. implorabat, neq; se priuatum pub. causæ suæ susceptæ defu

turum esse dicebat. Quem uirum studiosum mei, cupidissimum. R.P. conseruandæ domi meæ certi homines compositi monuerunt, ut esset cautior, eiusq; uitæ a me insidias apud me domi positas esse dixerunt. Atque hanc ei suspitionem alij litteris mittendis, alij nuncijs, alij coram ipso excitauerunt, hoc ille cum a me certe nihil timeret, ab illis ne quid meo nomine moliretur, sibi cauendum putarat. L. ipse Cæsar quem maxime ignari homines ueritatis mihi esse iratũ putabant, erat ad portas cũ imperio, erat in italia eius exercitus, inq; eo exercitu ipsius tr. inimici mei fratrem præfecerat. Hæc ego cũ uiderẽ, neq;.n. erant occulta, Senatum sine quo ciuitas stare non posset, omnino de ciuitate esse sublatum, Cõsules qui publici consilij duces esse deberent, perfecisse ut per ipsos publicum consiliũ funditus tolleretur, eos qui plurimum possent, opponi omnibus cõcionibus falso sed & formidolose tamẽ auctores, ad perniciem meam cõciones haberi, quotidie cõtra me uocẽ, pro me ac pro. R.P. neminem mittere. Intenta signa legionum existimari ceruicibus ac bonis uestris falso, sed putari, tamen coniuratorũ copias ueteres & effusam illam ac superatam Catilinæ manum importunam nouo duce & mihi insperata cõiuratiõe esse renouatam, hæc cũ uiderem, quid agerẽ Iud. Scio enĩ tum nõ mihi uestrũ studium sed meum prope uestro defuisse, contenderem contra Tre.pl. priuatus? armis uicissent improbos boni, fortes inertes, interfectus esset is q hac una medicina sola potuit a. R.P. peste depelli. Quid deinde? quid reliquiarũ restaret? qd deniq; erat dubiũ quin ille sanguis tribunitius nullo præsertim publico consilio profusus, cõsules auctores & defensores esset habiturus, cũ quidẽ in concione dixisset, aut mihi semel pereundũ, aut bis esse uincendũ. Quid erat bis uincere? id profecto ut cũ amẽtissimo. Tr. pl. decertassem, cũ consulibus cæterisq; eius ultoribus dimi

carem. Ego uero si mihi uni pereundum fuisset, ac modo mihi accipienda plaga insanabilis illa mortifera, quã is imposuisset, semel perire tñ Iud. maluissem, q̃ bis uincere. Erat enim altera eiusmodi contentio illa, ut neq; uicti neq; uictores. R.P. tenere possemus, quid si in prima cõtentione ui tribunitia uictus in foro cum multis bonis uiris cõcidissem? Senatũq; consules credo uocassent totum de ciuitate delerant ad arma uocarent? qui ne uestitũ quidem defendissent. R.P. a Tr.pl. post interitũ dissidissent, qui eãdẽ horã meæ pestis & sui præmiũ esse uoluissent. Vnũ enim mihi restabat illud 45.
quod forsitan non nemo uir fortis & acris animi magniq; dixerit, restitisses, repugnasses, mortẽ pugnãs oppetisses, de quo te te inquam patria obtestor, & uos penates patrijq; dij me uestrarũ sediũ templorũq; causa, me propter salutem in eorum ciuium, quæ mihi semper fuit mea carior uita, dimicationem cædemq; fugisse. Etenim si mihi in aliqua naue cum meis amicis nauiganti hoc Iud. accidisset, ut multi de multis locis prædones classibus eam nauem se oppressuros minitarentur, nisi me unum sibi dedissent, si id uectores negarent, ac mecum simul interire, q̃ me tradere hostibus mallẽt, ieciſſem me potius ipse in profundũ, ut cæteros conseruarem, q̃ illos mei tam cupidos, non modo ad certam mortem, sed in magnum uitæ discrimen adducerem. Cũ uero in hanc R.P. nauem ereptis Senatui gubernaculis fluitãtem in alto tempestatibus seditionũ, ac discordiarum armatæ tot classes, nisi ego unus deditus essem incursuræ uiderentur. Cũ proscriptio, cædes, direptio denũciarent, cũ alij me suspitione periculi sui nõ defenderent, alij uetere odio bonorũ incitarẽtur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarentur, alij ulcisci dolorem suũ aliquem uellent, alij rem ipsam Pu. atq; hunc bonorum statum ociumq; odissent, & ob hasce causas tot tamq; uarias me unum deposcerent, de-

pugnarem potius cũ summo non dicam exitio, sed periculo certe uestro liberorumq; uestrorum, q̃ non id quod etiam omnibus impendebat, unus pro omnibus susciperem, ac subirẽ? uicti essent improbi, at ciues, at ab eo priuato qui sine armis etiã. R.P. consul cõseruarat. Sin uicti essent boni qd superesset? non ad seruos uidetis. R.P. uenturam fuisse? An mihi ipsi ut quidam putant fuit mors æquo animo oppetenda? quid tum mortem ne fugiebam? An erat res ulla quam mihi magis optandam putarem? aut ego illas res tantas in tanta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, nõ exilium ob oculos uersabantur? Non hæc deniq; a me tum tanq̃ fata in ipsa re gerenda canebantur? An erat mihi in tanto luctu meorũ in tanta disiunctione, tanta acerbitate, tanta spoliatione omnium rerum, quas mihi aut natura aut fortuna dederat, uita retinenda? Tam eram rudis, tam ignarus rerum, tam expers cõsilij aut ingenij? nihil audieram? nihil ipse uideram, nihil legendo quærendoq; cognoueram? nesciebam uitã breuem esse, cursum gloriæ sempiternum? cum esset omnibus definita mors optandũ esse ut uita quæ necessitati deberetur, patriæ potius donata, q̃ reseruata naturæ uideretur? Nesciebam inter sapientissimos homines hanc cõtentionem fuisse, ut alij dicerẽt animos hominum sensusq; morte restingui, alij autem tum maxime mentes sapientum ac fortium uirorum cum e corpore excessissent, sentire ac uigere, quorũ alterum fugiendũ nõ esse carere sensu, alterũ etiam optandũ meliore eẽ sensu, deniq; cũ omnia semper ad dignitatẽ rettulissem, nec sine ea quicquam expetendum esse homini in uita putassem, mortẽ quam etiã uirgines Athenis regis opinor Erichthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur, ego uir consularis tantis rebus gestis timerem? præsertim cũ eius essem ciuitatis ex qua. Q. Mutius solus in castra Porsenæ uenisset eũq;

interficere proposita sibi morte conatus esset? ex qua.P.Decius primũ pater, post aliquot ãnos patria uirtute præditus filius se ac uitã suam instructa acie pro salute Po.Ro.uictoriaq; deuouisset? Ex qua innumerabiles alij ptim adipiscendæ laudis partim uitandæ turpitudinis causa mortem in uarijs bellis æqssimis animis oppetissent? in qua ciuitate ipse meminissem patrẽ huius.M.Crassi fortissimũ uirũ ne uideret uictorẽ uiuus inimicũ eadem sibi manu uitã exhausisse, qua mortẽ sæpe hostibus obtulisset? Hæc ego & multa alia cogitans hoc uidebã, si cãm publicã mea mors peremisset, neminẽ unq̃; fore qui auderet cõtra improbos.R.P.suscipere salutẽ. Itaq; non solum si ui interissem, sed etiã si morbo extinctus essem, fore putabã, ut exemplũ.R.P.conseruandæ mecum simul interiret. Quis.n.nunq̃; me a.S.P.Q.R.tanto hominum bonorũ studio nũc restituto? quod certe si essem interfectus, accidere nõ potuisset, ullam.R.P. partem cum sua minima inuidia auderet attingere? Seruaui igit.R.P. discessu meo Iud. eædẽ a uobis liberisq; uestris, uastitatẽ, incendia, rapinas, meo dolore luctuq; depuli, & unus.R.P. uobis seruaui semel gloria, iterũ erumna mea, neque eñ hominem esse me inficiabor unquã, ut me optimo fratre, carissimis liberis, fidissima coniuge, uestro cõspectu, patria, hoc honoris gradu, sine dolore caruisse glorier, quod si fecisse; quod a me beneficium haberetis? cum pro uobis ea quæ mihi essent utilia reliquissem? Hoc meo quidẽ animo summi in patriam amoris mei signũ esse debet certissimũ, quod cum abesse ab ea non possem sine summo dolore, hunc me perpeti q̃; illam labefactarier ab improbis malui. Meminerã Iud. diuinum illum uirum, atque ex hisdem, quibus nos radicibus natum ad salutẽ imperij huius, C.Marium summa senectute cũ prope uim iustorũ armorum profugisset, primo senile corpus paludibus occultasse demersum, deinde ad

infirmorũ ac tenuissimorũ hominum Minturnis misericordiam confugisse, inde nauigio perparuo cum omnis portus terrasq; fugeret in oras Africæ desertissimas peruenisse, atque ille uitam suam ne inultus esset ad incertissimã spẽ, & ad Reipub. statum reseruauit. Ego qui quemadmodum multi in Senatu me absente dixerũt, periculo. R. P. uiuebã, quique ob eam causam consularibus litteris, de senatus sententia exteris nationibus cõmendabar, nonne si meam uitã deseruissem. R. P. prodidissem? in quo quidem nunc me resti tuto uiuit mecum simul exemplum fidei defendendæ reip. Quod si immortale retinetur, quis non intelligit immortalem hanc ciuitatem futuram? Nã externa bella regum, gentium, nationum iam pridem ita extincta sunt, ut præclare cum his agamus, quos pacatos esse patiamur, deniq; ex bellica uictoria non temere unq̃ est inuidia ciuium consecuta; domesticis malis & audaciũ ciuium consilijs, sæpe est resistendum, eorumq; periculo est in. R. P. retinenda medicina, quam omnes Iud. perdidissetis, si meo interitu Senatui. P. q;. Roma. doloris sui de me declarandi potestas esset erepta. Quare moneo uos adolescentes atque hoc meo iure præcipio, qui dignitatem, qui. R. P. qui gloriam spectatis ne si uos aliquãdo necessitas ad. R. P. cõtra improbos ciues defendendam uocabit, segniores sitis & recordatione mei casus a cõsilijs fortibus refugiatis. Primum non est periculum ne qui unquam sint in ciuitate eiusmodi cõsules, præsertim si erit his id quod debetur persolutum, deinde nunquam ut spero quisquam improbus consilio & auxilio bonorum, sed oppugnare. R. P. dicet illis tacentibus, nec armati exercitus terrorem opponet togatis, neq; erit iusta causa ad portas sedenti imperatori, quare terrorẽ suum iactari opponi patiatur, numquam enim erit tam oppressus Senatus, ut ei ne suspirandi quidem ac lugendi sit potestas, tam captus equester

ordo, ut equites Ro. a consule relegarentur. Quæ cum oia atq; etiam multo alia maiora, quæ consulto prætereo accidissent, uidetis me tamen in pristinam meam dignitatem, breui temporis dolore interiecto. R. P. uoce esse reuocatum. Sed ut reuertar ad illud quod mihi in hac omni est oratiõe propositum, omnibus malis illo scelere Cõsulum rempub. esse cõfectã, primũ illo ipso die qui mihi funestus fuit, omnibus bonis luctuosus cum ego me complexu patriæ conspectuq; uestro eripuissem, & metu periculi uestri nõ mei furori hominum, sceleri, perfidiæ, telis, minisq; cessissem, patriamq; quæ mihi erat carissima, propter ipsius patriæ charitatem reliquissem, cũ meum illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non solum homines, sed tecta urbis ac templa lugerent, nemo uestrum forum, nemo curiam, nemo lucẽ aspicere uellet illo inquã ipso die, die dico? imo hora atq; etiam puncto temporis eodem mihi. R. q; P. pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. Proh dij immortales custodes & conseruatores huius urbis atq; imperij, quæ nã illa in. R. P. monstra? quæ scelera uidistis? Ciuis erat expulsus, his q. R. P. ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, & expulsus non alio aliquo sed eo ipso crimine, expulsus sine iudicio, lapidib⁹, ferro, seruitio deniq; concitato, lex erat lata uastato ac relicto foro, & sicarijs seruisq; tradito, & ea lex quæ ut ne ferretur Senatus fuerat ueste mutata, hac tanta pturbatione ciuitatis ne noctem quidem consules inter meũ discrimen & eorum prædam interesse passi sunt, statim me perculso ad meum sanguinem hauriendum & spirante etiam. R. P. ad eius spolia detrahenda aduolauerunt. Omitto gratulationes, epulas, partitionem ærarij, beneficia spe promissa, prædam, lætitiam paucorum in luctu omnium, uexabatur uxor mea, liberi ad necẽ quærebãtur, a Pisonis consulis pedibus supplex reijcieba

tur, bona diripiebantur, eaq; ad consules deferebantur, domus ardebat, in palatio cõsules epulabãtur. Q đ si meis incõmodis lætabãtur, urbis tamen periculo cõmouerent. Sed ut a mea causa iã recedam reliquas illius anni pestes recordamini, sic enim facillime pspicietis quãtam uim omniũ remediorum a magistratibus proximis. R.P. desiderarit legũ multitudinem, cum eorum quæ latæ sunt, tũ uero quæ promulgatæ fuerunt. Nam latæ sunt consulibus illis tacẽtibus dicam, immo uero approbantibus etiã ut Censoria notatio & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus tolleretur, de. R.P. ut collegia nõ modo illa uetera restituerentur, sed ab uno gladiatore innumerabilia alia noua conscriberẽtur, ut remissis semissibus & trientibus quinta prope pars uectigaliũ tolleretur ut Gabinio pro illa sua Cilicia quã sibi si. R.P. prodidisset pactus erat Syria daretur, ut uni helluoni bis de eadẽ re deliberãdi esset potestas lege rogata, legem ferret prouinciæ cõmutandæ. Mitto eam legẽ quæ oĩa religionũ iura, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de iure & de tempore legum rogandarum una rogatione deleuit. Mitto omnem domesticam laudem, etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas uidebamus lege tribunitia. Matris magnæ. Pessinuntius ille sacerdos expulsus, & spoliatus sacerdotio, fanumq; sanctissimarũ, atq; antiquissimarum religionum, uẽditum pecunia grãdi Brogitaro impuro homini, atq; indigno illa religione præsertim, cum ea sibi ille non colendi, sed uiolandi causa appetisset, appellati reges a populo qui id nunquã ne a Senatu quidem postulassent, reducti exules Bizantium cõdemnati, tũ cum indemnati ciues e ciuitate eijciebantur. Rex Ptolemæus, qui si nõdum erat ipse a Senatu socius appellatus, erat tamen frater eius regis, qui cum esset in eadem causa iam perorata Senatus honorem istum consecutus erat. Eodẽ ge

nere his deniq; maioribus eadem uetustate societatis deniq; erat rex, sed nondum socius, at non hostis, pacatus, quietus, fretus imperio Po. Roma. regno paterno, atq; auito regali ocio perfruebatur, de hoc nihil cogitante, nihil suspicāte eiusdem operis suffragium ferentibus est rogatum, ut sedēs cum purpura & sceptro, & illis insignibus regijs praeconi publico subijceretur, & imperante Po. Roma. qui etiā bello uictis regibus regna reddere consueuit, Rex amicus nulla iniuria commemorata, nullis repetitis rebus cum bonis oībus publicaretur, multa acerba, multa turpia, multa turbulenta habuit ille annus, tamen illi sceleri, quod in me illorū immanitas edidit, haud scio, an hoc recte proximum esse dicam. Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli contentione terra mariq; superatum intra montē Taurum regnare iusserunt. Asiam qua illum mulctarunt Attalo, ut is regnaret in ea condonauerunt, usq; cum Armeniorum rege Tigrane graue bellum perdiuturnumq; gessimus, cum ille iniurijs in socios nostros inferendis bello prope nos lacessisset, hic & ipse per se uehemens fuit, et acerrimum hostem huius imperij Mithridatem pulsum pōto opibus suis regnoq; defendit, & a Lucullo summo uiro atq; imperatore pulsus, animo tamen hostili cum reliquis copijs suis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompeius cū in suis castris supplicē abiectumq; uidisset, erexit, atq; insigne regium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit, & imperatis certis rebus regnare iussit, nec minus et sibi, & huic imperio gloriosum putauit, constitutum a se regē q̄ cōstrictum uideri, qui & ipse hostis fuit Po. Ro. & acerrimū hostem in regnum recepit, qui conflixit, qui signa cōtulit, qui de imperio pene certauit, regnat hodie & amicitiae nomen ac societatis, quod armis uiolarat, id precibus est cōsecutus. Ille Cyprius miser qui semper socius, semper

amicus fuit, de quo nulla unquã suspitio durior ad Senatũ, aut ad impatores nostros allata est, uiuus (ut diũt) est et ui dens cũ uictu ac uestitu suo publicatus. En cur cæteri reges stabilem esse suam fortunã arbitrentur, cũ hoc illius funesti anni perdito exemplo uideãt per Tribunũ aliquem & sexcentas operas se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. At etiam eo negocio. M. Catonis splẽdorem maculare uoluerunt, ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique uirtus ualeret, quæ in tempestate quieta est, & lucet in tenebris, & pulsa loco manet tamẽ, atque hæret in patria splendetque per sese semper, neque alienis unquã sordibus obsolescit. Non illo ornandum. M. Catonem, sed relegandum, illud negociũ imponẽdũ putauerũt, qui in cõcione palam dixerint linguam se euellisse. M. Catoni quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset. Sentient ut spero breui tempore manere libertatem illã atque hoc etiam si fieri poterit, esse maiorem, quod cõsulibus illis. M. Cato etiam cũ iã desperasset aliquid auctoritate sua proficere posse, tamẽ uoce ipsa ac dolore pugnauit, & post meum discessum his Pisonem uerbis flens meum & R. P. casum uexauit, ut illum hominũ perditissimum atque impudentissimum pene iam prouinciæ pœniteret. Cur igitur rogationi paruit? quasi uero ille nõ in alteras quoque leges quas iniuste rogatas putaret iã ante rogarit. Non offert se ille te stis temeritatib9, ut cũ R. P. nihil ꝓsit, se ciuitate Ro. priuet Consule me cũ esset designatus Tri. pl. obtulit in discrimen uitam suam, dixit eã sententiã, cui inuidiã capitis periculo sibi præstãdam uidebat, dixit uehementer, egit acriter, ea quæ sensit præ se tulit. Dux auctor actor rerũ illarũ fuit, nõ quo periculum suũ non uideret, sed in tanta reip. tempestate, nihil sibi nisi de patriæ periculis cogitandũ putabat, consecut9 est ipsius tribunatus. Quid ego de singulari magni-

tudinē animi ei⁹ ac de incredibili uirtute dicā? Meministis illū diem cum templo a collega occupato nobis omnibus de uita eius uiri & ciuis timentibus ipse animo fortissimo uenit in templū & clamorē hominum auctoritate, impetū improborum uirtute sedauit. Adijt cum periculo, sed adijt cū causa, quæ quanta fuerit mihi dicere non est necesse. At si isti Cypriæ rogationi sceleratissime non paruisset, hæreret illa nihilominus in. R.P. turpitudo. Regno enim iā publicato de ipso Catone erat nominatim rogatum, quod ille si repudiasset, dubitatis qn ei uis esset allata? cum omnia acta illius anni per illū unū labefactari uiderentur? Atq; etiā hoc uidebat quoniam illa in. R.P. macula regni publicati maneret, quam nemo iam posset eluere, quod ex malis bonum possit in. R.P. puenire, id utili⁹ esse p se cōseruari, q̄ per alios. Atq; ille etiam si aliquapiam ui pelleretur illis temporibus ex hac urbe facile pateretur. Etenim qui superiore anno Senatu caruisset quo si tum ueniret, me tamen socium suorum in. r. p. consiliorum uidere possit, is æquo animo tum me expulso & meo nomine cum uniuerso senatu, tū sententia sua cōdemnata ab hac urbe abesse nō posset? Ille uero eidē tempori quo nos eidem furori et eisdem cōsulibus eisdem minis insidijs periculis cessit, luctum nos hausimus maiorem. Ille animi nō minorē, his de tot tantisq; iniurijs in socios, in reges, in liberas ciuitates cōsulū querela esse debuit, in eius magistratus tutela reges atq; exteræ nationes semp fuerūt, hæcq; uox cōsulum nunquam est audita, quāq; quis auderet si maxime queri uellent, de Cyprio rege querere, qui me ciuem nullo meo crimine patriæ nomine laborantem nō modo stantem non defenderūt, sed ne quidem iacentem protexerunt. Cesseram si alienā a me plebē fuisse uultis, quæ non fuit inuidiæ, si quo moueri omnia uidebantur tempori, si uis susceperat, armis, si societas, magistratuū pactiōi, si peri

culũ ciuium.r.p.cur cum de capite ciuis nõ disputo cuiusmo di ciuis & de bonis proscripti ferretur? cũ & sacris legibus et.xq̃.tabulis sancitum esset, ut neq; priuilegiũ irrogari, ne ue de capite, nisi comitijs centuriatis rogari, nulla uox est audita cõsulũ? cõstitutũq; illo anno est q̃tũ ĩ illis duab⁹ hu ius imperij pestibus fuit, iure posse per operas cõcitatas quẽ uis ciuem nominatim. Tri.pl.cõcilio ex ciuitate perturbari, quæ cũ permulgata illo anno fuerant, quæ promissa multis, quæ cõscripta, quæ cogitata, quid dicã? Qui locus orbis ter ræ, iam nõ erat alicui destinatus? cuius negocij publici, cogi tari, optari fingiq; ratio potuit, quæ nõ esset attributa atq; descripta? quod genus imperij, quæ prouincia, quæ ratio, aut flandæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur? quæ regio ora ue terrarum erat latior, in qua nõ regnũ aliquod statueretur? Quis autem rex erat, qui illo anno nõ aut emẽ dum sibi quod non habebat, aut redimẽdum quod habebat arbitraretur? quis prouinciam, q̄s pecuniam, quis legatio nem ab senatu petebat? damnatis de ui restitutio, cõsulatus petitio ipsi illi populari sacerdoti comparabatur, hæc geme bant boni, sperabant improbi. Agebat Trib.ple. Cõsules ad iuuabant, hæc aliquanto serius q̃ ipse uellet. Cn. Pomp. in uitissimis ijs qui mentem optimi ac fortissimi uiri suis consi lijs ac fictis terroribus a defensione meæ salutis auerterãt, excitauit illam suam non insolitam, sed suspitione aliqua re tardatam cõsuetudinẽ. R.P. bene gerẽdæ. Nõ est passus ille uir, qui sceleratissimos ciues, qui asperrimos hostes, qui ma ximas nationes, qui reges, qui gẽtes feras, atq; inauditas, qui prædonum infinitam manum, qui etiam seruitia uir tute uictoriáq; domuisset, q̄ omnibus bellis terra marique compressis imperium Po.Ro. orbis terrarum terminis de finisset. R.P. euerti scelere paucorũ, quam ipse non solum cõ silijs, sed etiam sanguine suo sæpe seruasset, accessit ad cau

ſam publicam, reſtitit auctoritate ſua reliquis rebus, de præteritis. queſtus eſt, fieri quædam ad meliorem ſpem inclinatio uiſa eſt. Decreuit Senatus frequens de meo reditu Kal. Iunij, diſſentiente nullo referētè. L. Mūmio cui in mea cauſa nunq̃ fides uirtusq́ contremuit. Interceſſit Ligus iſte neſcio qui additamentum inimicorum meorum. Res erat & cauſa noſtra eo loci ut erigere oculos &, uiuere uideretur, quiſquis erat qui aliquā partē in meo luctu ſceleris clodiani attigiſſet, quocūq; uenerat, quod iudicium cunq; ſibi erat, damnabatur. Inueniebatur nemo, qui ſe ſuffragiū de me tuliſſe confiteretur. Diſceſſerat ab Aſia frater meus magno ſqualIore, ſed multo etiam maiore mœrore. Huic ad urbē uenēti tota obuia ciuitas cū lachrymis gemituq́; proceſſerat, loquebatur liberius Senatus, cōcurrebant equites Ro. Piſo ille gener meus cui fructum pietatis ſuæ, neq; ex me neq; a po. Ro. ferre licuit a ꝓpinquo ſuo ſocerum ſuum flagitabat, oīa Senatus reijciebat, niſi de me cōſules primo rettuliſſent. Quæ enim res iam manibus teneretur, cū conſules prouinciarum pactione libertatem omnem perdidiſſent, qui cū in ſenatu priuati, ut de me ſententias dicerent flagitabantur, legem illi ſe Clodiam timere dicebant, cū hæc nō poſſent iā diutius ſuſtinere initur cōſ.lium de interitu Cn. Pompeij, quo patefacto ferroq́; deprehēſo ille incluſus domi tam diu fuit, q̃ diu inimicus meus in tribunatu, de meo reditu .viij. Tribuni ꝓmulgarūt. Ex quo intellectū eſt mihi abſenti creuiſſe amicos, in ea præſertim fortuna, in qua nōnulli etiam quos eſſe putauerā, nō erant, ſed eos uoluntatem ſemꝑ eandem, libertatem eandem non ſemper habuiſſe. Nam ex .viij. tribunis, quos tunc habueram, unus me abſente defluxit, qui cognomen ſibi ex aliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius eſſe quam generis uideretur. Hoc igitur anno magiſtratibus nouis deſignatis cū omnes boni omnē

ſpem melioris ſtatus i eorum fidem cõuertiſſent, Princeps .P. Lentulus auctoritate ac ſententia Piſone & Gabinio repugnãtibus cauſam ſuſcepit. Tr. q3. P. viij. referẽtibus præſtãtiſſimam de me ſentẽtiam dixit, qui cum ad gloriam ſuam, atq3 ad ampliſſimam beneficij gratiam magis pertinere uideret cauſam illam integram ad ſuum conſulatum reſeruari, tamẽ rem talem per alios citius q̃ per ſe tardius confici malebat, hoc interim tempore. P. Sextius iudex deſignatus iter ad .C. Cæſarẽ p mea ſalute ſuſcepit. Quid egerit, quantũ profecerit, nihil ad cauſam. Equidem exiſtimo, ſi ille ut arbitror, æquus nobis fuerit, nihil ab hoc profectum, ſin iratior nõ multũ. Sed tamen ſedulitatem atq3 integritatem hominis uidetis. Ingredior iam in Sextij tribunatum, nam hoc primum iter deſignatus. R.P. cauſa ſuſcepit, pertinere & ad concordiam ciuiũ putauit, & ad perficiendi facultatẽ animum Cæſaris a cauſa non abhorrere. Abijt ille annus, reſpiraſſe homines uidebantur, nondũ re ſed ſpe. R. P. recuperãdæ. Exierũt malis ominib⁹ atq3 execratõib⁹ duo uulturij paludati, quibus utinã ipſis eueniſſent ea quæ tũ homines precabanť, neq3 nos prouinciam Macedoniam cũ exercitu, neq3 equitatũ in Syria & cohortes optimas perdidiſſemus, ineunt magiſtratum Tr. pl. quod omnes ſæpe de me promulgaturos cõfirmarant. Ex his princeps emitur ab inimicis meis is quem homines in luctu irridẽtes Gracchũ uocabant, quod id etiam fatũ ciuitatis fuit, ut illa ex uepreculis extracta nitedula. R.P. conaretur arrodere. Alter uero nõ ille Serranus ab aratro, ſed ex deſerto Gaui & Leli horreo, calatis granis, in Calatinos atq; Lelios inſitus ſubito nominibus in tabulas relatis nomen ſuũ de tabula ſuſtulit. Veniunt Kalen. Ianua. uos hæc melius ſcire poteſtis, equidem audita dico, quæ tum frequentia Senatus, quæ expectatio populi, qui cõcurſus legatorum ex Italia cuncta, quæ uirtus, actio, grauitas. P. Lentuli fuerit cõſulis, quæ etiam

collegæ eius moderatio de me, quicum inimicitias sibi mecũ ex.R.P. dissensione susceptas esse dixisset eas se dixit & tẽporibus, & r.p. permissurum. Tum princeps rogatus sententiam.L. Cotta dixit, id quod dignissimũ.r.p.fuit nihil de me actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus, non posse quenquam de ciuitate tolli sine iudicio, de capite non mõ ferri, sed ne iudicari quenquã posse, nisi centuriatis comitijs, uim fuisse illam flammã quassatæ. R.P. perturbato undiq; tempore, iure iudicijsq; sublatis magna rerum perturbatione impẽdente, declinasse me paululum, & spe reliquæ tranquillitatis præsentis fluctus tempestatẽq; fugisse. Quare cum absens.r.p.non minus magnis periculis, q̃ quodã tempore præsens liberassem, nõ restitui me solũ, sed etiam ornari a Senatu decere, disputauit etiã multa prudẽter, ita de me illum amentissimũ & profligatissimũ hostem pudoris et pudicitiæ scripsisse quæ scripsisset, ijs uerbis, rebus, sententijs, ut etiã si iure esset rogatum, tñ uim habere non posset. Quare me qui nulla lege abessem, nõ restitui lege, sed reuocari Senatus auctoritate oportere, hunc nemo erat q̃n uerissime sentire diceret, sed post eũ rogatus Cn. Pom. sententiam Cottæ laudauit, & approbauit cum omnes certatim aliusq; alio grauius atq; ornatius de mea salute sine ulla uarietate dixissent. Venit consilij de me agendi dies nono Kalen. Februarij princeps rogationis. Q. Fabricius uir mihi amicissimus templum aliquanto ante lucẽ occupauit. Quietus eo die Sextius is qui est de ui reus, actor hic defensorq; causæ meæ nihil progreditur, consilia expectat inimicorum meorum. Quid illi quorum consilio Pub. Sextius in iudiciũ uocatur quo se pacto gerunt, cum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabricium, manus afferunt, occidunt nonnullos, uulne

rant multos, uniuersiq; districtis gladijs, & cruentis in oi bus. fori partibus fratrem meum uirum optimum oculis quærebant, uoce poscebant, quorum ille telis libenter suum corpus obtulisset, nisi suam uitã ad spem mei reditus reseruasset. Pulsus tamen e rostris in comitio iacuit, seq; seruorũ ac libertorum corporibus obtexit, uitamq; suam noctis & fugæ præsidio non iuris iudiciorũq; defendit. Meministis tum iudices corporibus ciuiũ tyberim repleri, cloacas refarciri, nihilq; neq; ante hoc tempus neq; hoc ipso turbulẽtissimo die criminationis esse in Sextium, hic etiã de ipso accusatore quæro qui. P. Sextium queritur cũ multitudine in tribunatu & cum præsidio magno fuisse. Num illo die fuerit? certe nõ fuit, gladiatores tu supponas cum sicarijs e carcere emissis, ante lucem in forũ immittas, magistratus templo eijcias? cædem maximam facias, forũ purges, & cũ omia ui, armis egeris, accuses eũ qui se præsidio muniuerit, non ut te oppugnaret, sed ut uitam suã posset defendere? Ex eo autem tẽpore id egit Sextius, ut a suis munitus tuto in foro magistratum gereret, ut a suis munitus rempu. administraret. Itaq; fretus sanctitate tribunatus cum se non modo cõtra uim & ferrũ, sed etiam contra uerba atq; intercessione legibus sacratis se armatũ putaret, Venit in templũ Castoris, obnunciauit consuli, cũ subito manus illa clodiana in cæde ciuium sæpe iam uictrix exclamat, incitatur, inuadit, inermem atq; imparatum tribunũ alij gladijs adoriuntur, alij fragmentis septorum & fustibus, a quibus hic multis uulneribus acceptis ac debilitato corpore & contrucidato se abiecit exanimatus neq; ulla alia re a se mortem nisi opinione mortis reppulit, quẽ cũ iacentem & cõscissum pluribus uulneribus extremo spiritu exanguem & confectũ uiderent defatigatiõe magis & errore q̃ misericodia & modo aliquando cædere destiterunt. Et causam dicit Sextius

de ui, quid ita? quia uiuit & id nõ sua culpa, plaga illa unã extrema defuit, quæ si accessisset reliquũ spiritum exhausisset. Accusa Lẽtidium, nõ percussit ad letum, maledicito homini reatino cur tanto tempore exclamaret occisum, ipsum uero quid accusas? Num defuit gladius? num repugnauit? Num ut gladiatoribus imperari solet ferrum non recepit? An hæc ipsa uis est non posse emori? An illa qua tri.pl.templum cruentauit? An q cum esset ablatus, primumq; resipisceret non se referri iussit? ubi est crimen quod reprehenditis? hic quæro iudices si illo die gens ista clodiana, quod facere uoluit effecisset. Si.P. Sextius q pro occiso relictus est occisus esset, fuistis ne ad arma ituri? fuistis ne uos ad patrium illũ animum maiorumq; uirtutem excitaturi? fuistis ne aliquando Remp. a funesto latrone repetituri? an etiã tunc quiesceretis? cũctaremini? timeretis? cũ Remp. a facinorosis sicarijs & a seruis esse oppressam atq; occupatam uideretis? cuius igitur mortem ulcisceremini? Si quidem liberi eẽ & hanc Remp. cogitaretis, de cuius morte uiri quid uos loqui, qd uos sentire, quid cogitare, quid iudicare oporteat, dubitandum putatis? An uero ipsi illi parricidæ, quorũ effrenatus furor alitur impunitate diuturna adeo uim facinoris sui perhorruerant, ut si paulo longior opinio mortis Sextij fuisset Gracchũ illum suum transferendi in uos criminis cã occidere cogitarint, sensit rusticulus nõ incautus. Neq; enim homines tacere potuerunt, suum sanguinẽ quæri ad restinguendam inuidiam facinoris Clodiani. Muliomiam penulam arripuit, cũ qua primum Romam ad conitia uenerat, messoria se corbe contexit, cum quærerent alij Numeriũ, alij Quintum gemini nominis errore seruatus est. Atq; hoc scitis omnes usq; adeo hominem in periculo fuisse quoad Sextiũ uiuere scitum est. Quod ni esset patefactum paulo citius quam uellem, non illi quidem morte mercenna

rij sui transferre potuissent inuidiam in quos putabāt. Sed acerbissimi sceleris infamiam grato quodam scelere minuissent. Ac si tūc Pub. Sextius iudices in templo Castoris animam quam uix retinuit edidisset, non dubito quin si modo esset in repu. Senatus, Si maiestas Po.Ro.reuixisset, aliquā do statua huic ob rempu.interfecto in foro statueretur. Nec uero illorum quisquam quos a maioribus nostris morte obita positos ī loco illo atq; ī rostris collocatos uidetis, esset. P. Sextio, aut acerbitate mortis, aut in rempub. animo præponendus. Qui cum causam ciuis calamitosi, causam amici, causam de republi.bene meriti, causam Senatoris, causam Italiæ, causam reipu.suscepisset. Cunq; auspicijs religioniq; parens obnūciaret quod senserat, Luce, palam a nefarijs pestibus in deorum hominumq; cōspectu esset occisus sanctissimo in templo, sanctissima in causa, sanctissimo in magistratu, Eius igitur uitam quisnam spoliandam ornamentis esse diceret? cuius mortem ornandam monumento sempiterno putaretis, hoies inquit emisti, coegisti, parasti, quid, uti faceret Senatum obsideret, ciues indomitos expelleret, bona diriperet, ædes incenderet, tecta disturbaret, templa deorum immortalium inflammaret, Trib.pl. ferro e rostris expelleret, prouincias quas quibus uellet uenderet, reges appellaret rerum capitalium condemnatos, principem ciuitatis ferro obsessum teneret? hæc ut efficere posset, quæ fieri nisi armis oppressa repu.nullo modo poterant iccirco credo manum sibi. P. Sextius, & copias comparauit. At cū forum corporibus ciuiū Roma.esset constratum cæde nocturna, non modo nulla noua quæstio, sed etiam uetera iudicia sublata. Tri.ple.plus uiginti uulneribus acceptis iacentem moribundumq; uidistis. Alterius Tri.ple. diuini hominis, (dicam enim quod sentio, & quod mecum sentiunt omnes) diuina insigni quadam inaudita noua magnitudine animi

grauitate fide præditi, domus ẽ oppugnata, ferro, facibus, exercitu Clodiano, & tu hoc loco laudas Milonem, & iure laudas, quem enim unquam uirum tam immortali uirtute præditum uidimus, qui nullo præmio proposito præter hoc qđ iam contritum & cõtẽptum putatur iudicium bonorũ, omnia pericula, summos labores, grauissimas cõtentiones, inimicitiasq; suscepit, qui mihi unus ex omnibus ciuibus ui detur te docuisse non uerbis, quid oporteat a præstantissimis uiris in rep. fieri, & quid necesse esset hominum audacium euersorum reipub. sceleribus, legibus & iudicijs resistere, si leges non ualerent iudicia non essent, si respu. ui cõsensúq; audacium armis oppressa teneretur, præsidio & copijs defendi uitam & libertatem necesse esset, hoc sentire, prudentiæ est, facere, fortitudinis, sentire uero & facere, perfectæ cumulatæq; uirtutis. Adijt ad rempub. Trib. pleb. Milo de cuius laude plura dicã, non quo aut ipse hæc dici q̃ existimari malit, aut ego hunc laudis fructum præsenti libẽter impertiam, præsertim cum uerbis consequi non possim, sed qđ existimo si Milonis causam accusatoris uoce collaudatã probaro, uos in hoc crimine parem Sextij causam existimaturos. Quomodo in hoc genere præsidij comparati accusas Sextium? Cum idem laudas Milonem? an qui sua tecta defendit, qui ab aris, focis, ferrum, flammamq; depellit, q sibi licere uult tuto esse in foro, in templo, in curia, qui uitæ præsidiũ cõparat, qui uulneribus, quæ cernit quotidie toto corpore monet, ut aliquo præsidio caput & ceruices, & iugulum ac latera tutetur, hũc de ui accusandũ putas? Quis enĩ nostrum iudices ignorat ita naturã rerum tulisse, ut quodã tp̃e homines nondum, neq; naturali, neq; ciuili iure descripto fusi per agros ac dispersi uagarentur, tantũq; haberẽt quantũ manu & uiribus p cædẽ & uulnera, aut eripe, aut retinere potuissent. Qui igitur primi uirtute & cõsilio præ

stanti extiterunt, hi perspecto genere humanæ docilitatis, atq; ingenij dissipatos unum in locum cōgregarunt, eosq; ex ferocitate illa ad iusticiam atq; mansuetudinem transtulerunt, tum res ad communem utilitatem quas publicas appellamus, tum conuēticula hominum, quæ postea ciuitates nominauerunt, Tum domicilia coniuncta, quas urbes dicimus inuēto, & diuino, & humano iure mœnibus sepserūt,
92. atq; inter hanc uitam perpolitam humanitate, & illam immanem nihil tam interest quam ius & uis, horum utro uti nolumus? altero est utēdum, uim uolumus? extingui ius necesse est, id est iudicia quibus omne ius continetur. Iudicia displicent aut nulla sunt, uis dominetur necesse est. Hoc uident etiā omnes. Milo & uidit & fecit, ut ius experiretur, uim depelleret, altero uti uoluit ut uirtus audaciam uinceret. Altero usus necessario est, ne uirtus ab audacia uinceretur, eademq; ratio fuit Publij Sextij, si minus in accusando, neq; enim per omnes fuit idem necesse fieri. At certe in necessitate defendendæ salutis suæ præsidioq; contra uim & manum comparato. Nam quid ageret uir ad dignitatē & gloriam natus? agebat auctoritate, agebat consilio, agebat per summum ordinem, agebat exemplo bonorum ac fortium ciuium. Quid reip. quid se dignum esset, quis etiam ipse esset, quid sperare, quid maioribus suis reddere debe-
93. ret, diligentissime cogitabat. O dij immortales qua misericordia ostenditis exitum nobis, quam spem reipu. datis, quotus quisq; inuenietur tanta uirtute uir, qui optimam quam
ꝑ causam reip. amplectatur, qui bonis uiris deseruiat, q solidam laudem ueramq; quærat? nec hic tn̄ ulla unquam iniuria adducetur, ut eum tali uirtute tantaque firmitate animi se in repu. fuisse pœniteat. Sed qui hoc uident adolescentes, quonam suas mentes conferent? ille qui monumēta publica, qui ædes sacras oppugnauit, excidit, incendit, qui sti

patus semper

pat? semp sicarijs, septus armatis, munitus indicibus fuit, quorum hodie copia redūdans uolitat ædibus, accusat eum qui aliqua ex parte furorē exultantē repressit, hic qui est se tutatus sic, ut in priuata re deos penates suos, in repub. iura tribunatus auspiciaq; defenderet, accusare eum moderate a quo ipse nefarie accusatus per Senatus auctoritatē non est situs? Nimirū hoc, illud est qđ de me potissimū tu in accusatione quæsisti, quæ esset nostra natio optimatiū. Sic enim dixisti, rem quærentis præclaram iuuentuti ad discēdū, nec mihi difficilem ad perdocendū, de qua pauca iudices dicam, et ut arbitror, nec ab utilitate eorū qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa. P. Sextij abhorrebit oratio mea. Duo genera semper in hac ciuitate fuerūt eorū qui uersati in repub. atq; in ea se excellentius gerere studuerunt, quib? ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse uoluerūt. Qui ea quæ faciebāt, quæq; dicebant multitudini iucūda esse uolebāt populares. Qui autem ita se gerebant, ut sua cōsilia optimo cuique probarentur, optimates habebātur. Quis ergo optimus iste? quis in numero si quæris, innumerabiles, neq; eñ aliter stare possemus, sunt principes consilij publici. Sunt qui eorū sectam sequuntur, sunt maximorū ordinum homines, quibus patet curia, sunt municipales rusticiq; Ro. sunt negocia gerētes. sunt ēt libertini optimates. Numerus huius generis late & uarie diffusus est. Sed genus uniuersum ut tollatur error breui circūscribi & diffiniri potest, omnes optimates sunt qui neque nocentes sunt, neq; natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Esto igitur ut hi sint quam tu nationem appellasti, & qui integri sunt & sani, & bene de rebus domesticis constituti, horum qui uoluntati, commodis, opinioni, in repub. gubernanda seruiunt defensores optimatum. Ipsiq; optimates grauissimi & clarissimi ciues numerātur,

et principes ciuitatis. Quid est igitur propositum his reip. gubernatoribus? quod intueri, & quo cursum suũ dirigere debeant? Id quod est præstantissimũ maximeq; optabile sanis, & bonis & beatis cum dignitate ocium, hoc qui uolunt omnes optimates, qui efficiũt summi uiri, & conseruatores ciuitatis putantur. Neque enim rerum gerendarũ dignitate homines efferri ita cõuenit, ut ocio nõ prospiciant, neq; ullum amplexari ocium quod abhorreat a dignitate, huius autem ociosæ dignitatis hæc fundamenta sunt, hæc membra, quæ tuenda principibus & uel capitis periculo defendẽda sunt, religiones, auspicia, potestates magistratuũ. Senatus auctoritas, leges, mos maiorũ, iudicia, iurisdictio, fides, prouinciæ, socij, imperij laus, res militaris, ærarium. harum rerũ tot atq; tantarũ esse defensorem atq; patronum magni animi est, magni ingenij, magnæq; cõstantiæ. hanc ego uiam iudices si aut asperam atq; arduã aut plenã esse periculorum aut insidiarum negem, mentiar, præsertim qđ nõ modo intellexerim semper, sed etiam præter cæteros senserim. maioribus præsidijs & copijs oppugnatur Resp. q̃ defenditur, propterea q audaces homines & pditi nutu impellunĩ, & ipsi etiã sponte sua cõtra Remp. incitãtur, boni nescio quomodo tardiores sunt, & principijs rerũ neglectis ad extremũ ipsa deniq; necessitate excitãtur. Ita ut nõnunq̃ cunctatione ac tarditate dũ ociũ uolunt etiam sine dignitate retinere, ipsi utrũq; amittant, propugnatores autẽ Reip. qui esse uolũt, omnia Reip. causa pferũt, qui tales sunt qualis pater tuus. M. Scaure fuit qui seditiosis omnibus restitit, quẽ nulla unq̃ uis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. Aut qualis. Q. Metellus patruus matris tuæ qui de ciuitate maluit q̃ de sentẽtiã dimoueri, aut ut uetera exempla quorum est copia digna huius imperij gloria relinquam, ne ue eorum aliquem qui uiuunt nominem, qualis nuper. Q.

Catulus fuit, quem neq; piculi tēpestas, neq; honoris aura potuit unquā de suo cursu uitæ aut spe aut metu remouere. Hæc imitamini per deos immortales qui dignitatē, qui laudem, qui gloriam quæritis, hæc ampla sunt, hæc immortalia, hæc diuina, hæc fama celebrantur, monumentis annalium mandant, posteritati propagantur. Nūc nisi me fallit in eo statu ciuitas est, ut si operas cōductorū remoueris, omnes idem de repu. sensuri esse uideantur. Etenim tribus locis significari maxime po. Ro. iudiciū, & uoluntas potest, cōcione, comitijs, ludorū gladiatorūq; consessu, quæ cōcio fuit per hos annos, quæ quidem esset non conducta sed uera, in qua Po. Ro. consensus perspici posset? habitæ sunt multæ de me a gladiatore sceleratissimo conciones, ad quas nemo adibat incorruptus, nemo integer. Erant enim illæ cōciōes perditorum hominū necessario turbulentæ, habuit de eodē me. P. Lentulus cōsul concionem, cōcursus est Po. Roma. factus egit causam summa cū grauitate copiaq; dicēdi, tanto silentio, tanta approbatione omniū, nihil ut unquam uideretur tam populare ad Pop. Ro. aures accidisse. productus est ab eo Cn. Pom. qui se nō solum auctorem meæ salutis, sed etiā supplicem Po. Roma. exhibuit, huius oratio et pergrauis et grata in concionibus fuit. Quo silentio auditi sunt de me cæteri principes ciuitatis? quos iccirco non appello hoc loco, ne mea oratio si minus de aliquo dixero ingrata sit, si satis de omnibus, infinita esse uideatur. Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem ad uerum populum in campo martio concionem, quis non modo approbauit, sed non indignissimum facinus putauit, illum non dicam loqui sed uiuere ac spirare? Quis fuit qui non eius uoce maculari rempublicam seq; si tum audiret scelere astringi arbitraretur? Venio ad comitia siue magistratuum siue legū placet, de me, quem tyrannum atq; ereptorem libertatis esse dice-

bat, illa ruina reip. dicit se legem tulisse. Quis est qui dũ cõtra me ferebatur, iniisse se suffragium cõfiteatur? Cum autem de me eodẽ ex Senatuscõsulto comitijs centuriatis ferebatur, quis est qui nõ confiteatur se affuisse? & suffragium de salute mea tulisse? Vtra igitur causa popularis debet uideri? in qua omẽs honestates ciuitatis, omnes ætates, omẽs ordines una consentiunt. An in qua furiæ concitatæ tãquã ad funus reipubli. conuolant? An sicubi aderit Gellius homo, & fratre indignus uiro clarissimo & ordine equestri, cuius ille nomen ordinis retinet, ornamenta cõfecit. Id erit populare? usq; eo nõ fuit popularis ut bona solus comesset, libelli etiam pro uino sæpe oppignorarentur. Manebat insaturabile abdomen. Copiæ deficiebant, qui quasi mea culpa bona perdiderit, ita ob eã ipsam causam est mihi inimicus, quia nihil habet. Vtrum ego tibi patrimonium eripui Gelli? an tu comedisti? Quid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonij helluabare, ut si ego consul rempu. contra te & gregales tuos defenderem, in ciuitate esse me nolles. Te nemo tuorum uidere uult, omnes aditum, congressum, sermonem tuum fugiunt, plura dixi q̃ dicendum fuit in furiosissimum atq; egẽtissimum ganeonem. Veniamus ad ludos.

115\. Facit enim iudices uester iste in me animorum oculorumq; contuitus, ut mihi iam licere putem remissiore uti genere dicẽdi. Et quæso hoc loco iudices, ne qua me leuitate ductum

119\. ad insolitum genus dicendi labi putetis, si de poetis, de histrionibus, de ludis in iudicio loquar. Nõ sum tam ignarus iudices causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationẽ aucuper, & omnes undique flosculos carpam atque delibem. Scio quid grauitas uestra, quid hæc aduocatio, quid ille cõuentus, quid dignitas Populi Romani, & quid periculi magnitudo, quid ætas, qd honos meus postulat. Sed mihi sumpsi hoc loco doctrinam quandam, iuuẽ-

tuti qui essent optimates, in ea explicanda demonstrandum fuit non esse populares omnes qui putantur. Ex te igitur Scaure q ludos apparatissimos magnificētissimosq; fecisti potissimū quæro, cur ille ipse maxime ludius nō solū spectator sed actor & achroma, q omnia sororis embolia nouit, qui in cœtu mulierū pro psaltria adducitur nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, nec ullos alios nisi eos a quibus uix uiuus effugit, uix se Po.Ro. tenuit, uix homines odiū suū a corpore eius impuro atq; nefando represserunt, ne histriones quidem coram sedenti pepercerūt. Quid fuit illud quod summus artifex flēs & recenti lætitia & mixto dolore ac desiderio mei egit aperte multo grauioribus uerbis meā causam q̃ egomet agere potuissem, summi eñ poetæ ingeniū non solū arte sua, sed etiam dolore exprimebat, tum illa quanto cum gemitu acta sunt? O pater, me me ille absentem ut patrē deplorādum putarat, quē. Q. Catulus, quē multi alij sæpe in Senatu patrem patriæ nominarunt. Quanto cum fletu cum patrem pulsum, patriā afflictā deploraret, domū incensam, euersamque sic egit, ut demōstrata pristina fortuna fletū etiā inimicis atq; inuidis excitaret, nominatim sum appellatus in Bruto Tullius, qui libertatē ciuibus stabiliuerat. Millies reuocatus est, in hūc cōsessum. P. Sextius tr. pl. cū ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam egit. Is se populo dedit nō plausus cupiditate sed ut ipsi inimici nostri uoluntatē uniuersi populi uiderēt. Venit ut scitis ad colūnam mœniā, tantus est ex omnibus spectaculis usq; a capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunq̃ maior cōsensio aut apertior. P. R. uniuersi fuisse ulla in causa diceretur. Tu ēt mihi. M. Attilium regulu; cōmemoras, qui redire ipse carthaginem sua uoluntate ad suppliciū, q̃ sine his captiuis a qbus ad senatū missus erat, Romæ manere maluerit. Et mihi negas optādū reditū

fuisse? hunc ego reditum repudiarem? qui ita florens fuit, ut uerear, ne quis me studio gloriæ putet icirco exisse ut ita redirem. quem enim nunq̃ Senatus ciuem nisi me nationibus exteris cõmendauit? quẽ curia magis requisiuit? quẽ forum luxit? quem æque ipsa tribunalia desiderauerunt? omnia discessu meo deserta, horrida, muta, plena luctus & mœroris fuerũt. Quis est Italiæ locus in quo non fixum sit in publicis monumentis studium salutis meæ, testimonium dignitatis? Reditus uero meus qui fuerit, quis ignorat? cum ipsis nonis sextilibus idẽ dies reditus mei fuisset, qui & natalis meus fuisset, idẽ & filiæ meæ carissimæ. Cũq; itinere toto urbes Italiæ festos dies agerent aduentus mei, uiæ multitudine legatorũ undiq; missorũ celebrabantur, ad urbem accessus incredibili hominum gratulatione florebat. Reditus erat eiusmodi ut summa in lætitia illud dolerem, ciuitatem tam gratam tam miseram atq; oppressam fuisse. Habes igitur quod ex me quæsisti, q̃ essent optimates? nõ est natio ut dixisti, & cohortari ausus est accusator in hac causa uos iudices, ut aliq̃n essetis seueri, aliq̃n medicinam exhiberetis reip. nõ ea est medicina, cũ sanæ parti corporis scalpellũ adhibetur atq; integræ, carnificina est ista & crudelitas, hi medẽt reip. qui execãt pestẽ aliquã tanq̃ strumam ciuitatis. Sed ut extremũ habeat aliq̃d oratio mea, & ut ego ante dicendi finẽ faciã q̃ uos me attẽte audiendi, cõcludã illud de optimatibus eorũq; principibus ac reip. defensoribus, uosq; adolescentes & qui nobiles estis ad maiorum uestrorũ imitationẽ excitabo, & qui ingenio ac uirtute nobilitatem potestis cõsequi, ad eam rationẽ in qua multi homines noui & honore, & gloria floruerunt, cohortabor. Hæc est una uia mihi credite, & laudis, & dignitatis, & honoris, a bonis uiris, & sapientibus bene a natura constitutis, laudari & diligi, nosse descriptionem ciuitatis a maioribus nostris sa-

pientissime cõstitutam, qui cũ regia; potestatẽ nõ tulissent, ita magistratus annuos creauerũt, ut cõsiliũ Senatus reip. præponerent sempiternũ, deligerentur autem in id consiliũ ab uniuerso populo, aditusq; in illum summũ ordinẽ omniũ ciuium industria ac uirtute pateret. Senatum reip. custodẽ, præsidem, propugnatorem collocauerũt, huius ordinis uti auctoritate magistratus, & quasi grauissimi ministros consilij esse uoluerunt. Senatum autẽ ipsum proximorum ordinum splendore confirmari, plebis libertatem & commoda tueri atq; augere uoluerunt, hæc qui pro uirili parte defendũt, optimates sunt cuiuscunq; sint ordinis. Qui præcipue suis ceruicibus tãta munia atq; rempub. sustinẽt, ij semper habiti sunt optimatũ principes, auctores, & conseruatores ciuitatis, huic hominum generi fateor multos aduersarios, inimicos inuidos esse, multa proponi pericula, multas inferri iniurias, magnos esse experiendos, & subeundos labores. Sed mihi omnis oratio est cum uirtute nõ cum desidia, cum dignitate non cum uoluptate, cũ his qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloriæ, nõ qui somno & cõuiuijs & delectationi natos arbitrantur. Nã qui se uoluptatibus dicarunt, & se uitiorum illecebris, & cupiditatum lenocinijs dediderunt, missos faciant honores, nec attingãt rempub. patiantur uiros laborum patientes frui, qui autem bonam famam bonorum, quæ uere sola gloria nominari potest expetũt, alijs ocium quærere debent & uoluptates non sibi. sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro repub. tempestates, cum multis audacibus improbis, nõnunquam etiam potentibus dimicandum. hæc audiuimus de clarissimorum uirorum consilijs & factis, hæc accepimus, hæc legimus. Neq; eos in laude positos uidemus qui incitarunt aliquando populi animos ad seditionẽ, aut qui largitione cæcarunt men-

tes imperitorum, aut qui fortes & claros uiros, & bene de rep. meritos in inuidiã aliquã uocauerũt. Leues hos semper & audaces & malos, & pniciosos ciues putauerũt. At uero qui horũ impetus represserunt & conatus, qui auctoritate, qui fide, q cõstantia, q magnitudine animi cõsilijs audacium restiterũt, hi graues, hi duces, hi principes, hi auctores huius ordinis et dignitatis, atq; imperij semper habiti sunt, & si quos eorum, aut iniqui iudicij quædam procella peruertit, aut aliqua repentina uis ac tẽpestas perculit popularis, per populũ tamen ipsum recreati sunt atq; reuocati, aut oĩno inuulnerati inuiolatiq; uixerũt. At uero hi qui Senatus cõsiliũ, qui auctoritatẽ bonorũ, qui instituta maiorũ neglexerũt, & imperitæ atq; cõcitatæ multitudini iucundi esse uoluerũt, omnes fere reip. pœnas aut præsenti morte, aut turpi exilio dependerũt. Quod si apud Athenienses homines græcos lõge a nostrorũ hominũ grauitate disiunctos non deerant, qui rempu. cõtra populi temeritatẽ defenderent, cum omnes qui ita fecerunt e ciuitate eijcerentur, si Themistoclẽ illũ conseruatorẽ patriæ nõ deterruit a repu. defendenda, nec Milciadis calamitas q illã ciuitatẽ paulo ante seruauerat, nec Aristidis fuga, qui unus omniũ iustissimus fuisse traditur. Quid nos tãdẽ facere debemus? primũ in ea ciuitate nati, unde mihi orta grauitas & magnitudo animi uidet̃, tũ in tãta gloria insistentes, ut omnia humana leuiora uideri debeant, deinde ad eã rẽpu. tuendã aggressi, quæ tanta dignitate est, ut eã defendentẽ occidere nõ aliud sit q̃ oppugnãtẽ rerũ potiri. Homines græci, quos antea nominaui inique a suis ciuibus dãnati atq; expulsi, tamẽ quia sunt de suis ciuitatibus bene meriti, tanta hodie gloria sunt nõ in græcia solum, sed etiã apud nos atq; in cæteris terris, ut eos a qbus illi oppressi sunt nemo nominet, horum calamitatem dominationi illorum omnes anteponãt. Quis Car

thaginensium pluris fuit Hannibale cōsilio, uirtute, rebus gestis? qui unus cū tot ānos de imperio, de gloria cū Po.Ro. decertauerit? hunc sui ciues de ciuitate eiecerunt. Nos etiam hostem litteris nostris, & memoria uidemus esse celebratū. Quare imitemur nostros Brutos, Halas, Camillos, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, Lentulos, Aemilios, innumerabiles alios, qui hāc rempu. stabiliuerūt, quos equidē in deorū immortaliū cœtu ac numero repono. Amemus patriam, pareamus senatui, cōsulamus bonis, præsentes fructus negligamus, posteritati & gloriæ seruiamus, id esse optimum putemus, quod erit rectissimum, speremus quod uolumus, sed quod acciderit feramus. Cogitemus denique corpus uirorū fortiū magnorū hominū esse mortale, animi uero motus & uirtutis gloriam sempiternā. Neq; si hanc opinionem in illo sanctissimo Hercule consecratam uidemus, cuius corpore combusto uitam eius & uirtutem immortalitas excepisse dicitur, minus existimemus eos, q hāc tantā rempu. suis cōsilijs ac laboribus aut auxerint, aut defenderint, aut seruauerint, esse immortalem gloriam consecutos, sed me repente iudices de fortissimorū & clarissimorum ciuiū dignitate & gloria dicentem, & plura etiā dicere parātē, horum aspectus in ipso cursus oratiōis repressit. Video P. Sextium meæ salutis, uestræ auctoritatis, publicæ causæ defensorē, propugnatorem, auctorem, reū. Video hūc prætextatum eius filium oculis lachrymantibus me intuentem. Video Milonem uindicem libertatis uestræ, custodem salutis meæ, subsidium afflictæ reipub. extinctorem domestici latrocinij, repressorē cædis quotidianæ, defensorem templorum atq; tectorum, præsidium curiæ, sordidatū & reū. Video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei & fratris rerumq; nostrarum, in hoc misero squallore et sordibus, cui superior annus

idem & uirilem patris, & prætextam populi iudicio togã dederit, hunc hoc anno in hac toga rogationis iniustissimæ subitam acerbitatem pro patre fortissimo & clarissimo ciue deprecantem. Atq; hic tot & talium ciuium squallor, hi luctus, hæ sordes susceptæ sunt propter unum me, quia me defenderunt, quia casum meum luctumq; doluerunt, quia me lugenti patriæ, flagitanti senatui, poscenti Italiæ, uobis omnibus orantibus reddiderunt, quod tantũ est in me scelus? quid tantopere deliqui? Illo illo die, cum ad uos indicia litteras cõfessionis cõmunis exitij detuli, cum parui uobis. At si scelestum est amare patriam, pertuli pœnarũ satis, euersa domus est. Fortunæ uexatæ, dissipati liberi. Rapta cõiunx, frater optimus incredibili pietate, amore inaudito maximo in squallore uolutatus est ad pedes inimicissimorũ. Ego pulsus aris, focis, dijs penatib⁹, distractus a meis, carui patria, quã (uti leuissime dicã) certe texeram, pertuli crudelitatem inimicorũ, scelus infideliũ, fraudem inuidorũ, si hoc nõ est satis ꝙ hæc oĩa uidentur deleta reditu meo, multo mihi multo inquã iudices præstat ĩ eãdem illam recidere fortunã, ꝙ̃ tantã importare meis defensoribus & conseruatoribus calamitatẽ. An ego in hac urbe esse possum his pulsis? qui me huius urbis cõpotem fecerũt. Nõ ero. Nõ potero esse iudices. Neq; hic ũq; puer ꝗ his lachrymis, qua sit pietate declarat amisso patre suo propter me, me ipsum incolumẽ uidebit, et quotienscunq; me uiderit, ĩgemiscet, ac pestem suam ac patris sui sese dicet uidere. Ego uero uos in omni fortuna quæcunq; erit oblata, complectar, nec me ab his quos meo nomine sordidatos uidetis unquã ulla fortuna diuellet. Neq; eæ natiões quibus me senatus cõmendauit, quibus de me gratias egit, hunc exulẽ propter me sine me uidebũt. Sed hæc dij immortales, qui me suis templis aduenientẽ receperunt stipatũ ab his uiris, & P. Lẽtulus Cons. ac ipsa Resp. quã

nihil est sanctius uestræ potestati cõmiserunt. Vos hoc iudicio oĩm bonorum mẽtes cõfirmare, ĩproborũ reprimere potestis. Vos his ciuib⁹ uti optimis, uos me reficere et renouare remp. potestis. Quare uos obtestor atq; obsecro, ut sicut me saluũ eẽ uoluistis, eos cõseruetis, ꝑ quos me recuperauistis.

M.T.C. PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO ORATIO.

E TSI QVIRITES NON EST MEAE consuetudinis initio dicẽdi rationẽ reddere qua de cã quẽq; defendã, propterea ꝙ cũ oĩbus ciuibus in eorũ periculis sempꝫ satis mihi iustam eãm necessitudinis esse duxi, tamẽ in hac defensione capitis famæ fortunarum oĩum. C. Rabirij proponẽda ratio uidetur esse officij mei, propterea ꝙ quæ iustissima mihi cã ad hunc defendendũ esse uisa est, eadẽ uobis ad absoluẽdũ debet uideri. Nam mecũ amicitiæ uetustas, tum dignitas hoĩs, tum rõ humanitatis, tum meæ uitæ perpetua consuetudo ad. C. Rabiriũ defendendum est adhortata. Tum uero ut id studiosissime facerem salus reipu. cõsulare officium, cõsulatus deniq; ipse mihi una uobiscum cũ salute. R.P. cõmendatus coegit. Non eñ. C. Rabiriũ culpa delicti, nõ inuidia uitæ, non deniq; ueteres iustæ graues q; inimicitiæ ciuium in discrimen capitis uocauerunt. Sed ut illud summum auxiliũ maiestatis atq; imperij quod nobis a maioribus est traditũ de repu. tolleret, ut nihil post hac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem ciuitatis ualeret. Iccirco in his rebus euertendis unius hominis senectus infirmitas solitudoq; tentata est. Quamobrẽ si est boni consulis, cũ cuncta auxilia Reipub. labefactari conuelliq; uide

at, ferre opē patriæ, succurrere saluti fortunisq; cōmunib9, implorare ciuiū fidem, suam salutem posteriorem saluti cōmuni ducere, est etiam bonorum & fortium ciuium quales uos omnibus. R.P. temporibus extitistis, intercludere omnes seditionum uias, munire præsidia reip. summum in cōsulibus imperium, summū in senatu consilium putare, ea q; secutus sit laude potius & honore, q̄ pœna & supplicio dignum iudicari. Quamobrē labor in hoc defendendo præcipue meus est. Studium uero conseruandi hominis cōmune mihi uobiscum esse debebit. Sic enim existimare debetis Quir. post hominum memoria rem nullam maiorē, magis periculosam, magis ab omnibus uobis prouidendā, neq; a Tri.ple. susceptam, neq; a consule defensam, neq; ad .P.R. esse delatam. Agitur.n. nihil aliud in hac causa Quir. quā ut nullum sit post hac in rep. publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem & audaciā, nullum extremis reip. temporibus perfugium & præsidiū salutis, quæ cum ita sint primum quod in tanta dimicatiōe capitis famæ fortunarumq; omnium fieri necesse est, a Ioue optimo maximo cæterisq; dijs deabusq; īmortalibus, quorū ope & auxilio multo magis hæc resp. quā ratione hominū & consilio gubernatur, pacem ac ueniam peto, precorq; ab his, ut hodiernum diem, & ad huius salutem conseruandā & ad remp. constituendam illuxisse patiantur. Deinde uos Quir. quorū ptās ꝓxime ad deorū īmortaliū numē accedit, oro atq; obsecro, qm̄ uno tempore uita. C. Rabirij hominis miserrimi, atq; innocentissimi, & salus reip. uestris manibus suffragijsq; permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reip. salute sapientiam quam soletis. Nunc quoniam. T. Labiene diligētiæ meæ temporis angustijs obstitisti, meq; ex comparato, & cōstituto spacio defensionis in semihoræ curriculū coegisti, parebitur, & qđ ini

quissimum est accusatoris conditioni, & quod miserrimũ inimici potestati, q̃q̃ in hac præscriptione semihore patroni mihi partes reliquisti, cõsulis ademisti, ꝓpterea q̃ ad defendendum propemodum satis erit hoc mihi tẽporis, uerũ ad conquerẽdum parum, nisi forte de locis religiosis ac de lucis, quos ab hoc uiolatos esse dixisti, pluribus uerbis tibi respondendũ putas. Quo in crimine nihil esset unq̃ abs te dictum nisi a. C. Macro obiectum esset crimẽ id. C. Rabirio, in quo ego demiror meminisse te quid obiecerit. C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse, quid æqui & iurati iudices iudicarint. An de peculatu facto, an de tabulario incenso, lõga oratio est exprimẽda quo in crimine propinquus. C. Rabirij iudicio clarissimo. C. Curtius pro uirtute sua est honestissime liberatus. Ipse uero Rabirius, nõ modo in iudicium horũ criminũ, sed ne in tenuissimam quidẽ suspitionẽ uerbo est unq̃ uocatus. An de sororis filio diligentius respondendũ est? quem ab hoc necatũ esse dixisti, cũ ad iudicij moram familiaris funeris accusatio q̃reretur. Quid.n. est tã uerisimile, q̃ cariorem huic sororis maritum, q̃ sororis filiũ fuisse? atq; ita cariorẽ, ut alter uita crudelissime priuaretur, cum alteri ad probationem iudicij biduũ quæreretur? an de seruis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de ciuibus Ro. contra legem Portiam uerberatis, aut necatis plura dicenda sunt. Cũ tanto studio. C. Rabirius totius Apuliæ singulari uolũtate campaniæ uicinitatis ornetur, cũq; ad eius propulsandum periculum, nõ modo homines, sed prope regiones ipsæ conuenerint, aliquãto etiam latius excitatæ q̃ ipsius uicinitatis nomen ac termini postulabãt. Nam quid ego ad id longam orationem comparem? quod est in eadem mulctæ irrogatione præscriptum? hunc nec suæ nec alienæ pudicitiæ pepercisse. Quin etiã suspicor eo mihi semihorã a Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudicitia dice-

rem, ergo ad hæc crimina quæ patroni diligētiã desiderãt, intelligis mihi semihoram istam nimium longam fuisse. Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque angustã esse uoluisti, quæ non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implorat & efflagitat. Nam perduellionis iudicium, quod a me sublatum esse criminari soles, meum crimen est non Rabirij, quod utinam Quiri. ego aut id primus aut solus ex hac Repub. sustulissem. Vtinam hoc quod ille crimen esse uult, proprium testimonium meæ laudis esset. Quid enim optari potest quod ego mallem quam me in consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? Sed ista laus primum est maiorum nostrorum Quir. qui expulsis regibus nullum in libero populo uestigium crudelitatis regiæ retinuerunt. Deinde multorum uirorum fortium, qui uestram libertatem nõ acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legū munitam esse uoluerunt. Quãobrē uter nostrū tandem Labiene popularis est? Tu ne qui ciuibus Ro. in concione ipsa carnificem, qui uincula adhiberi putas oportere, qui in cãpo Martio comitijs centuriatis auspicato ĩ loco crucē ad ciuiū.R. suppliciū defigi & cõstitui iubes, an ego qui funestari concionem contagione carnificis ueto, qui expiandū forum.P.R. ab illis nefarijs sceleris uestigijs esse duco, qui castam cõcionem, sanctum campũ, inuiolatum corpus oĩm ciuium Ro. integrū ius libertatis defendo seruari oportere? popularis uero Trib. ple. custos defensorque iuris & libertatis. Portia lex uirgas ab omniū ciuiū R. corpore amouit Hic misericors flagella rettulit. Portia lex libertatem ciuiū lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit ne de capite ciuium Ro. iniussu uestro iudicaretur, hic popularis a duūuiris iniussu uestro non iudicari de ciue Ro. sed indicta causa ciuem Ro. capitis condemnari coegit. Tu mihi etiã legis Portiæ, Tu. C.

Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusq; denique hominis po pularis mētionē facis? qui non mō supplicijs inusitatis, sed etiā uerborū crudelitate inaudita uiolare libertatem huius populi, tētare mansuetudinē, cōmutare disciplinā conatus es. Nāq; haec tua, quae te hoīem clementē popularemq; dele ctant. I. lictor, colliga manus, nō modo huius libertatis mā suetudinisq; non sunt, sed ne Romuli quidē, aut Numae Pō pilij, Tarquinij superbissimi, atq; crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quae tu homo lenis ac popularis li bētissime cōmemoras, caput obnubito, arbori infœlici suspē dito, quae uerba Quir. iam pridē in hac repu. non solū tene bris uetustatis, uerūetiā luce libertatis oppssa sunt. An ue ro si actio ista popularis esset, & si ullā partē aequitatis ha beret, aut iuris. C. Gracchus eā reliquisset, scilicet tibi gra uiorē dolorē patrui tui mors attulit q̄. C. Graccho fratris? & tibi acerbior patrui mors est quē nūq̄ uidisti, q̄ illi eius fratris, q cū concordissime uixerat? et similis uiri tu ulcisce ris patrui mortē atq; ille persequeret fratris sui? ista ratiōe agere noluisset, et par desideriū sui reliquit apud Po. R. La bienus iste patruus uester quisq; fuit ac Tyberi⁹ Gracchus reliquerat. An pietas tua maior quā Gracchi? An animus? an consiliū? an opes? an auctoritas? an eloquētia? q̄ si in illo minima fuissent, tn̄ prae tuis facultatibus maxima putaren tur. Cū uero his rebus omnibus. C. Gracchus omnes uice rit. Quantū interuallū tandem inter te atq; illum interie ctum putas? sed moreretur prius acerbissima morte milies Gracchus quā ī eius concione carnifex cōsisteret, quem nō modo foro, sed etiam cœlo hoc ac spiritu censoriae leges atq; urbis domicilio carere uoluerunt, hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis uestris, cum iste omnes & suppliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria uestra ac patrum uestrorum, sed ex annalium monumentis

atq; ex regũ cõmentarijs conquisierit. Ego oibus meis opibus, oibus cõsilijs, oibus dictis atq; factis repugnarim et restiterim crudelitati, nisi forte hãc conditionẽ nobis esse uultis, quam serui si libertatis spem propositã nõ haberent, ferre nullo mõ possent. misera est ignominia iudiciorũ publicorũ, misera mulctatio bonorũ, miserum exiliũ, sed tñ in omni calamitate retinetur aliquod uestigiũ libertatis, mors deniq; si proponitur, in libertate moriamur. Carnifex uero & obductio capitis & nomen ipsum crucis absit, non mõ a corpore ciuiũ Ro. sed ẽt a cogitatione, oculis, auribus. Harũ.n. oim rerũ non solũ euentus atq; perpessio, sed etiam cõditio expectatio, mentio ipsa deniq; indigna ciue Ro. atq; hoie libero est. An uero seruos nostros horũ suppliciorũ oim metu dominorũ benignitas una uindicta liberabit, nos a uerberibus, ab unco, a crucis deniq; terrore neque res gestæ, neq; acta ætas, neq; nostri honores uindicabũt? Quamobrẽ fateor atq; etiam. T. Labiene profiteor & præ me fero, te ex illa crudeli importuna non tribunitia actione, sed regia meo cõsilio uirtute auctoritate esse depulsum, qua tu in actiõe quãquam oĩa exempla maiorũ, oẽs leges, omnem auctoritatem senatus, omnes religiones atq; auspiciorũ publica iura neglexisti, tamen a me hæc in hoc tam exiguo meo tempore nõ audies, liberũ tempus nobis dabitur ad istã disceptationem. Nũc de saturnini crimine ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. Arguis occisum eẽ a. C. Rabirio. L. Saturninũ, & id. C. Rabirius multorũ testimonijs. Q. Hortẽsio copiosissime defendẽte antea falsum eẽ docuit. Ego autẽ si mihi esset integrũ, susciperẽ hoc crimen, agnoscerẽ, confiterer. Vtinã hanc mihi facultatem causa cõcederet, ut possem hoc prædicare. C. Rabirij manu. L. Saturninum hostem Po. R. interfectum, nihil me clamor iste commouet, sed consolatur, cũ indicat esse quosdam ciues imperitos, sed nõ multos. nunquã

mihi credite.Po.Ro.hic qui silet cõsulẽ me fecisset si uestro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quanto iam leuior est acclamatio? quin continetis uocẽ indicẽ stultitiæ uestræ? Testem paucitatis? libenter inquã cõfiterer si uere possem, aut etiam si mihi esset integrũ.C.Rabirij manu.L.Saturninum esse occisum & id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. Sed quoniam id facere nõ possum, cõfiteor id quod ad laudem minus ualebit, ad crimẽ non minus, cõfiteor interficiendi Saturnini causa.C.Rabirium arma cœpisse. Quid est Labiene? quam a me grauiorem confessionẽ aut quod in hunc maius crimen expectas? nisi uero interesse aliquid putas inter eum qui hominem occidit & eũ qui cum telo occidendi hominis causa fuit. Si interfici Saturninũ nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninũ sine scelere nõ possunt, si arma iure sumpta concedis inter

fit.S.C.ut.C.Marius. L. Valerius consules adhiberent.Tr.Pl.& prætores quos eis uideretur, operamq; darent ut imperium Popu.Ro.maiestasq; conseruaretur. Adhibent omnis Trib. pl.præter Saturninum, præter Glauciam, qui rempu.saluam esse uellent, arma capere & se sequi iubent, parent oẽs, ex ædificijs armamentarijsq; publicis arma Po.Ro.C.Mario consule distribuente dantur. Hic iã ut omittã cætera, de te ipso Labiene quæro, cũ Saturninus Capitoliũ teneret, armatus esset una cũ Glaucia.C. Sauferius etiã ille ex cõpedibus atq; ergastulo Gracchus, addã qm̃ ita uis eodem.Q.Labienũ patruũ tuũ, in foro aũt. C.Marius, & L.Valerius Flaccus cõsules post cunctus senatus, atq; ille senatus, quẽ etiã uos ipsi laudatis, qui hos.P.C.qui nũc sunt in inuidiã uocatis, quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, equester ordo, at quorũ equitum Ro. dij immortales nostrorũ atq; eius ætatis, quæ tum magnam partem reipub.atq; omnem dignitatem iudiciorum tenebat

cum omnes omniũ ordinũ homines, qui in salutẽ reip. salutẽ suã repositã esse arbitrabantur, arma cœpissent, quid tandẽ. C. Rabirio faciẽdũ fuit? de te ipso inquã Labiene quæro, cũ ad arma cõsules ex Senatuscõsulto evocassent, cũ armatus. M. Aemilius princeps senatus in comitio constitisset, q cum ingredi vix posset, non ad insequẽdum sibi tarditatem pedũ, sed ad fugiendũ impedimento fore putabat. cũ deniq; Q. Scæuola cõfectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & mẽbris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, & animi uim & infirmitatem corporis ostẽderet, cũ. L. Metellus. Sergius Galba. C. Seranus. P. Rutilius. C. Fimbria. Q. Catulus, omnesq; q tũ erant cõsulares pro salute cõi arma cœpissent, cũ oẽs p̃tores, cũcta nobilitas, ac iuuentus accurreret. Cn. & L. Domitius. L. Crassus. Q. Mutius. C. Claudi9. M. Drusus, cũ omnes octauij Metelli, Iulij, Cassij, Catones Pom. cum. L. Philippus. L. Scipio, cum. M. Lepidus, cum. D. Brutus, cum hic ipse. P. Seruilius, quo tu imperatore Labiene meruisti, cũ hic. Q. Catulus admodũ tum adolescens, cũ hic. C. Curio, cũ deniq; oẽs clarissimi uiri cũ cõsulib9 essent, quid tandem. C. Rabiriũ facere cõuenit? utrũ inclusum atq; abditum latere in occulto, atq; ignauiã suam tenebrarũ, ac parietũ custodijs tegere? an in Capitolium pergere, atq; ibi se cum tuo patruo, & cæteris ad mortem propter uitæ turpitudinẽ cõfugiẽtibus cõgregare. An cũ. M. Scauro, Catulo, Metello, Scæuola, cũ bonis deniq; omnibus coire, nõ modo salutis, uerumetiã periculi societatem? Tu deniq; Labiene quid faceres tali in re ac tempore cũ ignauiæ ratio te in fugam, atq; in latebras impelleret, improbitas & furor. L. Saturnini in Capitoliũ arcesseret, cõsules ad patriæ salutem ac libertatem uocarent, quã tandem auctoritatem, quam uocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimũ uelles? patruus inquit meus cũ Saturnino fuit. Quid pater q

tum? quid propinqui uestri eqtes ro.? qd omnis præfectura, regio, uicinitas uestra? qd ager picenus uniuersus? Vtrum tribunitium furorem, an cõsularẽ auctoritatem secutus est? Equidem hoc affirmo, qđ tu nunc de tuo patruo prædicas neminem unquã adhuc de se esse cõfessum. Nemo est inquã inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cũ Saturnino fateretur. Affuit ue ster patruus, fuerit, & fuerit nulla desperatiõe rerũ suarũ, nullis domesticis uulneribus coactus, induxerit eũ. L. Saturnini familiaritas, ut amicitiã patriæ præponeret, icirco ne oportuit. C. Rabiriũ desciscere a repu. nõ cõparere in illa armata multitudine hominũ bonorum, cõsulum uoci atque imperio nõ obedire? Atqui uidemus hæc in rerum natura tria fuisse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut la teret, latere mortis erat instar turpissimæ, cũ Saturnino esse furoris & sceleris, uirtus & honestas & pudor cum cõsulibus esse cogebat. hoc tu igitur in crimẽ uocas qđ cũ ijs fuerit. C. Rabirius, quos amentissimus fuisset, si oppugnasset, turpissimus si reliquisset? At. C. Decianus de quo tu sæpe cõ memoras, quia cum hominẽ omnibus insignem notis turpitudinis. P. Furium accusaret, summo studio bonorũ omniũ queri est ausus in concione de morte Saturnini condemnatus est, & Sextus Titius, ꝙ habuit imaginem. L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. Statuerunt equites Ro. illo iudicio improbum ciuem esse & non retinendum in ciuitate, qui hominis hostilem in modum seditiosi imaginẽ aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum misericordia commoueret, aut suam significaret imitandam improbitatis uoluntatem. Itaq; mihi mirum uidetur unde hanc tu Labiene imaginem quam habes, inueneris. Nam. S. Titio damnato qui istã habere auderet inuẽtus est nemo, quod tu

ſi audiſſes aut per ætatē ſcire potuiſſes, nunq̃ profecto iſtā imaginem, quæ domi poſita, peſtem atq; exilium. S. Titio attuliſſet, in roſtra aut in cōcionem attuliſſes, nec tuas unquā ratiões ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos. S. Titij afflictā nauem & in quibus. C. Deciani naufragium fortunarū uideres, ſed in his rebus omnibus imprudentia laberis, cām enī ſuſcepiſti antiquiorē memoria tua, quæ cā ante mortua ēſt quam tu natus eſſes, qua in cā tute profecto fuiſſes ſi ꝑ ætatem eſſe potuiſſes, eam cām in iudiciū uocas? an nō intelligis primū quos homines & quales uiros mortuos ſummi ſceleris arguas? Deinde quot ex his qui uiuunt eodem crimine in ſummū periculū capitis arceſſas. Nam ſi. C. Rabirius fraudem capitalem admiſit q̃ arma contra. L. Saturninum tulit, huic quidē afferret aliquā deprecationē periculi ætas illa, qua tum fuit. Q. uero Catulum patrē huius in quo ſumma ſapiētia, eximia uirtus, ſingularis humanitas fuit. M. Scaurū illa grauitate, illo cōſilio, illa prudentia, duos Q. Mutios. L. Craſſum. M. Antonium, qui tum extra urbem cum præſidio fuit, quorum in hac ciuitate longe maxima cōſilia atq; ingenia fuerunt, cæteros pari dignitate præditos cuſtodes gubernatoresq; Reipub. quemadmodū mortuos defendemus? Quid de illis honeſtiſſimis uiris atq; optimis ciuibus eqtibus Ro. dicemus, qui tum una cū ſenatu ſalutē reipu. defenderunt? Quid de tribunis ærarijs cæterorūq; ordinum omniū hoībus qui tum arma pro cōmuni libertate ceperunt. Sed quid ego de his omnibus qui cōſulari imperio paruerunt loquor? de ipſorū conſulum fama quid futurum eſt? L. Flaccū hoīem cū ſemꝑ in repub. tum in magiſtratibus gerendis in ſacerdotio cærimonijsq; quibus preerat diligētiſſimum nefarij ſceleris ac parricidij mortuū condemnabimus? Adiungemus ad hāc labē ignominiāq; mortis etiā. C. Marij nomē? C. Mariū quem uere patrem patriæ parentem

in quã uestræ libertatis atq; huiusce reipu.possumus dicere sceleris ac patricidij nefarij mortuũ condẽnabimus? Etenim si.C.Rabirio q̃ ijt ad arma crucẽ.T.Labienus in cãpo martio defigendam putauit, quod tandẽ excogitabitur in eum supplicium qui necauit? At si fides Saturnino data ẽ, quod abs te sæpissime dicitur, nõ eam.C.Rabirius sed.C.Marius dedit, idemq; uiolauit si in fide non stetit. Quæ fides Labiene q̃ potuit sine.S.C.dari, adeo ne hospes huiusce urbis, adeo ne ignarus es disciplinæ cõsuetudinisq; nostræ, ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena ciuitate nõ in tua magistratum gerere uideare? Quid iam ista.C.Mario inquit nocere possunt quoniã sensu et uita caret? ita ne uero tantis in laboribus Marius periculisq; uixisset, si nihil longius q̃ uitæ termini postulabant spe atq; animo de se & gloria sua cogitasset. At credo cum innumerabilis hostium copias in Italia fudisset atq; obsidione rempu.liberasset, oĩa sua secum una moritura arbitrabatur, nõ est ita Quir.neq; q̃sq̃ nostrorũ in reipu.periculis cũ laude ac uirtute uersatur, q̃n spe posteritatis fructuq; ducatur. Itaq; cũ multis alijs de causis uirorum bonorum mentes diuinæ mihi atq; æternæ uidentur esse, tum maxime, q̃ optimi & sapiẽtissimi cuiusq; animus ita præsentit imposterum, ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur. Quapropter equidem, & .C.Marij, & cæterorum uirorum sapientissimorum, ac fortissimorum ciuiũ mẽtes, quæ mihi uidẽtur ex hominum uita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse, testor me pro illorum fama, gloria, memoria non secus ac pro patrijs fanis, atq; delubris propugnandum putare. Ac si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem q̃ illi pro communi salute ceperunt. Etenim Quiri.exiguum nobis uitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. Quare si eos qui iam de uita decesserunt ornabimus,

iustiore, nobis mortis cōditionē relinquem⁹. Sed si illos Labiene, quos iā uidere nō possum⁹ negligis, ne his qdē quos uides, cōsuli putas oportere? Nemīnē esse dico ex his omnibus q̄ illo die Romæ fuerūt, quē tu diē in iudiciū uocas, pubesq; cū fuerit, quin arma ceperit, quin cōsules secutus sit. Oēs hi quorū tu ex ætate cōiecturā facere potes, qd tū fecerint, abs te rei capitis. C. Rabirij nomine citant. At occidit Saturninū Rabirius. Vtinā fecisset, nō suppliciū depcdrer, sed præmiū postularē. Etem si sceuæ seruo. Q. Crotoni, q oc cidit. L. Saturninū libertas data est, qd' eqti Romā. præmiū dari par fuisset? Et si. C. Marius, q fistulas qbus aqua suppeditabat Iouis optimi maximi tēplis de sedib⁹ præcidi imperarat, q in cliuo capitolino improborū ciuium.

Imperfecta Oratio.

M. T. C. PRO A. CAECINNA AD RECVPERATORES ORATIO.

I quantū in agro locisq; desertis audacia potest, tātū in foro atq in iudicijs impudentia ualeret, nō minus in causa cederet. A. Cæcinna Sextij Ebutij impudentiæ, quam tum in ui facienda cessit audaciæ. Verū & illud cōsiderati hominis esse putauit, qua de re iure decertari oporteret armis non contendere, & hoc cōstantis, qui cū et ui et armis certare noluisset, eū iure iudicioq superare. Ac mihi quidem cū audax præcipue fuisse uidetur Ebutius in cōuocandis hominibus & armandis, tū impudens in iudicio, non solū q in iudiciū uenire ausus est, nam id quidē tā & si improbe fit in aperta re, tamē malitia est iam usitatū. Sed q nō dubitauit id ipsum quod arguit confiteri, nisi forte rationis hoc habuit, cū si facta uis nō esset moribus, supe

rior in possessione retinenda non fuisset, quia cõtra ius mo remq; facta sit. A. Cæcinnã cũ amicis metu perterritũ profu gisse. Nunc quoq; in iudicio si causa more institutoq; om nĩũ defendatur, nos inferiores in agendo non futuros, si e consuetudine recedatur, se quo impudentius egerit, hoc su periorem discessurũ, quasi uero aut in iudicio possit idẽ im probitas, quod in ui confidentia, aut non eo libentius tũ au daciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsistere mus. Itaq; longe alia ratione recuperatores ad agendam causam hac actione uenio atq; initio uenerã. Tum enim no stræ causæ spes erat posita in defensione mea, nunc in con fessione aduersariĳ, tunc in nostris, nunc uero in illorũ testi bus, de quibus ego antea laborabam, ne si improbi essent fal si aliquid dicerent, si probi existimarentur, quod dixissent probarẽt. Nũc sum animo æquissimo, si enim sunt uiri boni, me adiuuant, cũ id iurati dicũt, quod ego iniuratus insimu lo, sin autem minus idonei, me non lædũt, cum siue creditur his hoc ipsum quod nos arguimus, siue fides non habetur, de aduersariĳ fide testium derogatur. Verumtamẽ cum illo rum causæ actionem considero, non uideo quid impudẽtius dici possit, cum autem uestram in iudicando dubitationem, uereor ne id quod uident impudenter fecisse, astute & calli de fecerint. Nam si negassent uim hominibus armatis esse factam, facile honestissimis testibus in re perspicua teneren tur, sin confessi essent, & id quod nullo tempore iure fieri potest, tum ab se iure factum esse defenderent, Sperarunt id quod assecuti sunt, se iniecturos uobis causam deliberan di, & iudicãdi iustam moram ac religionẽ, simul illud quod indignissimum est futurum arbitrati sunt, ut in hac causa non de improbitate Sex. Ebutiĳ, sed de iure ciuili iudiciũ fie r[illegible] uideretur. Qua in re si mihi esset unius. A. Cæcinnæ cã agẽda, profiterer satis idoneum esse me defensorẽ, ꝓpterea

q̄ fidem meam diligentiamq́ȝ præstarem. Quæ cum sint in actore causæ, nihil est in re præsertim aperta & simplici q̄d excellens ingenium requiratur. Sed cū de eo iure mihi dicē dū sit quod pertineat ad omnes, quod cōstitutū sit a maioribus, cōseruatū usq; ad hoc tempus, quo sublato nō solū pars aliqua iuris diminuta, sed etiā uis ea quæ iuri maxime est aduersaria, iudicio cōfirmata esse uideatur, Video summi ingenij causam esse nō uti demonstrē quod ante oculos est, sed ne si quis uobis error in tanta re sit obiectus, omnes potius me arbitrentur causæ, q̄ uos religioni uestræ defuisse. Quāq́ȝ ego mihi sic persuadeo recuperatores, non uos tam propter iuris obscurā dubiamq́ȝ ratione bis iam, sed de eadem causa dubitasse, q̄ quod uidetur ad summā illius existimationē hoc iudiciū pertinere, morā ad cōdēnandū acquisisse, simul & illi spaciū ad sese colligēdum dedisse, q̄d quoniam iam in consuetudinem uenit, & id uiri boni nostri simul in iudicando faciūt reprehendendum fortasse minus, quærendū uero magis etiā uidet, ideo quod oīa iudicia, aut distrahendarū controuersiarū, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt, quorū alterū leuius est, propterea q̄ & minus lædit & persæpe disceptatore domestico dijudicatur, alterum est uehementissimū quod & ad grauiores res pertinet, & nō honorariā operam amici, sed seueritatē iudicis ac uim requirit, quod est grauius, & cuius rei causa iudicia maxime constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutū est, Nam ut quæq; res est turpissima sic maxime et maturissime iudicanda est, At in qua existimationis periculum est, tardissime iudicatur. Qui igitur cōuenit quæ causa fuerint ad cōstituendū iudiciū, eandem moram esse ad iudicandum? Si quis quod spopondit, qua in re uerbo se uno obligauit id non facit maturo iudicio sine ulla religione iudicis condemnatur, qui per tutelam aut societatem, aut rem

mandatam, aut fiduciæ rationē fraudauit quēpiā, in eo quo delictū maius est eo pœna tardior. Est enim turpe iudiciū et facto quidē turpe. Videte igitur ꝙ inique accidat, quia res indigna sit, ideo turpē existimationē sequi, quia turpis existimatio sequatur, ideo rem indignam non uindicari. At si quis mihi hæc iudex recuperatorue dicat, potuisti eñ leuiore actione cōfligere, potuisti ad tuū ius faciliore & cōmodiore iudicio peruenire, quare aut muta actionē, aut noli mihi instare ut iudicē, tamē is aut timidior uideatur ꝙ fortem, aut cupidior ꝙ sapiētem iudicē esse æquum est. Si aut mihi præscribat quemadmodū meū ius persequar, aut ipse id q̄d ad se delatū sit, nō audeat iudicare. Etenim si prætor is qui iudicia dat nunꝙ petitori præstituit qua actione illū uti uelit, Videte ꝙ iniquū sit constituta iam re iudicem quid agi potuerit, aut quid possit non quid actū sit quærere, uerumtamen nimiæ uestræ benignitati pareremus si alia ratione ius nostrū recuperare possemus. Nunc uero quis est aut qui uim armatis hominibus factam relinqui putet oportere, aut eius rei leuiorē actionē nobis aliquā demōstrare possit? Ex quo genere peccati, ut illi clamitant uel iniuriarū uel capitis iudicia cōstituta sunt, in eo potestis atrocitatē nostram reprehendere, cū uideatis nihil aliud actum nisi possessionem per interdictū esse repetitā. Verum siue uos existimationis illius periculū siue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicādum, alterius rei cām uosmetipsi iā uobis sæpius prolato iudicio sustulistis. alterius ego uobis hodierno die cām profecto afferam, ne diutius de cōtrouersia nostra ac de cōi iure dubitetis, & si forte uidebor altius initiū rei demōstrādæ petisse ꝙ me rō iuris, & ius de quo iudiciū est & natura causæ coegerit, q̄so ut ignoscatis. Non. n. minus laborat. A. Cæcinna ne summo iure egisse ꝙ ne certum ius nō obtinuisse uideatur. M. Fulcinius fuit Recuperato es e munici

pio Tarquiniensi, q & domi suæ cum primis honestus existimatus est, tū & Romæ argentariā non ignobilē fecit. Is habuit in matrimonio Cæseniam eodē municipio summo loco natam et probatissimā fœminā, sicut & uiuus multis ipse rebus ostēdit, & in morte sua testamēto declarauit. huic Cæseniæ fundū in agro Tarquiniensi uendidit tēporibus illis difficillimis solutionis, cū uteretur dote uxoris numerata, quo mulieri esset res cautior, curauit ut in eo fundo dos collocaretur. aliquanto post iam argentaria dissoluta Fulcinius huic fundo uxoris cōtinentia quædam prædia, atq; adiuncta mercatur. Moritur Fulcinius, multa enim quæ sunt in re, quia remota sunt à causa, prætermittam. testamento facit hæredem quem habebat ex Cæsenia filium, usumfructum omnium bonorum suorum Cæseniæ legat ut frueretur unà cum filio. Magnus honos uiri iucundus mulieri fuisset si diuturnum esse licuisset, frueretur. n. bonis cū eo, quē suis bonis hæredē esse cupiebat, & ex quo maximū fructum ipsa capiebat. Sed hunc fructum mature fortuna ademit. Nam breui tempore. M. Fulcinius adolescēs mortuus est, hæredem. P. Cæseniū fecit. Vxori grande pōdus argēti, matriq; partem bonorū maiorē legauit. Itaq; in partem mulieres uocatæ sunt. Cū eēēt hæc auctio hæreditaria cōstituta Ebutius iste q iamdiu Cæseniæ uiduitate ac solitudine aleretur, ac se in eius familiaritatē insinuasset hac rōne, ut cū aliquo suo cōpendio negocia mulieris si quæ acciderent, cōtrouersiasq; susciperet. Versabatur quoq; eo tpe in his rōnibus auctionis et partitionis. Atq; etiam se ipse inferebat & intro dabat, & in eam opinionē Cæseniā adducebat, ut mulier imperita nihil putaret agi callide posse ubi non adesset Ebutius, quam personam iam ex quotidiana cognoscitis uita recuperatores, mulierū assentatoris, cognitoris uiduarum, defensoris nimiū litigiosi, conciti ad rixam, inepti

ac stulti inter uiros, inter mulieres periti iuris & callidi, hāc personam impositā Ebutio, is enim Cæseniæ fuit Ebutius, ne forte q̄ratis nū ꝓpinquus? nihil alienius, amicus, aut a patre, aūt a uiro traditus? nihil minus. Quis igitur? ille quem supra deformaui uoluntarius amicus mulieris nō necessitudīe aliqua, sed ficto officio simulataq; sedulitate cō iunctus magis opportuna opera nōnunq̄ q̄ aliq̄s fideli, cū esset ut dicere institueram, cōstituta auctio Romæ, suadebāt amici cognatiq; Cæseniæ id quod ipsi quoq; mulieri in mētem ueniebat, qm̄ ptās esset emendi fundum illum Fulcinianum, qui fundo eius antiquo continēs esset, nullam esse rationē amittere eiusmodi occasionem, cum præsertim pecunia ex partitione deberetur, nusq̄ eam posse melius collocari. Itaq; mulier facere cōstituit, mandat, ut fundū sibi emat, cui tandē? cui putatis? an nō in mētem uenit hominis illius ad hoc munus, & ad oīa mulieris negocia parati, sine quo nihil satis caute, nihil satis callide agi posset recte attendistis. Ebutio negociū datur, adest ad tabulā, licetur Ebutius, deterrētur emptores, multi partim gratia Cæseniæ, partim precio, fundus addicitur Ebutio, pecuniā argentario promittit Ebutius. Quo testimonio nūc uir optimus utitur sibi emptū esse, quasi uero aut nos ei negem⁹ addictū, aut tū q̄sq̄ fuerit q̄ dubitarit, quin emeretur Cæseniæ, cū id pleri q; scirent, oēs fere audissent, ij coniectura assequi possent, cū pecūia Cæseniæ ex illa hæreditate deberetur, eā porro ī p̄dijs collocari maxime expediret. Essent aūt p̄dia q̄ mulieri maxime conuenirent, ea uenirent, liceretur is quē Cæseniæ dare operā nemo miraretur, sibi emere nemo posset suspicari, hac emptiōe facta pecunia soluitur a Cæsenia. Cuius rei putat iste rationem reddi non posse, quod ipse tabulas euerterit, se autem habere argētarij tabulas, in quibus sibi ex pēsa pecunia lata sit, acceptaque relata, quasi id aliter fieri

oportuerit, cum oia ita facta essent quemadmodum nos defendimus, Cæsenia fundũ possedit locauitq;. Neq; ita multo post. A. Cæcinnæ nupsit, ut in pauca conferam, testamẽto facto mulier moritur facit hæredem ex deunce & semũcia Cæcinnã, ex duabus Sextulis. M. Fulcinium libertum superioris uiri, Ebutio Sextulam aspergit, hanc Sextulã illa mercedem isti uoluit esse assiduitatis & molestiæ si quã susceperat. Iste autẽ hac Sextula se ansam retinere omnium controuersiarum putat. Iam principio ausus est dicere non posse hæredẽ esse Cæseniæ Cæcinnam, q̃ is deteriore iure esset q̃ cæteri ciues propter incommodũ uolaterranorum calamitatemq; ciuilem. Itaq; homo timidus imperitusq; qui neq; animi neq; consilij satis haberet, nõ putauit tanti esse hæreditatem, ut de ciuitate in dubium ueniret, cõcessit credo Ebutio quantum uellet de Cæseniæ bonis ut haberet? immo ut uiro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniã stultitiamq; obtriuit, ac cõtudit in possessione bonorum cũ esset, et cum ipse Sextulam suam nimiũ exaggeraret nomine hæredis arbitrũ familiæ herciscundæ postulauit, atq; illis paucis diebus postq̃ uidet nihil se ab. A. Cæcinna posse litium terrore abradere, hoĩ Romæ in foro denũciat fundum illũ, de quo ante dixi cuius istum emptorem demonstraui fuisse mandato Cæseniæ, suũ esse seq; sibi emisse. Quid agis? istv ille fundus est, quem sine ulla controuersia quadriennium hoc est, ex quo tpe fundus uenit quoad uixit possedit Cæsenia. Vsus enim inquit eius & fructus fundi testamento uiri fuerat Cæseniæ, cum hoc nouæ litis genus tam maliciose intenderet, placuit Cæcinnæ amicorũ sententia constituere qua die in rem præsentẽ ueniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur. Colloquuntur. Dies ex utriusq; commodo sumitur, Cæcinna cũ amicis ad diẽ uenit in castellũ Axiã, ex quo loco fundus is de quo agitur, nõ longe abest,

ibi certior fit a pluribus hoies permultos liberos atq; seruos coegisse, & armasse Ebutiũ, cũ id partim mirarentur, partim nõ crederent. Ecce ipse Ebutius in castellum uenit, denũciat Cæcinnæ se armatos habere, abiturũ eum nõ esse si accessisset. Cæcinnæ placuit & amicis quoad uideret sal uo capite fieri posse experiri, tũ de castello discedunt, in fun dũ proficiscuntur, uidetur temere cõmissum, uerum ut opi nor hoc fuit causæ, tam temere istũ re cõmissurum q̃ uerbis nunciabatur nemo putauit. Atq; iste ad oẽs introitus qua adiri poterat non modo in eũ fundũ, de quo cõtrouersia fuerat, sed etiam in illũ proximũ de quo nihil ambigebatur, armatos homines opponit, itaq; primo cũ in antiquum fundũ ingredi uellet quod ea proxime accedi poterat frequentes armati obstiterunt, quo loco depulsus Cæcinna tamen qua potuit ad eũ fundũ profectus, ex quo ex conuentu uim fieri oportebat, eius aũt fundi extremam partem oleæ direpto ordine definiunt, ad eas cum accederetur, iste cum omnibus copijs præsto fuit, seruumq; suũ nomine Anthiochum ad se uocauit & clara uoce imperauit, ut eum qui illum olearum ordinem intrasset, occideret, Homo mea sententia prudẽtissimus Cæcinna tamen in hac re plus mihi animi q̃ consilij uidetur habuisse. Nam & cum armatorũ multitudinẽ uideret, & eam uocem Ebutij quam cõmemoraui audiuisset, tamen accessit propius & iam ingrediens intra finem eius loci quem oleæ terminabant, impetum armati Anthiochi cæterorũq; tela atq; incursus refugit. Eodem tẽpore se in fugã conferunt una amici aduocatiq; eius metu perterriti, quem admodũ illorum testem dicere audistis. His rebus ita gestis P. Dolobella prætor interdixit ut est cõsuetudo de ui hominibus armatis sine ulla exceptiõe, tantũ ut unde deiecisset restitueret, Restituisse se dixit, sponsione uobis iudicandũ est, maxime primo fuit optandũ Cæcinnæ recuperatores ut

controuersiæ nihil haberet. Secũdo loco ut ne cũ tam impro bo homine. Tertio ut cũ tã stulto haberet. Etem̃ non minus nos stultitia illius subleuat, q̃ lædit improbitas, improbus fuit ꝙ homines coegit, armauit, coactis armatisque uim fecit, læsit in eo Cæcinnam, subleuauit ibidem. Nam in eas ipsas res quas improbissime fecit testimonia sumpsit, & eis ĩ causa testimonijs utitur. Itaq; mihi certũ est recuperatores antequam ad meam defensionem meosq; testes uenio, illius uti confessione ac testimonijs. Quid confitetur atq; ita libẽter cõfitetur, ut nõ solũ fateri, sed etiam profiteri uideatur recuperatores, conuocaui homines, coegi, armaui, terrore mortis, ac periculo capitis ne accederes obstiti ferro. Inquit ferro, et hoc dicit in iudicio, te reieci atq; perterrui. Quid? testes quid aiunt? P. Vetilius propinquus Ebutij se Ebutio cũ armatis seruis uenisse aduocatũ. Quid præterea? fuisse cõplures armatos, quid aliud? Minatũ esse Ebutiũ Cæcinnæ. Quid ego de hoc teste dicã? nisi hoc recuperatores ut ie circo non minus ei credatis ꝙ hõ minus idoneus habetur, sed ideo credatis ꝙ ex illa parte id dicit, quod illi causæ maxime est alienũ. A. Terẽtius alter testis nõ modo Ebutiũ, sed etiam seipsum arguit, in Ebutium hoc dicit, armatos homines fuisse, de se aũt hoc prædicat, Antiocho Ebutij seruo ĩperasse, ut in Cæcinnam aduenientem cũ ferro inuaderet. Quid loquar amplius hoc de homine? ĩ quem ego dicere cũ rogarer a Cæcinna nunq̃ uolui, ne arguere illum rei capitalis uiderer. De eo dubito quo modo aut loquar aut taceam cum ipse hoc de se iuratus prædicet. Deinde. L. Cælius, non solum Ebutium cũ armatis dixit fuisse cõpluribus, uerumetiam cũ aduocatis perpaucis eo uenisse Cæcinnam, de hoc ego teste detraham? cui æque ac meo testi, ut credatis postulo. P. Memmius secutus est qui suum non paruum beneficium cõmemorauit in amicos Cæcinnæ, quibus sese uiam per

fratris sui fundum dedisse dixit qua effugere possent, cũ essent metu omnes perterriti. Huic ego testi gratias agam q & i re misericordem se præbuit, & in testimonio religio sum. A. Attilius, & eius filius. L. Attilius, & armatos ibi fuisse, & se suos armatos adduxisse dixerunt, etiã hoc amplius cũ Ebutius Cæcinnæ malum minaretur, ibi tum Cæcinnam postulasse, ut moribus deductio fieret. Hoc idem. P. Rutilius dixit, & eo libentius dixit, ut aliquo ĩ iudicio eius testimonio creditũ putaretur. Duo præterea testes nihil de ui sed de re ipa atq; emptiõe fundi dixerũt. P. Cæsenius auctor fundi non tã auctoritate grauis q̃ corpore, & argẽtarius Sextus Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger nec minus cõfidens quã ille terẽtianus est phormio, nihil de ui dixerunt, nihil præterea quod ad uestrũ iudicium ptineret. Decimo uero loco testis expectatus et ad extremũ reseruatus dixit Senator. Po. Roma. splẽdor, ordinis decus equestris, ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis, fidieulanius falcula, qui cũ ita uehemens acerq; uenisset, ut nõ modo Cæcinnam periurio suo læderet, sed etiã mihi uideretur irasci, ita eum placidum mollemque reddidi ut non auderet, sicut meministis, iterum dicere quot milia fundus suus abesset ab urbe, nam cum dixisset minus abesse. liiij. populus cum risu acclamauit ipsa esse, meminerant enim omnes quantum in albiano iudicio cepisset. In eum quid dicam nisi id quod negare non possit? uenisse in consilium publicæ quæstionis, cum eius consilij iudex non esset, & in eo cõsilio cum causam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixisse sibi liquere, dum incognita re iudicare noluisset, maluisse condemnare q̃ absoluere, cũ si uno minus damnarent, condemnari reus non posset, non ad cognoscẽdã cãm, sed ad explẽdam dãnationem præsto fuisse. Vtrũ grauius in quẽpiã aliquid dici põt, quam ad hominẽ

condemnandum quem nunquam uidisset neq; audisset, ad ductũ precio esse? An certius quicquã obijci potest, q̃ quod is cui obijcitur ne nutu q̃dem infirmare conatur. Verumtamen is testis, ut facile intelligeretis eũ non affuisse animo, cum ab illis causa ageretur testesq; dicerent se tantisper de aliquo reo cogitasse, cum omnes ante eũ dixissent testes, armatos cum Ebutio fuisse cõplures, solus dixit nõ fuisse. Visus est mihi primo ueterator intelligere præclare quid causæ optaret, & tantũmodo errare, q̃ oẽs testes infirmaret, q̃ ante eum dixissent, cũ subito ecce idem q̃ solet suos solos seruos armatos fuisse dixit. Quid tu huic homini facias? Nõne concedas interdũ ut excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odiũ deprecetur? Vtrũ recuperatores his testibus non credidistis? cũ quid liqueret nõ habuistis? At controuersia nõ erat quin uerũ dicerent, an in coacta multitudine, in armis, in telis, ĩ præsenti metu mortis perspicuo periculo cædis dubiũ uobis fuit an esse uis aliqua uideretur necne? q̃bus igitur in rebus uis intelligi põt si in his nõ intelligetur? An uero illa defensio uobis præclara uisa est, nõ deieci, sed obstiti. Non.n.te sum passus in fundũ ingredi, sed armatos homines opposui, ut intelligeres si in fundũ pedem posuisses, statim tibi esse pereundũ. Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est nõ uidetur esse deiectus? posterius de uerbo uiderimus. Nunc rẽ ipsam ponamus, quã illi non negãt, & eius rei ius actionẽq; quæramus. Est hæc res posita quæ ab aduersario nõ negatur Cæcinnam, cũ ad cõstitutam diem tempusq; uenisset, ut ius atq; deductio moribus fieret, pulsum prohibitumq; eẽ ui coactis hominibus & armatis, cũ hoc constet ego homo imperitus iuris, ignarus negociorũ ac litiũ, hanc puto me habere actionẽ, ut per interdictum meũ ius teneam, atq; iniuriam tuã persequar, fac in hoc errare me, nec ullo mõ posse per hoc interdictũ id

assequi

assequi quod uelim, te uti in hac re magistro uolo. Quæro sit ne aliqua huius rei actio an nulla? conuocari homines pter possessionis cõtrouersiam nõ oportet, armari multitudinẽ iuris retinẽdi causa non cõuenit, nec iuri quicquam tam inimicũ q̃ uis, nec æquitati quicquã tam infestũ est q̃ cõuocati homines & armati, quod cũ ita sit resq́; eiusmodi sit, ut in primis a magistratibus animaduertẽda esse uideatur. Iterũ quæro sit ne eius rei aliqua actio an nulla? Nullã esse dices? Audire cupio qui in pace & ocio cũ manum fecerit, cũ copias pararit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit homines, inermes qui ad cõstitutũ experiendi iuris gratia uenissent armis, uiris, terrore piculoq́; mortis reppulerit, fugarit, auerterit, hoc dicat, feci equidẽ quæ dicis omnia, & ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. Quid ergo est? impune feci, nam quid agas mecũ ex iure ciuili ac prætorio non habes, ita ne uero recuperatores hoc uos audietis, & apud uos dici patiemini? Creditis cum maiores nostri tanta diligentia prudẽtiaq́; fuerint, ut omnia omniũ, non modo tantarũ rerũ, sed etiã tenuissimarũ iura statuerint, persecutiq́; sint, ut hoc genus unũ uel maximũ prætermitterent, ut si q me exire mea domo coegissent ui & armis haberẽ actionẽ, si qui introire prohibuissent, nõ haberem? Nondũ de Cæcinnæ cã disputo, non de iure nostræ possessionis loquor, tantũ de tua defensiõe. C. Piso quæror, quãdo ita dicis & ita cõstituis, si Cæcinna cum in fundo esset inde deiectus esset, tũ per hoc interdictũ eũ restitui oportuisse, nunc uero deiectũ nullo modo esse inde, ubi non fuerit, hoc interdicto nihil nos assecutos esse. Quæro si te hodie domum tuã redeuntem coacti homines & armati, nõ mõ limine tectoq́; ædiũ tuarum, sed primo aditu uestibuloq́; prohibuerint. Quid acturus sis? Monet amicus meus te. L. Calphurnius ut idẽ dicas quod ipse antea dixit, iniuriarũ,

quid ad causam possessionis? qd ad restituendũ eũ quẽ oportet restitui? qd deniq; ad ius ciuile, aut ad actoris notionem & animaduersionẽ ages? iniuriarum? plus tibi ego largiar, nõ solũ egeris, uerũ etiam cõdemnaris licet, nunquid magis possidebis? Actio enim iniuriarũ nõ ius possessionis assequitur, sed dolorẽ imminutæ libertatis iudicio pœnaq; mitigat Prætor interea Piso tanta de re tacebit quemadmodũ te restituat in ædes tuas non habebit, qui dies totos aut uim fieri uetat, aut restitui factã iubet, qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum itinerũq; controuersijs interdicit, repente obmutescet? in atrocissima re qd faciat nõ habebit? Et. C. Pisone domo tectisq; suis, prohibito prohibito inq̃ p hõies coactos & armatos prætor quemadmodũ more & exemplo opitulari possit nõ habebit? Quid enim dicet? Aut quid tu tam insigni iniuria accepta postulabis? Vnde ui prohibitus sis, nemo unquã interdixit, Nouũ est non dico inusitatũ, uerũ omnino inauditũ. Vnde deiectus. Quid proficies cum illi hoc respondebũt tibi quod tu nũc mihi armatos se tibi obstitisse ne in ædes accederes, Deijci porro nullo modo potuisse qui nõ accesserit. Deijcior ego inquis si quis meorũ deijcit. Omnino iã bene agis, a uerbis enim recedis et æquitate uteris. nam uerba ipsa si sequi uolumus, quo modo tu deijceris cum seruus tuus deijcitur? uerum] ita est uti dicis, te deiectum debeo intelligere etiã si tactus nõ fueris, age nũc si ne quidẽ tuorũ quisquã loco motus erit, atque oẽs in ædibus adseruati ac retenti, tu solus prohibitus & a tuis ædibus ui atq; armis perterritus. Vtrum hanc actionem habebis quã nos usi sumus? an aliã quãpiam? an omnino nullam? Nullã esse actionẽ dicere in re tam insigni tãq; atroci neq; prudẽtiæ neq; auctoritatis tuæ est, alia si qua forte est quæ nos fugerit dic quæ sit, cupio discere, hæc si ẽ quã nos usi sumus, te iudice uincamus necesse est. Nõ enim uereor ne hoc dicas

in eadem causa, eodem interdicto te oportere restitui, Caecinnam nō oportere. Etenim cui perspicuū nō sit ad incertū reuocari bona, fortunas, possessiōes omniū, si ulla ex pte sententia huius interdicti diminuta aut infirmata sit, si auctoritate uirorū taliū ius armatorū hominū iudicio approbatū uideatur, in quo iudicio nō de armis dubitatum, sed de uerbis quaesitum esse dicatur, is ne apud nos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit, eieci ego te armatis hominibus non deieci, ut tantū facinus nō in aequitate defensionis, sed in una littera latuisse uideať, huiusce rei uos statuetis nullam esse actionē? nulli experiūdi ius constitutū, quod obstiterit armatis hominibus, q multitudine coacta non introitu sed omnino aditu quēpiā prohibuerit. Quid ergo hoc, quā habet uim? ut illa res aliquid aliqua ex parte differre uideatur, utrum pedem cum intulero atq; in possessionē uestigiū fecero, tū expellar atq; deijciar, an in eadem ui & in eisdem armis mihi ante occurratur, ne nō modo intrare uerū aspicere aut aspirare possim. qui hoc ab illo differt? ut ille cogatur restituere qui ingressum expulerit, ille qui ingredietē repulerit non cogatur? Videte per deos immortales quod ius nobis, quam cōditionem uobismetipsis, quam deniq; ciuitati legem constituere uelitis, huius generis una est actio per hoc interdictū, quo nos usi sum⁹, cōstituta ea si nihil ualet, aut si ad hanc rem non pertinet, quid negligenti⁹, aut quid stultius maioribus uestris dici potest? qui aut tantae rei praetermiserint actionem, aut eam constituerint, quae nequaq; satis uerbis causam & rationem iuris amplecteretur, periculosum est dissolui hoc interdictum, captiosum omnibus rē ullam constitui eiusmodi, quae cum armis gesta sit, rescindi iure non possit. Verumtamen est turpissimum illud tantae stultitiae prudentissimos homines condemnari, ut nos iudicetis huius rei interdictū, atq; actionē in mētem maioribus

nostris non uenisse. Queramur inquit licet, tamē hoc inter dicto Ebutius non tenetur. Quid ita? Quod uis Cæcinnæ facta nō est, dici in hac causa pōt? ubi arma fuerint, ubi coacta hoīm multitudo, ubi instructi & certis locis cū ferro homines collocati, ubi minæ, picula, terroresq; mortis, ibi uim non fuisse? Nemo inquit occisus est neq; saucius. Quid ais? cū de possessionis controuersia, & de priuatorum hominū contentiōe iuris loquamur, tu uim negabis factam si cædes & occisio facta non erit? Ego exercitus maximos sæpe pulsos & fugatos esse dico terrore ipso impetuq; hostium sine cuiusq; nō modo morte, uerumetiam uulnere. Etenim recuperatores non ea sola uis est, quæ ad corpus nostrum uitāq; peruenit, sed etiam multo maior ea, quæ periculo mortis iniecto formidine animum perterritum loco sæpe & certo de statu dimouet. Itaque saucij sæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt, neq; eum relinquunt locū quem statuerint defendere. At alij pelluntur integri, ut non dubium sit, quin maior adhibita uis ei sit, cuius animus sit perterritus, quam illi cuius corpus uulneratum sit. Quod si ui pulsus dicimus exercitus esse eos qui metu ac tenui sæpe suspitione periculi fugerūt, & si non solum impulsu scutorum neq; conflictu corporum, neq; ictu cominus, neq; cōiectione telorum, sed sæpe clamore ipso militum, aut instructione aspectuq; signorum magnas copias pulsas eē, & uidimus, & audiuimus, quæ uis in bello appellatur ea in ocio nō appellabitur? & quod uehemēs in re militari putatur, id leue in iure ciuili iudicabit? & quod exercitus armatos mouet, id ad uocationem togatorū non uidebitur mouisse? & uulnus corporis magis istam uim quam terror animi declarabit? & sauciatio quæretur cū fugam factam esse constabit? Tuus enim testis hoc dixit metu perterritis nostris aduocatis locum qua effugerent demonstrasse, q nō

modo ut fugerent, sed etiam ipsius fugæ tutam uiam quæsie runt. His uis adhibita nõ uidebitur? Quid igitur fugiebãt propter metum, quid metuebant? Vim uidelicet potestatis, igitur principia negare potestis cum extrema conceditis? fugisse perterritos confitemini, causam fugæ dicitis eandẽ, quam omnes intelligimus, arma, multitudinem hominum, incursionem, atque impetum armorum. Hæc ubi conceduntur esse facta, ibi uis facta negabitur? At uero hoc quidem iam uetus est, & maiorum exemplo multis in rebus usitatum, cum ad uim faciẽdam ueniretur, si quos armatos quãuis ꝓcul conspexissent, ut statim testificati discederẽt, optime sponsionem facere possent, ne aduersus edictum prætoris uis facta esset, ita ne uero scire esse armatos satis est, ut uim factam probes, in manus eorum incidere non est satis? aspectus armatorum ad uim probandam ualebit, incursus & impetus non ualebit? Qui abierit facilius sibi uim factã probabit, quam qui effugerit? At ego dico hoc, si ut primo in castello Cæcinnæ dixit Ebutius se homines coegisse & armasse, neq; eum si illo accessisset abiturum, statim Cæcinna discessisset, dubitare uos non debuisse, quin Cæcinnæ facta uis esset, si uero simulac procul conspexit armatos recessisset, eo minus dubitaretis? Omnis .n. uis est, quæ periculo aut decedere nos aliunde cogit, aut prohibet accedere, ꝙ si aliter statuetis, uidete ne hoc uos statuatis, qui uiuus discesserit ei uim non esse factam, ne hoc omnibus in possessionũ controuersijs præscribatis, ut confligendum sibi & armis decertandum putent, ne quemadmodũ in bello pœna ignauis ab imperatoribus cõstituitur, sic in iudicijs deterior causa sit eorum qui fugerint, ꝙ̃ qui ad extremum usq; contenderint, cum de iure & legitimis hominum controuersijs loquimur, & in his rebus uim nominamus, pertenuis uis intelligi debet. Vidi armatos quãuis paucos magna uis est,

decessi unius hominis telo perterritus, deiectus, detrususque sum, hoc si ita statuetis, non modo non erit cur depugnare quisque posthac possessiõis causa uelit, sed ne illud quidẽ cur repugnare. Sin autem uim sine cæde, sine uulneratione, sine sanguine nullam intelligetis, statuetis homines possessionis cupidiores quam uitæ esse oportere? Age uero de ui teipsum habebo iudicem Ebuti, respõde si tibi uidetur, in fundũ Cæcinna, utrum noluit tandem an non potuit accedere? Cum te obstitisse & repudiasse dicis, certe hunc uoluisse cõcedis, potes igitur dicere non ei uim fuisse impedimento, cui cum cuperet eoq; cõsilio uenisset per homines coactos non sit licitũ accedere. Si enim id quod maxime uoluit nullo modo potuit, uis profecto quædam obstiterit necesse est, Aut tu dic quamobrem cũ uellet accedere non accesserit? iam uim factã negare nõ potes, deiectus quemadmodũ sit qui non accesserit id queritur. Demoueri.n. & depelli de loco necesse est eũ qui deijciatur. Id aũt accidere ei qui potest? qui omnino in eo loco unde se deiectũ esse dicit nunquam fuit, quod si fuisset, et ex eo loco metu ꝑmotus fugisset cũ armatos uidisset, diceres ne esse deiectum? opinor. An tu q tam diligenter & tam callide uerbis controuersias non æquitate dijudicas, et iura nõ utilitate communi, sed litteris exprimis, poteris ne dicere deiectum esse eum qui tactus non erit? Quid detrusum dices? nam eo uerbo antea prætores hoc interdicto uti solebant. Quid ais? potest ne detrudi quisquam qui non attingitur? Nonne si uerbũ sequi uolumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi cui manus afferantur? Necesse est inquam si ad uerbũ rem uolumus attingere, neminem statue detrusum qui non adhibita ui manu dimotus & actus præceps intelligatur. Deiectus uero qui potest esse quisquam? nisi qui in inferiorem locum de superiore motus? potest pulsus fugatus eiectus denique? Illud uero nullo modo potest de

ictus esse quisquã non modo qui tactus non sit,sed ne æquo quidem & plano loco,q̃d ergo hoc interdictum putamus eorum esse causa cõpositum qui se præciptatos ex locis superioribus dicerent? Eos enim uere possumus dicere esse deiectos,an non cũ uolũtas,& cõsiliũ,& sentẽtia interdicti intelligatur,impudentiam summam,aut stultitiam singularẽ putabimus in uerborũ errore, uersari,rem & causam, & utilitatem cõmunem non relinquere solũ,sed etiam prodere? An hoc dubiũ est quin neq; uerborũ tanta copia sit,non modo in nostra lingua quæ dicitur esse inops, sed ne in alia quidem ulla res ut omnes suis certis ac proprijs uocabulis nominentur. Neq; uero quicquã opus sit uerbis,cum ea res cuius cã uerba q̃sita sint intelligatur,q̃ lex,quod. S.C. q̃d magistratus edictũ,quod fœdus,aut pactio,quod ut ad priuatas res redeam testamentum,quæ iudicia aut stipulationes,aut pacti & conuenti formula non infirmari ac cõuelli potest,si ad uerba rem deflectere uelimus? Consilium aũt illorum qui scripserunt & rationem & auctoritatem relinquamus? Sermo Hercule & familiaris,& quotidianus nõ cohærebit,si uerba inter nos aucupabimur, deniq; imperium domesticum nullum erit,si seruulis hoc nostris concesserimus,ut ad uerba nobis obediãt,nõ ad id q̃d ex uerbis intelligi possit,obtẽperent. exemplis nũc uti uidelicet mihi necesse est harum rerũ omniũ? occurrit unicuiq; uestrum aliud alij in omni genere exemplum quod testimonio sit nõ ex uerbis totũ pendere ius,sed uerba seruire hominũ consilijs,& auctoritatibus,ornate & copiose. L. Crassus homo longe eloquentissimus paulo ante q̃ nos in forum uenimus iudicio centumuirali hanc sententiam defendit, & facile cum contra eum prudentissimus. Q. Mutius diceret, probauit oĩbus. M. Curiũ,qui hæres institutus esset,ita mortuo Posthumo filio,cum filius non modo non mortuus ,sed ne

natus quidem esset, hæredem esse oportere. Quid uerbis sa-
tis hoc cautū erat? minime, quæ res igitur ualuit? uoluntas,
quæ si tacitis nobis intelligi posset, uerbis omnino nō utere-
mur, quia nō potest, uerba reperta sunt, nō quæ impedirēt,
sed quæ indicarent uolūtatem, lex usum, & auctoritatē fun
di iubet esse bienniū. At utimur eodē iure in ædibus, q̄ in le
ge non appellant, si uia sit immunita iubet qua uelit agere
iumentū, pōt hoc ex uerbis intelligi, licere si uia sit in Bru-
tijs immunita agere si uelit iumētū p. M. Scauri tusculanū,
actio est in actorem præsentem his uerbis, qn̄ te in iure con-
spicio, hac actione. Appius ille cæcus uti non posset, si tā ue
re homines uerba consectarent, quā rem, cuius causa uerba
sunt, non cōsiderarent, testamento si recitatus hæres esset
pupillus Cornelius, isq; iam annos .xx. haberet, uobis inter
pretibus amitteret hæreditatē, ueniūt in mentem mihi per-
multa, uobis plura certe scio, uerū ne nimiū multa cōplecta-
mur, atq; ab eo quod propositū est lōgius aberret oratio, hoc
ipsum interdictū de quo agitur cōsideremus, intelligitis enī
in eo ipso si in uerbis ius cōstituamus oēm utilitatē nos hu-
ius interdicti, dum uersuti & callidi uolumus esse, amissu-
ros. Vnde tu aut familia aut procurator tuus, si me uillicus
tuus sol⁹ deiecisset, nō familia deiecisset ut opinor, sed aliqs
de familia. Recte igitur diceres te restitisse, qppe qd enim
facilius est q̄ꝫ probari ijs q latine sciāt in uno seruulo fami-
liæ nomē non ualere, si uero ne habeas quidem seruum præ-
ter eū q me deiecerit, clames uidelicet, si, habeo familiā a fa-
milia mea fateor te esse deiectū, neq; dubiū est quin si ad rē
iudicandā uerbo ducimur, nō re, familiā intelligamus quæ
constet ex seruis pluribus, quin unus homo familia non sit,
uerbū certe hoc non modo postulat, sed etiam cogit. At uero
ratio iuris interdictiq; uis & prætorū uolūtas & hominū
prudentium consilium & auctoritas respuat hanc defensio

nem & pro nihilo putet. Quid igitur isti homines latine nō loquuntur? Quantū est satis ad intelligendam uoluntatē, cū sibi hoc proposuerint, ut siue me tu deieceris, siue tuorū quispiā, siue seruorū, siue amicorū, ut seruos non numero distinguant sed appellēt uno familiæ noīe, de liberis aūt quisquis est procuratoris noīe appelletur, nō quo oēs sint ut appellentur procuratores, q negocij nostri aliqd gerāt, sed in hac re cognita sententia interdicti uerba exquiri omnia noluerūt, nō enim alia causa est æqtatis in uno seruo & in pluribus, nō alia ratio iuris in hoc genere dūtaxat utrū me tuus procurator deiecerit, is qui legitime procurator dicitur omniū rerū eius, qui in Italia nō sit, absit ue reipu. causa, quasi pene quidā dominus, hoc est alieni iuris uicarius an tuus colonus, aut uicinus, aut cliēs, aut libertus, aut quiuis qui illā uim deiectionemq; tuo rogatu, aut tuo noīe fecerit. Quare si ad eū restituēdū qui ui deiectus est eādē uim habet æquitatis ratio, ea intellecta certe nihil ad rem ptineat, quæ uerborū uis sit ac nominū. Tam restitues si tuus me libertus deiecerit nulli tuo præpositus negocio, q̄ si procurator deiecerit, nō quo omnes sint procuratores, q aliquid nostri negocij gerūt, sed q in hac re quæri nihil attinet, tam restitues si unus seruulus, q̄ si familia fecerit uniuersa, nō quo idē sit seruulus quod familia, uerū quia nō quibus uerbis quidq̄ dicatur quæritur, sed quæ res agatur, etiā si ut longius a uerbo recedamus, ab æquitate ne tātulū quidem, si tuus seruus nullus fuerit, & oēs alieni ac mercenarij tamē & ipsi serui tuæ familiæ, & genere, & nomine cōtinebuntur, perge porro hoc idē interdictū sequitur, hominibus coactis, neminem coegeris, ipsi cōuenerint sua sponte, certe cogit is q cōgregat homines & conuocat. Coacti sunt ij qui ab aliquo sunt unū in locū congregati, si non modo cōuocati nō sunt, sed ne cōuenerūt quidē, sed hi modo fuerunt, qui etiā antea

nõ uis ut fieret, uerũ colẽdi aut pascendi causa esse in agro consueuerant, defendes homines coactos non fuisse, & uerbo quidem superabis meipso iudice, re autem ne consistes quidem ullo iudice. Vim enim multitudinis restitui uoluerũt, non solũ conuocatæ multitudinis, sed quia plerũque ubi multitudine opus est, homines cogi solent, ideo de coactis compositum interdictum est, quod etiam si uerbo differre uidebitur, re tamẽ erit unum & omnibus in causis idẽ ualebit, in quibus perspicitur una atque eadem causa æquitatis. De armatis uero quid dicemus? armatos si latine loqui uolumus quos appellare uere possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Quid igitur si glebis aut saxis aut fustibus aliquem de fundo præcipitẽ egeris, iussusque sis quẽ hominibus armatis deieceris restituere, restituisse dicis te? uerba si ualent, si causæ non ratione sed uocibus ponderantur, me auctore dicito. uinces profecto nõ fuisse armatos eos, qui saxa iacerent, qui de terra ipsi tollerent, non esse arma cespites, neque glebas, nõ fuisse armatos eos, qui prætereuntes ramũ defringerent arboris, arma esse suis nominibus alia ad tegendũ, alia ad nocendum, quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse uinces. Verũ si quidem erit armorum iudicium, tum ista dicito, iuris iudiciũ cũ erit & æquitatis, caue in ista tam frigida tam ieiuna calũnia delitescas. Non enim reperies quenquam iudicem, aut recuperatorem qui tanquam si arma militis inspicienda sint ita probet armatũ, sed perinde ualebit, quasi armatissimi fuerint si reperientur ita parati fuisse, ut uim uitæ aut corpori potuerint afferre. Atque ut magis intelligas quàm uerba nihil ualeãt, si tu solus aut quis unus cũ scuto, cũ gladio impetũ in me fecisset, atque ego ita deiectus essem, auderes ne dicere interdictũ esse de armatis hominibus? Hic aũt hoiem armatũ unum fuisse? nõ opinor, tam impudens esses, atqui uide ne multo nunc sis impudẽ

tior. Nā tū quidem omnes mortales implorare posses, qꝫ homines in tuo negocio latine obliuiscerētur, qꝫ inermi armati iudicarentur, qꝫ cū interdictū esset de pluribus, cōmissa res esset ab uno, unus hō plures esse hoīes iudicarētur, uerum in his causis nō uerba ueniunt in iudiciū, sed ea res cuius cā uerba hæc in interdictū coniecta sunt, uim quæ ad caput, & ad uitā pertinet, restitui sine ulla exceptione uoluerunt, ea fit plerunqꝫ per hoīes coactos armatosqꝫ, si alio cōsilio eodem periculo facta sit, eodem iure esse uoluerūt. Non .n. maior est iniuria, si tua familia q̄ si tuus uillicus, non si tui serui, q̄ si alieni ac mercēnarij, nō si tuus ꝓcurator, q̄ si uicinus aut libertus tuus, nō si coactis hoībus q̄ si uolūtarijs, aut ēt assiduis ac domesticis, nō si armatis q̄ si inermibus, q uim haberent armatorū ad nocendū, non si pluribus q̄ si nno armato. Quibus .n. rebus plerūqꝫ uis fit, eiusmodi hæ res apellantur interdicto, si per alias res eadem facta uis est, ea tametsi uerbis interdicti non concluditur, tū sententia iuris atqꝫ auctoritate retinetur. Venio nūc ad illud tuū, non deieci si eum non siui accedere, puto te ipsum Piso perspicere quanto ista sit angustior iniquiorqꝫ defensio, q̄ si illa uterere, non fuerunt armati, cū fustibus & saxis fuerunt, si mehercule mihi non copioso homini ad dicēdū optio detur, utrū malim defendere non esse deiectū eū, cui ui et armis ingredienti sit occursum, an armatos nō fuisse eos, q sine scutis, ac sine ferro fuerint, oīno ad probandū, utrunqꝫ rem uideā infirmam nugatoriamqꝫ esse, ad dicēdū aūt in altera uideam mihi aliquid reperire posse, non fuisse armatos, eos q neqꝫ ferri quicq̄ neqꝫ scutum ullū habuerit. Hic uero hæream si mihi defendendū sit eum qui pulsus fugatusqꝫ sit non esse deiectū, atqui illud in tota defensiōe tua mihi maxime mirum uidebatur, te dicere, Iurisconsultorū auctoritati obtemperari non oportere, quod ego tametsi

non nunc primũ neq; in hac causa solũ audio, tñ admodum mirabar abs te quãobrem diceretur. Nam cæteri tũ ad istam hortationem decurrunt, cũ se in causa putant habere æquũ & bonũ quod defendãt, si cõtra uerbis & litteris, & ut dici solet summo iure cõtendit, solẽt eiusmodi iniquitati et boni & æqui nomen dignitatemq; opponere. Tum illud quod dicitur sic uenire irrident, tum aucupia uerborũ & litterarũ tendiculas in inuidiam uocant, tum uociferãtur ex æquo & bono, non ex callido uersutoq; iure rem iudicari oportere, scriptũ sequi, calũniatoris esse boniq; iudicis, uolũtatem scriptoris auctoritatẽq; defendere. In ista uero causa cũ tu sis is, qui te uerbo litteraq; defendas, cũ tuæ sint eæ partes, unde deiectus es? an inde quo ꝓhibitus es accedere? eiectus es non deiectus, cum tua sit hæc oratio, fateor me hoĩes coegisse, fateor armasse, fateor tibi mortẽ esse minitatũ, fateor hoc interdictũ prætoris uindicaui si uolũtas & æquitas ualeat, sed ego inuenio in interdicto uerbũ unũ ubi delitescã, nõ deieci te ex eo loco, quem in locũ prohibui ne uenires, in ista defensione accusas eos qui cõsulũtur, ꝙ æquitatis censeãt rõnẽ nõ uerbi haberi oportere, & hoc loco Scæuolã dixisti causam apud. C. uiros non tenuisse, quẽ ego antea non cõmemoraui ꝙ idẽ faceret ꝙ tu nunc, tametsi ille ĩ aliqua cã faciebat, tu in nulla facis, tñ non probasse memini quod defendis, quia uerbis oppugnare æquitatem uidebatur, cũ id miror te hoc in hac re alieno tempore, & contra quam ista causa postulasset defendisse, tum illud uulgo in iudicijs, et nonnunquam ab ingeniosis hominibus defendi mihi, mirum uideri solet, nec iureconsultis concedi, nec ius ciuile in causis semper ualere oportere, nam qui hoc disputant si id dicunt, non recte aliquid statuere eos qui consulantur, nec hoc debent dicere iuri ciuili, sed hominibus stultis obtemperari non oportere, sin illos recte respondere concedũt, &

aliter iudicari dicunt oportere, male iudicari oportere dicunt. Neq; enim fieri potest, ut aliud iudicari de iure aliud responderi oporteat, nec ut quisquam iuris numeretur peritus qui id statuat esse q̄d non oporteat iudicari. At est aliquando cōtra iudicatum. Primum utrum recte an perperā? si recte, id fuit ius quod iudicatum est, sin aliter? non dubiū est utrum iudices an Iurisconsulti uituperandi sint. Deinde si de iure uario quippiam iudicatum est, non potius contra Iurisconsultos statuunt si aliter pronunciatum est, ac Mutio placuit? q̄ ex eorum auctoritate, sicut Manilius statuebat, sic est iudicatum, etenim ipse Crassus non ita causam apud. C. uiros egit, ut contra Iurisc̄osultos diceret, sed ut hoc diceret illd̄ quod Scæuola defendebat non esse iuris & in eam rem non solum rationes afferret, sed etiā Q. Mutio socero suo multisq; peritissimis hominibus auctoribus uteretur. Nā qui ius ciuile contemnendū putat, is uincula refellit, non modo iudiciorum, sed etiā utilitatis uitæq; communis. Qui autē interpretes iuris uituperat, si imperitos iuris esse dicit, de hominibus non de iure ciuili detrahit, sin peritis nō putat esse obtemperandū, non hoīes lædit, sed leges ac iura labefactat, quod uobis uenire in mentē profecto necesse est, nihil esse in ciuitate tā diligēter q̄ ius ciuile retinendū, etenim hoc sublato nihil est quare exploratū cuiq; possit esse q̄d suū, aut quid alienū sit, nihil est quod æquabile inter oēs, atq; unū oībus esse possit. itaq; in cæteris controuersiis atq; iudiciis cū quæritur, aliq̄d factū necne sit, uerū an falsum p̄feratur & fictus testis subornari solet & imponi falsæ tabulæ, nōnunq̄ honesto ac p̄babili noīe bono uiro iudici error obiici, improbo facultas dari, ut cum sciēs perperam iudicarit testamentum aut tabulas secutus esse uideatur. in iure nihil est eiusmodi recuperatores, nō tabulæ falsæ, non testis improbus, deniq; nimia ista quæ domina

tur in ciuitate potẽtia in hoc solo genere quiescit, q̃d agat, quo modo aggrediatũ iudicem, qua deniq; digitum proferat non habet, illud enim potest dici iudici ab aliquo non tam uerecundo homine q̃ gratioso, iudica hoc factũ esse aut nũquam esse factũ uel cogitatũ. Crede huic testi, has cõproba tabulas, hoc non põt, cui filius agnatus nõ sit eius testamẽtum non esse ruptum, iudica q̃d mulier sine tutore auctore promiserit deberi, non est aditus ad huiuscemodi res, neq; potẽtiæ cuiusq; neq; gratiæ, deniq; quo maius hoc sanctius q̃ uideatur, ne precio quidem corrũpi iudex in eiusmodi cã potest, iste uester testis qui ausus ẽ dicere fecisse uideri eũ, de quo ne cuius rei argueretur quidem scire potuisset, ipse nunq̃ auderet iudicare deberi uiro dotẽ, quã mulier nullo auctore dixisset. O rem præclarã uobisq; ob hoc retinẽdam recuperatores, hoc enĩ est ius ciuile? quod neq; inflecti gratia, neq; perfringi potẽtia, neq; adulterari pecunia possit, quod si non mõ oppressum, sed etiã desertũ aut negligẽtius asseruatũ erit, nihil est quod quisq; sese habere certũ aut a patre accepturũ, aut relicturũ liberis arbitretur. quid.n. refert ædes aut fundũ relictũ a patre aut aliqua rõne habere bene partum, si incertũ sit, quæ cũ omnia tua iure mancipij sint ea possis ne retinere? si parũ sit cõmunitum ius si ciuili ac publica lege contra alicuius gratiã teneri non põt? Quid inquã prodest fundũ habere, si quæ decentissime descripta a maioribus iura finiũ, possessionũ, aquarũ, itinerũq; sunt, hæc perturbari aliqua ratiõe cõmutariq; possunt? Mihi credite, maior hæreditas uenit unicuiq; nostrũ in ijsdẽ bonis a iure, et a legibus, q̃ ab ijs, a q̃bus illa ip̃a bona relicta sunt. Nam & ut perueniat ad me fundus testamẽto alicuius fieri potest, ut retineam quod meum factũ sit, sine iure ciuili nõ potest, fundus a patre relinq̃ potest, at usucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis, ac periculi litiũ nõ a patre relin-

quit, sed a legibus. Aquaductus, haustus, iter, actus a pa
tre, sed rata auctoritas harũ rerum omnium iure ciuili su-
mitur. Quapropter non minus diligenter ea quæ a maiori-
bus accepistis publica patrimonia iuris q̃ priuatæ rei ue-
stræ retinere debetis, nõ solũ ꝙ hæc iure ciuili septa sunt,
sed etiam quod patrimoniũ unius incõmodo dimittitur, ius
amitti non põt sine magno incõmodo ciuitatis, in hac ipsa
causa recuperatores, si hoc nos non obtinebimus, ui arma-
tis hominibus deiectũ esse eũ, quem ui armatis hoibus pul
sum fugatumq; esse constet. Cæcinna rem nõ amittet quã
ipsam animo forti si tẽpus ita ferret amitteret, in possessio-
nem in præsentia non restituetur, nihil amplius Po.Ro.cau
sa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, possessionesq; i dubiũ incer-
tumq; reuocãtur. Vestra auctoritate, hoc constituetur, hoc
præscribetur, qui cũ tu posthac de possessione cõtendes, eũ
si ingressum modo deieceris in prædium restituat oporte-
bit. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obui-
us fueris, & ita ueniẽtem reppuleris, fugaris, auerteris,
non restituis, Itũ statueritis uim in cæde solum, non in ani-
mo libidinis, nisi cruor appareat, uim non esse factam iniu-
riarum delictum esse, qui prohibitus sit, nisi ex eo loco, ubi
uestigium ira presserit, deiici neminem posse, iuris retine-
re sententiam, & æquitatem plurimum ualere oportere,
an libidinis uerbo ac littera ius omne torqueri, uos statuite
recuperatores, ne uilior res esse uideatur, hoc loco percom
mode accidit ꝙ non adest is qui paulo ante affuit, & adesse
uobis frequenter in hac causa solet uir ornatissimus Caius
Aquilius, nam ipso præsente de uirtute eius, & prudentia
timidius dicerem, quod & ipse pudore quodam afficeretur
ex sua laude, & me similis ratio pudoris a præsentis laude
tardaret, cuius auctoritati dictũ est ab illa cã cõcedi nimiũ
nõ oportere. Vereor de tali uiro ne plus dicã q̃ uos aut sen-

tiatis, aut apud uos cōmemorari uelitis, quapropter hoc di cam nunquam eius auctoritatem nimiū ualere, cuius pru dentiam. Popu. Roma. in cauendo non in decipiendo perspe xerit, qui iuris ciuilis rationem nunquam ab æquitate seiū xerit, qui tot annos ingenium, laborem, fidem suam Popu. Roma. promptam expositamq; præbuerit, qui ita instus & bonus uir est, ut natura non disciplina consultus esse uidea tur, ita peritus ac prudens, ut ex iure ciuili, non scientia so lum quædam, uerumetiam bonitas nata uideatur. Cuius tā tum est īgeniū, ita prompta fides, ut qcquid inde haurias, purum liquidumq; te haurire sentias. Quare permagnam initis a nobis gratiam, cum eum auctorem uestræ defensio nis esse dicitis. Illud aūt miror cur uos aliqd contra me sen tire dicatis, cū eum auctorem uos pro me appelletis, uestrū nominetis, uerumtamen] quid ait iste uester auctor? omni bus quicquid uerbis actum pronunciatūq; sit, cōuenit, ego ex isto genere consultorū non nominem ut opinor istum ip sum, quo nos auctore rem istam agere & defensionē causæ cōstituere uos dicitis, qui cū istam disputationē mecū īgres sus esset non posse probare quemq̄ esse deiectū nisi ex eo lo co in quo fuisset, rem & sententiam interdicti mecū facere fa tebatur. Verbo me excludi dicebat, a uerbo autē posse rece di non arbitrabatur, cum exemplis uterer multis, ī illa ma teria æquitatis a uerbo & ab scripto pluribus sæpe ī rebus ius æqui boniq; rōnem esse seiunctam, semperq; id ualuisse plurimū quod in se auctoritatis habuisset æquitatisq; pluri mū, consolatus est me & ōndit in hac ipsa cā nihil esse qđ laborarē. Nam uerba ipsa sponsionis facerent mecū si uellē diligenter attendere. Quonā inquam mō? quia certe inquit deiectus est Cæcinna ui hominibus armatis aliquo ex loco si nō ex eo loco quem in locū uenire uoluit, at ex eo certe un de fugit. Quid tū prætor īquit, interdixit ut unde deiectus

esset eo restituerẽ,hoc est ꝗcũq; is locus esset unde deiect⁹ esset. Ebutius aũt ꝗ fatetur aliquo ex loco deiectũ esse Cæcinnam,quo mõ is se restituisse dixit?necesse est male fecerit sponsionẽ.Quid est Piso?placet tibi pugnare uerbis, placet causam iuris & æquitatis & nõ nostræ possessionis,sed omnino possessionũ omniũ constituere in uerbo,ego qđ mihi uiderẽ quid a maioribus factitatũ,quid horũ auctoritate quibus iudicandũ est dignũ esset ostẽdi,id uerũ,id æquũ, id utile omnibus esse,spectari quo cõsilio & qua sententia nõ quibus quicquã uerbis esset actũ,tu me ad uerbũ uocas? Non ante uenio ꝗ̃ recusaro,nego oportere. Nego obtineri posse,nego ullam rem esse quæ aut cõprehendi satis,aut caueri aut excipi possit,si aut præterito aliquo uerbo,aut ambigue posito,sententia & re cognita nõ id quod intelligitẽ, sed id quod dicitur ualebit.Quoniã satis recusaui,uenio id quo uocas,quæro abs te sim ne deiect⁹nõ de Fulciniano fundo,neq; eñ Po.Ro.si ex eo fundo essem deiectus,ita me restitui iussit,sed eo unde deiectus essem,sum ex proximo uicini fundo deiectus qua adibã ad istũ fundũ,sum de uia,sum certe aliunde,siue de priuato,siue de publico,restitui sum iussus,te restituisse dixisti,nego me ex decreto prætoris restitutũ esse.Quid ad hæc dicimus?aut tuo quemadmodum dicitur gladio,aut nostro defensio tua cõficiatur necesse est Si ad interdicti sententiam cõfugisset,de quo fundo actum sit eũ tũ cũ Ebutius restituere iubebatur id quærendũ esse dicis,neq; æquitatem rei uerbi laqueo capi putas oportere, in meis castris præsidijsq; uersaris,mea est ista defensio, ego hoc uociferor,ego omnis homines deosq; testor,cũ maiores uim armatã nulla iuris defensione texerint,nõ uestigiũ eius qui deiectus sit,sed factum illius qui deiecerit in iudiciũ uenire,deiectũ esse qui fugatus sit,uim esse factam, cui piculũ mortis sit iniectũ.Istũ locũ fugis & reformidas,

& me ex hoc ut ita dicam campo æquitatis ad istas uerborum angustias, & ad omnes litterarum angulos reuocas, in his ipsis intercludere uis insidijs quas mihi conaris opponere, nõ deieci sed eieci, peracutũ hoc tibi uidetur, hic est mucro defensiõis tuæ, in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. ego enim tibi refero, si nõ sum ex eo loco deiectus quo prohibitus sum accedere, at ex eo sum deiectus quo accessi, unde fugi, si prætor nõ distinxit locũ quo me restitui iuberet, & restitui iussit, nõ sum ex decreto restitutus. Velim recuperatores hoc totũ si uobis uersutius quã mea cõsuetudo defendendi fert, uidebitur, sic existimetis, primũ aliũ non me excogitasse, deinde huius rationis, nõ modo non inuentorem, sed ne probatorẽ quidem esse me, idq; me nõ ad meam defensionem attulisse, sed illorũ defensiõi rettulisse, me posse pro meo iure dicere, neq; in hac re quã ego protuli quæri oportere, qbus uerbis prætor interdixit, sed de quo loco sit actũ cum interdixerit, neq; etiam in ui armatorũ spectari oportere in quo loco sit facta uis, uerũ sit ne facta, te uero nullo mõ posse defendere, in qua re tu uelis, uerba spectare oportere, in qua re nolis, nõ oportere, uerumtamen & quid mihi respõdetur ad illud quod antea dixi, nõ solũ re & sententia, sed uerbis quoq; hoc interdictum ita esse compositum, ut nihil commutandum uideretur. Attendite diligenter quæso recuperatores. Est enim uestri ingenij nõ meam, sed maiorum uestrorũ prudẽtiam cognoscere. Non enim id sum dicturus quod ego inuenerim, sed quod illos nõ fugerit, cum de ui interdicitur. Duo genera causarũ esse intelligebant, ad quæ interdictũ pertineret. unum si qui ex eo loco, in quo esset, ui deijceretur, alterũ si ab eo loco quo ueniret, et horũ utrumq;, neq; prætereа quicquam potest accidere recuperatores, id adeo si placet, considerate. Si qui meam familiã de meo fundo deiecerit, ex eo me deiecerit, si qui mihi præsto

fuerit cum armatis hominibus extra meũ fundum, & me introire prohibuerit, nõ ex eo, sed ab eo loco me deiecerit. ad hæc duo genera rerũ unum uerbum, quod satis declararet utrasq; res, inuenerunt, ut siue ex fundo, siue a fundo deiectus essem, uno atq; eodem interdicto restituerer. Vnde tu hoc uerbũ, unde utrũq; declarat? & ex quo, & a quo loco, unde deiect⁹ est Cæcinna? Ex urbe, unde deiecisti? ab urbe, unde deiecti Galli? a Capitolio, unde q cũ Graccho fuerũt? ex Capitolio. uidetis igitur hoc uno uerbo significari res duas, & ex quo & a quo loco ui. Cum aũt eo restitui iubet, ita iubet ut si Galli a maioribus nostris postularent, ut eo restituerentur, unde deiecti essent, & aliqua ui hoc assequi possent, nõ opinor eos in cuniculũ qua aggressi erant, sed in capitolium restitui oporteret. Hoc enim intelligitur unde deiecisti, restitue in hũc locũ, siue ex quo loco, siue a quo loco eo restituas, hoc iam simplex est in eum locũ restituas, siue ex hoc loco deiecisti restitue in hũc locum, siue ab hoc loco restitue in eum locum, non ex quo, sed a quo deiectus est, ut si qui ex alto, cũ ad patriam accessisset tempestate subito reiectus optaret, ut cum esset a patria reiectus eo restitueretur, hoc opinor optaret, ut a quo loco depulsus esset, in eum se fortuna restitueret, non in salum, sed in ipsam urbẽ quã petebat. Sic (quoniam uim uerborum necessario similitudine rerum aucupamur) qui postulat, ut a quo loco deiectus est, hoc est unde deiectus ẽ, eo restituat, cũ uerba eo nos ducunt, iam res ipsa hoc sentire, atq; intelligere cogit. Etenim Piso (redeo nũc ad illa principia defensionis meæ) Si qs te ex ædibus tuis ui hominibus armatis deiecerit, qd ageres? opinor hoc interdicto, quo nos usi sumus, ꝑsequerere. Quid si qui iam de foro redeuntem armatis hominibus domum tuam te introire prohibuerit, qd ageres? uterere codẽ interdicto, cum igitur Po. Roma. interdixerit, ut unde deiectus

es restituaris, tu hoc idem quod ego dico, & quod perspicuum est interpretabere? cum illud uerbũ unde in utranq; rẽ ualeat, eoq; tu restitui sis iussus, tã te in ædes tuas restitui oportere, si ex uestibulo, q̃ si ex interiore ædium parte deiectus sis. Vt uero iam recuperatores nulla dubitatio sit siue rem, siue uerba spectare uultis, quin secundũ nos iudicetis, exoritur hic iam obrutis rebus omnibus, et perditis illa defensio, cũ deijci posse, qui tum possideat, qui non possideat, nullo modo posse. Itaq; si ego sum a tuis ædibus deiectus, restitui non oportere, si ipse sis, oportere. Numera q̃ multa in ista defensione falsa sint Piso. Ac primũ illud attende, te iam ex illa ratione esse depulsum, quod negabas quẽq; deijci posse, nisi in loco esset nũc eũ posse cõcedis, eum qui non possideat, negas deijci posse. Cur ergo aut in illud quotidianum interdictũ, unde ille me ui deiecit, additur, cũ ego possiderem, si deijci nemo potest qui non possidet? Aut in hoc interdictum de hoibus armatis non additur, si oportet quæri possederit nec ne, negas deijci, nisi qui possideat, ostendo si sine armatis coactis ue hoibus deiectus quisq; sit, cũ qui fateatur se deiecisse uincere sponsionẽ, si ostendat eum non possedisse, negas deijci, nisi qui possideat, ostendo ex hoc interdicto de armatis hominibus, qui possit ostendere nõ possedisse eũ qui deiectus sit, condemnari tamen sponsionis necesse est si fateatur esse deiectum. Dupliciter homines deijciuntur, aut sine coactis armatis ue hoibus, aut per eiusmodi rationẽ, aut uim, ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt, in illa ui quotidiana non satis est posse docere sese deiectum, nisi ostendere possit, cum possideret, tum eiectum, ne id quidem satis est, nisi docet ita se possedisse, ut nec ui, nec clã, nec precario possederit. Itaq; is qui restituisse dixit magna uoce confiteri solet, se deiecisse, uerum illud addit non possidebat, uel etiã cũ hoc ipsum concessit, uincit

tamen spõsione, si planũ facit ab se illum, aut ui, aut clã, aut precario possedisse. Videtis ne quot defensionibus eũ qui si ne armis ac multitudine uim fecerit, uti posse maiores uo luerunt? Hunc uero qui a iure, officio, bonis moribus, ad fer rum, ad arma, ad cædẽ cõfugerit, nudũ in causa destitutũq; uidetis, ut qui armatus de possessione cõtendisset, inermis plane de sponsione certaret. Et quid igitur interest Piso in ter hæc interdicta? & quid interest utrum hoc additũ? cum A. Cæcinna possederit nec ne, & quid te ratio iuris, Et q̃d interdictorum dissimilitudo, & quid auctoritas maiorum cõmouet? Si esset additum, de eo quæri oporteret, additum non est, tamen oportebit, atqui ego in hoc Cæcinnã nõ offen do. Possedit enim Cæcinna recuperatores, & id tametsi ex tra causam est, percurram tamen breui, ut non minus homi nem ipsum, q̃ ius commune defensum uelitis. Cæseniã pos sedisse propter usumfructum nõ negas, qui colonus habue rit conductum de Cæsenia fundum, cum idem ex eadem cõ ductione fuerit in fundo, dubium est, quin si Cæsenia, tum possidebat cum erat colonus in fundo, post eius mortem hæ res eodem iure possederit? deinde ipse Cæcinna, cum circũ iret prædia, uenit, in istum fundũ, rationes a colono accepit. sunt in eam rem testimonia, postea cur Ebuti de isto potius fundo, q̃ de alio si quem habes, Cæcinnæ denunciabas? Si Cæcinna non possidebat? Ipse porro Cæcinna, cur se mori bus deduci uolebat, idq; tibi de amicorum etiam de ipsiusq; Aquilij sentẽtia responderit. At enim Sylla legem tulit, ut nihil de illo tẽpore, nihil de calamitate reipub. querar. Hoc tibi respõdeo ascripsisse eundem Syllam in eandem legem, si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum, quid est quod ius nõ sit quod populus iubere aut uetare nõ possit? ut ne longius abeam, declarat ista scriptio esse ali quid. Nam si esset hoc in omnibus legibus nõ ascriberetur.

Sed quæro à te, putes ne si populus iusserit me tuũ, aut item te meũ seruũ esse, id iussum ratũ, atq; firmũ futurũ? perspicis hoc, nihil esse fateris, sed qui primũ illud cõcedis, nõ quicquid populus iusserit ratum esse oportere, deinde nihil rationis affers, quamobrem si libertas adimi nullo modo possit ciuitas possit, nam & eodẽ mõ de utraq; re traditum nobis est, & si semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest. Qui enim potest iure Quiritum liber esse is, qui in numero Quiritũ nõ est? Atq; ego hanc adolescentulus causam cũ agerẽ cõtra hominem disertissimũ nostræ ciuitatis Cottã probaui cũ Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta decemuiris religionem iniecisset, nõ posse sacramentum nostrũ iustum iudicari, q Arretinis adempta ciuitas esset, & ego uehementius cõtẽdissem ciuitatem adimi non potuisse. x. uiri prima actione nõ iudicauerũt. postea re quæsita & deliberata, sacramentum nostrũ iustũ iudicauerunt. Atq; hoc cõtradicente Cotta, & Sylla uiuo iudicatũ est. Iã uero in cæteris, ut omnes qui in eadem causa sunt & lege agant, & suũ ius persequantẽ, & omnes iure ciuili sine cuiusq;, aut magistratus, aut iudicis, aut periti hominis, aut imperiti dubitatione utantur. Quid ego cõmemorem? Dubiũ nemini uestrum, certe quæri hoc solere me nõ præterit, ut ex me ea quæ tibi ĩ mentem nõ ueniunt, audias, quemadmodũ si ciuitas adimi nõ possit, in colonias latinas sæpe nostri ciues profecti sint, aut sua uoluntate, aut legis mulcta profecti sunt, quã mulctam, & si sufferre uoluissent, tamen manere in ciuitate uoluissent, qd quem pater patratus dedidit, aut suus pater populusue uẽdidit quo is iure amittit ciuitatem? ut religione ciuitas soluatur, ciuis Ro. aditur, qui cũ est accept⁹, est eorũ, quibus est deditus, si nõ accipiũt, ut Mancinũ numãtini retinet integrã cãm, & ius ciuitatis. Si pater uendidit eũ quẽ in suã ptãtem susceperat, ex ptãte

dimittit, iam populus cum eũ uẽdit, qui miles factus nõ est, non adimit ei libertatẽ, sed indicat non esse eũ liberũ, qui ut liber sit, adire periculũ noluit, cũ aũt incensum uendit, hoc indicat cũ is qui in seruitute iusta fuerit cẽsu liberetur, eũ qui cũ liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abdicasse, q̃ si maxime hisce rebus adimi libertas, aut ciuitas põt, nõ intelligũt qui hoc cõmemorãt, si p̃ has rationes maiores adimi posse uoluerũt, alio mõ noluisse, nã ut hæc ex iure ciuili protulerit, sic offerat uelim quibus lege, aut Romana ciuitas, aut libertas erepta sit, nã quod ad exiliũ attinet, p̃spicue intelligi põt quale sit. Exiliũ.n.non supplicium est, sed profugiũ portusq́; supplicij, nã qui uolũt pœnã aliquã subterfugere aut calamitatẽ, eo solũ uertũt, hoc est sedem, aut locũ mutãt. Itaq; nulla in lege nostra repietur, nec apud cæteras ciuitates maleficiũ ullũ exilio esse mulctatũ. Sed cũ oẽs uincula, neces, ignominiasq́; uitãt, quæ sunt legibus cõstitutæ, cõfugiũt quasi ad arã in exiliũ, qui si in ciuitate legis uim subire uellent, nõ prius ciuitatẽ, q̃ uitam amitterent, q̃a nolũt, nõ adimitur his ciuitas, sed ab his relinq̃tur atq; deponĩ, nã cũ ex nostro iure, duarũ ciuitatum nemo esse possit, tũ amittitur hæc ciuitas deniq;, cũ is qui profugit, recept⁹ est in exiliũ, hoc est in aliã ciuitatẽ. nõ me p̃terit recuperatores tametsi de hoc iure multa prætereo, tñ me longius prolapsum esse q̃ ratio nostri iudicij postularit, uerũ id feci, nõ quo uos in hac cã hãc defensionẽ desiderare arbitrarer, sed ut omnes intelligerẽt, nec adẽptã cuiquã ciuitatem esse, neq; adimi posse. Hoc cum eos scire uolui, quibus Sylla uoluit iniuriam facere, tum omnes cæteros nouos ueteresq́; ciues, neq; enim ratio afferri potest, cur si cuiquã nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patritijs, omnibus antiquissimis ciuibus possit. Nam ad hanc quidem

cām nihil hoc ꝑtimuisse, primū ex eo intelligi potest, ꝙ uos ea de re iudicare nō debetis, deinde ꝙ Sylla ipse, ita tulit de ciuitate, ut nō sustulerit, eorū nexa atq; hæreditates. Iubet enim eodem iure esse quo fuerūt Ariminēses, quos qs ignorat duodecim coloniarū fuisse, & a ciuitate Romana hæreditates capere potuisse? ꝙ si adimi ciuitas. A. Cæcinnæ lege potuisset, magis illā rationē, tamē omnes boni quærerem?, quēadmodū spectatissimū, prudentissimūq; hominē summo cōsilio, summa uirtute, summa auctoritate domestica prædi tum, leuatū iniuria ciuē retinere possemus, quā uti nūc, cū de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere, qsquā existat, nisi tui Sexte similis, & stultitia, & impudētia, q huic ciuitatē ademptā esse dicat? q quoniā recuperatores suū ius nō deseruit, neque quicquā illius audaciæ petulantiæq; cōcessit, derelinquo iam cōmunē cām Popu.q;. Roma. ius in uestra fide ac religione depono. Is hō ita se probatū uobis uestriq; similibus semꝑ uoluit, ut id nō minus in hac causa laborarit, nec cōtenderit aliquid, quā ne ius suū dissolute relinquere uideretur. Nec minus uereret̄, ne cōtemnere Ebutiū, quā de eo cōtemptus esse existimaret̄. Quapropter si qd extra iudiciū quod uirtuti hominū tribuendū sit, habetis hominē singulari pudore, uirtute cognita, & spectata fide, amplissimis uiris Ethruriæ nomine totius in utraq; fortuna cognitū multis signis, & uirtutis, & humanitatis. Si quid in cōtraria parte in homine offendendū sit, habetis eū, ut nihil dicam amplius, q se homines coegisse fateatur, sin hominibus remotis de causa quæritis, cū iudiciū de ui sit, is qui arguitur uim se hominibus armatis fecisse fateatur, uerbo se nō æquitate defendere conetur, id quoque ei uerbū ipsum ereptum esse uideatis, auctoritatē sapiētissimorū hominū facere nobiscū, in iudiciū nō uenire, utrum Cæcinna possederit nec ne, tamē docere possedisse, multo iam minus quæri. A. Cæ-

cinnæ fundus sit nec ne, doceri posse me, tamen id ipm docuisse fundum esse Cæcinnæ, cũ hæc ita sint, statuite quod nos tempora reipubli. de armatis hominibus, quid illius confessio de ui, quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, ut iudicetis.

M.T.C. IN LVCIVM PISONEM. ORATIO.

I AMNE VIDES BELLVA? Iamne sentis, quæ sit hominum querela frõtis tuæ? nemo queritur Syrum nescio quem de grege nouitiorum factũ esse consulem? Non enim nos color iste seruilis, nõ pilosæ genæ, nõ dentes putridi deceperũt. Oculi, supercilia, frons, uultus deniq; totus qui sermo quidã tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus decepit, fefellit. Hic in fraudem induxit, pauci ista tua lutulẽta uitia noramus, pauci tarditatem ingenij, stuporẽ debilitatemq; linguæ. Nunq̃ erat audita uox in foro, nunq̃ periculum factum consilij, nullum non modo illustre, sed ne notum quidem factũ, aut militiæ, aut domi, obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil præter colorem. Is etiam gloriatur se omnis magistratus sine repulsa assecutum, mihi ista licet de me uera cum gloria prædicare. Omnes enim honores Po. Ro. mihi ipsi abunde nouo homini detulit. Nam tum cum quæstor factus es, etiam qui te nũq̃ uiderant tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Edilis es factus Piso est a Po. Ro. factus, non iste Piso, prætura itẽ maioribus delata est tuis. Noti erant illi mortui, te uiuũ nõdũ nouerat q̃sq̃. Me cũ quæstorẽ in primis, ædilem

priorem, prætorem primũ cunctis suffragijs. P. R. faciebat, homini ille honorem non generi, moribus non maioribus meis, uirtuti perspectæ nõ auditæ nobilitati deferebat. Nã quid ego de consulatu loquar, parto uis ne? an gesto? Miserũ me, cũ hac me nunc peste atq; labe confero? Sed nihil cõparãdi causa loquar. Attamen ea quæ sunt longissime disiũcta comprehendã. tu consul es renũciatus. Nihil dicam grauius q̃ quod omnes fatentur, impeditis Reip. temporibus, dissidentibus consulibus Cæsare & Bibulo, cũ hoc non recusares quin ij a quibus dicebare cõsul, te luce dignũ nõ putarent, nisi nequior q̃ Gabinius extitisses. Me cũcta Italia, me oẽs ordines, me uniuersa ciuitas nõ prius tabella q̃ uoce priorẽ cõsulem declarauit. Sed omitto ut sit factus uterq; nostrũ, sit sane sors domina cãpi. Magnificentius est dicere quemadmodũ gesserimus cõsulatũ, q̃ quemadmodũ ceperimus. Ego Kal. Ian. Senatũ & bonos oẽs legis agrariæ maximarũq; largitionũ metu liberaui. Ego agrũ campanũ si diuidi nõ oportuit, cõseruaui, si oportuit, melioribus auctorib⁹ reseruaui. Ego in C. Rabirio perduelliõis reo. xl. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatẽ sustinui contra inuidiã atq; defendi. Ego adolescentes bonos & fortes sed usos ea conditione fortunæ ut si essent magistratus adepti reip. statũ conuulsuri uiderentur, meis in inimicitijs nulla senatus mala gratia comitiorũ ratione priuaui. Ego Antoniũ collegam cupidũ prouinciæ, multa ĩ Rep. molientem patientia atq; obsequio meo mitigaui. Ego prouinciam Galliam senatus auctoritate, exercitu, & pecunia instructam et ornatã, quam cũ Antonio cõmunicaui, q̃ ita existimabam tempora Reip. ferre in concione deposui reclamãte Po. Ro. Ego. L. Catilinam, cædem senatus, interitũ urbis non obscure sed palam molientem egredi ex urbe iussi, ut a quo legibus nõ poteramus, mœnibus tuti eẽ possemus. Ego

tela extremo mense cõsulatus mei intenta iugulis ciuitatis, de coniuratorũ nefarijs manibus extorsi, ego faces iam accensas ad huius urbis incendiũ cõprehẽdi, protuli, extinxi. Me. Q. Catulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij frequentissimo Senatu parẽtem patriæ nominauit. Mihi hic uir clarissimus, q propter te sedet. L. Gellius his audientibus ciuicam coronã deberi a rep. dixit. Mihi togato senatus, non ut multis bene gestæ, sed ut nemini cõseruatæ reip. singulari genere supplicatiõis deorũ immortaliũ tẽpla patefecit. Ego cũ in cõcione abiens magistratu dicere a Tri. ple. prohiberer, quæ constitueram, cunq; is mihi tantummodo ut iurarem permitteret, sine ulla dubitatione iuraui rempu. atq; hanc urbem mea unius opera esse saluam. Mihi Po. Ro. uniuersus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemq; donauit, cũ meum iusiurandum tale atq; tantum iuratus ipse una uoce atq; consensu approbauit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo nisi qui mecum esset, ciuium esse in numero uideretur. atq; ita est a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio Senatus, nihil non approbãte Popu. Ro. egerim, ut semper in rostris curiam, in Senatu populum defenderim, ut multitudinem cum pricipibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerim. Exposui breuiter consulatum meum. Aude nunc o furia de tuo dicere, cuius fuit initium ludi compitalitij, tum primum facti post L. Luscellium, & C. Marium consulem contra auctoritatem huius ordinis, quos Q. Metellus, facio iniuriam fortissimo uiro mortuo, qui illũ cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cũ hac importuna bellua conferã, sed ille designatus cõsul cũ qdam tr. pl. suo auxilio magnos ludos cõtra senatusconsultũ facere iussisset, priuatus fieri uetuit, atq; id quod nondũ potestate poterat, obtinuit auctoritate. Tu cũ in Kal.

Janu.compitaliorum dies incidissent, Sex.Clodium qui nũquam antea prætextatus fuisset, ludos facere et prætextatũ uolitare passus es, hominem impurum atq; nõ modo facie, sed etiam oculo tuo dignissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo post inspectante & tacente te a fatali portento prodigioq; Reipub.P. Clodio lex Helia & Fusia uersa est, propugnacula muriq; tranquillitatis atq; ocij, Collegia non ea solum quæ senatus sustulerat restituta, sed innumerabilia quædam noua ex omni fece urbis ac seruitio cõcitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefarijsq; uersato uetus illa magistra pudoris et modestiæ cẽsura sublata est. Cum tu interim bustum reip. qui te consulem tum Romæ dicis fuisse, uerbo nũquam significaris sententiam tuam tantis in naufragijs ciuitatis, nondum quæ feceris, sed quæ fieri passus sis, dico. Neq; uero multũ interest præsertim in consule, utrũ ipse perniciosis legibus, improbis cõcionibus remp.uexet, an alios uexare patiatur. An põt ulla eẽ excusatio non dicam male sentienti sed sedenti, cũctanti, dormiẽti in maximo reip.motu consuli? centũ prope annos legem Heliam & Fusiam tenueramus. cccc.iudicium rationemq; censoriam, quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo conuellere, quam potestatẽ minuere, quo minus de moribus nostris quinto quoq; ãno iudicaretur, nemo tam effuse petulãs conatus est. Hæc sunt o carnifex in gremio sepulta consulatus tui, prosequere cõnexos his funeribus dies pro Aurelio tribunali, ne conniuẽte qdem te, quod ipsum esset scelus, sed etiam hilarioribus oculis q̃ solitus eras, intuente, delectus seruorũ habebatur ab eo, q nihil sibi unquam nec facere, nec pati turpe esse duxit. Arma in templo Castoris o proditor templorũ omnium uidẽte te constituebãtur ab eo latrone, cui templũ illud fuit te cõsule arx ciuiũ perditorũ, receptaculũ ueterũ Catilinæ

militum, castellū forensis latrocinij, bustum legū omnium ac religionū. Erat nō solum domus mea, sed totū palatium, senatu, equitibus Roma. ciuitate omni, Italia cūcta refertū, cum tu non modo ad eū Ciceronem (Mitto enim domestica quæ negari possunt, hæc commemoro quæ sunt palam) non modo inq̃ ad eū, cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiue, quem in senatu sentētiam rogabas tertiū, nunquam aspirasti, sed omnibus cōsilijs, quæ ad me opprimendū parabantur, non interfuisti solū, uerūetiam crudelissime præfuisti. Mihi uero ipsi coram genero meo propinquo tuo, quæ dicere ausus es? Egere foris esse Gabiniū, sine prouincia stare non posse. Spem habere a tri. pl. si tua consilia cū illo coniūxeris, sed a senatu quidem desperasse, huius te cupiditati obseq sicuti ego fecissem, in collega meo nihil esse quod præsidiū consulū implorarem, sibi quēq; cōsulere oportere. Atque hæc dicere uix audeo, uereor ne qui sit qui istius insignem nequitiam frōtis inuolutam integumentis nondū cernat, dicam tamen, ipse certe agnoscet & cū aliquo dolore flagitiorū suorū recordabit, meministi ne cœnū, cū ad te quīta fere hora cū C. Pisone uenissem, nescio quo e Gurgustio te prodire inuoluto capite soleatū, & cum isto ore fetido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti ualitudinis, quod diceres uinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. Quam nos causam cū acce pissemus (q̃d enim facere poteramus) paulisper stetimus in illo ganearū tuarū nidore atq; fumo. Vnde tamē nos cū improbissime respondendo, tū turpissime cructādo eiecisti. Idem illo fere biduo productus in concionem ab eo, cui sic æquatū præbebas consulatū tuū, cū esses interrogatus quid sentires de cōsulatu meo, grauis anctor calatinus credo aliquis aut africanus, aut maximus, & non Cæsonius Semiplacentinus Caluētius, respondes altero ad frontē subla

to, altero ad mentum depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere, hic te ille homo dignissimus tuis laudibus col laudauit, crudelitatis tu furcifer senatum consul in concione cōdemnas, non enim me qui senatui parui. Nam relatio illa salutaris & diligens fuerat consulis, animaduersio quidem & iudiciū senatus, quæ cū reprehendis, ostendis qualis tu si ita forte accidisset, fueris illo tempore consul futurus, stipendio me hercule & frumento Catilinam esse putasses iuuādū. Quid enim interfuit inter Catilinam et eū, cui tu senatus auctoritatem, salutem ciuitatis, totam remp. prouinciæ præmio uendidisti? Quæ enim. L. Catilinam conantem consul prohibui, ea. P. Clodiū facientem consules adiuuerūt. Voluit ille senatū interficere, uos sustulistis, leges incendere, uos abrogastis, interimere patriam, uos adiuuistis. Quid est uobis consulibus gestū sine armis? incendere illa coniuratorū manus uoluit urbem, uos eius domū propter quem urbs incensa non est, ac ne illi quidem si habuissent uestri similem consulem, de urbis incendio cogitassent. Non enim se tectis priuare uoluerūt, sed his stantibus nullū domiciliū sceleri suo fore putauerūt. Cædem illi ciuiū uos seruitutem expetistis, hic uos etiam crudeliores, huic enim populo ita fuerat ante nos consules libertas insita, ut emori potius ꝙ̄ seruire præstaret. Illud uero geminū consilijs Catilinæ & Lētuli, ꝙ me domo mea expulistis Cn. Pō. domū suam compulistis. Neque enim me stante & manente in urbis uigilia, neq; resistente Cn. Pom. omniū gentiū uictore unquam se illi remp. delere posse duxerūt. A me ꝗdem etiam pœnas expetistis, ꝗbus coniuratorū manes mortuorū expiaretis. Omne odiū inclusum nefarijs mētibus impiorū in me profudistis, quorū ego furori nisi cessissem, in Catilinæ busto uobis ducibus mactatus essem. Quod autem maius indiciū expectatis, nihil inter uos & Catilinā inter

fuisse, quam q eandem illam manũ ex intermortuis Catilinæ reliquijs concitastis? q omnes undiq; perditos collegistis? q in me carcerem effudistis, q coniuratos armastis, q eorũ ferro meũ corpus atq; omnium bonorũ uitam obijcere uoluistis. Sed iã redeo ad præclaram illam concionẽ tuam. Tu es ille cui crudelitas displicet? cui cũ senatus luctũ ac dolorem suũ uestis mutatione declarandũ censuisset, cũ uideres mœrere remp. amplissimi ordinis luctu, o noster misericors quid facis? qđ nulla in barbaria quisquam tyrannus, omitto enim illud consulem edicere, ut senatus scilicet consulto ne obtemperet, quo fœdius nec fieri nec cogitari quicq; pōt. Ad misericordiã redeo eius ciuis, cui nimis uidetur Senatus in cōseruãda patria fuisse crudelis. edicere est ausus cũ illo suo pari quẽ tamen oĩbus uitijs superare cupiebat, ut senatus contra q̃ ipse censuisset, ad uestitum rediret. Quis hoc facit ulla in Scythia tyrãnus? ut eos quos luctu afficeret, lugere non sineret. Mœrorem relinquis, mœroris aufers insignia, eripis lachrymas non consolãdo sed minando, q si uestẽ nō publico cōsilio. P.C. sed priuato officio aut misericordia mutassent, tñ id ijs nō licere per interdictũ crudelitatis tuæ potestatis erat nō ferẽdæ. Cũ uero id senatus freq̃ns censuisset, ordines reliq iam ãte fecissent, tu ex tenebricosa popina cōsul extractus cũ illa Saltatrice tonsa senatũ Po.R. occasum atq; interitũ reip. lugere uetuisti. At quærebat ẽt paulo ante de me qđ suo mihi opus fuisset auxilio, cur nō meis ĩimicis meis copijs restitissem? Quasi uero nō mō ego q multis sæpe auxilio fuissem, sed q̃sq; tã inops fuerit unq;, q isto non modo propugnatore tutiorem se, sed aduocato aut astipulatore paratiorem fore putaret. Ego istius pecudis ac putridæ carnis consilio scilicet aut p̃sidio niti uolebam? Ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi aut opis aut ornamenti expectabam? consulẽ ego tum requi

rebam consulem inquam non illũ quidem, quem in hoc ani mali inuenire non possem, qui tantam reipu. causam grauitate et consilio suo tueretur. Sed qui tanquam truncus aut stipes si stetisset modo posset sustinere tamen titulũ consulatus. Cũ enim esset omnis causa illa mea consularis & senatoria, auxilio mihi opus fuerat, & consulis & senatus, quorum alterum etiam ad perniciẽ meam erat a uobis consulibus conuersum, alterũ Reip. penitus ereptum. Attamen si consilium exquiris meũ, neq; ego cessissem & me ipsa suo complexu patria tenuisset. Si mihi cũ illo bustuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuisset, alia enim causa præstantissimi uiri. Q. Metelli fuit, quẽ ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniũgo. Qui. C. illi Mario fortissimo uiro & consuli & sextũ consuli, & eius inuictis legionibus ne armis confligeret cedendum esse duxit. Quod mihi igitur certamen esset eiusmodi, cum. C. Mario, scilicet, aut cum aliquo pari, an cum altero barbato Epicuro, cum altero Catilinæ laternario? quos neq; Hercule ego supercilium tuum, neque collegæ tui cimbala & crotalia fugi, neq; tam fui timidus, ut q maximis turbinibus, ac fluctibus reipu. nauem gubernassem, saluamq; in portu collocassem, frontis tuæ nubeculã, tũ collegæ tui contaminatũ spiritũ pertimescerem, alios ego uidi uentos, alias prospexi animo procellas, aliis impẽdentibus tempestatibus non cessi, sed his unũ me pro omniũ salute obtuli, itaq; discessu, tũ meo oẽs illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderũt. Tũ qdem tu o uecors & amens cũ oẽs boni abditi inclusiq; mœrerent, templa gemerent, tecta urbis ipsa lugerent, cõplexus es illud funestũ animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum impuritate, & flagitiorum impunitate concretum, atque eodem in templo, eodem loci uestigio, et temporis arbitria, non mei

solum,

ſolum,ſed patriæ fructus abſtuliſti. Quid ego illorum dicā epulas? Quid lætitiam et gratulationē tuam? Quid cū tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotatiões præ dicē? quis te illis diebus ſobriū,quis agētē aliqd quod eſſet libero dignum? quis denique in publico uidit? Cū collegæ tui domus cantu,& cymbalis pſonaret,cunq; ipſe nudus in cõuiuio ſaltaret,in quo ne tum quidem cū illum ſuū ſaltatorium uerſaret orbem,fortunæ rotā pertimeſcebat. Hic autē nō tam concinnus helluo,nec tā muſicus iacebat in ſuo græcorū fetore,atq; uino,quod quidem iſtius in illis. R.P. luctibus,quaſi aliquod lapitharum,aut cētaurorū cõuiuiū ferebatur,in quo nemo poteſt dicere,utrū iſte plus biberit, an uomuerit,an effuderit. tu etiā mentionem facies conſulatus tui? aut te fuiſſe Romæ cõſulem dicere audebis? quid tu in lictoribus, in toga,et prætexta eſſe cõſulatū putas? quæ ornamenta etiam in Sex. Clodio te conſule eſſe uoluiſti,huius tu Clodianæ canis inſignibus cõſulatum declarari putas? animo cõſulem eſſe oportet,conſilio,fide,grauitate,uigilātia, cura,toto deniq; munere cõſulatus,omni officio,ego cõſulē eſſe putem,qui ſenatum eſſe in repu. non putauit? & ſine eo cõſilio cõſulem numerem,ſine quo Romæ ne reges qdem eſſe potuerunt? Etenim illa iam omitto cū ſeruorū delectus haberetur in foro,arma in templo caſtoris luce & palam cõportarentur,id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus a cõiuratorū reliquijs,atq; a Catilinæ pūaricatore quōdam tum ultore armis teneretur,cū eq. Ro. relegarent, uiri boni lapidibus e foro pellerētur,ſenatui nō ſolum iuuare rempu. ſed ne lugere quidē liceret,cū ciuis is quē hic ordo aſſentiente Italia, cunctisq; gentibus conſeruatorem patriæ iudicarat,nullo iudicio,nulla lege,nullo more, ſeruitio atque armis pelleretur,non dicam auxilio ueſtro quod uere licet dicere,ſed certe ſilentio,tū Romæ fuiſſe cõſules qſquā

existimabit? Qui latrones igitur, si quidem uos cōsules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni noiabuntur? magnum nomē est, magna spēs, magna dignitas, magna maiestas cōsulis, non capiunt angustiæ pectoris tui, nō recipit leuitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenij sustinet, nō insolentia rerum secundarū tantā personā, tā grauē, tam seuerā. Seplasia mehercule, ut dici audiebā, te ut primū aspexit, campanum cōsulem repudiauit, audierat decios, magios, & de Taurea illo Iubelio aliquid acceperat, in quibus si moderatio illa, quæ in nostris solet esse cōsulibus nō fuit, at fuit pōpa, fuit species, fuit incessus saltē seplasia dignus & capua? Gabinium deniq; si uidissent diuinum uirū uestri illi unguentarij citius agnouissent, erāt illi compti capilli, & madentes cincinorum fimbriæ, et fluētes cerussatæq; buccæ dignæ capua, sed illa uetere. Nā hæc quidem quæ nūc est splendidissimorū hominum, fortissimorumq; uirorum, optimorum ciuium, mihiq; amicissimorum multitudine redundat, quorum capuæ te prætextatū, nemo aspexit qui non gemeret desiderio mei, cuius consilio cum uniuersam rempu. tum illam ipsam urbem meminerant esse seruatam, me inaurata statua donarant, me patronum unū asciuerant, a me se habere uitam, fortunas, liberos, arbitrabantur, me & præsentem contra latrocinium tuum suis decretis, legatisq; defenderunt, & absentem principe Cn. Pom. referente, & de corpore. R. P. tuorum scelerum tela reuellente reuocarunt. An tum eras cōsul, cū in palatio mea domus ardebat non casu aliquo, sed ignibus iniectis instigāte te, & quod in hac urbe maius unq; incendiū fuit, cui nō consul subuenerit? At tu illo ipso tempore apud socrum tuā prope a meis ædibus, cuius domum ad meam domum exhauriendam patefaceras, sedebas, non extinctor, sed auctor incēdij, & ardentis faces furijs Clodianis pene ipse cōsul mini

rabas. An uero reliquo tempore consulem te quisq; dixit? quisq; tibi paruit, quisq; in curiam uenienti assurrexit, q'sq; consulenti respondendum putauit? numerandus est ille annus deniq; in rep. cũ obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, mœrerẽt boni, uis latrocinij uestri tota urbe uolitaret, neq; ciuis unus ex ciuitate, sed ipsa ciuitas tuo, & Gabinij sceleri furoriq; cessisset. At ne tum quidem emersisti lutulẽte Cesoni, ex miserrimis naturæ tuæ sordibus, cum experrecta tandem uirtus clarissimi uiri celeriter, & uerum amicum, & optime meritum ciuem, & suum pristinum morem requisiuit, neq; est ille uir passus in ea rep. quam ipse decorarat atq; auxerat, diutius uestrorum scelerum pestem morari, cum tamen ille qualiscunq; est, qui est ab uno te improbitate uictus Gabini⁹, collegit ipse se uix, sed collegit tamẽ, & contra suum Clodium primum simulate, deinde non libenter, ad extremum tamẽ pro Cn. Põ. uere uehementerq; pugnauit. Quo quidẽ in spectaculo mira. R. P. æquitas erat, uter eorum perijsset tãq; lanista in eiusmodi pari lucrum fieri putabat. Immortalem uero quæstum si uterq; cecidisset, sed ille tamẽ agebat aliquid, tuebatur auctoritatem summi uiri, erat ipse sceleratus, erat gladiator, cum scelerato tamen, & cum pari gladiatore pugnabat. tu scilicet homo religiosus, & sanctus fœdus quod meo sanguine in pactione prouinciarũ ieceras, frãgere noluisti. Cauerat. n. sibi ille sororius adulter, ut si tibi prouinciam, si exercitum, si pecuniam ereptam ex reip. uisceribus dedisset, omnium suorum scelerum socium te, adiutoremq; p̃beres. Itaq; in illo tumultu fracti fasces, ictus ipse, quotidie tela, lapides, fugæ, deprehẽsus deniq; cũ ferro ad senatum is, quem ad Cn. Pom. interimẽdũ collocatũ fuisse cõstabat. & quis audiuit, nõ mõ actionem aliquam aut relationem, sed uocem omnino, aut querelam tuam? cõsulem tu te fuisse putas cuius in imperio

qui.R.P.Senatus auctoritate seruarat,idemq; in Italia qui omnes omniũ gentiũ partis tribus triũphis deuinxerat, is se in publico tuto statuit esse non posse, an tũ eratis consules?cũ quacunq; de re uerbũ facere cœperatis, aut referre ad senatũ,cunctus ordo reclamabat,ostendebatq; nihil esse uos acturos nisi pri⁹ de me retulissetis,cũ uos q̄q̄ fœdere obstricti tenebamini,tñ cupere uos diceretis,sed lege impe diri.Quæ lex priuatis hoïbus esse lex nõ uidebatur, iniusta per seruos,incisa per uim, imposita p̃ latrociniũ,sublato senatu, pulsis e foro bonis omnibus,capta.R.P.cõtra omnes leges,nullo scripta more,hanc q̃ se metuere dicerent ,cõsules non dicã animi hominũ, sed fasti ulli ferre possunt? Nã si illam legem non putabatis, quæ erat contra oẽs leges indẽnati ciuis, atq; ĩtegri capitis bonorũq; tribunitia proscriptio, hac tñ obstricti pactione tenebamini, q̃s uos nõ modo cõsules,sed liberos fuisse putet? quorũ mẽs fuerit oppressa præmio,lingua astricta mercede. Sin illã uos soli legem putabatis, quisq̃ uos consules,tunc fuisse,aut nũc esse cõsulares putet?q̃ eius ciuitatis in qua in principũ numero uultis esse,non leges,non instituta,nõ mores, nõ iura noritis?an cũ proficiscebamini paludati in prouincias,uel emptas uel ereptas,consules uos quisq̃ putauit? Itaq; credo si minus frequentia sua uestrũ egressum ornando,atq; celebrando, at ominibus saltẽ bonis ut cõsules,nõ tristissimis ut hostes, aut proditores prosequebantur,tu ne etiã immanissimũ, atq; fœdissimũ monstrum ausus es meũ discessum illũ testem sceleris & crudelitatis tuæ maledicti, & cõtumeliæ loco ponere?quo quidẽ tempore cepi.P.C.fructum immortalem uestri in me & amoris & iudicij, q̃ non admurmuratiõe, sed uoce & clamore abiecti hoïs & semiuiui furorem petulantiamq; fregistis,tu luctũ Senatus,tu desiderium equestris ordinis,tu squallorẽ Italiæ,tu curiæ taciturnitatẽ annuã,

tu silentiũ perpetuũ iudiciorũ ac fori, tu cætera illa in male dicti loco pones, quæ meus discessus reip. uulnera inflixit? q si calamitosissimus fuisset, tamen misericordia dignior q̃ contumelia, & cũ gloria potius esse coniũctus, q̃ cũ probro putaretur, atq; ille dolor meus duntaxat, uestrũ q̃dem scelus, ac dedecus haberetur, tũ uero forsitan hoc quod dicturus sum mirabile auditu esse uideatur, sed certe id dicã q̃d sentio, cũ tantis a uobis. P.C. beneficijs affectus sim, tãtis honoribus, non modo illam calamitatem esse non duco, sed si quid mihi potest a rep. esse seiunctũ quod uix potest, priuatim ad meũ nomen augendũ, optandũ duco mihi fuisse illam expectãdamq; fortunam, atq; ut tuũ lætissimum diem cum tristissimo meo conferam. Vtrum tandem bono uiro, et sapienti optabilius putas sic exire a patria, ut omnes sui ciues salutem, incolumitatem, reditum precentur quod mihi accidit, an quod tibi proficiscenti euenit, ut omnes execrarentur, male precarentur, unam tibi illam uiam, & perpetuam esse uellent? Mihi mediusfidius in tanto omnium mortalium odio iusto præsertim et debito eiusmodi fuga potius q̃ ulla prouincia esset optatior. Sed perge porro. Nam si illud meũ turbulentissimum tempus profectionis tuo tranquillissimo præstat, quid conferam reliqua? quæ in te dedecoris plena fuerũt, in me dignitatis? me Kalen. Ianua. q dies post obitum occasumq; nostrum reip. primus illuxit, frequentissimus senatus concursu Italiæ, referente clarissimo ac fortissimo uiro. P. Lentulo, consentiente Pop. Roma. atq; una uoce reuocauit, me idẽ senatus exteris nationibus, me legatis magistratibusq; nostris auctoritate sua consularib' litteris, non ut tu nuper dicere ausus es orbatũ patria, sed ut Senatus illo ipso tempore appellauit, ciuẽ cõseruatorem Reip. commendauit ad meam unius salutem senatus auxilium omniũ ciuiũ cũcta ex Italia, qui. R. pu. saluã esse uellẽt,

cōsulis uoce,& litteris implorandū putauit,mei capitis seruandi causa Romam uno tempore,quasi signo dato Italia tota conuenit,de mea salute.P.Lentuli præstantissimi uiri, atq; optimi consulis.Cn.Pom.clarissimi, atq; inuictissimi ciuis,cæterorū,principū ciuitatis celeberrimæ,& grauissimæ conciones fuerunt,de me senatus ita decreuit.Cn.Pom. auctore,& eius sententiæ principe,ut si qs impedisset reditū meū,in hostiū numero putaretur,hisq; uerbis ea de me Senatus auctoritas declarata est,ut nemini sit triumphus honorificentius,quā mihi salus restitutioq; perscripta, de me cū omnis magistratus promulgasset,præter unū prætorem a quo non fuit postulandū,fratrē inimici mei,præterq; duos de lapide emptos.tri.ple.legem comitiis centuriatis tulit.P.Lentulus consul de collegæ.Q.Metelli sententia,quē mecū eadem.R.P.quæ in tribunatu eius disiūxerat, in cōsulatu uirtute optimi ac sanctissimi uiri sapientiaq; coniūxit, quæ lex quemadmodū accepta sit,quid me attinet dicere?ex uobis audio nemini ciui ullam quominus adesset,satis iustā excusationem esse uisam,nullis comitiis unquam nec multitudinem hominū tantam,neq; splēdidiorem fuisse,hoc certe uideo quod indicant tabulæ publicæ,uos rogatores,uos distributores,uos custodes fuisse tabularū,et quod in honoribus uestrorū propinquorū non facitis,uel ætatis excusatione uel honoris,id in salute mea nullo rogante uos uestra sponte fecistis.Confer nūc Epicure noster,ex hara producte nō ex schola,cōfer si audes absentiā tuam cū mea,obtinuisti prouinciam consularē finibus iis,quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat,nam lege Cæsaris iustissima,atq; optima populi liberi plane,& uere erant liberi, lege aūt ea quam nemo legem præter te,& collegam tuū putauit,omnis erat tibi Achaia, Thessalia,Athenæ, cuncta Græcia addicta,habebas exercitū tātū quātū tibi nō senatus

aut Po.Ro.dederat,sed quantũ tua libido cõscripserat,æra∂ riũ exhauseras,quas res gessisti in imperio,exercitu,prouin cia cõsulari?quas res gesserit quæro,qui ut uenit statim,nõ dũ cõmemoro rapinas,nondũ exactas pecunias,nõ captas, non imperatas,non neces sociorũ, nõ cædem hospitum,nõ perfidiam,non immanitatẽ,nõ scelera prædico,mox si uide bit,ut cũ fure,ut cũ sacrilego,ut cũ sicario disputabo,nunc meam spoliatam fortunam conferam cũ florente fortuna im peratoris.quis unquam prouinciam cũ exercitu obtinuit,q nullas ad senatũ litteras miserit?tantam uero prouinciam cũ tanto exercitu Macedoniam præsertim,quæ tantis barba rorum gentibus attingitur,ut semper macedonibus impe∂ ratoribus ijdem fines prouinciæ fuerint,qui gladiorũ,atq; pilorum,ex qua aliquot prætorio imperio,consularis quidẽ nemo rediit,qui incolumis fuerit,qui non triumpharit.Est hoc nouũ. multo illud magis.appellatus est hic Vulturius illius prouinciæ,si dijs placet,imperator.ne tu quidẽ Pau∂ le noster tabulas Romam cũ laurea mittere audebas?misi inquit,quis unquam recitauit?qs ut recitarentur postula∂ uit?nihil.n.iam mea refert,utrũ tu conscientia oppressus scelerum tuorum nihil unquam ausus sis scribere ad eũ or∂ dinem,quem despexeras,quem afflixeras,quem deleueras, an amici tui tabulas abdiderint,idemq; silentio suo temeri∂ tatem,atque audaciã tuam condemnarint.Atque haud scio an malim te uideri nullo pudore fuisse in litteris mittẽdis, an amicos tuos plus habuisse,& pudoris,& cõsilij,q̃ aut te uideri pudentiorem fuisse q̃ soles , aut tuum factum non esse condemnatum iudicio amicorum. Quod si nõ tuis nefarijs in hunc ordinem contumelijs in perpetuũ tibi cu∂ riam præclusisses,& quid tandem erat actum,aut gestum in illa prouincia,de quo ad Senatũ cum gratulatiõe aliqua scribi abs te oporteret? uexatio Macedoniæ,an oppidorum

turpis amissio, an sociorũ direptio, an agrorũ depopulatio? an munitio thessalonicæ? an obsessio militaris uiæ? an exercitus nostri interitus ferro, fame, frigore, pestilentia? Tu uero qui ad Senatũ nihil scripseris, ut in urbe nequior inuentus es q̃ Gabinius, sic in ꝓuincia paulo tamen q̃ ille demissior, nam ille gurges, atq; Helluo natus abdomini suo non laudi, atq; gloriæ, cũ equi. Ro. in prouincia, cum publicanos nobiscũ & uoluntate, et dignitate coniunctos oẽs fortunis, multos fama uitaq; priuasset, cum egisset aliud nihil in illo exercitu nisi ut urbes depopularet, agros uastaret, exhauriret domos, ausus est. (Quid enim nõ ille auderet) a senatu supplicationem ꝑ litteras postulare. O dij immortales tu ne etiam atq; adeo uos geminæ uoragines scopuliq; R. P. uos meã fortunã deprimitis, uestrã extollitis, cũ de me ea senatusconsulta absente facta sint, eæ cõciones habitæ, is motus fuerit municipiorum, & coloniarũ omniũ, ea decreta publicanorũ, ea collegiorũ, ea deniq; generũ ordinũq; omnium, quæ ego nõ mõ optare nunquã auderẽ, sed cogitare nõ possem. Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis. An ego si te & Gabinium cruci suffixos uiderẽ, maiore afficerer lætitia ex corporis uestri laceratione q̃ afficior ex infamia? nullum esse suppliciũ putandũ, quo affici casu aliquo etiã boni uiri fortesq; possunt. Atq; hoc qdẽ etiam isti tui dicũt uoluptarij græci, quos utinam ita audires, ut erãt audiendi, nunq̃ te in tot flagitia ingurgitasses. Verũ audis in præsepibus, audis in stupris, audis in cibo & in uino, sed dicũt isti ipsi ꝗ mala dolore, bona uoluptate diffiniũt sapientem etiã si in phalaridis tauro inclusus succẽsis ignibus torreatur, dicturũ tamẽ suaue illud esse, seseq; nõ tantulum quidem cõmoueri, tantã uirtutis esse uim uoluerunt, ut non posset unq̃ esse uir bonus non beatus. Quæ est igitur pœna? quod suppliciũ? id mea sentẽtia quod accidere nemini

potest nisi nocẽti, suscepta fraus, impedita & oppressa mẽs cõscientia, bonorũ omniũ odium, nota iusti senatus, amissio dignitatis. Nec mihi ille. M. Regulus quẽ Carthaginenses resectis palpebris illigatũ in machina uigilando necauerũt, supplicio uidet̃ affectus. Nec. C. Marius, quẽ Italia seruata ab illo demersum in Minturnẽsium paludibus, Africa deuicta ab eodem expulsum, et naufragũ uidit, fortunæ. n. ista tela sunt, nõ culpe. Suppliciũ aũt est pœna peccati, neq; uero ego si unq̃ uobis mala precarer quod sæpe feci, in quo dij immortales meas preces audierunt, morbos, aut mortẽ, aut cruciatũ p̃carer, thyestea ista execratio est poetæ uulgi animos nõ sapiẽtiũ mouentis, ut tu naufragio expuls⁹ uspiã saxis fixus asperis euiscerat⁹ latere pẽderes, ut ait ille, saxa spargens tabo saniæ, sanguine atro. Nõ ferrem omnino moleste si ita accidisset, sed id tñ esset humanũ. M. Marcellus qui ter cõsul fuit summa uirtute, pietate, gloria militari perijt in mari, qui tñ ob uirtutem gloriæ laude uiuit. In fortuna quadã est illa mors, nõ pœna putãda. Quæ est igitur pœna? quod suppliciũ? quæ saxa? quæ cruces? Ecce duos duces in prouincijs Po. Ro. habere exercitus, appellari imperatores, horũ alterũ sic fuisse infirmatum conscientia scelerũ, & fraudũ suarũ, ut ex ea prouincia, quæ fuit ex omnibus una maxime triumphalis, nullas sit ad senatus litteras mittere ausus, ex qua prouincia modo uir omni dignitate ornatissimus. L. Torquatus magnis rebus gestis me referẽte absens imperator sit appellatus. Vnde his paucis annis. Cn. Dolabellæ. C. Curionis. M. Luculli iustissimos triũphos uidimus ex ea te imperatore nuncius ad senatũ allatus est nullus, ab altero allatæ litteræ recitatæ. Relatũ ad senatum, dij immortales id ne ego optarẽ, ut inimicus me⁹ ea, qua nemo unq̃, ignominia notaret̃, ut Senatus is, qui in eam iam benignitatis consuetudinem uenit, ut eos qui bene rempub. gesserint

nouis honoribus afficiat,& numero dierum, et genere verborum,huius unius litteris nunciantibus non crederet,postulantibus denegaret?his ego rebus pascor,his delector, his perfruor,quod de uobis hic ordo opinatur non secus,ac de teterrimis hostibus,quod uos equi.Ro.quod cæteri ordines,quod cuncta ciuitas odit,quod nemo bonus,nemo deniq; ciuis est,qui modo se ciuem esse meminerit,qui uos non oculis fugiat,auribus respuat,animo aspernetur, recordatione deniq; ipsa consulatus uestri perhorrescat. Hæc ego semp de uobis expetiui,hæc optaui,hæc præcatus sum. plura etiam acciderunt,q̃ uellem.Nam ut amitteretis exercitũ nunq̃ me hercule optaui,illud etiam accidit præter optatũ meũ,sed ualde ex uolũtate.Mihi enim non uenerat in mentem furorem,et insaniam optare uobis,in quam incidistis, atqui fuit optandum,me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios,& consceleratos pœnas certissimas constitutas,nolite enim putare.P.C. ut in scæna uidetis homines consceleratos impulsu deorũ terreri furiarum tedis ardentibus,sua quenq; fraus,suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. hæ sunt impiorum furiæ,hæ fiammæ,hæ faces,ego te non uecordem,non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem putem?q sis ausus primum facere, nam idest caput,deinde pauloãte Torquato grauissimo & sanctissimo uiro premente confiteri te prouinciam Macedoniam,in quam tantũ exercitũ transportasses, sine ullo milite reliquisse.mitto de amissa maxima pte exercitus, sit hoc infœlicitatis tuæ. Dimittẽdi uero exercitus quã potes afferre causam?quã potestatem habuisti?quam legẽ? quod senatusconsultũ? quod ius? quod exemplum? quid est aliud furere,nisi nõ cognoscere homines,nõ cognoscere leges,nõ senatum,non ciuitatẽ,cruentare corpus suũ? maior hæc est

uitæ, famæ, salutis suæ uulneratio, quã si familiã tuam dimisisses, quod ad neminem nisi ad ipsum te pertineret, amici te tui cõstringendũ putarent, præsidiũ tu Po. Ro. custodiam prouinciæ iniussu populi senatusq́ dimisisses si tuæ mẽtis compos fuisses? ecce tibi alter effusa iam maxima præda quã ex fortunis publicanorũ, ex agris urbibusq́ sociorũ exhauserat, cũ partim eius prædam profundæ libidines deuorassent, partim noua quædam et inaudita luxuries, partim in illis etiam locis ubi omnia diripuit emptiones, partim pmutationes ad hunc Tusculanũ montem extruendũ, cũ illa eius immensa intolerabilis ædificatio constitisset, seipsum, fasces suos, exercitũ Po. Ro. numen interdictũq́ deorũ immortaliũ, responsa sacerdotũ, auctoritatẽ senatus, iussa Po. Ro. nomen ac dignitatẽ imperij regi Egyptio uendidit. cũ finis prouinciæ tantos haberet quantos uoluerat, quãtos optauerat, quãtos mei capitis precio periculoq́ emerat, his se tenere nõ potuit, exercitũ eduxit ex Syria, q licuit extra puinciam? tribuit se mercenariũ comitem regi Alexandrino, qd hoc turpius? in Egyptũ uenit, signa cõtulit cũ Alexandrinis, qñ hoc bellũ aut hic ordo, aut populus susceperat? Cepit Alexandriã, qd aliud expectamus a furore eius, nisi ut ad senatũ tãtis de reb⁹ gestis litteras mittat, hic si mẽtis esset suæ, nisi pœnas patriæ dijsq́ imortalibus eas, quæ grauissimæ sunt furore atq́ insania pẽderet, ausus eẽt, mitto exire de puincia, educere exercitũ? bellũ sua spõte gerere? in regnũ iniussu populi, aut senatus accedere? quæ tum plurimæ leges ueteres, tũ lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecunijs repetũdis plenissimæ uetant, sed hæc omitto, ille si nõ acerrime fureret, auderet quã prouinciã P. Lẽtulus amicissimus huic ordini, cũ & auctoritate senatus & sorte haberet, interposita religiõe sine ulla dubitatiõe deposuisset, eã sibi tũ adsciscere? cum etiam si religio nõ impediret, mos

maiorũ tñ, & exempla, & grauissimæ legũ pœnæ uetarẽt. Sed qm̃ fortunarũ contentionem facere cœpimus, de reditu Gabinij omittamus, quẽ & si sibi ipse præcidit, ego tñ os ut uideã hois expecto, tuũ si placet reditũ cũ meo cõferamus, at meus quidẽ is fuit, ut a Brundusio usq; Romã agmen p̃petuũ totius Italiæ uiderem, neq;.n.regio fuit ulla, neq; municipium, neq; præfectura, aut colonia, ex qua nõ publice ad me uenerint gratulatũ. Quid dicã aduentus meos? q̃d effusiões hoĩm ex oppidis? q̃d occursum ex agris patrũfamilias cũ cõiugibus, ac liberis? q̃d eos dies? q̃ quasi deorũ immortaliũ festi, atq; solẽnes apud oẽs sunt aduentu meo redituq; celebrati, unus ille dies mihi q̃dem immortalitatis instar fuit quo in patriã redij, cũ senatũ egressum uidi. P.q;.R. uniuersum, cũ mihi ipsa Roma prope cõuulsa sedibus suis ad cõplectẽdũ cõseruatorẽ suũ p̃cedere uisa est, q̃ me ita accepit, ut nõ mõ omniũ generũ, ætatum, ordinum oẽs uiri ac mulieres, oĩs fortunæ ac loci, sed etiã mœnia ipã uiderẽtur, & tecta urbis ac tẽpla lætari. Me cõsequẽtibus diebus in ea ipsa domo, qua tu me expuleras, quã expilaras, quã incẽderas, põtifices, cõsules. P.C. collocauerũt, mihiq; q̃d ante me nemini pecuniã publicã ad ædificandã domũ censuerũt, habes reditũ meũ, cõfer nunc uicissim tuũ, qñ quidẽ amisso exercitu nihil incolume domũ præter os illud pristinũ tuũ rettulisti, qui primũ qua ueneris cũ laureatis tuis lictoribus quis scit, quos tu Meãdros, dũ omnes solitudines p̃sequeris, quæ diuerticula flexiõesq; quæsisti? quod te municipiũ uidit? q̃s amicus inuitauit? quis hospes aspexit? nonne tibi nox erat pro die? solitudo pro frequentia? caupona pro oppido? nõ ut redire ex Macedonia nobilis impator, sed ut mortuus infamis efferri uideretur. Romã uero ipãm fœdauit aductus tuus. O familiæ nõ dicã calphurniæ, sed caluentiæ, neq; huius urbis, sed placentini municipij, neq; paterni gñis, sed bra-

tatæ cognationis dedecus, quēadmodū uenisti? q̄s tibi nō di cam horū, aut ciuium cæterorū, sed tuorū legatorū obuiā ue nit? Mecum.n.tum.L.Flaccus uir tua legatione indignissi mus, atq; ijs cōsilijs q̄bus mecū in cōsulatu meo cōiunctus fuit ad cōseruandā.R.P. dignior mecū fuit, tum cū te quidā non longe a porta cū lictoribus errantem uisum esse narra bat. Scio item uirū fortem in primis belli, ac rei militaris pe ritum familiarem meū.Q.Martiū, quorū tu legatorū præ lio impator appellatus eras, cū tum lōge abfuisses, aduentu isto tuo domi fuisse ociosum. Sed quid ego enumero qui tibi obuiā non uenerint, qui dico uenisse pene neminem, ne de officiosissima quidē natione candidatorū, cū uulgo essent et illo ipso & multis ante diebus admoniti & rogati. Togulæ lictoribus ad portā p̄sto fuerūt, q̄bus illi acceptis sagula re iecerunt, & cateruā imperatori suo nouam præbuerunt, sic iste tanto exercitu, tanta prouincia triennio post macedoni cus imperator iu urbem se intulit, ut nullius negociatoris obscurissimi reditus unq̄ fuerit desertior, in quo me tamen qui esset paratus ad se defendendū rep̄hendit, cū ego cœli mōtana porta introisse dixissem, respōsione me meuia æsqui lina introisse hō prōptissimus lacessiuit. Quasi uero id aut ego scire debuerim, aut uestrum quispiam audiuerit, aut ad rem pertineat qua tu porta introieris, modo ne triūphali, quæ porta macedonicis semp̄ consulibus ante te patuit, tu inuentus es q̄ consulari imperio præditus ex macedonia nō triūphares. At audistis.P.C. philosophi uocem, negauit se triūphi cupidū unq̄ fuisse, o scelus, o pestis, o labes, cum ex tinguebas senatū, uēdebas auctoritatem huius ordinis, ad dicebas trib.ple. consulatum tuū.R.P. euertebas, prodebas caput & salutem meam una mercede prouinciæ, si trium phum non cupiebas, cuius tandem rei te cupiditate arsisse defendes? Sæpe enim uidi qui et mihi et cæteris cupidiores

prouinciæ uideretur, triumphi nomine tegere atq; uelare cupiditatem suã, hoc modo. Decimus syllanus consul in hoc ordine, hoc meus etiã collega dicebat. Neq; enim quisq; potest exercitũ cupere ap teq; petere, ut nõ ptexat cupiditatẽ triũphi. Quod si te. S.P.q;.R. aut non appetentem, aut etiam recusantem bellum suscipere, exercitum ducere coegisset, tamen erat angusti animi atq; demissi triũphi honorem atq; dignitatem contemnere. Nam ut leuitatis est inanem aucupari rumorem, ut omnis umbras etiam falsæ gloriæ cõsectari, sic leuis est animi lucem splendoremq; fugientis iustam gloriam q est fructus ueræ uirtutis honestissimus repudiare. Cum uero non modo nõ postulante atq; cogente, sed inuito atq; oppresso senatu, non modo nullo Pop. Roma. studio, sed nullo ferente suffragiũ libero, prouincia tibi ista manupreciũ fuerit non euersæ per te sed perditæ ciuitatis, cumq; omniũ tuorũ scelerum hæc pactio extiterit, ut si tu totã remp. nefarijs latronibus tradidisses, macedonia tibi ob eam rem quibus tu finibus uelles, redderetur. Cũ exhauriebas ærarium, cũ orbabas Italiam iuuentute, cũ mare uastissimum hyeme transibas, si triumphũ contemnebas, quæ te prædo amẽtissime nisi præda ac rapinarũ cupiditas tam cæca rapiebat? Non est integrũ Cn. Pom. consilio iam uti tuo. Errauit enim. nõ gustarat istam tuam philosophiam, ter iã homo stultus triũphauit, Crasse pudet me tui. Quid est q cõfecto formidolosissimo bello coronã illã laureã tibi tantopere decerni uolueris a senatu. P. Seruili. Q. Metelle. C. Curio. P. Africane cur non hũc audistis, tam doctũ hominẽ tam eruditũ priusq; in istũ errorẽ induceremini? C. ipsi Põtino necessario meo iam nõ est integrũ, religiõibus. n. susceptis impedit, o stultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiões, Marcellos, Maximos. O amentẽ Paulũ, rusticũ Mariũ nullius cõsilij patres horũ amborũ consulũ qui

triũpharunt. sed quoniam praeterita mutare nõ possumus, qd cessat hic homulus ex argilla & luto fictus epicureus dare haec praeclara praecepta sapientiae clarissimo et summo imperatori genero suo? Fertur ille uir, mihi crede, gloria, flagrat, ardet cupiditate iusti & magni triũphi, nõ didicit eadem ista quae tu. Mitte ad eũ libellum, sed iam si ipse coram congredi poteris, meditare quibus uerbis incensam illius cupiditatem comprimas atq; restingas, ualebis apud hominẽ uolitantem gloriae cupiditate uir moderatus & cõstans, apud indoctũ eruditus, apud generũ socer, dices.n.ut es homo facetus ad persuadendũ cõcinnus, perfectus, politus e schola. Quid est Caesar φ te supplicatiões totiens decretae tot dierũ tantopere delectẽt? in qbus hoies errore ducuntur, quas dij negligũt, q ut noster ille diuin⁹ dixit Epicurus, neq; propicij cuiq; esse solẽt, neq; irati, nõ facies fidem.s.cũ haec disputabis, tibi enim & esse & fuisse deos uidebis iratos, uertes te ad alteram scholam, disseres de triũpho. Quid tandẽ habet iste Currus? quid uicti ante currũ duces? qd simulachra oppidorũ? quid aurũ? quid argentũ? quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa? inania sunt ista mihi crede delectamẽta paene puerorum, captare plausus, uehi per urbem, cõspici uelle, quibus ex rebus nihil est qđ solidũ tenere, nihil quod referre ad uoluptatem corporis possis, quin tu me uides q ex qua prouincia. T. Flaminius. L. Paulus. Q. Metellus. T. Didius, innumerabiles alij leui cupiditate cõmoti triũpharũt, ex ea sic redij, ut ad portã Esquilinã Macedonicam lauream conculcarim, ipse cum hominibus quindecim male uestitis ad portam Coelimontanã sitiens peruenerim, quo in loco mihi libertus praeclaro imperatori domum ex hac die biduo ante cõduxerat, quae uacua si non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. Nummus interea mihi

Cæsar neglectis uehiculis triũphalibus domi manet et manebit. Rationes ad ærariũ rettuli cõtinuo sicut tua lex iubebat, neq; alia ulla in re legi tuæ parui, quas rationes si cognoris, intelliges nemini plusq̃ mihi litteras profuisse. Ita enim sunt perscriptæ scitæ & litterate, ut scriba ad ærariũ qui eas rettulit, perscriptis rationibus secũ ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit. Rõ qdem hercule apparet, argentũ & doctũ te thecæ, hac tu oratione non dubito, qn illũ iam ascendentem in currũ possis reuocare, o tenebræ, o lutũ, o sordes, o paterni generis oblite, materni uix memor. Ita nescio qd istud fractũ, humile, demissum, sordidũ, inferius etiã est, q̃ ut Mediolanensi præcone auo tuo dignũ esse uideatur. L. Crassus homo sapiẽtissimus nostræ ciuitatis spiculis prope scrutatus ẽ alpes, ut ubi hostis nõ erat, ibi triũphi causam aliquã quæreret. Eadem cupiditate uir summo ingenio præditus. C. Cotta nullo certo hoste flagrauit, eorũ neuter triũphauit, qd alteri illũ honorẽ collega, alteri mors ademit. Irrisa est abs te pauloante. M. Pisonis cupiditas triũphandi, a qua te lõge dixisti abhorrere, q etiã si minus magnũ bellũ gesserat, ut abs te dictũ est, tñ istũ honorẽ contemnendũ nõ putauit. Tu eruditior q̃ Piso, prudentior q̃ Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia q̃ Crassus ea contẽnis, quæ illi idiotæ, ut tu appellas, præclara duxerũt. Quod si reprehẽdis q cupidi laureæ coronæ fuerint, cũ bella aut pua aut nulla gessissent, tu tantis natiõibus subactis, tantis rebus gestis minime fructũ laborũ tuorũ, pmia periculorũ, uirtutis insignia cõtemnere debuisti, neq; uero cõtẽpsisti, licet themista sapiẽtior, sed os tuũ ferreũ Senatus conuitio uerberari noluisti, iam uides qñquidem ita mihimet fuit inimicus, ut me tecũ cõpararẽ, & digressum meũ, & absentiam, & reditum, ita lõge tuo præstitisse, ut mihi illa omnia immortalẽ gloriam dederint,

tibi

tibi sempiternam turpitudinem inflixerint, nũc etiã in hac quotidiana assiduaq́; urbanaq́; uita, splendorem tuũ, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consiliũ, auxilium, auctoritatem, sententiam senatoriam nobis, aut uerius dicam cuiꝗ; es infirmissimo ac desperatissimo antelaturus? Age Senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem & proditorem, nõ mõ dignitatis et auctoritatis, sed om̃ino ordinis ac nomini sui, uidere equites Ro. nõ possunt, quo ex ordine uir præstantissimus & ornatissimus. L. Aelius est te consule relegatus, plebs Romana perditũ cupit, in cuius tu infamiã ea quæ per latrones, & per seruos de me egeras, cõtulisti. Italia cuncta execrat̃, cuius idem tu superbissime decreta, & preces repudiasti. fac huius odij tanti ac tam uniuersi periculũ si audes? instant post hominũ memoriã paratissimi magnificẽtissimiq́; ludi, quales nõ mõ nunꝗ; fuerũt, sed ne quo mõ fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. da te populo, cõmitte ludis, sibilũ metuis? ubi sunt, uestræ scholæ? ne acclametur? ne id q̃dẽ est curare philosophi, manus tibi ne afferant̃ times? Dolor. n. est malũ ut disputas, existimatio, dedecꝰ, infamia, turpitudo uerba sunt atque ineptiæ, sed de hoc non dubito, nõ audebit accedere ad ludos, cõuiuiũ publicũ nõ dignitatis cã inibit, nisi forte, ut cũ. P. C. hoc est cõpotoribus suis cœnet, sed plane animi sui cã ludos nobis idiotis relinquet. Solet in disputationibus suis oculorũ & auriũ delectatiõi abdominis uoluptates anteferre. Nã quod nobis iste tantũmõ improbus crudelis olim furũculus, nũc uero etiam rapax, quod sordidus, quod contumax, quod sup̃bus, quod fallax, quod perfidiosus, quod impudens, quod audax esse uideat̃. Nihil scitote esse luxuriosius, nihil libidinosiꝰ, nihil p̃posterius, nihil nequius. Luxuriã aũt in isto hanc nolite cogitare Est enim quædam (quanꝗ; omnis est uitiosa atque turpis)

tamē ingenuo, atq; libero dignior, nihil apud hūc lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, laudabo inimicū ne magno pere quidem quicquam præter libidines sumptuosum, toreuma nullū, maximi calices, & ij ne cōtemnere suos uideatur, Placentini, extructa mensa non cōchylijs, aut piscibus, sed multa carne subrancida, serui sordidati ministrāt, nōnulli etiam senes, idem coquus, idem atriensis, pistor domi nullus, nulla cella, panis & uinū a propola, atq; decuppa, græci stipati, quini in lectulis, sæpe plures, ipse solus bibiturus, quæ eodē de solio ministrentur, ubi galli cātū audiuit, auū suū reuixisse putat, mensam tolli iubet. Dicet aliqs unde hæc tibi nota sunt? nō me hercule cōtumeliæ cā quęq; describam præsertim ingeniosum hominē atq; eruditū, cui generi ego esse iratus, ne si cupiā quidē possum. Est quidā græcus qui cū isto uiuit, homo uere ut dicā (sic enim cognoui) humanus, sed tam diu q̄ diu cum alijs est, aut ipse secū, is cū istū adolescentē, iam tū cum hac dijs irata fronte uidisset, non fugit eius amicitiam, cū esset præsertim appetitus, dedit se in consuetudinem sic, ut prorsus una uiueret, nec fere ab isto unquam discederet, non apud indoctos, sed ut ego arbitror in hominū eruditissimorum & humanissimorū cœtu loquor. Audistis profecto dici philosophos Epicureos omnis res, quæ sunt homini expetēdæ, uoluptate metiri. Recte an secus, nihil ad nos, aut si ad nos, nihil ad hoc tēpus. Sed tamen lubricum genus orationis adolescenti, non acriter intelligenti sæpe præceps. Itaq; admissarius iste simulatq; audiuit uoluptatem a philosopho tantopere laudari, nihil expiscatus est, sic suos sensus uoluptarios oēs incitauit, sic ad illius hanc orationē adhibuit, ut non magistrum uirtutis, sed auctorem libidinis a se illum inuentū arbitraretur. Græcus primo distinguere atq; diuidere illa quemadmodum dicerentur, iste claudus quo modo aiunt pilam retinere, quod

acceperat testificari. Tabellas obsignare uelle, Epicurum disertum decernere, & tamen dictum opinor se nullum bonum intelligere posse demptis corporis uoluptatib⁹. Quid multa? Græcus facilis & ualde uenust⁹ nimis pugnax contra Senatorem Po.Ro. esse noluit. est aũt hic de quo loquor non philosophia solum, sed etiam litteris quod fere cæteros epicureos negligere dicunt perpolitus, poema porro facit ita festiuum ita concinnum ita elegans, nihil ut fieri possit argutius, in quo reprehendat eum licet si qui uolet, modo leuiter, non ut impurum, non ut improbum, non ut audacem, sed ut græculum, ut assentatorem, ut poetam, deuenit aut potius incidit in istum eodem deceptus supercilio græcus atq; aduena, quo tam sapiens, & tanta ciuitas se reuocare non poterat, familiaritate implicatus, & simul inconstãtiæ famam uerebaẽ, rogatus, inuitatus, coactus ita multa de isto ad istum scripsit, ut omnis hominis libidines, omnia cœnarum genera, cõuiuiorumq; adulteria, eius delicatissimis uersibus expresserit, in quibus si quis uelit, possit istius tanq̃ in speculo uitã intueri. Ex quibus multa a multis lecta & audita recitarem, nisi uererer, ne hoc ipsum genus orationis, quo nunc utor, ab huius loci more abhorreret, & simul de ipso qui scripsit detrahi nolo, qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior & grauior esse potuisset. Sed eũ casus in hãc cõsuetudinẽ scribendi induxit philosopho ualde indignã. Siquidẽ philosophia ut fertur uirtutis cõtinet & officij, & beneuiuendi disciplinã, quã qui ꝓfitetur, grauissimã mihi sustinere personam uideẽ, sed idem casus illũ ignarũ quid profiteretur, cũ se philosophũ esse diceret, istius impurissimæ ac intemperatissimæ pecudis cœno et sodib⁹ inquinauit, qui modo res gestas consulatus mei cum laudasset, quæ quidem laudatio hominis turpissimi mihi ipsi erat pene turpis. non ulla tibi

inquit inuidia nocuit, sed uersus tui nimis magna pœna tē consule constituta est, siue malo poetæ siue libero. Scripsisti enim uersus. Cædāt arma togæ. Quid tum? hæc res tibi fluctus illos excitauit. At hoc ego nusq̄ opinor scriptū fuisse ī illo elogio, qđ te consule in sepulchro reip. incisum est, uelitis, iubeatis, ut nō qđ. M. Cicero uersum fecerit, sed q̄ uindicarit. Verūtamē quoniā te nō Aristarchū, sed Phalarim grammaticum habemus, qui nō notam apponas ad malum uersum, sed poetam armis persequare, scire cupio, quid tandem isto in uersu reprehendas? Cædant arma togæ. Tuæ dicis inquit togæ summū imperatorē esse cessurū. Quid nunc te asine litteras doceā? nō opus est uerbis sed fustibus, non dixi hanc togā qua sum amictus, nec arma scutum & gladium unius imperatoris, sed q̄ pacis est insigne ac ocij toga. Cōtra aūt arma tumultus ac belli, more poetarum locutus, hoc intelligi, bellum ac tumultum paci atq; ocio concessurū. Quære ex familiari tuo græco illo poeta, probabit genus ipsum & agnoscet. Neq; te nihil sapere mirabitur, atq; in illo altero inq̄t hæres, cōcedat laurea laudi, immo me hercule habeo tibi gratiā. Hærerē em̄ nisi tu me expedisses. Nam cū tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream ad portam æsquilinam abiecisti, indicasti nō modo amplissimæ, sed etiā minimæ laudi lauream concessisse, atq; ista ratione, hoc tamē intelligi scelerate uis Pōpeium inimicum mihi isto uersu esse factum? ut si uersus mihi nocuerit ab eo, quem is uersus offenderit, uideatur mihi pernicies esse quæsita, omitto nihil istum uersum pertinuisse ad illum, non fuisse meum, quem quantū potuissem, multis sæpe orationibus scriptisq; decorassem, hunc uno uiolare uersu? Sed sit offensus, primo nonne cōpensabit eū uno uersiculo tot mea uolumina laudū suarum? Quod si est cōmotus, ad perniciē ne nō dicam amicissi

mi,nõ ita de sua laude meriti,nõ ita de repu.non cõsularis, non senatoris,nõ ciuis,num liberi in hominis caput ille tam crudelis ꝑpter uersum fuisset? Tu quidẽ tu apud quos,de quo dicas intelligis? cõplecteris amplissimos uiros ad tuum & Gabinij scelus,neq; id occulte,nã pauloante dixisti me cũ his cõfligere,quos despicerem,nõ attingere eos qui plus possent,quibus iratus esse deberẽ. Quorũ quidem, quis eñi non intelligit quos dicas,q̃q̃ non est una causa omniũ,tñ est oĩm mihi probata,me.Cn.Pom.multis obsistẽtibus eius erga me studio atq; amori semper dilexit,semper sua coniunctione dignissimum iudicauit,semper non modo incolumẽ,sed etiã amplissimũ atq; ornatissimũ uoluit esse,uestræ fraudes,uestrum scelus,uestræ criminatiõis insidiarũ mearum illius periculorũ nefarie fictæ simul eorum, qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu uestro collocauerunt,uestræ cupiditates effecerunt,ut ego excluderer,omnisq; qui me, qui illius gloriam,qui rempub.saluã esse cupiebat,sermone atq; aditu ꝓhiberetur. Quibus rebus est perfectum, ut illi plane suo stare iudicio non liceret,cum certi homines nõ studium eius a me alienassent,sed auxiliũ retardassent. Nõne ad te.L.Lentulus,qui tum erat prætor,non.Q.sanga, non. L.Torquatus pater,nõ.M.Lucullus uenit,qui omnes ad eũ multiq; mortales oratum in albanum obsecratũq; uenerãt, ne meas fortunas desereret,cum reipub.salute coniunctas, quos ille ad te,& ad tuum collegam remisit,ut causam pu. susciperetis,ut ad senatum referretis,se cõtra armatũ trib. pleb.sine consilio publico decertare nolle, consulibus ex.S. C.rempu.defendentibus se arma sumpturum. Ecquid infœlix recordaris? Quid responderis in quo illi omnes quidẽ, sed Torquatus præter cæteros furebat contumacia respõsi tui,te nõ esse tã fortẽ q̃ ipse Torquatus in cõsulatu fuisset,

aut ego, nihil opus esse armis, nihil cōtētione, me posse iterum rempu. seruare si cessissem, infinitā cedem fore si restitissem. Deinde ad extremū, neq; se, neq; generū, neq; collegam suū tribu. ple. non defuturum. Hic tu hostis ac proditor alijs me inimiciorē q̄ tibi debere esse dicis? ego. C. Cæsarem non eadem de repu. sensisse quæ me scio. Sed tñ quod iā de eo his audientibus sæpe dixi, me ille sui totius cōsulatus eorumq; honorū, quos cum proximis cōmunicauit, socium esse uoluit, detulit, inuitauit, rogauit. Nō sum ego propter nimiam fortasse cōstantiæ cupiditatē adductus ad cām, non postulabam, ut ei carissimus essem, cuius ego beneficijs q̄dē sententiā meā tradidissem. Adducta res in certamē te cōsule putabatur. Vtrū q̄ superiore anno ille gessisset manerēt, an rescinderentur. Quid loquar plura? si tantū ille in me esse uno roboris & uirtutis putauit, ut ea quæ ipse gesserat, cōciderent, si ego restitissem, cur ego non ignoscam si antepo suit suā salutē meæ? Sed præterita omitto, me ut Cn. Pō. omnibus suis studijs, laboribus, uitæ periculis cōplexus est, cū municipia pro me adiret, Italiæ fidem imploraret. P. Lentulo cōsuli auctori salutis meæ frequens assideret, senatui sententiam præstaret, in cōcionibus, nō modo se defensorē salutis meæ, sed etiā supplicem pro me profiteretur, huius uoluntatis eū, quē multū posse intelligebat, mihi nō inimicū esse cognorat, sociū sibi, & adiutorē. C. Cæsarem adiunxit. iam uides me tibi nō inimicū, sed etiā hostē illis quos describis, non mō nō iratū, sed etiā amicū esse debere, quorum alter id quod meminero semper æque mihi fuit amicus ac sibi, alter id quod obliuiscar aliquando sibi amicior q̄ mihi. Deinde hoc ita fit, ut uiri fortes etiam si ferro inter se cominus decertarint, tamen illud contentionis odiū simul cum ipsa pugna armisq; ponant, atque me ille odisse nunq̄ potuit, ne tum quidem cum dissidebamus, habet hoc uirtus quam tu

ne de facie quidem nosti, ut uiros fortes species eius, & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. equidem dicã ex animo. P.C. quod sentio, & quod uobis audientibus, sæpe iam dixi, si mihi nunquã amicus. C. Cæsar fuisset, sed semp iratus, si aspernaretur amicitiam meã, seseq; mihi implacabilẽ inexpiabilemq; præberet, tamẽ ei, cũ tantas res gessisset gereretq; quotidie, non amicus esse nõ possem. Cuius ego imperio non alpiũ nullum cõtra ascensum transgressionemq; gallorum, non Rheni fossam gurgitibus illis redundantẽ germanorum immanissimis gentibus obijcio, & oppono, perfecit ille, ut si montes resedissent, amnes exaruissent, nõ naturæ p̃sidio sed uictoria ipsa rebusq; gestis Italiam munitam haberemus. Sed cũ me expetat, diligat, omni laude dignũ putet, tu me a tuis inimicitijs ad simultatẽ reuocabis, sic tuis sceleribus reip. p̃terita facta refricabis? Quod quidẽ tu qui bene nosces cõiunctionem meam & Cæsaris eludebas, cum a me trementibus omnino labris, sed tamen cur tibi nomen non deferrem nõ requirebas? quamquam ꝙ ad me attinet, nunquam istam imminuam curam inficiãdo tibi, tamen est mihi considerandum q̃tum illi tantis Reip. negocijs tãtoq; bello impedito ego homo amicissimus sollicitudinis atq; oneris imponam. Nec despero tamen, q̃q̃ languet iuuẽtus, nec perinde atq; debeat in laudis & gloriæ cupiditate uersatur, futuros aliquos, q abiectũ hoc cadauer cõsularibus spolijs nudare nõ nolint præsertim tam afflicto, tam infirmo, tam eneruato reo, qui te ita gesseris, ut timeres ne indignus beneficio uidereris, nisi eius a quo missus eras simillim⁹ extitisses. An uero tu parũ putas inuestigatas eẽ a nobis labes imperij tui stragesq; p̃uinciæ? quas q̃dẽ nos nõ uestigijs odorãtes ingressus tuos sed totis uolutationibus corporis et cubilibus p̃secuti sum⁹. Notata a nobis sunt et prima illa scelera in aduẽtu, cũ accepta pecunia a dyrrachinis

ob necem hospitis tui platoris, eius ipsius domũ euertisti, cuius sanguinem addixeras, eumq; seruis symphoniacis & alijs muneribus acceptis timentem multũq; dubitantem cõfirmasti & thessalonicã fide tua uenire iussisti, quem ne maiorum quidem more supplicio affecisti, cũ miser ille securibus hospitis sui ceruices subijcere gestiret. Sed ei medico quem tecũ tu eduxeras, impasti ut uenas hominis incideret, cum quidẽ tibi etiã accessio fuit ad necẽ platoris pleuratus eius comes, quem necasti uerberibus summa senectute confectũ. Idemq; tu rabocentũ bessicæ gẽtis principem, cũ te trecentis talentis regi Cotto uendidisses, securi percussisti, cũ ille ad te legatus in castra uenisset, & tibi magna præsidia, & auxilia a bessis peditũ equitumq; polliceretur. Neq; eum solum, sed etiam cæteros legatos qui simul uenerãt, quorum omnium capita regi Cotto uendidisti. Denseletis quæ natio semper obediens huic imperio etiam in illa omniũ barbarorum defectiõe Macedonica. C. Sextiũ prætorem tutata est, nefarium bellũ, & crudele intulisti, eisq; cũ fidelissimis socijs, uti posses, hostibus uti acerrimis maluisti, ita ꝑpetuos defensores Macedoniæ uexatores, ac perditores effecisti, ue ctigalia nostra ꝑturbarũt, urbes ceperunt, uastarũt agros, socios nostros in seruitutẽ adduxerũt, familias arripuerũt, pecus abegerunt. Thessalonicenses cũ oppido desperassent, munire arcem coegerũt, a te Iouis uelsuri fanũ antiquissimum barbarorũ sanctissimumq; direptũ est, tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerũt, qui cũ uno genere morbi affligerentur, neq; se recreare quisq; posset qui semel incidisset, dubitabat nemo quin uiolati hospites, legati necati, pacati, atq; socij nefario bello lacessiti, fana uexata, hãc tantam efficerent uastitatem, cognoscis ex particula parua scelerum, & crudelitatis tuæ genus uniuersum, quod auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata est, summam nunc

explicem? generatim ea quæ maxime nota sunt, dicã. Nonne sestertium centies & octogies, quod quasi uasarij nomine in uenditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi ad tributum Romæ in quæstu reliquisti, nonne cum ducẽta talenta tibi appolloniatæ Romæ dedissent, ne pecunias creditas soluerent, ultro Fufidiũ equitem Ro. hominem ornatissimum creditorẽ debitoribus suis addixisti? Nõne hyberna cum legato præfectoq; tradidisses, euertisti miseras funditus ciuitates? quæ nõ solum bonis sunt exhaustæ, sed etiã nefarias libidinum contumelias turpitudinesq; subierunt. Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi? qui honorarij? Si quid potest ui & metu extortũ honorarium nominari, qđ cũ per æq; oẽs, tũ acerbissime Bœotij, & Bizantij, Chærronenses, Thessalonica sensit, unus tu dominus, unus æstimator, unus uenditor tota in prouincia per triẽnium frumenti omnis fuisti. qđ ego rerũ capitaliũ quæstiones, reorũ pactiones, redemptiones acerbissimas, damnationes libidinosissimas, liberatiões, proferam? tm̃ locũ aliquẽ cũ mihi notũ esse senseris, tecũ ipse licebit quot in eo genere & quãta sint crimina recordere. Quid illã armorũ officinam, ecquid recordaris? cũ omni totius prouinciæ pecore compulso pelliũ nomine oẽm quæstũ illũ domesticũ paternũq; renouasti, uideras n. grandis iã puer bello Italico repleri quæstu uestram domũ, cũ pater armis faciendis tuus præfuisset. Quid uectigalẽ ꝓuinciã singulis rebus quæcunq; uenirent certo portorio imposito, seruis tuis publicanis a te factũ esse meministi? quid centuriatus palã uenditos? quid per tuũ seruulum ordines assignatos? Quid stipẽdiũ militibꝰ per oẽs annos a ciuitatibus mẽsis palã ꝓpositis esse numeratũ? Quid illa in pontũ profectio & conatus tuus? Quid debilitatio atq; abiectio animi tui Macedonia ꝑtoria nunciata, cũ tu nõ solum ꝙ tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur

exanguis & mortuus concidisti, quid quæstor ædilitius re-iectus? præposit⁹ legatorũ tuorũ turpissimus optimus quisq; abs te uiolatus? tribuni militares non recepti? M. Bebius uir fortis interfectus iussu tuo? qd q tu totiẽs diffidens, ac desperans rebus tuis in sordibus, lamẽtis, luctuq; iacuisti? quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos socios q; misisti? qd quod cũ sustentare uix posses mœrorẽ tuũ doloremq; decessionis Samothraciam te primũ, inde Tharsum cũ tuis teneris saltatoribus, et cũ Antobulo Athamãte & Timocle formosis fratribus contulisti? qd cũ inde te recipiens in uillam Euchadiæ, quæ fuit uxor exegisti? iacuisti mœrẽs aliquot dies, inde obsoletus Thessalonicam omnib⁹ inscientibus noctuq; uenisti? Qui cũ concursum plorantiũ ac tẽpestatem querelarũ ferre non posses, in oppidũ deuiũ Beroam perfugisti, quo ĩ oppido cũ tibi spe falsa q. Q. Anchariũ nõ esse successurũ putares, animos rumor inflasset, quo te mõ ad tuã intemperantiã scelerate innouasti? Mitto aurũ coronariũ, qđ te diutissime torsit, cũ mõ uelles, modo nolles. Lex. n. generi tui et decerni & te accipe uetabat, nisi decreto triũpho, in quo tu accepta tñ & deuorata pecunia Vtinachorũ centũ talẽtis euomere nõ poteras, uocabula tñ pecuniarũ, et genera mutabas; mitto diplomata tota in prouincia passim data, mitto numerũ nauiũ summãq; prædæ, mitto rõnẽ exacti imperatiq; frumẽti, mitto ereptam libertatẽ populis ac singulis, qui erãt affecti præmijs noĩatim, quorũ nihil est, qđ nõ sit lege Iulia, ne fieri liceat, sancitũ diligenter. Etoliam quæ procul a barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita medio fere græciæ gremio continetur, o pœna, o furia sociorũ, decedens miserã perdidisti, Arsinoã, Thracũ, Neopactum, ut mõ tu te indicasti nobiles urbes, atq; plenas fateris ab hostibus eẽ captas. Quibus aũt hostibus? Nempe ĳs, quos tu Ambraciæ cædens primo tuo

uduentũ ex oppidis Aggrinarũ, atq; Dolopum demigrare, & aras, & focos relinq̃re coegisti. Hoc tu in exitu praeclare impator cũ tibi ad pristinas clades accessio fuisset Aetoliae repentinus interitus, exercitũ dimisisti, neq; ullã poenã quae tãto facinori deberetur, nõ maluisti subire, q̃ numerũ tuorũ militũ reliquiasq; cognoscere. Atq; ut duorũ epicureorũ similitudinem in re militari imperioq; uideatis, Albutius cũ in Sardinia triũphasset Romae dãnatus est, hic cum similem exitũ spectaret, in Macedonia Trophaea posuit ea, quae bellicae laudis uictoriaeq; oẽs gentes insignia, et monumẽta esse uoluerũt, noster hic p̃posterus impator amissorũ oppidorũ, caesarũ legionũ prouinciae, praesidio, & reliquis militibus orbatae ad sempiternũ dedecus sui generis & nominis indicia funesta constituit, idemq; ut esset qđ in basi trophaeorũ, inscribi icidiq; posset, Dyrrachiũ ut uenit decedens obsessus est ab ijs ipsis militibus, quos paulo ante Torquato respondit beneficij causa a se esse dimissos, quibus cũ iuratus affirmasset se quae deberentur postero die persoluturũ, domũ se abdidit, inde nocte intẽpesta crepidatus ueste seruili nauẽ conscendit, Brundusiumq; uitauit, & ultimas Adriani maris oras petiuit, cum interim Dyrrachij milites domũ in qua istũ esse arbitrabant, obsidere coeperũt, & cũ latere hoiem putarẽt, ignes circundederũt, quo metu cõmoti Dyrrachini profugisse noctu crepidatũ imperatorẽ indicauerunt, illi autẽ statuam istius persimilẽ, quã stare celeberrimo in loco uoluerat, ne suauissimi hois memoria moreretur, deturbãt, affligũt, cõminuunt, dissipant, sic odiũ qđ in ipsum attulerãt, id in eius imaginem ac simulachrũ profuderunt, quae cum ita sint, non enim dubito quin cum haec quae excellent me nosse uideas, non existimes mediam illam partem & turbam flagitiorũ tuorũ mihi esse inauditam, nihil est quod me hortere, nihil qđ inuites, admoneri me

satis est. Admonebit aũt nemo alius nisi Reip. tempus, qđ quidẽ mihi magis uidetur ꝙ tu unq̃ arbitratus es, appropinquare. Ecquid uides ecquid sentis lege iudiciaria lata? quos posthac iudices sumus habituri? Nõ æque legetur quisquis uoluerit, nec quisquis noluerit non legetur, nulli conijcientur in illũ ordinẽ. Nulli eximentur, nõ ambitio ad gratiã, nõ iniquitas ad simulationẽ cõijciet, iudices iudicabũt nõ ij quos lex ipsa, nõ quos hominũ libido delegerit, qđ cum ita sit, mihi crede neminem inuitus inuitabis. res ipsa & reip. tempus aut meipsum qđ nolim, aut aliũ quempiã aut inuitabit, aut dehortabitur. equidem ut paulo ante dixi nõ eadem supplicia esse in hominibus existimo, quæ fortasse pleriq; dãnatiões, expulsiones, neces, deniq; nullam mihi pœnã uidetur habere id, quod accidere innocenti, quod forti, quod sapienti, quod bono uiro et ciui põt, dãnatio ista quæ in te flagitatur obtigit. P. Rutilio, quod specimen habuit hæc ciuitas innocentiæ, maior mihi iudicũ & reip. pœna illa uisa est ꝙ Rutilij. L. Opimius eiectus est a patria is, qui prætor & consul maximis remp. periculis liberarat, nõ in eo, cui facta est iniuria, sed in ijs qui fecerũt, sceleris & conscientiæ pœna permansit. At cõtra bis Catilina absolutus, emissus etiam ille auctor tuus prouinciæ, cũ stuprũ bonæ deæ puluinaribus intulisset, quis fuit in tanta ciuitate qui illũ incesto liberatum, nõ eos qui ita iudicarint pari scelere ascriptos arbitraretur? An ego expectem dũ de te quinq; & septuaginta tabellæ diripiantur, de quo iam pridẽ omnes mortales oĩm generũ, ætatũ, ordinũ iudicauerunt? Quis enim te aditu, quis ullo honore, quis deniq; cõi salutatione dignũ putet? Omnes memoriam cõsulatus tui, facta, mores, faciẽ deniq; ac nomen a rep. detestantur. legati qui una fuere alienati, trib. militũ inimici, centuriones & si qui ex tanto exercitu reliqui milites existũt, nõ dimissi abs te sed dissipati, te ode

runt, tibi pestem exoptant, te execrātur. Achaia exhausta, Thessalia uexata, laceratæ Athenæ, Dyrrachium et Apollonia exinanita, ambracia direpta, parthenij & bulienses illusi. Epirus excisa, Locri, Phocij, Bœotij exusti, Acarnania Amphilochia, perrhebia Athamanūq; gens uendita, Macedonia cōdonata barbaris, ætolia amissa. Dolopes finitimiq; montani oppidis atq; agris exterminati, ciues Romani qui in ijs locis negociantur, te unum solum suum depeculatorem, uexatorem, prædonem, hostem uenisse senserunt. ad horum omniū iudicia tot atq; tanta domesticū iudicium accessit sententiæ damnationis tuæ occultus aduentus, furtiuū iter per Italiam, introitus in urbē desertus ab amicis, nullæ ad senatū e prouincia litteræ, nulla ex trinis æstiuis gratulatio, nulla triūphi mentio. Non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes. Ex illo fonte & seminario triumphorū cū arida folia laureæ rettulisses, cū ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te fecisse uideris iudiciū, pronunciasti, q si nihil gesseras dignū honore, ubi exercitus, ubi sumptus, ubi imperium, ubi illa uberrima supplicationibus triūphisq; prouincia? Sin autē aliquid sperare uolueras, cogitaras id quod imperatoris nomen, quod laureati fasces, quod illa trophæa plena dedecoris & risus te commentatū esse declarant. quis te miserior? quis te damnatior? qui neq; scribere ad Senatum a te bene remp. esse gestam, neq; præsens dicere ausus es? An tu mihi, cui semper ita persuasum fuerit nō euentis sed factis cuiusq; fortunam ponderari, dicere audes? neq; ī tabellis paucorum iudicū, sed in sententijs oīm ciuium famam nostram fortunamq; pendere? te indemnatum uideri putas? quem socij, quem fœderati, quem liberi populi, quem stipendiarij, quem negociatores, quem publicani, quē uniuersa ciuitas, quem legati, quem tribuni militares, quem reliqui milites,

qui ferrum, qui famem, qui mortem effugerunt, omni cruciatu dignissimũ putant, cui non apud Senatum, non apud ullum ordinem, non apud equites Ro. non in urbe, non in Italia maximorũ scelerũ uenia ulla ad ignoscendũ dari possit, qui seipsum oderit, qui metuat oĩs, qui suam causam nemini cõmittere audeat, qui seipsum condemnet. Nunq̃ ego sanguinem expetiui tuũ, nunquã illud extremũ, quod posset esse improbis & probis cõmune suppliciũ legis ac iudicij, sed abiectũ, contemptũ, despectũ a cæteris a teipso desperatũ et relictũ, circunspectantem oĩa, quicquid increpuisset ꝑtimescentẽ, diffidẽtẽ tuis rebus sine uoce, sine libertate, sine auctoritate, sine ulla specie consulari horrentẽ, trementẽ adulãtẽ oĩbus uidere te uolui, uidi. Quare si tibi euenerit, qđ metuis ne accidat, equidẽ nõ moleste ferã, Sin id tadius forte fiat, fruar tñ tua indignitate, nec minus libenter metuentem uidebo ne reus fias, q̃ reũ, nec minus letabor cũ te semper sordidũ, q̃ si paulisper sordidatũ uiderem.

M.T.C. PRO C. RABIRIO POSTHVMO ORATIO.

SI QVIS EST IVDICES QVI C. Rabiriũ, quod suæ fortunæ fundatas ꝓsertim atq; optime constitutas opes ptãti regiæ libidiniq; cõmiserit, reprehẽdendũ putet, ascribat ad iudiciũ suũ nõ mõ meã, sed huius ẽt ipsius q cõmisit sententiã. Nec.n. cuiq; eius consiliũ uehementius q̃ ipsi displicet, q̃q̃ hoc plerunq; facimus, ut consilia euẽtis põderemus, & cui bene q̃d processerit, multũ illũ prouidisse, cui secus, nihil sensisse dicamus. Si extitisset in rege fides, nihil sapientius Posthumo, quia fefellit rex, nihil hoc amentius dicitur. ut iam nihil esse uideatur nisi diuinare sapientis, sed tamen si quis est iudices qui illam Posthumi siue inanem spem, siue inconsultam rationem, siue ut gra-

uiſſimo uerbo utar temeritatẽ uituperandã putet, ego eiuſ opinioni nõ repugno, illud tamen deprecor, ut cum ab ipſa fortuna crudeliſſime uideat huius cõſilia eſſe mulctata, ne quid ad eas ruinas q̃bus hic oppreſſus eſt, addendũ acerbitatis putet, ſatis eſt homines imprudentia lapſos non erigere, urgere uero iacentes, aut præcipitantes impellere certe eſt inhumanum, preſertim iudices cum ſit hoc generi hominum prope natura datum, uti qua ĩ familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere q̃ ſint eius ſtirpis, ꝙ ſermo hoĩum ad memoriam patrũ uirtute celebretur, cupidiſſime perſequãtur, ſiquidem non modo in gloria rei militaris. Paulũ Scipio, aut Maximum filius, ſed etiam in deuotione uitæ, et in ipſo genere mortis imitatus eſt. P. Deciũ filius. Sint igitur ſimilia iudices parua magnis. Fuit enim pueris nobis huius pater. C. Curius princeps ordinis equeſtris fortiſſimus & maximus publicanus, cuius in negocijs gerẽdis magnitudinem animi, non tam homines probaſſent, niſi in eodem benignitas incredibilis fuiſſet, & in augenda re non auaritiæ pædam, ſed inſtrumentum bonitati quærere uideretur. Hoc ille natus q̃uis patrem ſuũ nunq̃ uiderat, tamẽ ei natura ipſa duce quæ plurimum ualet, & aſſiduis domeſticorum ſermonibus ĩ paternæ culpæ ſimilitudinem deductus eſt, multa geſſit, multa cõtraxit, magnas partes habuit publicanorum. Credidit populis, in pluribus prouincijs eius uerſata res eſt, dedit ſe etiã regibus huic ipſi Alexandrino grandẽ iam antea pecuniam credidit, nec interea locupletare amicos unquã ſuos deſtitit, mittere ĩ negociũ, dare ꝑtes, augere, fide ſuſtẽtare, q̃d multa? cũ magnitudine animi, tũ liberalitate uitã patris et conſuetudinẽ expreſſerat. Pulſus interea regno Ptolomæus, doloſis cõſilijs, ut dixit Sibylla, ſenſit poſthumus, Romã uenit, huic egenti & roganti hic infœlix pecuniã credidit, nec tũ primũ, nam regnanti cre

diderat absens, nec temere se credere putabat, q erat nemi-
ni dubium quin is in regnũ restitueretũ a. S.P.Q. Roma. in
dando autem & credendo processit longius, nec suam so-
lum pecuniam credidit, sed etiam amicorũ, stulte, quis ne-
gat? aut qs iam non admonet, quod male cecidit bene con-
sultũ putares? id est difficile q cũ spem magnam sis ingres-
sus id non exequi usq ad extremũ, supplex erat rex, multa
rogabat, omnia pollicebatur, ut iã metuere Posthumus co
geretur, ne quod crediderat perderet, si credendi cõstituis-
set modũ. Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benigni
us, ut magis pœniteret cœpisse, q̃ desistere liceret, hinc pri
mũ exoritur crimen illud, senatũ corruptũ esse dicunt. O
dii immortales haec est illa optata iudiciorũ severitas, cor-
ruptores nostri causam dicũt, nos q corrupti sumus, non di
cimus, qd ego senatũ defendam hoc loco iudices, omni eq-
dem loco debeo, ita de me meritus est ille ordo, s nec id agi
tur hoc tpe, nec cũ Posthumi cã haec res coniuncta est, q̃q
ad sumptũ itineris, ad illam magnificentiã apparatus comi
tatũq regiũ suppeditata pecunia a Posthumo est, factaeq
syngraphae sunt in albano Cn. Pom. cũ ille Romã profectus
esset, tñ non debuit is q dabat, cũ ille qui accipiebat cõsume
ret quaerere. Non. n. latroni sed regi credidit, nec regi inimi
co Po. R. sed ei cuius reditũ consuli, datũ a Senatus uidebat
nec ei regi, q alienus ab hoc imperio esset, sed ei q cũ foedus
ferire in Capitolio uiderat. Quod si creditor in culpa sit,
non q improbe credita pecunia usus, dãnetur is q fabrica-
tus gladiũ est & uendidit, non is q illo gladio ciuẽ aliquẽ
interemit. Quãobrem neq tu. C. Mẽmi hoc facere debes,
ut senatũ cuius auctoritati te ab adolescẽtia dedisti, in tãta
infamia uersari uelis. Neq ego id quod non agitur defen-
dere. Posthumi enim causa quecunq est, seiuncta a senatu
est. Quod si item a gabinio seiunctam ostendero, certe quod
dicas

dicas nihil habebis. Est enim hæc causa quo ea pecunia per uenerit quasi quædam appendicula causæ iudicatæ atq; dānatæ. Sunt lites æstimatæ Gabinio, nec prædes dati, nec ex bonis populi seruari lex æqua est, iubet lex Iulia ꝑsequi ab his, ad quos ea pecunia quam is ceperit qui damnatus sit, peruenerit. Si est hoc nouum in lege Iulia sicuti multa seuerius scripta q̄ in antiq̄s legibus, et sanctius iudicata. Sane etiam consuetudo huius generis iudiciorum noua sit, hoc totidem uerbis translatum caput est. Quod fuit non mō in cornelia, sed etiā ante in lege seruilia. per deos immortales quid agimus iudices? aut quem hunc morem nouorum iudiciorum in rempu. inducimus? Erat. n. hæc consuetudo nota nobis quidem omnibus. Sed usus qui magister est optimus, mihi debet esse notissimus, accusaui de pecunijs repetūdis, iudex sedi, prætor q̄siui, defendi plurimos, nulla pars quæ aliquam facultatem dicendi afferre posset, mea non fuit. ita cōtendo neminem unq̄ quo ea pecunia peruenisset, causam dixisse, qui in æstimandis litibus appellatus non esset, in litibus autem nemo appellabatur nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorū, aut rationibus ciuitatum. Itaq; in ferendis litibus adesse solebant qui aliquid de se uerebātur, & cum erant appellati, si uidebatur, statim contradicere solebant. Sin eius temporis recentem inuidiam pertimuerant, respōdebant postea, quod cum fecissent permulti sæpe uicerunt. Hoc uero nouum est, ante hoc tempus omnino inauditum, in litibus Posthumi nomē est nusq̄, in litibus dico, mō uos ijdem in. A. Gabiniū iudices sedistis, num quis testis Posthumum appellauit, testis autem, num accusator, nū deniq; toto illo in iudicio Posthumi nomē audistis? Non igit̄ reus ex ea causa quæ iudicata est, redundat Posthumus, sed est arreptus unus eques Ro. de pecunijs repetendis reus, quibus tabulis? quæ in iudicio a Gabinio recitatæ nō sunt. Quo

teste a quo tũ appellatus? nusq̃ est, qua appellatiõe litium? in qua Posthumi mentio facta nulla est. Qua lege? qua non tenetur. hic iam iudices uestri cõsilij res est, uestræ sapientiæ, quid deceat uos non q̃tum liceat uobis spectare debetis. Si. n. q̃d liceat q̃ritis potestis tollere e ciuitate, quẽ uultis. Tabella est quæ dat potestatem, occultat eadẽ libidinẽ, cuius conscientia nihil est quod quisq̃ timeat si non ptimescat suã. Vbi est igitur sapientia iudicis? in hoc ut nõ solum quid possit, sed etiã quid debeat ponderet, nec quantũ sibi permissum meminerit solum, sed etiam quatenus cõmissum est. Datur tibi tabella iudici, qua lege? Iulia de pecunijs repetũdis, quo de reo? de equite Ro. At iste ordo lege ea nõ tenetur. Illo inquit capite in Posthumũ q̃ erat in Gabiniũ iudex sedes, nihil Gabinio datum, cũ in eum lites æstimaret. at nunc audio, reus igitur Posthumus est, ea lege, qua nõ modo ipse, sed totus etiam ordo solutus ac liber est, hic ego nunc uos prius implorabo equites Ro. quorũ ius iudicio tentatur, q̃ uos Senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem, quæ quidem cum sæpe ante, tum in hac ipsa causa nuper est cognita, nam cum optimo & præstantissimo consule Cn. Pom. de hac ipsa quæstione referente existerent nõnullæ sed perpaucæ tamen acerbæ sententiæ, quæ censerent ut tribuni, ut præfecti, ut scribæ, ut comites omnes magistratuũ lege hac tenerent, uos uos inquã ipsi, et senat⁹ freq̃ues restitit, & quanq̃ tum propter multorũ delicta etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen cum odium nõ restingueretis, huic ordini ignem nouum subijci non siuistis. Hoc animo igitur Senatus, quid uos equites Ro. quid tãdem estis acturi? Glaucia solebat homo impurus, sed tamen acutus populum monere, ut cum lex aliqua recitaretur, primum uersum attenderet, si esset dictator, consul, prætor, magister equitum ne laboraret, scire nihil ad se

pertinere. Sin esset quicunque post hanc legem, uideret ne qua noua quæstione alligaretur. nunc uos equites Ro. uidete. Scitis me ortum e uobis omnia semper sensisse pro uobis, nihil horum sine magna cura & summa charitate uestri ordinis loquor. Alius alios homines & ordines, ego uos semper complexus sum, moneo & prædico integra re causáq; denuncio, omnes homines deosq; testor dum potestis, dum licet, prouidete, ne duriorem uobis conditionem statuatis ordiniq; uestro, quam ferre possit. Serpet hoc malum (mihi credite) longius quam putatis. Potentissimo & nobilissimo tribu. pleb. M. Druso unam in equestrem ordinem quæstionem ferenti, si quis ob rem iudicatam pecuniam cepisset, aperte equites Ro. restiterunt. Quid, hoc licere uolebant? minime, neque solum hoc genus pecuniæ capiendæ turpe, sed etiam nefarium esse arbitrabantur. Attamen ita disputabant eos teneri legibus oportere, qui suo iudicio essent illam conditionem uitæ secuti, delectat amplissimos ciuitatis Sella Curulis, fasces, imperia, prouinciæ, sacerdotia, triumphi, denique imago ipsa ad posteritatis memoriam prodita est, simul etiam sollicitudo aliqua, & legum, & iudiciorum maior quidam metus. Nos ista nunquam contempsimus, ita enim disputabant, sed hanc uitam quietam atque ociosam secuti sumus, quæ quoniam honore caret, careat etiam molestia, tam es tu iudex, quam ego senator, ita est, sed tu istud petisti, ego hoc cogor, quare aut iudici mihi non esse liceat, aut legem lege senatoria non timere, hoc uos equites Ro. ius a patribus acceptum amittetis? Moneo ne faciatis, rapientur homines in hæc iudicia ex omni, non modo inuidia, sed sermone maliuolorum, nisi cauetis, si iam uobis nunciaretur in Senatu sententias dici, ut his legibus teneremini, concurrendum ad curiam putaretis, si lex ferret, conuolaretis ad rostra. Vos

senatus liberos hac lege esse uoluit, populus nunquam alligauit, soluti huc cõuenistis, ne cõstricti discedatis, cauete. Nã si Posthumo fraudi fuerit, quod nec tribunus, nec præfectus, nec ex Italia comes, nec familiaris Gabinij fuit, quonam se modo defendent posthac qui uestri ordinis, cum magistratibus nostris fuerint his causis implicati, tu inquit Gabiniũ, ut regem reduceret impulisti, non patitur etiam mea fides de Gabinio grauius agere. Quem em̃ ex tantis inimicitijs receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum uiolare nõ debeo, quo cum stantem, si me Cn. Pom. auctoritas in gratiam non reduxisset, hunc iam ipsius fortuna reduceret. Sed tamẽ cum ita dicis Posthumi impulsu Gabinium profectum Alexandriam, si defensioni Gabinij fidẽ non habes, obliuisceris ne etiam accusatiõis tuæ? Gabinius se id fecisse dicebat reipu. causa, quod classem Marchilei timeret, quod mare refertum prædonum putaret, lege etiam id sibi licuisse dicebat, tu inimicus negas ignosco, & eo magis, quod est contra illud iudicatum. Redeo igitur ad crimen & accusationem tuam, quid uociferabare decem milia talenta Gabinio esse promissa? huic uidelicet perblandus reperiendus fuit, qui hominem, ut tu uis auarissimum exoraret, sestertiũm bis milies & quadringenties ne magnopere contemneret. Gabinius illud quoquo cõsilio fecit, fecit certe suo, quæcunque mens illa fuit, Gabinij fuit, siue ille ut ipse dicebat gloriam, siue ut tu uis pecuniã quæsiuit sibi, num Gabinij comes uel sectator negat, cuius id negocium non erat, sed qui ad. P. Lentuli clari uiri auctoritatem a senatu profectam & consilio certo & spe non dubia Romam contenderat, at Diocetes fuit regius, & quidem in custodia etiã fuit regia, & uita eius ablata pene est. Multa prætereo quæ libido regis, quæ necessitas coegit perferre, pertulit, quare omnium rerũ una reprehensio est quod regnum intrarit, quod potestati se

regis cõmiserit, uerum si quærimus stulte, quid.n. stultius ꝗ̃ eqtem Ro. ex hac urbe huius inq̃ reip. ciuẽ, quæ est una maxime & fuit semper libera, uenire in eũ locum ubi parẽdum alteri et seruiendum sit, sed ego in hoc tãdem Posthumo non ignoscam homini mediocriter docto, in quo uideam sapientissimos homines esse lapsos. Virum unum totius græciæ facile doctissimum Platonẽ iniquitate Dionysij Siciliæ tyrãni, cui se ille cõmiserat, in maximis periculis insidijsq́; esse uersatum accepimus. Callisthenẽ doctum hominem comitem magni Alexandri ab Alexandro necatum. Demetrium, & ex repu. Athenis quam optime digesserat, & ex doctrina nobilem & clarũ, qui Phalereus uocitatus est, in eodem isto Aegyptio regno aspide ad corpus admota uita esse priuatum. Plane confiteor fieri posse nihil dementius ꝗ̃ scientem in eum locum uenire, ubi libertatem sis perditurus, sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit, quæ facit, ut hoc stultissimum facinus quod in regnum uenerit, ꝙ regi se commiserit, sapienter factum esse uideatur, si quidem tam semper stulti ꝗ̃ sero sapientis est, cum stultitia sua impeditus sit, quoquo modo possit se expedire. Quamobrem illud maneat & fixum sit, quod neq; moueri neq; mutari potest in quo æqui sperasse Posthumum dicunt, peccasse iniqui, ipse etiam insanisse se confitetur, ꝙ suam, ꝙ amicorũ pecuniã regi crediderit cum tanto fortunarum suarũ periculo. Hoc quidem semel suscepto atq; contracto, perpetienda fuerunt, ut se aliquãdo ad suos uendicaret. Itaq; obijcias licet ꝗ̃ uoles, sæpe palliatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia, quotiens eorum quippiam dices, totiens unum dices, atq; illud temere hũc pecuniam regi credidisse suas fortunas, atq; famã libidini regiæ cõmisisse, fecerat temere fateor, factũ mutari iam nullo modo poterat, aut pallium sumẽdũ Alexãdriæ, ut & ei Romæ

togato esse liceret, aut oës fortunæ abijciendæ, si togã reti-nuisset, delitiarũ cã & uoluptatis nõ mõ ciuis Ro. sed et no-bilis adolescentis & quosdã ẽt senatores summo loco natos non in hortis aut suburbanis suis, sed Neapoli in celeberri-mo oppido cũ mitrella sæpe uidem⁹ chlamydatũ illũ. L. Syllã imperatorẽ. L. uero Scipionis qui bellũ in Asia gessit Antio chumq; deuicit, nõ solũ cũ chlamyde, sed etiã cũ crepidis in Capitolio statuã uidetis, quorũ impunitas fuit non mõ a iu dicio, sed etiã a sermone, facilius certe. P. Rutiliũ Ruffum ne cessitatis excusatio defendit, qui cum a Mithridate Mity-lenis oppressus esset, crudelitatẽ regis ĩ togatos uestis mu-tatione uitauit. Ergo ille. P. Rutilius qui documentũ fuit ho minibus nostris uirtutis, antiquitatis, prudentiæ, cõsularis homo soccos habuit & palliũ. Nec uero id homini quisquã, sed tempori assignandũ putauit. Posthumo crimen uestitus afferet is, in quo spes fuit posse sese aliquando ad fortunas suas peruenire. Nam ut uentum est Alexandriam, ad Aule-tem, hæc una ratio a rege proposita Posthumo est, seruandæ pecuniæ, si curationẽ & quasi dispensationem regiã susce-pisset, id aũt facere nõ poterat nisi Diœcetes, hoc. n. nomine utitur qui a rege esset cõstitutus, odiosum negociũ Posthu-mo uidebatur, sed erat nulla oĩno recusatio. Molestum etiã nomẽ ipsum, sed res habebat nomen hoc apud illos. Nõ hic imposuerat, oderat uestitum etiã illũ, sed sine eo nec nomen illud poterat, nec munus tueri, ergo aderat uis ut ait poeta ille noster quæ summas frangit infirmatq; opes. Morereẽ inquies, nam id sequitur, fecisset certe si sine maximo dede-core tã impeditis suis rebus potuisset emori. Nolite igitur fortunam conuertere in culpam, neq; regis iniuriam huius crimẽ putare, nec cõsiliũ ex necessitate, nec uolũtatẽ ex ui in terp̃tari, nisi forte etiã eos, q in hostes aut in prædones inci derunt, si aliter quippiam coacti faciũt ꝙ libere uituperan-

dos putes. Nemo nostrum ignorat, etiam si experti non sumus consuetudinem regiam. Regum autem sunt haec imperia, animaduerte ac dicto pare, & praeter rogitatum si querare, & tum ille minae, si te secundo lumine hoc offendero, moriere, quae nō ut delectemur solum legere & spectare debemus, sed ut cauere, & etiā effugere discamus. at ex hoc ipso crimen exoritur. Ait eñ ut Gabinio pecuniam Posthumus cogeret decumis imperatorum, pecuniam sibi coegisse, nō intelligo hoc quale sit, utrum accessionē decumae, ut nostri facere coactores solent centesima an decessionē de summa fecerit, si accessionē, undecim milia talentū ad Gabiniū peruenerunt, at non modo abs te decem milia obiecta sunt, sed etiā ab his aestimata. Addo illud etiā, qui tādē cōuenit, aut tam graui onere tributorū ad tantā pecuniā cogendam mille talentū accessionē esse factā, aut in tāta mercede hominis, ut uis auarissimi mille talētū decessionē esse cōcessam? Neq; eñ fuit Gabinij remittere tantū de suo, nec regis imponere tantū pati suis. Aderūt testes, legati Alexādrini, hi nihil in Gabiniū dixerunt, immo hi Gabinium laudauerūt, ubi ergo ille mos? ubi cōsuetudo iudiciorū? ubi exēpla? solet is dicere in eum, qui pecunia, qui in illum cuius nomine ea pecunia redigeretur non dixerit, age si is qui non dixit solet, etiam ne is solet qui laudauit? ijsdem testibus & quidē non productis, sed dictis testium recitatis quasi praeiudicata res ad has cās deferri solet. Et ait etiā meus familiaris & necessarius eandem cām Alexandrinis fuisse cur laudarent Gabinium, quae mihi fuerat causa, cur eūdem defenderem. Mihi. C. Memmiū causa defendendi Gabinij fuit reconciliatio gratiae. Neq; uero me poenitet mortales inimicitias sempiternas amicitias habere. Nam si me inuitum putas ne Cn. Pom. animum offenderem, defendisse causam, & illum & me uehemēter ignoras, neq; enim Pom. me sua causa quicq̃

facere uoluisset inuitum. Neq; ego cui omniũ ciuium libertas carissima fuisset meam proiecissem, q̃diu inimicissimus fui Gabinio, nõ amicissimus mihi nõ Pom. fuit. Nec postea q̃ illius auctoritate eam dedi ueniam, quam debui, quicq̃ simulaui, nec cum mea perfidia illi etiam ipsi facerẽ, cui beneficium dedissem iniuriam, nã nõ redeundo in gratiam cũ inimico non uiolabam Pom. si per eum reductus insidiose redissem, me scilicet maxime, sed proxime illũ quẽ fefellissem. at de me omittamus, ad Alexandrinos istos reuertamur, q̃d habent os? quã audaciam? modo uobis inspectantibus in iudicio Gabinij tertio quoq; uerbo excitabantur. Negabãt pecuniam Gabinio datam. Recitabatur idẽtidem Põ. testimonium regem ad se scripsisse nullam pecuniam Gabinio nisi in rem militarẽ datã. Non est inquit tum Alexandrinis testibus creditũ, quid postea creditum? non, quãobrem? quia nunc diunt quod tũc negabant. Quid ergo ista conditio est testium, ut quibus creditum nõ sit negantibus, iĳsdem credatur dicentibus? at si uerũ tum cũ uerissima fronte dixerũt, nunc mentiuntur? si tũ mentiti sunt, doceant nos uerũ. Quid uultis? sileant, dicere audiebamus Alexandrinã nũc cognoscimus, illinc oẽs p̃stigiæ, illinc inquam oẽs fallaciæ, oĩa deniq; ab his mimorũ argumẽta nata sunt. Nec mihi lõgius quicq̃ ẽ indices q̃ uidere hominũ uultus, dixerũt hic mõ nobiscũ ad hæc subsellia, q̃bus supcilĳs renuentes huic decẽ miliũ crimini, iã nostis insulsitatem græcorũ, humeris gestum agebant, tunc tp̃is credi causa, nunc scilicet tp̃s nullũ est, ubi semel quis deierauerit ei credi, postea etiam si per plures deos iuret non oportet, præsertim iudices cũ in his iudicĳs ne locus quidẽ nouo testi soleat esse, ob eamq; cãm iĳdem iudices retineantur q̃ fuerint de reo, ut his nota sint omnia, neq; quid fingi noui possit, quo ea pecunia peruenerit non suis proprĳs iudicĳs, sed in reum facti condemna

ri solent. Itaq; si aut prædes dedisset Gabinius, aut tantum ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, populus recepisset, quamuis magna ad Posthumum ab eo pecunia peruenisset, non redigeretur, ut intelligi facile possit, quod ex ea pecunia ad quem eorũ qui dãnatus est peruenisse, in illo primo iudicio planum factũ sit, id hoc genere iudicij redigi solere. Nunc uero quid agitur? ubi terrarum sumus? Quid tã insolẽs tam peruersum, aut præposterum dici, aut excogitari potest? Accusatur is qui nõ abstulit a rege sicut Gabinius iudicatus est, sed qui maximam regi pecuniã credidit, ergo is Gabinio dedit qui non huic reddidit. Iam cedo, cũ is qui pecuniam Posthumo debuit, non huic sed Gabinio dederit, cõdẽnato Gabinio, utrũ ille eam pecuniam reddidit an etiã nunc debet, at habet & celat, sunt enim qui ita loquantur. Quod genus tandẽ est istud ostẽtationis & gloriæ? si nihil habuisset unq̃, tamẽ si q̃sisset, cur dissimularet causa non esset, qui uero duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remq; præterea bonis & honestis rationibus auxisset, quid esset tandẽ causæ, cur existimari uellet nihil habere? an cum credebat inductus usuris id agebat, ut haberet q̃plurimũ, posteaq̃ exegit quod crediderat, ut existimaretur egere, nouum genus hoc gloriæ concupiscit. Dominatus est. n. inquit Alexandriæ, immo uero in supbissimo dominatu fuit, pertulit ipse custodiã, uidit in uinculis familiares suos, mors ante oculos sæpe uersata est, nudus atq; egẽs ad extremũ fugit e regno, at pmutata aliunde pecunia est. Ductæ naues Posthumi puteolis sunt. Audite, uisæq; merces fallaces q̃dem & fucosæ, chartis & linteis et uitro delatæ, q̃bus cum multæ naues refertæ fuissent, una non potuerit parua, arctata plus ille puteolanus sermo illius tpis, uectorũq; cursus atq; ostentatio, tũ subinuisum apud maliuolos Posthumi nomen propter opinionem pecuniæ nescio quã æstate una nõ plures

auris refersit istis sermonibus. Verũ autem iudices si scire uultis, nisi. C. Cæsaris summa in omnes, incredibilis in hũc eadem liberalitas extitisset, nos hũc Posthumũ iampridẽ in foro non haberemus. ille onera multorũ huius amicorũ excepit unus, quæq; multi homines necessarij secundis Posthumi rebus descripta sustinuerũt, nunc eius afflictis fortunis uniuersa sustinet, umbrã equitis Ro. & imaginem uidetis iudices unius amici cõseruatã auxilio et fide. Nihil huic eripi põt præter hoc simulachrũ pristinæ dignitatis, quod Cæsar solus tuetur & sustinet, q̃ quidem in miserrimis rebus huic tñ tribuenda maxima est, nisi uero hoc mediocri uirtute effici põt, ut tantus ille uir tanti ducat hunc afflictũ ꝑsertim & absentem, & in tanta fortuna sua, ut aliena respicere magnũ sit, tanta oppugnatione maximarũ rerũ quas gerit atq; gessit, ita uel obliuisci aliorũ non sit mirũ, uel si meminerit, oblitũ esse facile possit probare. Multas equidẽ. C. Cæsaris uirtutes magnas incredibilesq; cognoui, sed sunt cæteræ maioribus quasi theatris propositæ & pene populares, castris locũ capere, exercitum instruere, expugnare urbes, aciẽ hostiũ profligare, hanc uim frigorũ hyemẽq;, quã nos uix hui⁹ urbis tectis sustinem⁹, excipere, his ipsis dieb⁹ hostem ꝑsequi, tũ cũ etiam feræ latibulis se tegant, atq; oĩa bella iure gentiũ cõquiescant. Sunt ea q̃dem magna, q̃s negat? Sed magnis excitata sunt præmijs ad memoriã hoĩm sempiternã, quo minus admirandũ est eũ facere illa qui immortalitatem concupiuerit. hæc mira laus est quæ nõ poetarũ carminibus, nõ annaliũ monumẽtis celebratur, sed prudentiũ iudicio expenditur. equitem Ro. ueterem amicũ suũ, studiosum amantem obseruantem sui, non libidine non turpibus impensis cupiditatum atq; iacturis, sed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit re, fide, fortũa, hodieq; sustinet, nec

amicum pēdentem corruere patitur, nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ, sint sane illa magna quæ re uera magna sunt, de iudicio animi mei ut uolet quisq; sentiat, ego enim hanc in tantis opibus tanta fortuna liberalitatem in suos, memoriam amicitiæ reliquis uirtutibus omnibus antepono. Quam quidē uos iudices eius in nouo genere bonitatem inusitatam claris ac præpotentibus uiris non modo nō aspernari ac refutare, sed cōplecti ēt & augere debetis, & eo magis ꝙ uidetis hos quasi sumptos dies ad labefactandū illius dignitatem, ex qua illi nihil detrahi pōt, qđ non aut fortiter ferat, aut facile restituat, amicissimū hominē si honestate spoliatū audierit, nec sine magno dolore feret, nec id admiserit quod posse non speret recuperari, satis multa hominibus nō iniquis hæc esse debēt, nimis etiam multa uobis, quos æqssimos esse confidimus, sed ut oīm uel suspitioni uel maliuolentiæ uel crudelitati satisfiat, occultat pecuniam Posthumus, latent regiæ diuitiæ. Et quis est ex tāto populo ꝗ bona. C. Rabirij Posthumi nūmo sestertio sibi addici uelit? S; miserū me, quāto hæc dixi cū dolore, hem Posthume tu ne es Curtij fili⁹. C. Rabirij iudicio & uoluntate filius? natura sororis filius, tū ille in oēs tuos liberalis, cuius multos bonitas locupletauit, qui nihil profudisti. Nihil ullā in libidinē contulisti. Tua Posthume nummo sestertio a me addicūtur, o meū miserū acerbumq; pconiū. At hoc ēt optat miser ut condēnetur a uobis, ita bona ueneāt, ut solidū suū cuiq; soluatur. Nihil iam aliud nisi fidē curat. Nec uos huic, si iā obliuisci uestræ mansuetudinis uolueritis, quicq̄ ꝑterea potestis eripere, quod iudices ne faciatis, oro obtestorq; uos, atq; eo magis si aduētitia pecunia petitur ab eo, cui sua nō redditur, nā in eū, cui mise

ricordia opitulari debeat, inuidia q̃sita est. Sed iam q̃m ut spero, fidem quã potui tibi p̃stiti Posthume reddã ẽt lachrymas quas debeo, quas quidẽ ego tuas in meo casu plurimas uidi, uersatur ante oculos luctuosa, nox meis oĩbus cũ tu totũ te cũ tuis copijs ad me detulisti. Tu comitibus, tu p̃sidio tu ẽt tanto pondere auri quãtũ tp̃s illud postulabat, discessum illũ sustẽtasti, tu nunq̃ meis me absente liberis, nunq̃ cõiugi meæ defuisti, possu; excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ, q̃ sæpe audiui patri tuo qui id fecisset, magno adiumento in iudicio capitis fuisse. Sed iam oĩa timeo, bonitatis ipsius inuidiam reformido. Iam indicat tot hoĩm fletus q̃ sis carus tuis, & me dolor debilitat includitq; uocem. Vos obsecro iudices ut huic optimo uiro, quo nemo melior unq̃ fuit, nomen equitis Roma. & usuram huius lucis & uestrũ conspectũ ne eripiatis, hic uos aliud nihil orat, nisi ut rectis oculis hanc urbem sibi intueri, atq; in hoc foro uestigium facere liceat, quod ipsum fortuna eripuerat nisi unius amici opes subuenissent.

M.T.C. PRO M. FONTEIO ORATIO ABSQVE PRINCIPIO

h OC PRAETORE OPPRESSAM esse ære alieno Galliam, a q̃bus uersuras tantarum pecuniarũ factas esse dicunt, a Gallis? Nihil minus. a quibus igitur, a ciuibus Ro. qui negociantur in Gallia, cur eorũ uerba nõ audimus, cur eorũ tabulæ nullæ proferũtur, insector ultro atq; insto accusatori Iud. insector inq̃, & flagito testis, plus ego in hac causa laboris, & operæ consumo in poscendis testibus, q̃ cæteri defensores in refutandis, audacter hoc dico Iud. non temere confirmo, referta Gallia negociatorũ est, plena ciuiũ Ro. Nemo Gallorũ sine ciuc ro. quicq̃ negocij gerit,

Nummus in Gallia nullus sine ciuiũ Ro. tabulis cõmouet. Videte quo descendam Iud.ꝙ longe uidear a consuetudine mea, & cautione ac diligentia discedere. Vnæ tabulæ proferantur, in quibus uestigiũ sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datã. Vnũ ex toto negociatorũ, colonorũ, publicanorũ, aratorũ, pecuariorũ numero testem producant. Vere accusatũ esse concedam. Proh dij immortales, quæ est hæc causa, q̃ defensio. Prouinciæ Galliæ. M. Fonteius præfuit, quæ constat ex his generibus hominũ & ciuitatũ, qui ut uetera mittã, partim nostra memoria bella cũ Po.ro. acerba ac diuturna gesserunt, partim modo ab nostris imperatoribus subacti, modo bello domiti, modo triũphis ac monumẽtis notati, mõ ab Senatu agris urbibusq; mulctati sunt, partim qui cũ ipso. M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multoq; eius sudore ac labore sub Po.roma. imperium ditionemq; ceciderunt. Est in eadem prouincia Narbo martius colonia nostrorum ciuiũ, specula. P.R. ac propugnaculum istis ipsis natiõibus oppositũ & obiectũ. Est item urbs Massilia de qua ante dixi fortissimorũ fidelissimorũq; sociorũ, qui Gallicorũ bellorũ pericula. P.R. copijs remisq; propulsarunt. Est præterea numerus ciuium. R. atq; hominum honestissimorum. Huic prouinciæ quæ ex hac generum uarietate cõstaret. M. Fonteius ut dixi præfuit, q erãt hostes subegit, qui proximi fuerant, eos ex ijs agris quibus erant mulctati decedere coegit, cæteris qui icciirco magnis sæpe erant bellis superati, ut semper. P.R. parerent, Magnos equitatus ad ea bella, quæ tum in toto orbe terrarũ a. P.R. gerebantur, magnas pecunias ad eorum stipendium, maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperauit. Is hæc qui gessit in iudicium uocatur. Vos qui in re non interfuistis, causam una cũ. P.R. cognoscitis, dicunt contra q̃bus inuitissimis imperatũ est, dicunt q ex

agris ex Cn.Pompeij decreto decedere sunt coacti. Dicunt q ex bello cæde & fuga,nūc primū audent contra.M.Fonteiū inermem cōsistere. Quid coloni Narbonēses, quid uolunt,qd existimant. Hunc per uos uolūt semper, incolumē esse. Quid Massiliensiū ciuitas, hunc præsentem ijs affecit honoribus,quos habuit amplissimos. Vos autē absens orat atq; obsecrat,ut sua religio,laudatio,auctoritas aliqd apud uestros animos momenti habuisse uideatur. Quid ciuium Ro.quæ uoluntas est,nemo est ex tanto numero quin hunc optime de prouincia,de imperio,de socijs & ciuibus meritū esse arbitretur. Quoniam igitur uidetis,qui oppugnatū .M.Fonteiū,cognoscitis,qui defensum uelint, statuite nūc qd uestra æquitas,qd po.r. dignitas postulet. Vtrū colonis uestris negociatoribus uestris amicissimis atq; ātiquissimis socijs,& credere & consulere, an aduersarijs quibus neq; propter inuidiam fidē, neq; propter infidelitatem honorē debere debetis. Quid si maiorem etiam hominū honestissimorū copiā affero,qui huius uirtuti atq; innocētiæ testimonio possint esse,tm̄ ne plus Gallorū cōsensio ualebit,q̄ summa auctoritas oīm? Cū Galliæ Fonteius præesset scitis Iud. maximos Po.R. exercitus ī duabus Hispanijs clarissimosq; impatores fuisse,q̄multi eqtes Ro.q̄ multi Trib.militū, quales et quot & quotiēs legati ad eos exercitus? Præterea Cn. Pompeius maximus atq; ornatissimus hyemauit in Gallia.M. Fonteio imperante. Satis ne uobis multos satis idoneos testes et conscios uidetur ipsa fortuna esse uoluisse earum rerum, quæ.M.Fonteio Pr. gererentur in Gallia. Quem ex tanto hominū numero testem in hac causa producere potestis. Quis est ex eo numero,q uobis auctor placeat,eo nos iam laudatore & teste utemur. Dubitabitis ēt diutius Iud.quin illud quod initio uobis proposui, uerissimū sit,aliud per hoc iudicium nihil agi,nisi ut.M.Fontei

oppresso testimonijs eorum, quibus multa reipub. causa inuitissimis imperata sunt, segniores posthac ad imperandū cæteri sint, cum uideant eos oppugnari, quibus oppressis Popu.Roma.imperium incolume esse non possit. Obiectum est etiam quæstum.M. Fonteium ex uiarum munitiōe fecisse, ut aut ne cogeret munire, aut id quod munitum esset, ne improbaret, si & coacti sunt munire omnes, & multorum opera improbata sunt, certe utrumq; falsum est, & ob uacationem precium datum, cum immunis nemo fuerit, & ob probationem, cum multa improbata sint. Quid si hoc crimen optimis hominibus denegare possumus, & ita ut non culpam in alios transferamus. Sed uti doceamus eos isti munitioni præfuisse, qui facile officium suum & præstare & probare possunt, tantū ne uos omnia in.M.Fonteium iratis testibus freti conferetis. Cum maioribus reipu.negocijs.M. Fonteius impediretur, & cū ad Rempublicā pertineret uiā Domitiam munire legatis suis primarijs uiris.C. Annio Bellieno, &.C. Fonteio negocium dedit. Itaq; præfuerunt, imperauerunt pro dignitate sua quod uisum est, & probauerunt. Quod uos si nulla alia ex re ex litteris quidem uestris, quas scripsistis & missis & allatis certe scire potuistis, quas si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de ijs rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eū illi rescripserint, cognoscite. Littere.M. Fontei ad.C. Annium Leg. ad.C. Fonteium Leg. litteræ. A.C. Annio Leg. a.C. Fōteio Leg. Satis opinor esse perspicuum Iud. hanc rationem munitionis, neq; ad Mar. Fonteium pertinere, & ab his esse tractatam, quos nemo possit reprehendere. Cognoscite nunc de crimine uinario, quod illi inuidiosissimum, & maximum esse uoluerūt. Crimen a pletorio Iud. ita constitutum est Fonteio, non in Gallia primū uenisse in mentem, ut portoriū uini institueret, sed in Italia hac ꝓposita ratiōe

Roma profectum. Itaq; Titurium Tolosæ quaternos dena- rios in singulas uini amphoras portorij nomine exegisse, Cordum Portium, & Numium ternos Victoriatos in his locis, & Volcalone ab his portorium esse exactum. Si qui Cobiamacho qui uicus inter Tolosam & Narbonem est di- uerterentur, neq; Tolosam ire uellent, Elesiodolus tantum senos denarios ab his, qui ad hostem portarent, exegisset. Video Iud. esse crimen & genere ipso magnum. Vectigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur, & pecuniã permagnã ratione ista cogi potuisse confiteor & inuidiam. Vel maxime enĩ inimici hanc rem sermonibus diuulgare uo luerũt. Sed ego ita existimo quo maius crimẽ sit id qđ osten- datur esse falsum, hoc maiorẽ ab eo iniuriã fieri qui id con- fingat. Vult enim magnitudine rei sic occupare animos eo- rũ, q audiunt, ut diffiniũt, ut difficilis aditus ueritati relin- quat. De crimine uinario, de bello Vocõtiorũ. De dispositiõe Hybernorũ. At hoc Galli nõ negãt. Actio rerũ & uis argu mẽtorũ coargui põt. Igit̃ testib⁹ Iud. nõ credere cupidis & iratis & cõiuratis, et ab religione remotis, nõ solũ potestis, sed etiam debetis. Etenĩ si quia Galli dicũt, iccirco. M. Fon- teius nocẽs existimãdus est, qd mihi op⁹ est sapiẽte iudice? qd æquo Quæsitore, qd oratore nõ stulto? Dicũt. n. Galli, ne gare nõ possumus, hic si ingeniosi & periti & æq indicis has partes esse existimatis, ut qm̃ quidem testes dicunt sine ulla dubitatiõe credẽdũ sit, salus ipsa uirorũ fortiũ innocen tiã tueri nõ põt. Sin aũt in rebus iudicãdis nõ minimã par- tẽ ad unãquãq; rẽ existimãdã momẽtoq; suo põderandã sa- pientia iudicis tenet, næ multo uestræ maiores grauioresq; ptes sunt ad cogitandũ q̃ ad dicendũ meæ. Mihi enim semp unaquaq; de re testis, non solũ semel, uerũetiã breuiter in- terrogandus, & sæpe etiam non interrogandus, ne aut ira- to facultas ad dicendum data, aut cupido auctoritas attri-

buta esse

buta esse uideatur, Vos & sæpius eandem rem animis agitare, & diutius uno de teste cogitare potestis. Et si quē nos interrogare nolumus, q̄ cā nobis tacendi fuerit, existimare debetis. Quamobrem si hoc Iud. præscriptum lege aut officio putatis testibus credere, nihil est cur ali⁹ alio iudice melior, aut sapientior existimetur. Vnū est. n. & simplex auriū iudicium & promiscue et cōiter stultis ac sapiētibus ab natura datum. Quid est igitur, ubi elucere possit prudentia? ubi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sapiēti iudice? Nimirum illud in quo ea q̄ dicūtur a testibus, cōiectura & cogitatiōe tradūtur, quāta auctoritate, quāta animi æquitate, q̄to pudore, q̄ta fide, q̄ta religiōe. q̄to studio existimationis bonæ, q̄ta cura, q̄to timore dicātur, An uero nos id in testimoniis hominū Barbarorū dubitabitis, quod persæpe & nostra & patrum memoria sapientissimi Iud. de clarissimis nostræ ciuitatis uiris dubitandum nō putauerunt? Qui. G. & . Q. Cepionibus. L. & . Q. Metellis testibus in. Q. Pompeium hominē nouū non crediderūt, quorū uirtuti, generi, rebus gestis fidem & auctoritatem in testimonio cupiditatis, atq; inimicitiarum suspitio derogauit. Ecquem hominem uidimus, ecquē uere cōmemorare possumus parem cōsilio grauitate cōstātia cæteris uirtutibus honoris ingenii rerū gestarū ornamentis. M. Aemilio Scauro fuisse? tamen huius, cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebāt, iurati testimonio in. C. Fimbriā, neq; in. C. Memmiū creditū est. Noluerūt ii q̄ iudicabant hanc patere inimicitiis uiā, quē quisq; odisset, ut cū testimonio posset tollere, q̄tus in. L. Crasso pudor fuerit, q̄d ingeniū, q̄ta auctoritas q̄s ignorat? tñ is cuius etiā sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso, que in. M. Metellum inimico aīo dixit, ꝓbare nō potuit. Fuit fuit illis iudicibus diuinū Iud. cōsilium, q̄ se nō solum de reo iudicium, sed etiā de accu

satore, de teste iudicare arbitrabantur. Quid fictũ, qd fortũna ac tempore allatum, qd precio corruptum, qd spe aut metu deprauatũ, quid a cupiditate aliqua aut inimicitijs profectũ uideretur, q̃ si iudex nõ amplectet, oĩa cõsilio, nõ animo ac mẽte circũspiciet, si quicqd ex illo loco dicetur, ex oraculo aliquo dici arbitrabitur? Profecto satis erit, id quod dixi antea, nõ surdum iudicẽ huic muneri atq; officio preesse. Nihil erit quamobrẽ ille nescio quis sapiens homo ac multarum rerum peritus ad res iudicãdas reqratur. An uero illi equites Ro. quos nos uidimus, qui nuper in repu. iudicijsq; maximis floruerũt, habuerunt tantũ animi, tantũ roboris, ut M. Scauro testi non crederent. Vos Belgarum, atq; Allobrogum testimonijs non credere timetis? Si inimico testi credi non oportuit, inimicior Metello Crassus, aut Fimbriæ Scaurus ciuilibus studijs atq; obtrectatiõe domestica, q̃ huic Galli, quorum qui optimi in causa sunt equites frumentum, pecuniam semel, atq; iterum ac sæpius inuitissimi dare coacti sunt, cæteri partim ex ueteribus bellis agro mulctati, partim ab hoc ipso bello superati & oppressi, si qui ob aliquod emolumentum suũ cupidius aliquid dicere uident, ijs credi non cõuenit. Credo maius emolumentum Cepionibus, & Metellis propositum fuisse ex Q. Pompeij damnatione cum studiorum suorum obtrectatorem sustulissent, q̃ cunctæ Galliæ ex M. Fonteij calamitate, in qua illa prouincia prope suam immunitatem ac libertatem positam esse arbitratur. An si homines ipsos spectare conuenit, id quod in teste pfecto ualere plurimum debet, nõ modo cum summis ciuitatis nostræ uiris, sed cum infimo ciue Rom. quisq; amplissimus Galliæ comparãdus est? Scit Induciomarus quid sit testimonium dicere. Mouetur eo timore quo nostrũ unusquisq;, cum in eum locum productus est. Recordamini Iud. quantopere laborare soleatis, nõ modo quid dicatis pro testi

monio, sed etiã quibus uerbis utanimi, ne quod minus moderate positum, ne quod ab aliqua cupiditate ꝓlapsum uerbũ esse uideatur. Vultu deniq; laboratis, ne qua significari possit suspitio cupiditatis, ut & cum ꝓditis, existimatio sit quædam tacita de uobis pudoris ac religiõis. Et cum disceditis, ea diligenter cõseruata ac retenta uideatur. Credo hæc eadẽ Induciomarum in testimonio timuisse, aut cogitauisse, q primum illud uerbũ cõsideratissimum nostræ cõsuetudinis arbitror, quo nos etiã tunc utimur, cum ea dicimus iurati, quæ cõperta habemus, quæ ipsi uidim⁹, ex toto testimonio suo sustulit, atq; omnia se scire dixit. Verebatur.n. uidelicet, ne qd apud uos Po.q; Ro. de existimatiõe sua deperderet, ne qua fama cõsequeretur eiusmodi Induciomarum talem uirum tam cupide tã temere dixisse. Nõ intelligebat se in testimonio nihil præter uocem, & os, & audaciam neq; ciuibus suis, neq; accusatorib⁹ nostris præstare debere. An uero istas natiões religiõe iurisiurandi, ac metu deorũ immortalium in testimonijs dicẽdis cõmoueri arbitramini? quæ tñ a cæterarũ gentiũ more, ac natura dissentiũt, quod cæteræ ꝓ religionibus suis bella suscipiũt, istæ cõtra omniũ religiões. Illæ in bellis gerendis, ab dijs immortalibus pacẽ ac ueniã petunt, istæ cum ipsis dijs immortalibus bella gesserunt. Hæ sunt nationes, q̃ quõdam tam longe ab suis sedibus Delphos usq; ad Apollinem Pythium, atq; ad oraculũ orbis terræ uexandũ ac spoliãdũ ꝓfectæ sunt, ab ijsdẽ gẽtibus sanctis, & in testimonio religiosis obsessum Capitolium est. Atq; ille Iuppiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimoniorum fidem esse uoluerunt. Postremo his quicq; sanctũ ac religiosum uideri potest? qui etiam si quando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur, humanis hostijs eorum aras ac templa funestãt, ut ne religionem quidẽ colere possint, nisi eam ipsam prius scelere uiola

rint. Quis.n.ignorat eos usq; ad hanc diem retinere illam immanem ac barbarã cõsuetudinem hominũ immolandorũ? Quamobrem quali fide, quali pietate existimatis esse eos, q deos immortales arbitrentur hominũ scelere & sanguine facillime posse placari? Cũ his uos testibus uestrã religionẽ coniungetis? aut quicq̃ sancte, aut moderate dictũ putabitis? hoc uestræ mentes tam castæ, tam integræ sibi suscipiẽt, ut cũ omnes legati nostri, qui illo triennio in Galliam uenerunt, omnes equites Ro. qui in illa provincia fuerunt, oẽs negociatores eius prouinciæ, deniq; oẽs in Gallia, qui sunt socij Po.Ro. atq; amici. M. Fõteium incolumen esse cupiãt, iurati priuatim, & publice laudent, uos tñ Gallis credere malitis, q ut secuti esse uideamini uoluntatẽ hominũ? Grauior igitũ uobis erit hostium uoluntas quã ciuium? an dignitatẽ testium? potestis igitur ignotos notis, iniquos æquis, alienigẽas domesticis, cupidos moderatis, mercẽnarios gratuitis, impios religiosis, inimicissimos huic imperio, ac nomini, bonis ac fidelibus, & socijs, et ciuibus anteferre? An uero dubitatis Iud. quin insitas inimicitias istæ gentes oẽs & habeant & gerant, cũ P.Ro. nomine? sic existimatis eos sagatos, braccatosq; uersari animo demisso atq; hũili, ut solẽt ij qui affecti iniurijs ad opem iudicum supplices inferioresq; confugiunt. Nihil uero minus, ij contra uagantur læti, atq; erecti passim toto foro, cum quibusdam minis, & barbaro atq; immani terrore uerborum. Quod ego pfecto nõ crederem nisi aliquotiẽs ex ipsis accusatoribus uobiscũ simul Iud. audissem, cũ præciperent, ut caueret is ne hoc absoluto nouũ aliquod bellum Gallicũ concitaretur. Si. M. Fõteium Iud. in causa deficerent omnia, si turpi adolescentia, uita infami magistratibus, quos ante oculos uestros gessit, coniunctis uirorũ bonorum testimonijs, legationibus flagitiose obitis inuitis suis omnibus in iudiciũ uocaretur, si in

eo iudicio colonorũ. Po. Ro. Narbonensium fidelissimorum sociorũ Massilensium ciuium Ro. omnium testimonijs tabulisq; premeretur, tñ esset uobis magnopere prouidendum, ne quos ita afflictos uestris patribus maioribusq; accepisse tis, ut contemnendi essent, eos pertimuisse, & eorũ minis & terrore commoti esse uideremini. Hũc uero cũ lædat nemo bonus, laudent omnes uestri ciues atq; socij, oppugnẽt ij qui sæpissime hanc urbem, & hoc imperiũ oppugnarunt Cunctiq; inimici. M. Fonteij uobis, ac Po. R. minentur, amici ac propinqui supplicent uobis, dubitabitis, non mõ nostris ciuibus, qui maxime gloria ac laude ducuntur, uerũetiã exteris nationibus gentibus ostendere uos in sententijs ferẽdis ciui pcere quã hosti credere maluisse. Magna mehercule causa Iud. absolutiõis cum cæteris causis hæc est, ne qua insignis huic imperio macula, atq; ignominia suscipiatur, si hoc ita perlatum erit in Galliam Senatum equitesq; Popu. Ro. nõ testimonijs Gallorũ, sed minis commotos rem ad illorum libidinem iudicasse. Ita uero si illi bellum facere conabuntur, excitandus nobis erit ab inferis. C. Marius, qui Inducioınaro isti minaci arroganti par in belligerando esse possit? excitandus Cn. Domitius, & Maximus, qui nationem Allobrogum, et reliquias suis iterum armis conficiat atq; opprimat, aut quoniam id quidem non potest, orandus erit nobis amicus meus. M. Pletorius, ut suos nouos clientes a bello faciendo deterreat, ut eorum iratos animos atq; horribilis impetus deprecetur? aut si non poterit. M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, ut Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplissimũ, ut uelint isti aut quiescere id quod uicti ac subacti solẽt, aut cum minatur intelligere se Po. Ro. non metũ bellis, sed spẽ triumphis tendere. Quod si in turpi reo patiendum nõ est, ut quicq̃ isti se minis profecisse arbitrarentur, quid facien

dum uobis in.M. Fõteio arbitramini, de quo homine Iud. Iam enim mihi uideor hoc prope causa duabus actionibus perorata debere dicere, de quo uos homine ne ab inimicis q̃dem ullum fictum ꝓbrosum, nõ mõ crimẽ, sed ne maledictũ quidem audistis. Ecquis unq̃ reus præsertim ĩ hac uitæ ratiõe uersatus, in honoribus petendis, in potestatibus, in imperijs gerendis sic accusatus est, ut nullũ ꝓbrũ, nullũ facinus, nulla turpitudo, q̃ a libidine, aut a petulãtia, aut ab audacia nata esset ab accusatore obijceretur? Si nõ uera attamẽ ficta cum aliqua ratiõe ac suspitiõe. M. Aemiliũ Scaurũ summũ nostræ ciuitatis uirũ scimus accusatũ a. M. Bruto, extant oratiões ex quibus intelligi põt multa in illũ ipsum Scaurum esse dicta falso, quis negat? uerumtamẽ ab inimico dicta & obiecta. Quãmulta. M. Aquilius audiuit in suo iudicio, q̃multa. L. Cotta, deniq; P. Rutilius, qui & si dãnatus est, mihi uidetur tamen inter uiros optimos atq; innocentissimos esse numerandus. Ille igitur ipse hõ sanctissimus ac temperatissimus multa audiuit ĩ sua causa, quæ ad suspitionem stuprorum, ad libidinẽ pertinerent. Extat oratio hominis, ut opinio mea fert, nostrorum hominum lõge ingeniosissimi, atq; eloquentissimi. C. Gracchi, qua in oratione permulta in. L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur At in quem uirum, qui tãta uirtute atq; integritate fuit, ut etiam illis optimis tẽporibus, cũ hominem inuenire nequã neminem posses, solus tamen frugi nominaretur, quem cũ in cõcionẽ Gracchus uocari iuberet, et uiator quæreret quẽ Pisonem, quod erãt plures, cogis me inquit dicere inimicũ meum frugi? Is igitur uir, quem ne inimicus quidem satis in appellãdo significare poterat, nisi ante laudasset, q uno cognomine declarabatur nõ mõ quis esset, sed etiam qualis esset, tamen in falsam atq; iniquã ꝓbrorũ insimulationẽ uocabatur. M. Fonteius ita duabus actionibus accusatus est,

ut obiectū nihil sit, quo significari uestigiū libidinis, petulātiæ, crudelitatis, audaciæ possit, nō modo nullum facinus huius protulerint, sed ne dictū quidem aliquod reprehēderint. Quod si aut quantā uoluntatē habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, tātum haberent aut ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenij, nō meliore fortuna ad probra nūc audiēda Fonteius, quàm illi de quibus antea commemoraui, fuisset. Frugi igitur hominem Iud. frugi inquam & in omnibus uitæ partibus moderatū ac temperatum, plenum pudoris, plenum officij plenum religionis uidetis positum in uestra fide ac potestate, atque ita ut cōmissus sit fidei, permissus potestati. uidete igitur utrū sit æquius hominem honestissimum uirum fortissimū, ciuē optimū dedi inimicissimis atque immanissimis natiōibus, an reddi amicis? præsertim cum tot res sint quæ uestris animis pro huius innocentis salute supplicent. primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatā uidimus, tum aūt continue præturæ quæ & cæteris ornamentis & existimatiōe innocentiæ maxime floruerūt. Deinde recens memoria parētis, cuius sangine, non solum Asculanorū manus, a qua interfectus est, sed totū illud sociale bellū macula sceleris imbutū est. Postremo ipse cum in oībus uitæ partibus honestus, atque integer, tum in re militari cū summi cōsilij & maximi animi, tum uero usu quoque bellorū gerēdorū, in primis eorū hominū qui nūc sunt exercitus. Quare si etiā monēdi estis a me, quod nō estis Iud. hoc leuiter pro mea auctoritate uobis præcepere posse;, ut ex eo genere hoies, quorū cognita uirtus, industria, fœlicitas ī re militari, diligēter uobis retinēdos existimetis. Fuit. n. maior taliū uirorū in hac rep. copia quæ cū esset, tñ eorū nō mō saluti, sed etiā honori cōsulebatur. Quid nūc uobis faciēdū est studijs

militaribus apud iuuentutẽ obsoletis hoibus, ac summis du cibus partim ætate, partim ciuitatis discordijs ac reipub. ca lamitate cõsumptis, cũ tot bella, aut a nobis necessario susci piantur, aut subito atq; improuisa nascãtur? Nõne & homi nẽ ipsum ad dubia. R. P. tp͡a reseruandũ, & cæteros studio laudis, ac uirtutis inflãmandos putatis? Recordamini quos legatos nuper in bello. L. Iulius, quos. P. Rutilius, quos. L. Cato, quos Cn. Pom. habuerit. Scitis fuisse, tũ. M. Cornu tũ. L. Cinnã. L. Syllã Prætorios homines belli gerendi peri tissimos, præterea. C. Mariũ. P. Didiũ. Q. Catulũ. P. Cras sum, nõ litteris homines ad rei militaris scientiã, sed rebus gestis ac uictorijs eruditos. Age uero nũc inferte oculos in curiã, introspicite penitus in oĩs reip. partes, utrum uidetis nihil posse accidere, ut tales uiri desiderãdi sint. An si acci derit eorũ hominũ copia. Po. Ro. abundare, q̃ si diligẽter at tẽdetis, profecto Iud. uirũ ad labores belli impigrũ, ad peri cula fortẽ, ad usum, ad disciplinã peritũ, ad cõsilia pruden tẽ, ad casũ fortunãq; fœlicẽ domi uobis ac liberis uestris re tinere q̃ inimicissimis. R. P. nationib⁹, & crudelissimis tra dere & cõdẽnare malitis. An infestis prope signis inferunt Galli ĩ Fonteiũ, & instãt atq; urgẽt summo cũ studio, sum ma cũ audacia, nos uero Iud. nõ & multis et firmis p̃sidijs uobis adiutoribus isti immani atq; intolerãdæ barbariæ re sistemus? Primũ obijciẽ cõtra istorũ impetus Macedonia fi delis & amica. P. R. p̃uincia, q̃ cũ se ac suas urbes, non solũ cõsilio, sed etiã manu Fonteij cõseruatã esse dicat, ut illa p̃ hunc Thracũ aduentu ac depopulatione defensa fuit, sic ab huius nũc capite Gallorũ impetus terroresq; depellit. Cõsti tuitur ex altera parte ulterior Hispania, quæ p̃fecto nõ mõ religione sua resistere istorũ cupiditati potest, sed etiam sce leratorum hominum periuria testimonijs, ac laudationibus suis refutare. Atque ex ipsa etiam Gallia fidelissima et gre

uissima auxilia sumuntur. Venit huic subsidio misero atque innocenti Massiliensium cuncta ciuitas, quae non solum ob eam causam laborat, ut huic a quo ipsa seruata est, parem gratiam referre uideatur, sed etiam quod ea cōditione, atque eo fato se ī his terris collocatam esse arbitratur, ne quid nostris hominibus istae gentes nocere possint. propugnat pariter pro salute. M. Fonteij Narbonēsis colonia, quae per hūc ipsa nuper obsidione hostium liberata, nūc eiusdem miserijs ac periculis cōmouet. Denique ut oportet bello Gallico, ut maiorū iura moresque praescribūt, nemo est ciuis Roma. qui sibi ulla excusatione utendū putet, omnes illius prouinciae publicani, agricolae, pecuarij, caeteri negociatores uno animo. M. Fonteium atque una uoce defendunt. Quod si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit, dux Allobrogum caeterorumque Gallorū num etiam de matris hunc complexu lectissimae miserrimaeque foeminae uobis inspectantibus auellet atque abstrahet? praesertim cū uirgo uestalis ex parte altera germanum fratrem complexa teneat, uestramque Iud. ac. P. R. fidem imploret pro uobis liberisque uestris tot annos in dijs immortalibus placandis occupata est, ut ea nunc pro salute sua fratrisque sui animos uestros placare possit. Cui miserae quod praesidium, quod solatium est hoc amisso? Nam caeterae foeminae gignere ipsae sibi praesidia & habere domi fortunarum omnium socium participemque possunt, Huic uero uirgini, qd est praeter fratrē, quod aut iucundum aut carum esse possit? Nolite pati Iud. aras deorum immortalium, uestaeque matris quotidianis uirginis lamētationibus de uestro iudicio commoueri. Prospicite ne ille ignis aeternus nocturnis Fōteiae laboribus uigilijsque seruat? sacerdotis Vestae lachrymis extinctus esse dicatur. Tendet ad uos uirgo Vestalis manus supplices easdē quas pro uobis dijs immortalibus tendere cōsueuit. Caute

ne periculosum superbũq́ʒ sit, eius nos obsecratione repudiare, cuius preces si dij aspernarentur, hæc salua esse nō possent. Videtis ne subito Iud. uirũ fortissimũ. M. Fonteiũ parentis et sororis cõmemoratiõe lachrymas ꝓfudisse, q nunꝗ̃ in acie ꝑtimuerit, qui se armatus sæpe in hostium manũ multitudinemq́ʒ immiserit? cum in eiusmodi periculis eadē se solatia suis relinquere arbitraretur, quæ suus pater sibi reliquisset, idē nunc perturbato animo pertimescit, ne non modo ornamento & adiumento non sit suis, sed etiam cum acerbissimo luctu dedecus æternum miseris atq́ʒ ignominiam relinquat. O fortunā lõge disparē. M. Fontei si diligere potuisses, ut potius telis tibi Gallorũ ꝗ̃ piurijs intereũdum esset. Tum enim uitæ socia uirtus mortis comes gloria fuisset. Nunc uero qui est dolor uictoriæ te atq́ʒ imperij pœnas ad eorũ arbitriũ sufferre, q aut uicti armis sunt, aut inuitissimi paruerunt? a quo periculo defendite Iud. ciuē fortē atq́ʒ inocentē. Curate ut nostris testibus plusq́ꝫ alienigenis credidisse uideamini, plus saluti ciuiũ ꝗ̃ hostiũ libidini consuluisse, grauiorem duxisse eius obsecrationem quæ uestris sacris præsit, ꝗ̃ eorũ audaciā, qui cum oīm sacris delubrisq́ʒ bella gesserunt. Postremo prospicite Iud. id quod ad dignitatē Po. Ro. maxime ꝑtinet, ut plus apud uos preces uirginis Vestalis, ꝗ̃ minæ Gallorum ualuisse uideātur.

M.T.C. PRO ROSCIO COMAEDO ORATIO ABSQVE PRINCIPIO.

Maliciam naturæ, crederetur is scilicet uir optimus & singulari fide præditus q suo iudicio suis tabulis testibus uti conatur. solent fere dicere qui per tabulas homines

citi pecuniam expensam tulerũt, ego ne talem uirum corrũpere potui, ut mea causa falsum in codicem

referret? Expecto quã mox Cherea hac oratiõe utatur. Ego ne hanc manũ plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falsum perscriberem nomen? Quod si ille suas proferet tabulas, proferet suas quoq; Roscius, erat in illius tabulis hoc nomen, At huius non erit, cur potius illius quã huius crederetur scripsisse? ille si nõ iussu huius expensum tulisset, non scripsisset. nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur, sic improbũ est non referre, quod debeas. Aeque.n.tabulæ condẽnantur eius, qui uerũ nõ retulit, & eius qui falsum perscripsit. Sed ego copia & facultate causæ confisus uide quo progrediar, si tabulas. C. Fannius accepti, & expensi profert suas in suam rem suo arbitratu scriptas, quominus secundũ illũ iudicetis, nõ recuso. Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit, ut quodcũ quod rettulisset id ratũ haberet? ratũ habebit Roscius, profer qd' tibi fuerit psuasum, huic erit persuasum, qd' tibi fuerit pbatũ, huic erit probatũ. paulo ante. M. Perpẽnæ. P. Saturi tabulas poscebamus, nunc tuas. C. Fanni Chereæ solus flagitamus, & quominus secundum eas lis detur, non recusamus. Quid ita non profers? non conficit tabulas? immo diligẽtissime, nõ refert pua noia in codices? imo oĩs summas, leue & tenue hoc nomẽ sestertiũ.liij. sunt, qũo tibi tãta pecunia extraordinaria iacet? qũo sestertiũ.liij. in codice accepti & expensi non sunt? proh dij immortales esse ne quẽquã tanta audacia præditũ, qui quod nomen referre in tabulas timeat, id petere audeat? quod in codicem iuratus referre noluit, id iurare in litẽ non dubitet? quod sibi probare non possit, id persuadere alteri conetur? Nimium cito ait me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen in codicem accepti & expensi relatum, confitetur, sed in aduersarijs patere contendit. usq; eo ne te diligis, & magnifice circunspicis, ut pecuniã nõ ex tuis tabulis, sed aduersarijs petas? suũ

codicem testis loco recitare arrogãtiæ est suarũ perscriptionum & liurarũ aduersaria proferre non amentiia est? q si eãdem uim diligentiam auctoritatemq; habent aduersaria quam tabulæ, quid attinet codicem instituere? conscribere? ordinem conseruare? memoriæ trãdere litterarũ uetustatẽ? Sed si q aduersarijs nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus, quod etiã apud omnis leue & infirmũ est, id apud iudicẽ graue & sanctũ esse ducetur. Quid est, qđ negligenter scribamus aduersaria? Quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ sunt æterne, hæc delẽtur statim, illæ seruantũ sanctæ, hæc parui tẽporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem, et religionem amplectũtur. Hæc sunt deiecta, ille sunt in ordinẽ confectæ, itaq; aduersaria in iudiciũ protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit. Tu. C. Piso tali fide, uirtute, grauitate, auctoritate ornatus, ex aduersarijs pecuniam petere non auderes. Ego quæ clara sunt consuetudine diutius dicere non debeo. Illud uero quod ad rẽ uehementer pertinet, quæro, q̃pridem hoc nomẽ Fanni in aduersaria rettulisti. Erubescit, quid respõdeat, nescit, quid fingat, extemplo non habet. Sunt duo mẽses iam dices, tũ in codicem acceptũ, & expẽsum esse referri debuit. Amplius sunt sex menses, cur tam diu iacet hoc nomen in aduersarijs, quid si tandem amplius trienniũ est? quomodo cũ oẽs qui tabulas cõficiant, mẽstruas pene ratiões i tabulas trãsferant, tu hoc nomen trienniũ amplius in aduersarijs iacere pateris? utrũ cætera nomina in codicem accepti & expẽsi digesta habes, an non? si non, quomõ tabulas conficis? si etiam, quamobrem cũ cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius qđ erat ĩ primis magnum, in aduersarijs relinquebas? Nolebas scire debere tibi Rosciũ. Cur scribebas, rogatus eras, ne referres, cur i aduersar-

ſcriptum habebas? Sed hæc quanquam firma eſſe uideo, tamen ipſe mihi ſatiſfacere non poſſum, niſi a C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam ei non deberi. Magnum eſt, quod conor, difficile eſt, quod polliceor, niſi eundem & aduerſarium et teſtem habuerit Roſcius, nolo uincat, pecunia tibi debeatur certa, quæ nũc petitur per iudicem in qua legitime partis ſponſio facta eſt, hic tu ſi amplius ·S S. nummo petiſti, quàm tibi debitum eſt cauſam perdidiſti, propterea quòd aliud eſt iudicium, aliud eſt arbitrium. Iudicium eſt pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo uenimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neq; nihil neq; tantum quantum poſtulauimus, conſequamur, eius rei ipſa uerba formulæ teſtimonio ſunt, quid eſt in iudicio, directum aſperũ ſimplex, ſi peteret. LLS. liiij. dari hic, niſi planũ facit. LLS. liiij. ad libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio, mite, moderatum, quanto æquius & melius id clarius, illud tamen confitetur, plus ſe petere, quàm debeatur. Sed ſatis ſuperq; habere dicit, quod ſibi ab arbitrio tribuatur, itaq; alter cauſæ confidit, alter diffidit. Quæ cum ita ſint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis. LLS. liiij. de tuarum tabularum fide compromiſſum feceris, arbitrum ſumpſeris, quanto æquius et melius ſit dari repromittiq; ſi peteres. Quis in hanc rem fuit arbiter? utinam is quidem Romæ eſſet, Romæ eſt, utinam adeſſet in iudicio? adeſt, utinam ſederet in conſilio. C. Piſonis? ipſe. C. Piſo eſt, eundem ne tu arbitrũ & iudicem ſumebas, eãdem et infinitam largitionem remittebas, & eundem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis concludebas. Quis unquã ad arbitrũ quãtum petit tantum abſtulit, nemo. quantum enim æquius eſſet ſibi dari petit, de quo nomine, ad arbitrũ dediſti, de eo ad iudicem uениſti. Cæteri cum ad iudicem cauſam labefactari anie

inaduerterũt, ad arbitrũ confugiunt, hic ab arbitro ad iudicem uenire est ausus, qui eum de hac pecunia tabularum fide arbitrum sumpsit, iudicauit sibi pecuniam non deberi. Iam duæ partes causæ sunt cõfectæ, adulterasse sese negat, expensum tulisse non dicit, cũ tabulas, non recitat. Reliquũ est, ut stipulatum se esse dicat. prætere a enim queãdmodũ certam pecuniam petere possit, non reperio. Stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis spopondisse me dicit? nemo. Hic ego si finem faciam dicendi, satis fidei & diligentiæ meæ, satis causæ & cõtrouersiæ, satis formulæ, & sponsioni, satis etiam iudici fecisse uidear, cur secundũ Rosciũ iudicari debeat pecunia, petita est certa, cũ tertia parte spõsio facta est. Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa, lata aut stipulata sit. Datam non esse Fannius confitetur, expensam latã non esse, codices Fannij cõfirmant. stipulatam nõ esse, taciturnitas testiũ cõcedit, quid ergo est, quod & res eius est, cuius & pecunia leuissima et ex[...]tima tio sanctissima fuit semper, & iudex est is quem nos [...]imi nus bene de nobis existimare, quàm secundũ nos iudicar[...] uelimus, & aduocatio ea est, quam propter eximiũ splendorem iudicis uerere debeamus, perinde ac si in hanc formulã, oĩa iudicia legitima, oĩa arbitria honoraria, om̃ia officia domestica conclusa, & cõprehensa sint perinde dicemus, illa superior fuit oratio necessaria. Hæc erit uolũtaria, illa ad iudicem, hæc ad. C. Pisonem, illa pro eo, hæc pro Roscio, illa uictoriæ, hæc bonæ æstimationis causa comparata. Pecuniam petis Fanni[...] Roscio, quam? dic audacter & aperte, utrum qua tibi ex societate debeat. An q̃ ex liberalitate hui9 promissa sit & ostẽtata? quorũ alterũ est grauius & odiosius, alterũ leuius et facilius, q̃ ex societate debeatur. Quid ais? hoc iã nec leuiter ferendũ est, neq; neglig ẽter defendendũ. Si qua.n. sunt priuata iudicia summæ æstimationis et pene

dicā capitis, tria hæc sunt, fiduciæ, tutelæ, societatis, æquæ .n. ꝑfidiosum & nefariū est fidem frangere, quæ cōtinet ui tam, & pupillū fraudare, q in tutelam peruenit, et sociū fal lere, q se in negocio coniunxit. Quæ cū ita sint, q sit, q so ciū fraudarit & fefellerit, consideremus. Dabit .n. nobis iā tacite uita acta in alterutrā ꝑtē firmū, et graue testimoniū. Q. Rosciū, qd dis? nōne ut ignis in aquā coniectus cōtinuo restinguit & refrigeratur, sic referuens falsum crimen in purissimā & castissimā uitam collatū statim cōcidit & ex tinguitur? Roscius sociū fraudauit? pōt hoc homini huic hæ rere peccatū? q mediussfidi? (audacter dico) plus fidei ꝙ ar tis, plus ueritatis ꝙ disciplinæ possidet in se, quē Po. R. me liorem uirū ꝙ histrionē esse arbitratur, q ita dignissimus est scæna ꝑꝑ artificiū, ut dignissim⁹ sit Curia ꝑꝑ abstinētiā. Sed qd ego ineptus de Roscio apud Pisonē dico? ignotū ho minē .s. pluribus uerbis cōmendo. est ne qsꝙ oīm mortaliū, de quo melius existimes tu? est ne qsꝙ qui tibi purior, pudē tior, humanior, officiosior, liberalior uideatur? Quid tu Sa turi, q contra hūc uenis, existimas aliter, nonne quotiensēū ꝙ in cām, i nomē huius incidisti, totiens hūc, et uirū bonū esse dixisti, & honoris cā appellasti? qd nemo nisi aut hone stissimo aut amicissimo facere consueuit, qua in re mihi ridi cule es uisus eē incōstans, q eundē et læderes, et laudares, & uirum optimum, & hominem improbissimum esse di ceres, eundem tu & honoris causa appellabas, & uirum primarium esse dicebas, & socium fraudasse arguebas. Sed ut opinor, laudem ueritati tribuebas, crimen gratiæ concedebas, de hoc ut existimabas prædicabas. Chereæ arbitratu causam agebas, fraudauit Roscius, est hoc qui dem auribus animisꝙ hominum absurdum. Quid si tan dem aliquem timidum, dementem, diuitem, inertem na ctus esset, qui experiri non posset, tamen incredibile esset.

Verũtamẽ quem fraudarit, uideamus. C. Fanniũ Cheream Roſcius fraudauit: oro atq; obſecro uos, q̃ noſtis, uitam inter ſe utriuſq; conferte, qui non noſtis, faciem utriuſq; conſiderate, nõne ipſum caput & ſupercilia illa penitus abraſa olere maliciã & clamitare calliditatẽ uidentur? nõne ab imis unguibus uſq; ad uerticem ſummũ, ſi quam coniecturã affert hoibus tacita corporis figura, ex fraude, fallacijs, mendacijs conſtare totus uideretur? Qui iccirco capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne ullũ pilum uiri boni habere dicatur, cuius perſonã p̃clare Roſcius in ſcæna tractare cõſueuit, neq; tamẽ pro beneficio ei par gratia refertur, nam balliõnẽ illũ improbiſſimũ & periuriſſimũ lenonẽ cũ agit, agit Cheream, perſona illa lutulenta impura, inuiſa, in huius moribus natura uitaq; eſt expreſſa, qui quãobrem Roſciũ ſimilem ſui in fraude & malicia exiſtimarit non mihi uidetur, niſi forte quod præclare hũc imitari ſe in perſona lenonis animaduertit. Quãobrem etiã atq; ẽt conſidera. C. Piſo quis quem fraudaſſe dicatur, Roſcius Fanniũ, q̃d eſt hoc, probus improbũ, pudens impudẽtem, periurũ caſtus, callidũ imperitus, liberalis auidũ. Incredibile eſt quẽadmodũ ſi Fannius Roſciũ fraudaſſe diceretur, utrũ ex utriuſq; perſona uериſimile uideretur & Fanniũ p maliciã feciſſe, & Roſciũ per imprudentiã deceptũ eſſe, ſic cũ Roſcius Fãniũ fraudaſſe arguatur, utrũq; incredibile eſt, & Roſcium quicq̃ p auariciam appetiſſe, & Fãniũ quicq̃ per ſe bonitate amiſiſſe, principia ſunt huiuſmodi, ſpectemus reliqua L L S. liij. uideo, ſed tñ cur ipſa. L L S. liij. tam uehementer concupierit quæro, Nã tibi. M. Perpenna. C. Piſo certe tanti nõ fuiſſet, ut ſociũ fraudaretis. Roſcio cur tãti fuerit, cauſam requiro. Egebat? immo locuples erat, debebat? immo in ſuis ſummis uerſabatur, auarus erat? immo etiã anteq̃ locuples, ſemp liberaliſſimus munificentiſſimuſq; fuit, proh

deorũ

deorũ hominũq; fidẽ qui.LLS.ccchiij.ccchiij.ccchiij.quæstus facere noluit,nã certe. LLS.ccchiij.ccchiij.ccchiij.merere & potuit, et debuit,si põt Dionysia.LLS.ccchiij.ccchiij.merere is p sũmã fraudẽ et maliciã et pfidiã.LLS.hiij.appetũt,et illa fuit pecunia immanis,hæc puula,illa honesta,hæc sordida,illa iucunda,hæc acerba,illa ppria,hæc in causa,& in iudicio collata.X.his annis proximis.LLS.sexagies honestissime cõseq potuit,noluit.Laborẽ quæstus recepit,quæstũ laboris reiecit.P.R.adhuc seruire nõ destitit,sibi seruire iã pridẽ destitit,hoc tu unq̃ Fanni faceres,sed si hos quæstus recipere posses,nõ eodem tẽpore,& gestũ,& animam ageres?Dic nũc te ab Roscio.LLS.hiij.circũscriptũ esse,qui tantas & tam infinitas pecunias nõ propter inertiam laboris, sed pter magnificẽtiã liberalitatis repudiarit?Quid ego nunc illa dicã,quæ uobis in mentẽ uenire certe scio,fraudabat te in societate Roscius,sunt iura,sunt formulæ de omnibus rebus cõstitutæ,ne qs aut in genere iniuriæ,aut ratiõe actionis errare possit,expressæ.Sunt enim ex uniuscuiusq; damno,dolore, incõmodo, calamitate,iniuria publica,hæ a prætore formulæ ad quas priuata lis accõmodatur,quæ cũ ita sint,cur nõ arbitriũ p socio adegeris.Q.Rosciũ quæro, formulã nõ noras?notissima erat,iudicio graui experiri nolebas?Quid ita?propter familiaritatem ueterem, cur ergo lædis?propter integritatẽ hominis?cur igitur insimulas? ppter ægritudinem criminis.Ita ne uero quẽ per arbitrũ circunuenire nõ posses,cuius de ea re propriũ nõ erat iudiciũ, nũc per iudicem cõdemnabis,cuius de re nullũ est arbitriũ. Quin tu hoc crimẽ aut obijce ubi licet agere,aut tacere noli ubi non oportet, tametsi iam hoc tuo testimonio crimen sublatũ est.Nã quo tu tẽpore illa formula uti noluisti,nihil hunc in societatem fraudis fecisse ostendisti, num tabulas habet an nõ?si non habet,quemadmodũ pactio est,si habet,

cur non nominas? Dic nunc Roſcium abs te petiſſe ut familiarem ſuum ſumeres, arbitrium non petijt, dic pactionē feciſſe ut abſolueretur, nō pepigit, quære quare ſit abſolutus, quod erat ſumma innocentia & integritate. Quid enim factum eſt? ueniſti domū ultro Roſci, ſatiſfeciſti, quod temere cōmiſiſti, in iudicium, ut denūciaret, rogaſti, ut ignoſceret, te affuturū negaſti, debere tibi ex ſocietate nihil, clamitaſti iudici, hic denūciauit, abſolutus eſt, tamen fraudis ac furti mentionē facere audes, perſtat in impudētia, pactionē enim inquit mecum fecerat, icciro uidelicet ne condemnaretur. Quid erat cauſæ, cur metueret, ne condemnaretur, res erat manifeſta, furtum erat apertum, cuius rei furtū factū erat? Exorditur magna cum expectatiōe ueteris hiſtrionis exponere ſocietatem. Panurgus inquit fuit Fānij, is fuit ei cum Roſcio communis, hic primum quæſtus eſt non leuiter Saturius communem factum eſſe gratis cū Roſcio qui precio prius fuiſſet Fānij, largitus eſt. ſ. homo liberalis & diſſolutus & bonitate afluēs Fannius Roſcio? Sic puto. Quoniā ille hic cōſtitit, mihi pauliſper quoq; neceſſe eſt paulum commemorari. Panurgū tu Saturi propriū Fannij dicis fuiſſe. At ego totum Roſcij fuiſſe contendo, quod erat enim Fāni? corpus quod Roſcij eſt diſciplina facies non erat, ars erat p̄cioſa. Ex qua parte erat Fannij nō erat. LLS. liij. ex qua p̄te erat Roſcij amplius erat. LLS. ccclij. Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio Comico æſtimabat, nam illa mēbra merere per ſe non amplius poterāt duodecim æris, diſciplina, quæ erat ab hoc tradita, locabat ſe nō minus. LLS. ccclij. O ſocietatem captioſam & indignā ubi alter. LLS. liij. alter. ccclij. liij. quod ſit, in ſocietatem affert, niſi icciro moleſte pateris, quod. LLS. liij. tu ex arca proferebas. LLS. liij. ccclij. ex diſciplina, & artificio Roſcius p̄mebat. Quam. n. rem & expectationē, quod ſtudiū, quem fa

uorem secum in scænam attulit Panurgus? quod Rosciȳ fuit discipulus, qui diligebant hunc, illi fauebant, qui admirabã tur hunc, illũ probabant, qui deniq; huius nomẽ audierant, illum eruditum & perfectũ existimabãt. Sic est uulgus ex ueritate pauca, ex opiniõe multa æstimat. Quid sciret ille, 30.
perpauci animaduertebãt ubi didicisset, omnes quærebãt, nihil ab hoc prauũ & peruersum produci posse arbitraban tur, si ueniret ab Statilio, tametsi artificio Rosciũ superet, aspicere nemo posset. Nemo. n. sicut ex improbo patre probũ filium nasci, sic ex pessimo histrione bonum Comædum fie ri posse existimaret, quia ueniebat a Roscio, plus etiam scire quã sciebat, uidebatur, quod item nuper in Erote Comædo usu uenit, qui posteaq; e scæna, non modo sibilis, sed etiã cõ uitio explodebatur, sicut in aram cõfugit in huius domum, disciplinam, patrocinium, nomen, itaq; perbreui tẽpore qui ne in nouissimis quidem erat histrionibus, ad primos perue nit Comædos. Quæ res extulit eum? una commendatio hu ius. Qui tamen Panurgum illum, non solũ, ut Rosciȳ disci pulus fuisse diceretur, domum recepit, sed etiã summo cum labore stomacho miseriaq; erudiȳt. Iam quo quisq; est soler tior, & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius, quod enim ipse celeriter arripuit, id cum tarde pcipi uidet, discruciatur. Paulo longius oratio mea prouecta est, hac de causa, ut conditionẽ societatis diligẽter cognosceretis, quæ deinde sunt cõsecuta? Panurgum inquit hunc seruum com munẽ. Q. Flauius Tarquiniensis quidã interfecit, in hãc rem inquit me cognitorem dedisti, lite contestata, iudicio dam ni iniuria cõstituto, tu sine me cum Flauio decidisti. Vtrum pro dimidia parte, an pro tota? planius dicam. Vtrum pro me an & pro me & pro te? pro me, potui, exemplo multorũ licitum est, iure fecerunt multi, nihil in ea re tibi iniuriæ fe

ei, pete, tu tuũ exige, & aufer, quod debetur, suam quisq; partem unus possideat, & persequatur. At.n. tu tuũ negociũ gessisti bene, gere & tu tuũ bene, magno tuam dimidiam partem decidisti. Magno & tu tuam partem decide. LLS. ccclii.tu abstulisti, si sit hoc uero. LLS. ccclii.tu quoq; aufer, sed hanc decisionem Roscij oratione & opinione augere licet, re & ueritate mediocrem, & tenuem esse inuenietis. Accepit.n. agrũ temporibus ijs cũ iacerẽt precia prædiorũ, qui ager neq; uillam habuit, neq; ex ulla parte fuit cultus, q̃ nũc multo pluris est, q̃ tunc fuit, neq; id est mirũ tum.n. propter reip. calamitates oĩm possessiões erãt incertæ, nũc deũ immortaliũ benignitate, oĩm fortunæ sunt certæ, tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima uilla. Verũtamen quoniam natura tam maliuolus es, nunq̃ ista te molestia & cura liberabo, præclare suũ negociũ gessit Roscius, fundum fructuosissimum abstulit, quid ad te? tuam partem dimidiã quemadmodũ uis, decide Vertit hic rationem, & id quod probare non potest, fingere conatur, de tota re inquit decidisti, ergo huc uniuersa causa deducitur, utrũ Roscius cũ Flauio de sua parte, an de tota societate fecerit pactionem. Nam ego Rosciũ si quid cõmuni nomine tetigit, confiteor præstare debere societati. Societatis, non suas lites redemit, cũ fundum a Flauio accepit. Quid ita? satis non dedit amplius a se neminem petiturum? qd sua parte decidit, reliqs integram reliquit actionẽ qui pro socijs transigit, satisdat neminem eorũ postea petiturũ, quid ita? Flauio sibi cauere non uenit in mentem? nesciebat uidelicet Panurgũ fuisse in societate? sciebat, nesciebat Fanniũ Roscio esse sociũ? præclare. Nam iste cũ eo litem contestatam habebat. Cur igitur decidit & non restipulatur, neminem amplius petiturũ? cur de fundo decedit et iudicio non absoluitur? cur tam imperite facit, ut ne Roscium

stipulatione alliget? neq; a Fannio iudicio se absoluat. Est hoc primũ & ex cõditione iuris, & ex cõsuetudine cautionis firmissimũ & grauissimũ argumentũ, quod ego pluribus uerbis amplecterer, si non alia certiora & clariora testimonia in causa haberem, & ne forte me hoc frustra pollicitũ esse prædices, te te inquam Fanni ab tuis subsellijs cõtra te testẽ suscitabo. Crimiatio tua quæ ẽ? Rosciũ cũ Flauio pro societate decidisse, quo tempore? Ab hinc annis .xv. Defensio mea quæ est? Rosciũ pro sua parte cũ Flauio trãsegisse. Repromittis tu ab hinc trienniũ, Roscio. Quid, recita istã stipulationem clarius. Attende quæso Piso Fanniũ inuitũ, & huc atq; illuc tergiuersantẽ, testimoniũ cõtra se dicere cogo. Quid enim stipulatio clamat, quod a Flauio abstulero, partem dimidiam inde Roscio me soluturũ spondeo, tua uox est Fanni, quid tu auferre potes a Flauio, si Flauius nihil debet, quid hoc porro nunc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit? quid uero Flauius tibi daturus est, q̃ Roscio omne quod debuit dissoluit, cur in re tam uetere, in negocio tam confecto, in societate dissoluta noua hæc stipulatio interponitur? Quis est huius stipulationis scriptor, testis, arbiter? Tu Piso, tu enim. Q. Rosciũ pro opera, labore, q̃ cognitor fuisset, quod uadimonia obisset, rogasti ut Fannio daret. LLS. ccclij. hac cõditione, ut si q̃d ille exegisset, a Flauio partem eius dimidiam Roscio dissolueret. Satis ne ista stipulatio dicere tibi uidetur aperte Rosciũ pro se decidisse. Et .n. forsitan hoc tibi ueniat in mentem repromisisse Fannio Rosciũ, si q̃d a Flauio exegisset, eius partẽ dimidiam se domino exegisse, nihil. Quid? tu non exitũ exactionis sed initium repromissionis spectare debes? neq; si ille persequendũ, non quod in se fuit, iudicauit, Roscium suas non societatis lites redemisse, quid si tandem planum facio post decisionem ueterem Roscij, post repromissionem autem re-

centem hāc Fannij.LLS.ccclij.Fannium a.C.Flauio Pa
nurgi nomine abstulisse?tamē diutius illudere uiri optimi
æstimationi.Q.Roscij audebit.pauloante quærebam,id qđ
uehementer ad rē ptinebat,qua de causa Flauius cū de tota
lite faceret pactionē,neqꝫ satis acciperet a Roscio,neqꝫ indi
cio absolueretur a Fannio.Nunc uero id quod mirū & in
credibile est,requiro,quamobrem cū de tota re decidisset cū
Roscio.LLS.ccclij.separatim Fannio dissoluit?hoc loco Sa
turi quid pares respondere,scire cupio,utrū omnino Fāniū
a Flauio.LLS.ccclij.non abstulisse?an alio nomine & alia
de causa abstulisse?si alia de causa,quæ ratio tibi cū eo inter
cesserat?nulla. Addictus erat tibi?nō frustra tēpus cōtero,
omnino inqt.LLS.ccclij.a Flauio nō abstulit, neqꝫ Panur
gi noie neqꝫ cuiusqꝫ,si planū facio post hāc recētē stipula
tionē Roscij.LLS.ccclij a Flauio te abstulisse,nūquid cāre
qn ab iudicio abeas turpissime uict⁹?Quo teste igiť hoc pla
nū faciā?Venerat,ut opinor,hæc res in iudiciū certe.Quis
erat petitor?Fānius,qs re⁹?Flauius, qs iudex?Cluui⁹.Ex
his unus mihi testis est producēdus,q pecuniā datā dicat,
quis est ex his grauissimus?sine cōtrouersia,q omniū iudi
cio cōprobatus est iudex.Quem igitur ex his tribus a me te
stem spectabis?petitorem,Fannius est,contra se nunquam
testimonium dicet.Reum,Flauius est.Is iam pridē est mor
tuus,si uiueret uerba eius audiretis.Iudicem,Cluuius est.
quid is dicit.LLS.ccclij.Panurgi nomine Flauiū Fannio
dissoluisse.Quen tu si ex censu spectas,Eques Ro.est,si ex
uita,homo clarissimus est,si ex te iudicem sumpsisti,si ex ue
ritate id quod scire potuit,& debuit,dixit.Nega nega nūc
eqti Ro.homini hōesto,iudici tuo credi oportere,circūspicit
æstuat,negat nos Cluuij testimonium recitaturos.recitabi
mus,erras, inani & tenui spe te consolaris .Recita testi

monium.T.Manlij,& C.Luscij Ocreæ duorum Senatorũ hominũ honestissimorum,qui ex Cluuio audierũt. Vtrum dicis Luscio & Manlio an & Cluuio nõ esse credendũ,pla nius atq; apertius dicã,utrum Luscius & Manlius nihil de.LLS.ccclιij.ex Cluuio audierũt,an Cluuius falsum Lu scio & Manlio dixit,hoc ego loco soluto & quieto sum ani mo,& quorsum tendat responsum tuũ nõ magnopere labo ro.Firmissimis enim & sanctissimis testimonijs uirorum optimorum causa Roscij communita est,si iam tibi delibera tum est,quibus abroges fidem iurisiurandi,Respõde Man lio & Luscio negas esse credendum,dic.Aude,est tuæ cõtu maciæ arrogantiæ uitæq; uniuersæ uox.Quid expectas,q̃ mox ego Luscium & Manliũ dicam ordine esse Senatores, ætate grandes natu,natura sanctos & religiosos,copijs rei familiaris locupletes & pecuniosos,non faciam,nihil mihi detraham,cum illis exactæ ætatis seuerissime fructum quẽ meruerunt retribuam,magis mea adolescentia indiget illo rum bona existimatione,q̃ illorum seuerissima senectus de siderat meam laudem.Tibi uero Piso diu deliberandum & concoquendum est utrũ potius Chereæ iniurato in sua lite, an Manlio & Luscio iuratis in alieno iudicio credas.Reli quum est, ut Cluuium falsum dixisse Luscio & Manlio contendat, quod si facit, qua impudentia est,eum ne te stem improbabit, quem iudicem probari, ei negabit cre di oportere, cui ipse crediderit,eius testis ad iudicem fi dem infirmabit, cuius propter fidem, & religionem iudicis testes comparabat, quem ego si ferrem iudicem refugere non deberet, cum testem producam reprehen dere audebit.Dixit enim inquit iniuratus Luscio & Man lio,si dixisset iuratus crederes.At quid interest inter periu rum & mendacem,qui mentiri solet, peierare consueuit, quem ego ut mẽtiatur inducere possum,ut peieret exorare

facile potero, nã q semel a ueritate deflexit, hic nõ maiorẽ religione ad piuriũ, q̃ ad mendaciũ pduci cõsueuit. Quis eñi depcatiõe deorũ nõ cõscientiæ fide commouet? ppterea quæ pœna ab dijs immortalibus periuro, hæc eadẽ mẽdaci cõstituta est. Nõ.n. ex pactione uerborũ, qbus iusiurandũ cõprehenditur, sed ex pfidia & malicia p quã insidiæ tendũtur alicui, Dij immortales hominibus irasci & succensere cõsuerũt. At ego hoc ex contrario cõtendo. Leuior esset auctoritas Cluuij si diceret iuratus, q̃ nũc est cũ dicit iniuratus, tum enim forsitã improbis nimis cupidus uideret, q qua de re iudex fuisset, testis esset, nũc omnibus inimicis necesse est castissimus & cõstantissimus esse uideat, q id quod scit familiaribus suis dicit. Dic nũc si potes, si res, si causa patit Cluuium esse mentitũ, mentitus est Cluuius? Ipsa mihi ueritas manũ iniecit, & paulisper cõsistere & cõmorari cogit, unde hoc totum ductũ & cõflatum mendacium est. Roscius est uidelicet hõ callidus et uersutus, hoc initio cogitare cœpit, quoniã Fannius a me petit. LLS. hij. petã a. C. Cluuio equite Roma. ornatissimo homine ut mea cã mentiatur, dicat decisionẽ factã esse, quæ facta nõ est. LL. S. ccchij. a Flauio datã esse Fannio, quæ data nõ sunt. Est hoc principiũ improbi animi, miseri ingenij, ullius cõsilij, quid deinde, posteaq̃ se præclare cõfirmauit, uenit ad Cluuiũ quẽ hominẽ? leuẽ? immo grauissimum, mobilẽ? immo cõstantissimũ, familiarẽ? immo alienissimum. Hunc posteaq̃ salutauit, rogare cœpit blande, & concinne scilicet mẽtire mea causa uiris optimis, tuis familiaribus præsentibus, dic Flauiũ cũ Fannio de Panurgo decidisse, qui nihil trãsegit, dic. LL. S. ccchij. dedisse, qui assem nullum dedit. Quid ille? ego uero cupide & libenter mentiar tua causa, & si quãdo me uis peierare, ut paululum tui cõpendij facias, paratum fore scito. Non fuit causa, cur tãtũ laborẽ caperes, & ad me uenires, per nuncium hoc

quod erat tam leue, transigere potuisti. Proh deũ hominũq; fidẽ, hoc aut Roscius unquã a Cluuio petisset, si. LL. S. Milies in iudiciũ haberet, aut Cluuius Roscio petenti cõcessisset, si uniuersæ prædæ particeps esset. Vix mediusfidius tu Fanni a Ballione, aut aliquo eius simili hoc expostulare auderes, & impetrare posses, qđ cũ est ueritate falsum, tũ ratione quoq; est incredibile. Obliuiscor enim Rosciũ & Cluuium uiros esse primarios, improbos temporis causa esse fingo, falsum subornauit testem Roscius Cluuium. Cur tam sero? cur cum altera pensio soluenda esset, nõ tum cum prima, nam iam antea. LL. S. hiij. dissoluerat. Deinde si iam persuasum erat Cluuio, ut mentiretur, cur potius. LL. S. ccclиij. q̃s. ccclиij. ccclиij. ccclиij. data dixit Fãnio a Flauio? cũ ex restipulatiõe pars ei⁹ dimidia Roscij esset. Iã ĩtelligis. C. Piso sibi soli, societati nihil Rosciũ petisse. Hoc cũ sentit Saturius esse apertum, resistere & repugnare cõtra ueritatem nõ audet, aliud fraudis & insidiarum in eodem uestigio diuerticulũ repperit, petisse inquit suam partem Roscium a Flauio confiteor, uacuã et integram reliquisse Fannij concedo, sed qđ sibi exigit, id cõmune societatis factũ esse cõtendo, quo nihil captiosius neq; indignius potest dici. Quæro enim potuerit ne Roscius ex societate suam partem petere, nec ne? si nõ potuit, abstulit si potuit, quemadmodum non sibi exegit, nam quod sibi petitur, certe alteri non exigitur. an ita est, si quod uniuersæ societatis fuisset, petisset, cum redactũ esset æqualiter omnes partirentur, nunquid petierit, quod suæ partis esset, nunquid cum abstulit, soli sibi exegit. Quid interest inter eum qui per se litigat, & qui cognitorem dat? qui per se litem cõtestatur, sibi soli petit, alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Ita ne uero cognitor si fuisset tuus, qđ uicisset iudicio, ferres tuũ? suo nomine petijt, quod abstulit, sibi non tibi exegit. Quod si quisquam petere potest alteri,

ὅτι ὁ ὁ

qui cognitor non est factus, quæro quid ita cũ Panurgus es- set interfectus, & lis cõtestata cũ Flauio dãni iniuria esset, tu in eam litem cognitor Roscij sis factus, cũ præsertim ex tua oratione, quodcũq; tibi peteres, huic peteres, quodcũq; tibi exigeres, id in societatem recideret. Quod si ad Rosciũ nihil perueniret, quod tua Flauio abstulisses, nisi te in suã litem dedisset cognitorẽ, ad te peruenire nihil debet, quod Roscius pro sua parte exegit, qm̃ tuus cognitor non est fa- ctus. Quid enim huic rei respondere poteris Fanni cũ de sua parte Roscius transegit cũ Flauio, actionem tibi tuã re- liquit an non? Si nõ reliquit, quemadmodũ. LLS. ccclij. ab eo postea exegisti, si reliquit, quid ab hoc petis, quod p te p sequi & petere debes? Simillima enim & maxime gemina societas hæreditatis est, quemadmodũ socius in societate ha bet partem, sic hæres in hæreditate habet partẽ. Vt hæres sibi soli non cohæredibus petit, sic socius sibi soli non socijs petit, & quẽadmodũ uterq; pro sua parte petit, sic pro sua parte dissoluit, hæres ex sua parte qua hæreditatem adijt, socius ex ea qua societatẽ coijt. Quemadmodũ suam partẽ Roscius suo nomine condonare potuit Flauio, ut eam tu nõ peteres, sic cũ exegit suam partem, & tibi integram petitio nem reliquit, tecũ partiri non debet, nisi forte tu peruerso more quod huius est, ab alio extorquere non potes, huic eri pere potes, perstat in sententia Saturius quodcunq; sibi pe tat socius id societatis fieri, quod si ita est, quæ malũ stulti- tia fuit? Roscius qui ex iuris peritorũ consilio & auctorita- te restipularetur a Fannio diligenter, ut qđ eius exegisset a Flauio dimidiam partem sibi dissolueret, si quidem sine cautione & repromissione nihilominus id Fannius societa ti hoc est Roscio, debebat.

M.T.C. ADVERSVS VALERIVM ORATIO.

VM multa ſint Iudices quæ me idies magis ac magis excrucient: nihil tñ ē: in quo uehementius omnes cogitationes meas: oēs labores atq; ſtudia reponã: q̃ ut quoquo modo patriæ: cui om̃ia debeo: gratus poſſim exiſtere. An exiſtimatis iudices: cum in illa turbulẽtiſſima tempeſtate iactaremur: ut uos tãto ſtudio exorarem obſecraremq;: ut me fortunaſq; meas tueremini: quo diuti⁹ in hac uita eſſe uellem: cum iam pene de me actum eſſet: niſi ut amicis & patriæ aliquid dignum afferre poſſem? Quãobrem tametſi me in in tãta ſceleratiſſimorum turba tutus haud diu uerſari poſſe intelligam: conſtitui tamen donec uitam propemodum efflauero: nunq̃ pro bonorum defenſione ac improborum oppugnatione ullum uel periculum aut laborem ſubterfugere. Quod niſi pluribus iã menſibus auctoritate ſenatus ægiſſem: an tantam orbis terræ gloriam in hodiernum uſq; diem haberemus? Nonne Lucius Catilina homo omnium: quos ego nouerim aut legerim: ſceleratiſſimus: in foro: in curia: in templo deniq; iſto uolitaret? Quãtas igitur & dijs & mihi gratias perſoluere debetis: q; oībus emolumentis intermiſſis: magno cũ mei capitis periculo: hanc ciuitatem ab eorum incendijs templa, ac fana ſanctiſſima, a ſtupro uos liberoſq; ueſtros a ſeruitute prohibui? Si mediuſfidius de me in illo peſtifero atque funeſto reipubli. ſtatu actum eſſet: tota ne ciuitas omnium gentium ſedes atq; domicilium, tota reſpubli. tota deniq; Italia uno tempore concidiſſet? Sed o mors præclariſſima, o mors omni æuo a me optanda, modo ciues meos incolumes atque florentes reliquiſſe. Quid ergo in antiquis meorum

monumentis preclarius? Quid famosius meis potuissem posteris relinquere: quam una fere ac eadem nocte dici hanc urbẽ nobilissimam, cunctos populos atque gentes per me uno tempore conseruatas fuisse? Sed bene res se habuit: quod illam reipu. pestem a ciuitate: quam longo tempore suo uexauit arbitrio: uirtute mea: consilio: assiduitate: uigilantia deiecerim. Putabam equidem iudices postquam illud monstrũ atque portentum ab urbe expulsum esset: nos aliquando & ocio & trãquillitate frui posse, sed nescio subito atque repẽte pestis quaedam in hac nostra urbe orta sit, omnes quae iam bonos uexare ac trucidare incepit. Et si animus mihi magnus contra improbos nõ desit: tamẽ id efficere satis haud cõmode possimus: nisi uos adiutores habuero: qui multum iam pro rep. sanguinem effudistis. Quare adeste aequis animis, & si unquam improbos ulciscendi uobis animus fuit: praesertim cũ ad hanc patriae defensionem cunctis ex ordinibus electi fueritis: totum in hac causa effundite. Ego uero illud profiteor atque polliceor, me: si quid unquam aut ingenio efficere aut studio consequi potero: in hac causa ostensurum. Quare si me cõmotum, si turbatum, si uix spirãtem uidebitis: non ex aliqua inimicitia siue cuiusque gratia: sed reipu. salute id a me fieri iudicabitis. nihil est profecto iudices: quod mihi magis molestum sit: quam eum ad ciuium nostrorũ: quos mea uita semper cariores habui: accusationem impellor. Non enim totã fere uitam meam in iis artibus atque studiis consumpsi: ut eã in ciuiũ nostrorũ perniciem conuerterem: sed ut eos potius ab omni poena cũ maximo salutis meae discrimine liberarẽ: si tñ is ciuis habẽdus est: qui ciuitatem in dies subuertere ac bonorũ oĩm sanguinẽ effundere conatur. Quanquam eñ haec accusatio esse uidebatur: tamẽ si accurate ac diligenter inspicere uoluerimus: hanc ipam orationẽ non cõtra ciuem: sed pro oĩm incolumitate fore putabimus. Meo eñ iudicio hic

nominandus est ciuis: qui patriã suã diligit: ac bonos hoies saluos incolumesq; desiderat. Quare cum is non dico ciues suos amet: sed perimat, destruat, interficiat, atq; omni scelere uexet: quis iuste me cõtra ciuem agere criminari poterit? Merito itaq; accusationem pro ciuium salute, pro bonorum conseruatione, pro statu deniq; reip. q̃ contra ciuem recte denominare poterimus. Quintus Carbo iudices huius nostræ urbis nobilissimus, duos filios iam grãdes dimisit: quorum alter: cui lucius nomen erat: in græciam Athenas ꝓfectus. Is cum illum fere portum quẽ diu & animo ac mente exoptauerat, attigisset: a quodã eius inimico noĩe Stasia interficitur. Reliquus uero: qui sulpitius dicebatur, lõge a patre dissimilis, tandẽ uoluptati ac delitijs & amœnitatibus: quibus hæc ætas facile intercipit: se dare incepit. Hic Melinã. Cn. Domitij filiam: cum ab eo suscepta esset: cõsilio & adhortationibus Valerij: quem in hoc astare iudicio uidemus, repudiauit. Nã cum Valerius homo auarissimus Sulpitiũ non tenuissimũ habere patrimoniũ intellexisset: statim ei filiã suam noĩe Aureliã fœminã sane pulcherrimã: sed im pudicã tradere curauit. Atq; is non tantũ in cõuiuijs ac trĩpudijs: quibus hæc mulier aderat: uerum & in hortulis & balneis sæpenumero Sulpitiũ deducebat. Mulier uero inefrenata siue patris uoluntatem agnosceret, siue libidine flagraret: nõ modo hunc illis oculis: quibus inter se amãtes intueri solent: plane inspiciebat, sed utiq; in eius amplexũ irruebat. Atq; nulla iudices uos admiratio teneat, si ab ijs se flãmis circũueniri permiserit, quæ ĩ medijs hoĩm uiscenbus æstuãt, præsertim cũ iã firma & corroborata ætas in hoc se discurrere ꝑmiserit. Postea uero q̃ huius amore satis deferuisset, oĩbus cerimonijs q̃ inter nuptias pagi solẽt: eã in uxorẽ assumpsit. Nõ solũ eñ adolescentes: quibus ꝑ ætatẽ plura cõcessimus: sed etiã ipsi ætate & moribus graues tum et su

perbi has uix stãmas euitare potuerũt. S; cũ magnas inter se uoluptates cepissent, Aurelia Valerij filia interim grauiter morbo opprimitur. Valerius uero cũ eam prope aiam extremis (ut aiunt) labris, tenentem uidisset, animo uereri cœpit, ꝙ si hæc ante Sulpitiũ moreretur, se omnia illius bona amissurũ. Nouũ itaq; animo consiliũ uertere cœpit. Ac dies noctesq; cogitabat, quas ei posset insidias struere, quo illũ hac luce priuaret. Sic Scaurũ igitur ac Lesbiũ quos longo tempore in seruitute traduxerat, confestim ad se uocat, ꝓmittitq; illis, si Sulpitiũ uita priuarent, se illos statim manumissurũ. Hi aũt cũ se a tãto squallore atq; miseria unius morte liberari sane intelligerent, omnia ei peragere ꝓmiserunt. Nec mirũ iudices, cũ nemo tam demens tamq; parum de se cogitans fuerit, qui alienam uitam magis, ac suam diligeret. Hi nanq; ad uillam norbanam, quæ decem milia passuũ ab urbe distat, hora tertia tũ proficiscũtur, ad quam eo die Sulpitius adire constituerat. At is cũ semper una cũ .L. Sylla nobili adolescentulo ire consueuisset, illo ipso die solus se in uillam coniecit. In hunc itaq; Scaurus ac Lesbius de superiori loco impetũ faciũt, atq; illũ ipsum trucidãt. Deinde se in castra hostilia Lucij Cottæ sæpe inimicissimi contulerũt. Nam eo die, cũ Sulpitiũ quidam norbani mortuũ ĩ urbe nũciasset, Aurelia Sulpitij uxor magis dolore ꝙ̃ egritudine oppressa spirauit. Milonem interim summa uirtute innocentiæ, uite integritate, uirũ grauiter & inique Valerius Sulpitiũ ab eo cæsum criminatur. Hic tametsi constanter ac nulla animi ꝑturbatione in iudiciũ apparuisset, tamẽ scelere & crudelitate aduersariorũ in eculeo ac summo cruciatu a iudicibus iniectus est, ut si ꝗd de Sulpitij morte sentiret, id totum exprimeret. Valerius uero homo impurissimus, quo Milonis caput atrocius impugnaret, magnas in

ter eos inimicitias a primis usq; ãnis fuisse singulari copiá iudicibus rettulit. Sed posteaq; cũ summo corporis crucia-tu ac oĩ arte inuestigandi percũctati fuissent, nec ullã in eo suspitionẽ non mõ uidissent, sed ne, suspicari quidẽ potuis-sent, eũdem pari oĩm iudicũ. Cæterarũ rerũ p̃stãtior erat. Quæ oĩa certe amittere sperabas, si post filiam tuã uixisset. Quãq; uos Iudices ex ijs quæ nup a me hoc in iudicio recitata sunt, huius hoĩs auaritiam cognosce re uideã, reliqua tñ maiora cognoscite, q̃bus tñ facilius sta tuetis, quid nos de hoc hoĩe iudicare coueniat. Si.n. seruos tuos nullo scelere imbutos, nulla cõsciẽtia læsos intelligis, q̃d est cur eos tui defendẽdi causa ijs iudicibus non accede re iubeas? Ego hac semper iudices opiniõe tractus fui, ut eũ qui nihil cõmiserit, sibi nullã pœnam timere existimarẽ. Nã uidet optimã conscientiã inesse qua se contra oẽs insidias at q; uim posse defendi arbitratur. Tantã hercle potentiã sem per ueritas habuit, ut nullis machinis aut cuiusq; hoĩs in-genio aut arte subuerti potuerit. At licet nullũ in causis pa tronũ aut defensorẽ obtineat, tñ per se ipsa defenditur. Dij immortales quãta p̃prietate, quãto robore atq; animi ma-gnitudine is semp extiterit, qui uitã sibi integrã fore intel ligit, difficile dictu est. An ignoratis iudices, cũ M. Didius homo sane nobilissimus pridie uobis accusatus esset, q̃ Dru sum hoĩem huius nostræ urbis sapientissimũ interfecisset, quo uultu, qua claritate in iudicium apparuit? Quid de Lu cio Castritio uiro fortissimo atq; integerrimo dicam, qui anteq; a nobis citatus esset, in iudicium apparuit? Quid de Popilio clarissimo atq; sapienti uiro commemorabo? qui cum apud senatũ grauissimis accusationibus a quibusdam pessimis hominibus diffamatus fuisset, ad eius defensionẽ presto aduolauit. Quid de Mario homine nobilissimo atq;

cuſtode dicam ciuitatis, qui cũ a ſenatu ex urbe repulſus eſ
ſet, ea, quæ in eum falſo ficta & cõflata fuerant, diluere uo
luit? Quid ita? quia ſe ſine ſcelere, ſine crimine fore intel-
ligebat, ſperabátq; plus ueritatẽ q̃ multorũ inuidiã, ĩ hac
libera ciuitate poſſe debere. Scaurus uero ac Leſbius non
modo coram uobis apparuit, ſed poſteaq̃ cædes facta fuit,
quo a ueſtra poteſtate tutiores forẽt, ſe in caſtra munitiſſi-
ma nobiſq; inimiciſſima contulerũt. Quis undiq; tantæ po
tentiæ fuit, qui illã ciuitatẽ aut iuribus, aut ui ulla Martis
ſuperare ac deuicere potuerit? Quotiẽs a noſtris maiorib⁹ hæc
ciuitas nõ bello, ß & telo petita fuit, quæ nõ ſolũ noſtri im
perij gloriã ſuſtinuit, ß ſæpe noſtros claros duces afflixit?
Quot noſtra reſp. ex hac una ciuitate calamitates ſuſtinuit
Quam.n. luctuoſa atq; acerba illa labes noſtræ reip. fuerit,
quã ſuperiori tẽpore accepim⁹, facile pretereo, ne noſtra ma
la renouare uidear, quæ tanta fuerunt, ut iam ipſa numina
eo ipſo die contra nos pugnaſſe uideantur. Nemo noſtrorũ
fuit, qui non aut captus, aut in ore gladij ab hoſtibus inter
ceptus fuerit. Quare cũ ad uos hi accedere dubitant, atq;
in caſtra hoſtilia ſe ipſos contulerũt, cui mirũ uideri poteſt,
maleficiũ ab eiſdem eſſe commiſſum? Video ſatis optima no
ſtræ cauſæ fundamenta per me inuecta eſſe, modo cætera,
quæ ſequuntur, benigne atq; attente audieritis. An adhuc
iudices dubitatis, quid uos de hoc homine iudicare conue-
niat, præſertim cum a primis uſq; annis in omni genere fa
ctionis perdebacchatus fuerit. Nonne cũ cuncti furore tri-
bunitio uexarẽtur, cũ illis ſicarijs manu electa ad deſtru-
endam remp. eras? Quid aliud in illis furoribus & amen-
tijs tuis exoptabas, niſi ut ſanctiſſimam patriam in cinerẽ
conuerteres? & bonorũ ſanguine ac miſerijs plurimorũ ra
biem tuam ſaturares? Sed ea prætereo iudices flagitia, fur-
ta, atq; homicidia, quæ is furcifer in hac urbe admiſit, quo

niam uobis

niã uobis nota esse arbitror. et ad ea: quæ in puincijs exteris nis atq; oris cõmisit, orationẽ meã cõuertã, quo facilius ex uestra animi prudentia statuatis, quantã orationi meæ fidẽ uos adhibere cõueniat. An uidelicet ullũ in Asia religionis aut pietatis tẽplũ a tuis rapacissimis manibus cũ in ea ipsa puincia quæstor existeres: intactũ reliquisti? Nonne illud Iouis simulachrũ: quod ab hominibus asiaticis ob perpetuam memoriã: quã ipsi de hostibus habuerãt: summa religiõe ac cerimonijs dedicauerãt: furtim atq; clãdestine substulisti? An ulla domus diues atq; potens citius unq; manibus libera fuit? Multos prætereo uiros singulari innocentia, uirtute, religione præditos grauissimis accusationibus nõnunq; & testib' timore ac pecunia corruptis. ut magnã solũ ab eisdẽ pecuniam eximeres: qui cũ tuã inexplebilẽ auaritiã cognouissent: magna se ui auri atq; argenti a tuis manib' liberarũt: cũ quendã iudicem noĩe Iubam hominẽ sane diuitem nisi unicũ habere filiũ intellexisset, quem magis seipso diligeret: statim eũ quadã coniuratione conscium fecit: quẽ postea pater decem milibus nũmum absoluit. Prætereo multos: quos sane cũ eis ornamenta surripueris: in puteos obiecisti. An ullum esse in Asia fanũ non modo a rabie tua: sed a libidine incorruptũ atq; immaculatũ es passus? Sed te Iuppiter deorũ parens, qui huic nostræ urbi præsides: appello. teq; Tritonia pallas omniũ cõsiliorũ meorum adiutrix. teq; Latona: quã: cum Iuno persequeretur Apollinẽ atq; Dianã in insula ægeo mari posita poetæ in suis fabulis peperisse prodiderũt. appello obtestorq; omnes deos deasq;: quorũ altaria iste furcifer destruxit atq; sua libidine aspsit: ut sicut Catilinam omnium bonorum corruptelam confeci: ita hunc nefarium hominẽ hodierno die possim opprimere. Sed quis de hoc homine satis loqui posset: nonne id quod tãto studio: tanta sollicitudine: tanto deniq; oculorum flagrore require

bas cōmisisti? An nō adhuc uoraginem tuam miserijs alio rum saturasti? Quid amplius reqri quod aut facinorosum aut scelestum dici possit? Nonne in omnes amicos, in parentis propinquos sceleratus extitisti? Nonne amplissimas tibi copias ex aliorum sanguine comparasti? Auaricia insatiabilis: quæ immensa & incredibilia potes. Ita enim hominum mentes astrictas tenes: ut eas nullo tempore respirare permittas. Multa uerba mihi fecisse uideor quibus æquo animo intelligere potuistis: quantam orationi meæ fidem uos adhibere conueniat. Quod si tamen ad reliqua ita mihi attenti eritis: ut in superioribus fuistis: faciam profecto ut uerius esse: id quod de Valerio dicetur, intelligatis. Cur Sulpitium tanto studio atq; labore: ut ad uillam Norbanam proficisceretur, hortabaris: cum alio ire statuisset? Illud enim rettulisti: quod maiorem in ea uoluptatem perciperet: cum omnium ferarū uarietate plena atq; referta fuisset. Sed uide Valeri: ne ijs rationibus potius insidias: quas illi magno cum ingenio struxisti, q̄ tuæ causæ defensionem ostentes. Quid de uilla Tusculana cæterisq; innumerabilibus huius. Tātum enim misericors, tāq; pius in eos ero: qui e domo me exturbarūt, fratrē meū trucidarunt, quātū ipsa resp. patietur. Omnia profecto: quæ a nobis geruntur: nō ad meam utilitatem, commodum, aut ad explēdas inimicitias, sed ad patriæ salutem conferre debemus: tum ex ea ipsa honores, magistratus, ipsam deniq; uitam: qua fouemur: consecuti fuerimus. Satis itaq; hoc in breuissimo uitæ curriculo erit, si meritas patriæ laudes pro tantis in me beneficijs persoluere potero. Eo enim potius uitæ nostræ ratio trāsmittenda est, ut magnam nostri nominis famam ex maximis in rempub. meritis collatis, posteris relinquamus. Sed iam ex te fugitiue requiro: quotiens Scaurum atq; Lesbium interficere curasti: ne quando maleficium: quod tuis præceptis

admiserunt: patefacerent? Sed ne sic iudices post tot firmissima argumenta atq; signa: quibus nec precio corrũpi, nec gratia flecti potuistis, me amplius terere tempus patiamini. Nec quisquam tam parui sensus est: qui cum Sulpitiũ mortuum esse intellexisset: non abs te occisum fateretur. Videor iudices orationem meam tutus per saxa & scopulos traduxisse. Nunc perfacilis mihi cursus ad ea: quæ sunt dicenda: conceditur. Sæpe illud mihi ab aduersarijs meis obijcitur, me quodam inueterato odio atq; inimicitia: quæ semper inter nos ab ipsa pueritia fuit: ita acriter Valerij caput impugnare. Ergo te mihi Valeri hostẽ putaui semperq; putabo: donec illum inflammatum animum tuum uersus Rempub. atq; omnes bonos armatum detinueris, & auariciam singularem ab aliorum gazis non restrinxeris. An ullam tecum inimicitiam: nisi reipu. causa unq̃ suscepi? quam cum abs te lacerari ac penitus scindi uiderem: non modo te mihi clam inimicissimum: uerumetiam in medio senatu dicendum esse putaui. Proinde non te: sed furta, homicidia, libidinesq; innumerabiles: in quibus semper uolutatus es: mihi infesta semper indicaui. An est quisq; uestrum iudices, tam parum de patria caritate cogitans: qui non eum hostem omni odio dignum putet, qui sanctissimam patriam: qui bonos homines: qui hanc urbem totius Italiæ decus, ac omnium gentiũ sedem extinguere conatus fuerit. Sed te Lẽtule appello: qui semper in omnibus Reipu. periculis propulsandis nõ modo mihi socius: sed etiam princeps extitisti, qui hanc urbẽ quorundam carnificũ scelere debilitatã ac pene ad interitũ prolapsam, tua præstantia, constantia, uirtute, fortitudine, in sedẽ dignissimam erexisti. Quintũ enim Liciniũ affinẽ tuũ: cũ in illa Catilinæ cõiuratiõe cõprehẽsus esset: nõ mõ inimicissimũ indicasti: sed ipm una cum cæteris competitoribus morte mulctasti. Quid i albutio reip. amore ægisti? quẽq; cũ

neminem in hac urbe eo ipso cariorem haberes, tantũ rebus tuis inimicissimũ ex quodam in rep. delicto admisso putasti: ut nemo de cætero te cum eo loquentem uiderit? Quid ita? Quia semper ea uirtute fuisti: ut plus sanctissimam patriam: q̃ liberos, q̃ propinquos apud te ualere debere iudicasti. Quis enim esset tam ingratus, tam impius, tamq; nullius humanitatis: qui si patriæ merita resumere uellet: nõ eã magis: q̃ semetipsos diligeret? Quis eum præstantissima fortitudine atq; constantia cum pestem quæ in dies insidebat nunq̃ remissuram: ut ab Apollinis oraculo acceperat: esse intelligeret, nisi unus omnium salutis causa in uoraginem se proiecisset: sponte atq; libẽti animo pro patriæ salute occubuit. Quam multi ex hac una ciuitate uiri p̃stantissimi fuerunt: qui pro incolumitate patriæ, pro bonorum omnium conseruatione in medijs hostium telis se minime offerre dubitarũt? Et q̃q̃ de se nemo satis honeste ac sine multorum inuidia loqui queat: tamen petam a uobis ueniam, quoniam ab inimicis meis urgeor: si paulo altius uitæ meæ rationes quasdam singulari laude explicauero. Nullũ fuit iudices tempus: in quo aut non aliquid scriberem, aut legerem, semperq; illis me artibus dedi, quibus aliquid aut amicis aut patriæ dignum afferre possem. corroborata uero ætate quid pro reip. salute agerim, facile prætereo. Et q̃q̃ præter te nemo neget: tamen pace omnium dicam, hãc ciuitatem, hos liberosq; uestros per me uno tempore cõseruatos esse. Ego ciuitatem metu ac armis perculsam mea uirtute liberaui. Ego uos omnes in acerbissimo seruitutis iugo submissos, meo præstãti ingenio redegi. An quisq̃ uestrum tãta eo tempore audacia fuit? qui Catilinam in foro uolitantẽ ac bonos perimentem aggredi auderet: nisi ego ei cum paucissimis amicis in primis obuiã fuissem? Nonne illo die cru-

delitatem suam bonorum sanguine saturasset: nisi ego quasi e cœlo missus hanc beluam confecissem? haud quemq; iudices Catilina eo tempore quo cuncti nos omnes obsessi tenebamur: tanto studio ex omni urbis parte, q̃ me ipsum quæritabat. Quid ita? quia neminem q̃uis nos omnes reip. amatores intelligeret, in urbe me ip̃o adesse putabat, qui magis R.P. statum diligeret. Sed bene se res habuit: q̄ paucorum uirtus atq; constantia, plurimorum satellitum audaciam deuicerint. Dij immortales tametsi uos semper excoluerim: tamē eo die facile dijudicare potuistis: quo animo uersus uos sim atq; fuerim, qui illam pestiferam flammā a templis atq; delubris uestris prohibere, q̃ meam domum seruare malui. Sed longius oratione mea sum progressus: atq; mihi cōstitueram: q̄ patriæ caritate, tum etiam uestra in audiendo humanitate euenisse existimo. Quod si me uerbosius ĩ his quæ a me acta sunt plane reddiderim: in reliquam dicendi partē compensabo. Nullam orationem tecum, inimicitiā nullo tēpore aliqua de causa suscepisse ꝓfiteor: nisi q̄ te patriæ hostem, bonorum omnium subuersorē fore cognoui. Quis grauiores in hac urbe cum. C. Cæsare inimicitias me ipso suscepit? q̄ tanto in me odio exarsit: ut nihil aliud q̃ mortem meam: & interitum in hac uita quærere uideretur: qui cum annis crescere cepisset: ac illam singularem ac prope diuini sui animi uirtutem quibusdam pessimorum hominum cō uersatione iam denigratam & offuscatam ad reipub. salutem reuocasset: tantum me diligere & ipsum amare incepi, ut nihil nobis absentibus iucundum esse posset. Nec aliqua uelim. C. Cæsar. uersus me iracūdia mouearis: si aliqua quæ non abs te, sed aliorum consilijs facta sunt: in ipso iudicio: in quo plurimis honoribus usus es, recitauero, cum nemo: quis tibi sit animus: dubitet. Nam nisi no-

stræ urbis locis diceretur: quibus tanta inest oblectatio: ut etiam ipsos deos recreandi causa deuenisse credam. Quot agri, quot loca sunt in hac regione: quæ uillam norbanam & uarietate locorum, & multitudine ferarum, & abundantia fontium antecedunt? Sed alia: crede; mihi ratio ad hāc te adhortationem impulit, quia seruos in eo loco insidijs positos esse sciebas. Age uero quotiens eo in loco maleficiũ commissum atq; perpetratum fuit? Nonne in siluis, in nemoribus dēsis occisus est: ubi uox eius nec audiri, aut intelligi poterat: cuius morte an ullas lachrymas emisisti? aut ullam uestem: ut illis: quos caros habemus: queri uides: plane mutasti? Si enim tantum: ut nobis persæpe dixisti: hunc adolescentem diligebas: non ipsius amissione in lachrymis, in squallore continuo fuisses? Respicite quæso iudices quantum ex huius adolescentis morte dolorem conciperet: cum eo die quo cæsus esset: quādam ingētem Licinio pecuniam, quam Sulpitio tenebatur: fecisset. ij sunt dolores, hæ sunt lachryme: quas pro ipso effudit. Sed ut rem uno tibi uerbo explicem: nō Sulpitium, sed eius possessiones, agros, domos, immensamq; pecuniam diligebas. Reuocate animis iudices eandem fere causam Marco melino & Iugurtha cōsulibus in iudicium aduectā fuisse. Quintus iudices homo cū egregie doctus, tum nostræ urbis amantissimus, quendam filium Tiberium quibusdam affinibus suis in tutelam amisit, qui cum in foro hora tertia incolumis atq; lætus uisus esset: decima hora diei animam efflauit. Cum uero Annius Rufus de huius adolescentis morte tam subita atq; improuisa cognoscere statuisset: Baium medicum famosissimum eo ipso die conuenit: qui cum puerum q̄primum uidisset: eum statim ueneno necatum esse iudicauit. Nec mirum iudices cum nemo tam firmum habuerit præsidium: quod auaricia

non infregerit atq; debilitauerit. Sed nescio iudices quid amplius a me in hac causa expectetis: cur sententiam uestrã contra hunc impurissimum hominem inferre dubitetis: præsertim cum seruos suos insolita eius consuetudine manumiserit: qui se postea in castra hostilia contulerint. cumq; tantum ei emolumentum ex huius adolescentis morte peruenerit: cum a nullo etiam scelere iste furcifer usq; abfuerit. qđ si aliqua fortasse uobis animo esset agnoscere: quæso saltem uestros animos uerbis meis attẽtos benignosq; præbete. Cũ Sulpitius iudices Maniliũ eius socium: sine quo nequaq̃ ire uisus est ad uillam norbanã: in qua postea occisus est: secum adducere statuisset: huius Valerij adhortationibus supersedit. Quid ita? Quia se commode illam suam crudelitatem haud explere posse intelligebat. Aut enim duos una hora tollere necesse fuisset: aut res ab eo: qui e manibus aufugisset: patefacta fuisset. At reminiscite quæso iudices, atq; in animos uestros infigite, quanto timore, quanto pallore iste cum a uobis accersitus esset in iudicium: apparuit. I. .f. posteaq; huius rei una fere & eadem uoce reus fieri audisset, q̃primum omnes ad seipm̃ uocauit, eosq; magna pietate atq; lachrymis amplectendo osculandoq; dimisit. Qui eum rei nouitate ac subito terrore perterriti patrem percunctãtur: quid esset: q̃ eum tot molestijs atq; doloribus afficeret, quibus cum multa ex eo p̃q̃sissent: inq̃t, ego uos oẽs paterno auxilio spoliatos desero, obtestorq; ut cũ animã expirauero meam: me mortuo reminiscamini. Præterea se ad Domiciã ipsius uxorem cõuertit. Te inquit p̃ sanctissimum coniugiũ nostrum, perq; illam in uos pietatem, qua uterq; nostrũ cõiuncti eramus: imploro: ut illos paruulos tuearis. Quod si tuo cõsilio

obtemperassem: plane in has perturbationes quibus nūc sumus atq; grauiter urgemur: minime incidissemus. Illud ēt obliuisci nō debetis: qđ uobis ægerit: cum in iudiciū pedem in primis referret: qui posteaq̄ loqui cœpisset: ait uos oro: ut me cito hac luce priuetis. Aut enim uos iudices nequissimos fore existimabat, aut se morte dignum putabat. Quid? si optimā conscientiā & nullo scelere pollutā habuisset, nō ne uos q̄ causam æquo animo audiretis: exorasset? Sed quia non modo morte dignum: quæ leuissima sæpe habetur, sed exquisitissimo se dignū supplicio intelligebat: ideo ut eo absolueretis, obsecrauit. quid si nullū facinus admisisset, uos a Publio Seruilio ac Quinto Vareno: a quibus suis exorare fecisset: quorū preces apud uos multū profuturas sperabat? Sed una me res in hac iudices causa consolatur, q̄ uos in superiori tempore fortissimos atq; in iudicādo seueros fuisse intellexi. An existimatis iudices nostros ciues adeo dementes fuisse, ut se illis committerent: qui aut pecunia corrumpi aut cuiusq; hominis gratia pro p̄cibus flecti: aut minis terreri possent. Sed unum est, quod æquo satis animo perferre non possum: qđ uideam Quintum Hortensium summa eloquentia præditum crudelissimi hominis causam defendere. Noli ea Quinte Hortensi studia: quæ ab ipsa infantia didicisti: quo patriam tuam labore atq; industria conseruares: in eorum defensionem conuertere, qui illam ipsam funditus euertere moliuntur. Tametsi multa in hac tua oratione contra consuetudinem tuam ægeris: tamen cum præteriti temporis res tuas in Republi. gestas mente ac animo considero, non dubito quin ea consuetudine sis qua superiori tempore fuisti: cum ciuitatem, nos omnes, sæpenumero tua uirtute, consilio, auctoritate conseruaueris. Non solū enim cum Catilina sicarijs atq; satellitibus suis forum im

pleuisset, socius ad eas ipsas flammas extinguendas fuisti, sed etiam summo tui capitis periculo princeps esse curasti. Quare nisi nouam hodierno die opinionem de te a cunctis bonis, a populo fieri uis: uidendum est: quibus rationibus ab hac te oratione seiungas. Neque uero ornandi causa: ut tu in iudicijs persæpe facis: longe uagari expedit: quo eloquentissimus in tanto hominum concursu habearis, cum omnem infinitam ac pene diuinam eloquentiam tuam non tantum in hoc iudicio, uerum & in publicis priuatisque rebus admiratus fuerim. Nemo hercle nostrorum est tam parui ingenij: qui eo modo: quo hic mirifice usus es, se dicere aut dicturum esse nullo tempore speret: præsertim cum tuã in publicis ac forensibus causis uitã expleueris. Quid enim iniquius esset: quam ego: qui nunquam fere hoc forensi dicendi genere usus sum: non æquitate in iudicio, sed eloquentia cum patrono disertissimo atque exercitatissimo contendere. Sed non constet dicendi copiam, non illam tuorum oculorum asperitatem qua sæpe in causis uti soles hi iudices exquirunt, sed ut tempori cedas, ac æquitati parcas. Aliud siquidem curia: mihi crede: aliud forum, aliud denique ipsa litigantium ratio requirit. Quia aut honoris causa inter litigantes fieri solet. sed ad te fugitiue reuertor, postquam illam reipub. pestem ex oculis tuis amoui, tuam uideo loquacitatem atque ineffrenatam audaciam impeditam & retardatam esse. Quid est autem: quod nunc me pie appellas: cum in illo tam incesto atque sanguinolento reipu. statu: quã paucissimis armatis arbitrio tuo uexabas: mihi non tanquam manibus: sed oculis & supercilijs mortem indicares. Omitto quæ in domos, in agros, in prædiaque in ea illa sceleratissimorum turba egisti. Mitto cæterasque innumerabiles res illo ipso impetu abrasisti. Et quamquam hæc iudices grauia mihi atque acer-

ba eo tempore fuerint, præsertim cũ fratrem meum optatissimum in medijs armatorũ cateruis trucidatum ac pene interfectũ reliquissent, tum hæc omnia uelut antiquitate deleta e memoria ceciderunt, tua præstantissima uirtute atq; sapientia hanc urbem recreasses, uidebam totam Remp. ac pene Italiam cum nominibus omnibus ruituram. Quare si quando alienus uersus Remp. esse uisus es, nõ tibi, sed pessimis adhortationibus ascribendum censeo. Nam ut in gemmis fieri uidemus, quæ quamuis in lutũ abijciãtur, fulgorẽ tñ & proprietatẽ nõ amittunt: Sic enim tibi. C. Cæsar euenit, qui ꝗuis tenebris quibusdam imuolutus esses, nõ tamẽ optimam naturã tuam, quam nõ ex homine, sed ab ipso deo genitã putamus, amisisti. Quid de Calphurnio affine meo dicam, quem posteaq; illius Catilinæ coniurationis consciũ deprehendissem, non tantũ secum loqui, sed ne uisendũ quidem putaui? Qui cũ unius errati ueniam supplex a me petiisset, subito in pristinam mecũ gratiam redijt. Quod si me quispiam fortasse aut inconstantẽ aut leuẽ criminabit

cum alterum mihi hodie carissimum, eundem paucis post diebus atrocissimum inimicum appellem, non satis eum uitæ meæ rationes cogitasse putabo. Non enim ut cæteri solent, dolori aut iracundiæ meæ pareo, sed omnes rationes meas, oẽs uigilias ad patriæ salutem conuerto. Et ꝗq; mihi permolestum iudices fuerit, ꝙ domũ meam is furcifer subuerterit, agros destruxerit, tamen hæc omnia sibi remisissem, modo Rempu. de cætero diligeret. Nonne chanusius Norbanus ad bonorum cædẽ, ad meæ domus uastitatẽ studio inflammato fuit? Quid de calphurnio dicam, qui ex

maximo in me odio agrorũ meorum arbores euertebat? Praetereo Clastidij odium, cuius furore nõ tantũ sanctissimam patriam deseruit, sed etiam me ipsum saepenumero ueneno tollere curauit. Mitto caeteros innumerabiles huius nostrae urbis homines, qui me mari terraq; persecuti sunt, quorũ dignitates nunc postq; animũ in Remp. mutarunt, adeo caras habeo, ut magnum non dico damnũ, sed praemiũ ab eisdem suscepisse uidear. Nã illis facile ignoscitur, qui nõ perseuerare, sed ab errato se reuocare moliuntur. Etsi enim nõ minima per hos uiros, quos nõ odio aliquo, sed amore nominaui nostrae Reip. iniecta sunt, tamen maiora deinceps ipsorũ uirtutibus, cõsilijs, auctoritatib9 assecuti sumus. Quare si Caesaris odiũ placaui, si a me hi qui domos, agros, caetera q; bona conculcarunt, tenui depraedatione ac precibus ueniam impetrarunt, quid est, cur ullã tecũ nisi Reipubli. causa inimicitiam possim habere? Atq; nisi odium in Repub. tuũ deposueris, nisi te ab aliorum cõiugibus ac liberis refrenaueris, nisi tuas rapacissimas manus ab aliorum pecunijs gazisq; restrinxeris, ego nunq; me tibi amicum profitebor. Sed quisnam est tam rerum humanarum imperitus, qui aliquam de te spem ullo tempore optimam possit concipere, cũ in omni flagitiorũ genere a primis usq; annis consenueris? Est.n. perdifficile his qui optimis se disciplinis atq; artibus dediderũt, ꝓpter maximã libidinosorũ multitudinem frugi posse euadere. Tu uero, qui nullam in corpore tuo uirtutẽ admisisti, ĩ aliquam bonam frugem euades? Ita enim te ab ipsa infantia instituisti, ut non minimum in breui patrimoniũ deuorares. An ulla tui corporis pars a turpitudine uacat, cũ persaepe mulieribus uir, atq; mulier inter uiros extis

teris. Quot huius nostræ urbis adolescentulos, qui mirabili uirtute præditi erant, quibusdam tuis adhortationibus e recta uia declinasti? quos nunq̃ misisti, donec illis tuam libidinē ipressisti. Cũ.n.(attēdite quæso iudices huius ægregij uiri laudes) is a patre Athenas decem annorũ missus esset, nõ illos pro sua facultate doctores qui in cõtinuis nos sudoribus adhortantur, non modo ad audiēdos, sed ne uisendos quidem putauit. Illis uero familiariter utebatur, qui totam beatitudinē in corporis uoluptatibus eē differebant. Quis hoc uiro ardentior? Quis fauētior erat? Quot indies de ijs hominibus græculis tecũ afferebas, qui tota die de uoluptate, de libidine, deq; omniũ ciborũ genere disputarent? An quisq; nostrũ iudices fuit, qui eũ de honestate aut uirtute undiq; loquentem audiuerit? At quidem dies noctesq; excogitat, quomodo nouũ luxurie genus inueniret. Nec quisq; est, cũ de uoluptatibus sermo habeatur, quem iste nõ ægregie superet. Age uero quãta iste auaricia semper fuerit, homines asiatici nõ opinione tacita, sed ipsis oculis intuētur. An ullũ in ea prouincia templũ aut deorũ imagines fuerũt, quibus iste aurum & ornamenta non surripuerit? Nullius diuitis domus fuit, cui maximas īsidias nõ instruxerit. Nulla mulier famosa, quam iste aut ui, aut timore, aut præmio, libidine sua nõ immaculatam dimiserit. Ita enim totã illam prouinciam deuastauit, ut semper in ea bellũ nõ externum, sed domesticũ atq; intestinũ fuisse uideatur. Sæpe iudices ab Asiaticis cõmemorari audiui, non Hannibalem aut quēpiam aliũ hostem tantam suis urbibus calamitatem intulisse, quantam is imperator noster uel potius deprædator illis uno anno intulerit. An undiq; ille Hannibal cũ oĩa hostili incendio surriperet, Apollinis templũ atq; Dianæ quod nõ modo spoliasti, uerũetiam libidine tua aspersisti? Quare nõ meremini, si tanto odio apud exteras natiões inuisi sumus

cũ illos imperatores in prouĩcias mittamus, qui nulla ipos ex parte belli tuentur, ſed maxima eiſdem per noſtros imperatores inferũtur. Niſi equidem plancius eo anno pro quæſtore a nobis in illis oris miſſus eſſet, Aſia fertiliſſima nobiſq; amiciſſima, poſt huius uiri auariciã atq; immenſam crudelitatem, iamdiu ſpoliati atq; uexati non amplius ſuſtinere poterat. Si quidem plura de hoc homine ueſano ac perdito commemoro, cuius impunitatem ſæpe ipſi uidiſtis. Atq; omiſſis rapinis, furtis, homicidijs, quæ in externas natiões admiſit, quot in hac urbe homines falſis criminibus, teſtibus precio corruptis læſit? Quot igenuas mulieres ſtuprauit? Nec illud obliti eſtis, cũ Catilina ciuitatem armis obſeſſam teneret, quo uultu, quibus ſupercilijs, uoce tremulẽta, buccis fluẽtibus uolitaret, quod aliud nullo funeſto Reip. ſtatu quæritabat, niſi ut uos itemq; oẽs bonos e ciuitate proijceret, quo liberius illis ſuis ebrietatibus ciuitatem ſuo arbitrio uexare potuiſſet. At quotiens me in illa flamma atq; publica obſidione palam illa ſua uoce rauca uouerunt. Sed nihil eſt iudices, quod ægre, aut moleſtius feram, q̃ quod illos ſiqdẽ quos in illo furore iſte aut interficere potuit, nũc in ocio atq; trãquillitate ĩterfici uideã. Quæ cum ita ſint, an ego te ullo tempore mihi amiciſſimum putabã. Sed uide ne poſt hæc me tibi inimicũ appelles, ne taliũ inimicorũ cõſilijs & auxilijs obruaris atq; pœnã pro homicidijs, furtis, cæteriſq; flagitijs, quæ ſigillatim admiſiſti, nunc coacervatim luas. Cur igĩt tibi inimicus uidear? Quia in ea uirtute audaciã tuam fregi, petulantiã reſtinxi, ciuitatẽ a manibus liberaui, & bonos oẽs uno tempore a tua crudelitate prohibui. Sed iam ex me ſatis de hoc hoĩe dicta ſunt, nunc ueſtræ iuſticiæ & ſapientiæ conuenire arbitror, ut qđ maiores ueſtri cõtra illos iudicauerint, q ciuẽ romanũ necaſſent exerceatis. Tametſi acriter in oẽs, qui aliquid in ſua rep. ad

mitterēt, plane animaduerterēt, tñ exq̄sitissimū semꝑ illis iudiciū intulerūt, qui ciuem a sua rep. priuassent. Quæ eñi pōt pœna cū hoc scelere comparari? Quod supplicium satis huic reo posset dignū inueniri? A maioribus siquidem nostris leges nulla alia de causa sunt ĩuctæ, nisi ut ciues suos incolumes conseruarent. Quare si nostrorū maiorū institu ta, labores, pericula quæ in conseruandis ciuibus impende rūt, haud negligere uultis, uidendū est, ut Valerius patriæ subuersor, bonorū oppugnator, dignam pro suo scelere pœ nam luat. Et illud a uobis, qd' medici diligenter in curãdis uulneribus tenent, a nobis conseruari conuenit, q̃ membrū sæpe putrefactū incidunt, atq; in totū eradicant, ne aliã cor poris partē labefactare ac corrūpere possit. Necesse ē si rem pu. saluam eē uultis, ut perditissimos homines in hac urbe penitus extirpetis, ne corruptus ĩtegro, uiolatus casto labē infringat. Nec in tanta Reipu. salute pios nominari & dici expedit: sed fortiter ferrum ac forcipem imprimere. Quis enim est tam in iudicando seuerus: qui dignos posset illi cru ciatus ascribere, qui patriam omni scelere oppugnarit, bo nos destruxerit, ac ciuem bene de repub. meritum omni sup plicio necarit? Dij immortales hoc tantū nefas, tam horribi le, tã inauditū, inultum relinquetis? Sed te Iuppiter deorū parens: qui hanc urbem cunctamq; Italiam ab incendio: & uastitate liberasti: in primis obtestor: ut quamuis sero: tamē hodierno die in hunc nefarium hominem: qui templa tibi dedicatissima spoliauit: uim tuam ostentes. Teq; Latona: cu ius aras Iuuenili sanguine & funesta cæde aspersit: ĩuoco: ut hanc pestem atq; portentum a nostris oculis eripias. Sed iam iudices lachrymis ac dolore debilitor, nec amplius præ nimio dolore ac mœrore possum loqui. Nam cum reliquos fere huius urbis circumquaq; astare uideam: qui tametsi nullas lachrymas palam emittant: nemo tamen est qui non

clandestine atque furtim summos questus effundat. In hac ipsa causa sine summo dolore uersari nō possum. Nec quisquam est, qui tantam supplicij ultionē a uobis expectet, sed etiā de se ipsis, de liberis, de fortunis suis hodierno die decertari putant. Qui nisi uos satis ad hanc rem inflammatos aspicerent, omnes hunc puniendū una & eadem uoce, qua longe audiri possent, exclamarēt. Vident profecto si hæc belua uestris sententijs absoluta erit, totum Reipu. statum in breui esse ruiturum. Quis enim esset tam potēs, tamque audax, qui effrenatam eius temeritatem sustinere posset, cū in primis neminem neque parem neque superiorē pati posset. Itaque nisi pessimorum hominū mentes inflammare uultis, uidendū est qua ratione cæteris ex hoc uno exemplū prebeatis, quod cum uos seueros in sententijs iudicando esse aspicient, oēm illam superbiam atque crudelitatem deponent. Videor uidere iudices sanctissimam patriā qua nihil dulcius, nihil carius in hac uita esse potest, ante pedes uestros prostratam esse, ut eam ipsam a perditorum manibus conseruetis. Quare si cunctos bonos, si patriam, lares, penates, uos denique metipsos diligitis, uidendum est, ut hanc urbem in multorum scelere perterritam, sententijs uestris recreetis, & falsam nominis famam a uobis repellatis.

DE PETITIONE CONSVLATVS AD Q: aut. M. Ciceronem fratrem. Quod opusculum pars. M. Ciceronis, pars Quinti esse uolunt: Phrasis autem & ratio Quinto adiudicant. Nam solus Marcus consulatū gessit. At cuiuscunq; est: pœnitendū certe non est. Et quia orōnis saltē paraneticæ formā habet, cæteris apposuimus.

ET SI TIBI EOMNIA suppetūt: quæ consequi ingenio aut usu aut diligentia possunt: tamen ab amore nostro nō sum alienū arbitratus ad te perscribere ea quæ mihi ueniebāt in mentem dies ac noctes de petitione tua cogitāti: nō ut aliquid ex iis noui adiicerem: sed ut ea quæ in te dispersa atq; infinita uidētur esse: ratione: et distributiōe sub uno aspectu ponerētur: q̄q̄ plurimū natura ualet: tamē uidetur in paucorū mensiū negocio posse simulatio naturā uincere. Ciuitas quæ sit cogita. q̄d petas: qui sis. ꝓpe quotidie ad forū tibi descendēti meditandū hoc sit: nouus sum, Consulatū peto: Roma est: nominis nouitatē dicendi gloria maxime subleuabis: semꝑ ea res plurimū dignitatis habuit: nō potest qui dignus habetur patronus consulariū: indignus consulatu putari. Quamobrē quomā ab hac laude proficisceris: et quicq̄d es ex hoc es: ita paratus ad dicendū uenito: quasi in singulis causis iudicium de omni negocio futurū sit. Eius facultatis adiumenta quæ scio tibi esse seposita: ut parata ac prompta sint, cura: & sæpe quæ de Demosthenis studio & exercitatione scripsit Demetrius, recordare. deinde & amicorū multitudo: & genera appareant. Habes enim ea quæ nō habuerunt omnes publicani: totū fere equestrem ordinem: multa præterea municipia: multos abs te defensos homines cuiusq; ordinis: aliquot collegia, præterea studio dicendi conciliatos plurimos adolescentulos:

adoleſcentulos:quotidianam amicorũ aſſiduitatẽ & frequẽtiã. Hæc cura:& ut teneas cõmẽdando:& rogãdo & omni ratione efficiendo:ut intelligant qui debent tua cã referendæ gratiæ:& qui uolũt obligandi tui tẽpus ſibi aliud nullũ fore. Etiam hoc multũ ui det adiuuare poſſe nouũ hominem hominũ nobiliũ uoluntas:& maxime cõſulariũ ꝓdeſt:quorum in locũ ac numerũ ſi ꝑuenire uelis ab his ipſis illo loco: ac numero dignum putari. Ii rogãdi omnes ſunt diligenter:& ad eos allegãdũ perſuadẽdũq; eſt ijs. Nos ſemper cũ optimatibus de repu. ſenſiſſe minime populares fuiſſe:ſi qd locuti populariter fuerimus:id nos eo conſilio feciſſe:ut nobis Cn. Põpeiũ adiungeremus:ut eũ qui plurimũ poſſet:aut amicũ in noſtra petitione haberemus:aut certe nõ aduerſariũ. Præterea adoleſcẽtes nobiles elabora:ut habeas:uel teneas ſtudioſos quos habes multũ dignitatis afferent:plurimos habes:perfice ut ſciãt quãtũ in his putes eſſe ſi adduxeris:ut ij qui nõ uolũt cupiãt:plurimũ qdẽ ꝓderunt. Ac multum etiã nouitatẽ tuã adiuuat ꝙ eiuſmodi nobiles tecũ petunt:ut nemo ſit q audeat dicere plus illis nobilitatẽ q̃; tibi uirtutẽ prodeſſe oportere. Iã P. Galbã:& L. Craſſum ſummo loco natos quis eſt q petere cõſulatũ putet? Vides igitur ex ampliſſimis familijs homines: qui ſine neruis ſunt tibi pares nõ eſſe. At Antonius & Catilina moleſti ſunt:immo homini nouo:induſtrio:innocenti:diſerto:gratioſo apud eos qui res iudicãt optãdi cõpetitores:ambo ſicarij:ambo libidinoſi:ambo egentes:eorũ alterius bona proſcripta uidimus: uocem deniq; audiuimus iurantis ſe Romæ iudicio æquo: cũ homine græco certare nõ poſſe:& ex ſenatu eiectũ ſcim⁹. Optima uero cenſorũ exiſtimatione in prætura cõpetitorem habuimus amico Sabidio:& Panthera qd' ad tabulã quos poneret nõ habebat:quo tamen in magiſtratu amicam quã palã domi haberet:de machinis emit. In petitione autẽ con

ſulatus cauponas oẽs hic cõpilare per turpiſſimã legationẽ
maluit ꝙ adeſſe & Po.Ro.ſupplicare.Alter uero dij boni:
quo ſplendore eſt?primũ nobilitate eadẽ qua Catilina num
maiore?nõ ſed uirtute.Quãobrẽ quã Manius umbrã ſuam
metuit:hũc negliges quidẽ natũ in patris egeſtate:educatũ
in ſororis ſtupris.corroboratũ in cæde ciuiũ.cuius primus
ad rẽpu.aditus in eqtibus Romanis occidendis fuit. Nam
illis (quos meminimus) Gallis ꝗ tantũ Ticiniorũ ac uannio-
rũ ac tanuſiorũ capita demebãt: Sylla unũ Catilinã præfece
rat:in ꝗbus ille hominẽ unũ optimũq; Catullũ ſororis ſuæ
uirum eqtẽ Romanũ:nullarumq; partiũ:cum ſemꝑ natura:
tum etiã ætate iã quietum ſuis manibus occidit. Quid ego
nunc dicã petere cum eo te cõſulatũ:ꝗ hominẽ chariſſimum
Populo Romano.M.Mariũ inſpectãte Po.Ro.uirgis per to-
tã urbẽ ceciderit:ad buſtum egerit:ibi omni cruciatu lacera
rit:uiuo ſtatim collũ gladio ſua dextra ſecuerit:cum ſiniſtra
capillũ eius a uertice teneret caput ſua manu tulerit:cũ in-
ter digitos eius riui ſanguinis fluerẽt:ꝗ poſtea cũ hiſtrioni-
bus:& cũ gladiatoribus ita uixit:ut alteros libidinis:alte-
ros facinoris adiutores haberet:ꝗ nullum in locũ tã ſanctũ:
ac tam religioſum acceſſit:in quo nõ & ſi in alijs culpa non
eſſet:tamẽ ex ſua neqtia dedecoris ſuſpitionẽ relinqueret:ꝗ
ex curia Curios:& Annios ab atrijs Sapalas et Carnilios:
ex equeſtri ordine Põpilios:& Cnæios ſibi amiciſſimos cõ-
parauit:qui tantũ habet audaciæ:tãtũ nequitiæ:tãtũ deniq;
in libidine artis:& efficacitatis:ut ꝑpe in parẽtũ gremijs
prætextatos liberos conſtuprauerit.Quid ego nunc tibi de
Aphrica?Quid de teſtiũ dictis ſcribam? nota ſunt:et tu ea
ſæpius legito:ſed tamen hoc mihi non prætermittendum ui
det:ꝙ primũ ex eo iudicio tã egẽs diſceſſit:ꝙ ludi eius ante
illud iudiciũ fuerũt.deinde tã inuidioſus:ut aliud in eũ iudi
ciũ quotidie flagitet.Hic ſic ſe habet ut magis timeat: etiã

si ueuerit: q̄ ut cōtenat si qd cōmouerit. Quanto melior tibi fortuna petitiōis data ē q̄ nup homini nouo. C. Cælio? Ille cū duobus hoībus ita nobilissimis petebat: ut tamē in iis oīa pluris eēnt q̄ ipa nobilitas: summa īgenia: summus pudor: plurima beneficia: summa ratio ac diligentia petēdi: tñ eorū alterū cū deesset alter: Cælius etiā cū multo esset inferior genere: superior nulla re pene supauit. Quare si facies ea q̄ tibi natura & studia qbus es usus semp largiūtur: quæ tpis tui ratio desiderat: quæ potes: quæ debes: nō erit difficile certamē iis cōpetitoribus: q nequaq̄ sunt tam gñe insignes: q̄ uitiis nobiles. Quis em̄ reperiri potest tā improbus Ciuis: q uelit uno suffragio duas in Rēpu. sicas distringere? Quoniā igit̄ quæ subsidia nouitatis haberes: & habere posses exposui: nūc de magnitudine petitōis dicēdū uidetur. Cōsulatū petis quo honore nemo est q te non dignū arbitretur: sed sunt multi q inuideāt. Petis .n. hō ex equestri loco locū summū ciuitatis: atq̄ ita summū: ut forti homini: diserto: innocēti multo idē ille honos plus amplitudinis q̄ cæteris afferat. Noli putare eos q sunt eo honore usi nō uidere tu cū idē sis adeptus qd dignitatis habiturus sis: eos uero q cōsularibus familiis nati locum maiorū cōsecuti nō sunt suspicor tibi nisi q admodū te amāt inuidere: ēt nouos hoīes prætorios existimo: nisi q tuo bñficio iūcti sūt nolle abs te se honore supari Iā i populo q̄ multi inuidi sunt: q̄ multi cōsuetudine horū annorū ab honorib⁹ nouis alienati: uenire tibi in mētē certe scio: esse etiā nōnullos tibi iratos ex iis causis quas egisti necesse est. Iā illd' tute circūspicito: q ad Cn. Pōpeū gloriā augēdā tāto studio te dedisti: nū quos tibi putes ob eā cām esse amicos? Quāobrē cū et summū locū ciuitatis petas: et uideas eē studia q̄ tibi aduersent: adhibeas necesse est omnē rationē et curā: et laborē: & diligētiā in petitiōe magistratuū quarum altera in amicorū studiis: altera in populari uoluntate

ponenda est. Amicorũ studia beneficiis & officiis: & uetustate: & facilitate: ac iocũditate naturæ parta esse oportet: sed hoc nomẽ amicorũ in petitiõe latius patet q̃ in cætera uita. Quisq̃ est.n. q ostẽdat aliq̃d in te uolũtatis q colat: q domũ uentitet: is in amicorũ nũero est hñdus. Sed tñ q sunt amici ex cã honestiore cognatiõis: aut affinitatis: aut sodalitatis: aut alicuius necessitudinis: hic carũ: ac iucundũ eẽ maxime ꝓdest: deinde ut quisq̃ optimus: ac domesticus maxime ut is amet: quiq̃ fidelissimũ esse te cupiat: ualde elaborãdũ puto ut tribules: ut uicini: ut clientes: ut deniq̃ liberti: postremo & seruitus. Nã fere oĩs sermo ad forẽsem famã a domesticis emanat auctoribus: deinde sunt instituẽdi cuiusq̃ gñis amici ad spẽ hoĩs illustris honore ac noĩe: qui etiã si suffragãdi studia nõ nouerint: tñ afferunt petitori aliq̃d dignitatis ad iustitiã obtinendã. Magistratus ex q̃bus maxime cõsules: deinde Tri. pl. ad cõficiẽdũ cẽturias: hoĩes excellẽti gratia q abs te tribunatũ: aut cẽturiã: aut aliq̃d bñficium: aut haberẽt: aut ut habeãt sperẽt eos prorsus magnoꝑe cõpara & cõfirma: nã ꝑ hos annos hoĩes ambitiosi uehemẽter omni studio atq̃ oꝑe laborarũt: ut possent a tribulibus suis ea q̃ peterẽt impetrare. hos tu hoĩes q̃buscũq̃ rõnibus poteris ut ex aĩo: atq̃ illa summa uoluntate tui studiosi sint laborato. Q̃d si satis grati hoĩes eẽnt: ea oĩa parata esse debent: sicut parata esse cõcerno: nã hoc biẽnio quattuor sodalitates ciuiũ ad ambitionẽ gratiosissimorũ tibi obligasti. M. Fundani. Q. Galli. C. Cornelii. L. Coruini: & horũ in causis ad te deferẽdis q̃d eorũ sodales receperint: & cõfirmarint scito. Nã interfui quare hoc tibi faciẽdũ ẽ: ut idẽ ab his q̃d debẽt exigas: sæpe cõmonẽdo: rogãdo: cõfirmãdo: curando: ut intelligãt nullũ se aliud tp̃s unq̃ habituros restituendæ gratiæ: ꝓfecto hoĩes & spe reliquorũ tuorũ officiorũ & recẽtibus bñficiis ad studiũ seruandũ excitabuntur. Et oĩno

qm̃ eo genere amicitiæ petitio tua maxime initiata est: quo
causarũ defensionibus adeptus es: fac ut plane in reb⁹ quos
deuinctos tenes descriptũ ad depositũ suũ cuiq; munus sit.
Et quẽadmodũ memini ꝙ nulla in re illis unq̃ molestus fui-
sti: sic cura ut intelligãt oĩa te quæ ab illis tibi deberi puta-
ris ad hoc tẽpus reseruasse. Sed qm̃ tribus rebus hoĩes ma-
xime ad beniuolentiam: atq; hæc suffragãdi studia ducũtur
bñficio: spe: adiũctiõe animi uel uoluntate: aĩaduertendũ est
quẽadmodũ cuiq; horũ generi sit inseruiendũ. Minimis bñ-
ficijs hoĩes adducũtur: ut satis causæ putent se ad studium
suffragatiõis dedisse: nedũ hi q̃bus saluti fuisti: quos tu ha-
bes plurimos: & intelligãt si hoc tuo tp̃e tibi non satisfece-
rint: se ꝓbatos nemini unq̃ fore: qđ cũ ita sit: tamẽ rogãdi
sunt: atq; etiã in hãc opinionẽ adducendi: ut q nobis obliga-
ti fuerint: his uicissim nos obligari adhuc uideamus posse.
Qui aũt spe tenent: qđ genus hoĩm multo est diligẽtius at-
q; officiosius, his fac ut ꝓpositũ ac paratũ auxiliũ tuũ eẽ ui-
deat: deniq; ut spectatorẽ te suorũ officiorũ esse intelligant
diligentẽ, ut uidere te plane, atq; aĩaduertere quãtũ ab uno
quoq; ꝑficiscatur appareat. Tertiũ illud genus est studiorũ
uolũtariũ, qđ agendis gratijs, accõmodãdis sermonibus ad
eas rõnes ꝓpter quas q̃sq; studiosus esse uidebitur: signifi-
cando erga illos pari uolũtate adducẽdã amicitiã in spem fa-
miliaritatis & cõsuetudinis cõfirmari oportebit. Atq; ĩ his
oĩbus generibus iudicato & perpẽdito quãtũ q̃sq; possit: ut
scias & quẽadmodũ inseruias: & q̃d a quoq; expectes ac po-
stules. Sũt.n.q̃dã hoĩes in suis ciuitatib⁹ et municipijs gra-
tiosi. Sũt diligentes & copiosi: q ẽt si antea studuerint huic
gratiæ: tñ ex tp̃e elaborare eius cã cui debent aut uolunt: fa-
cile possunt. His hoĩm generibus sic inseruiendũ est: ut ipsi
intelligãt te uidere quid a quoq; expectes: sentire q̃d accipi-
as; meminisse q̃d acceperis. Sũt aũt q aut nihil possunt: aut

etiã odio sunt tribulibus suis:nec habẽt tñ ani:aut faculta
tis:ut enitãt ex tp̃e.Hos iternoscas et uideto ne spe i aliquo
maiore posita p̃sidij parũ cõparet.Et q̃q̃ partis et fũdatis
amicitijs fretũ:ac munitũ eẽ oportet:tñ i ip̃a petitiõe,amici
tiæ pmultæ:ac putiles cõparãt.Nã in cæteris molestijs ha
bet hæc tñ petitio id cõmodi ut possis honeste:qđ in cætera
uita nõ queas quoscũq; uelis adiũgere ad amicitiã : qbus cũ
si alio tẽpore agas ut te utãtur absurde facere uideare.In pe
titiõe aũt nisi id agas:& cũ multis & diligẽter:nullus peti
tor esse uideare.Ego tibi hoc cõfirmo eẽ neminẽ nisi aliqua
necessitudine cõpetitorũ alicui tuorũ sit adiũctus:a quo non
facile si cõtẽderis ipetrare possis:ut suo bñficio pmereat se
ut ames:& sibi ut debeas:mõ ut intelligat te magni æstima
re:ex aio agere:bñ se ponere:fore ex eo nõ breuẽ & suffra
gatoriã:sed firmã & ppetuã amicitiã.Nemo erit (mihi cre
de) i quo mõ aliqd uirtutis sit q hoc tp̃s sibi oblatũ amicitiæ
tecũ cõstituẽdæ prætermittat:p̃sertim cũ tibi hoc casus affe
rat:uti tecũ petãt:quorũ amicitia aut cõtẽnẽda:aut fugiẽda
sit,& q hoc qđ ego te hortor:nõ mõ nõ asseq:sed ne incipe
qdẽ possint.Nã qd incipiat Antonius hoies adiũgere : atq;
iuitare ad amicitiã: quos p se suo noie appellare non possit?
Mihi qdẽ stulti nil uidet q̃ existimare eũ studiosũ tui quẽ
nõ noris.Eximiã quãdã gloriã ac dignitatẽ:ac rerũ gestarũ
magnitudinẽ eẽ oportet:in eo quẽ hoies ignoti nullis suffra
gãtibus meritis honore afficiãt.Nãq; ut hõ iners sine offi
cio:sine ingenio:cũ infamia:nullis amicis septus:hoiem plu
rimũ studio:atq; oim bona existimatiõe munitũ p̃currat:si
ne magna culpa negligẽtiæ fieri nõ põt.Quãobrẽ oẽs cẽtu
rias multis & uarijs amicitijs cura ut cõfirmatas habeas:
et primũ id qđ ãn oculos ẽ senatores:eqtesq; Ro.cæterorum
hoim uarios hoies & gratiosos cõplectere.Multi hoies ur
bani idustrij:multi libertini i foro gratiosi:uarijq; uersant:

quos per te: quos p cõmunes amicos poteris sumere: cura ut tui cupidi sint: elaborato: appetito: allegato sũmo bñficio te afficere ostẽdito: deĩde habe oratores urbis totius: collegiũ oĩm pagorũ et ciuitatũ. Ex ĳs prĩcipes ad amicitiã tuã si adiũxeris: p eos reliquã multitudĩnẽ facile tenebis: postea totã Italiã fac ut ĩ aĩo & ĩ memoria tibi distributã: cõprahẽsãmꝗ habeas: ne qđ municipiũ: coloniã: pfecturam: locũ deniq; Italiæ: ne quẽ eẽ patiare: in quo nõ habeas firmamẽti: qđ satis esse possit. Perqras etiã & inuestiges hoĩes ex oĩ regione: eosꝗ cognoscas: appetas: cõfirmes: cures: ut ĩ suis uidelicet ciuitatibus tibi aliquos petãt: & tua cã quasi cãdidati sint: uolẽt te amicũ si suã a te amicitiã expeti uidebũt: id ut intelligãt oratiõe q̃ ad rationẽ ptinet cõsequere hoĩes municipales: & rusticani noĩe tãtũ noti ĩ amicitia se esse arbitrent. Si uero ẽt pſidĳ se aliqd sibi cõstituere putãt nõ amittũt occasionẽ pmerẽdi: hos cæteri: et maxĩe tui cõpetitores ne norũt qdẽ: tu & nosti: et facile cognosces: sine qs amicitia esse nõ põt. neꝗ id tñ satis est: tãetsi magnũ ẽ: sed ut cõsequat̃ spes utilitatis: atꝗ amicitiæ: ne nomẽculator: sed amicus et bonꝰ esse uideare. Ita cũ et hos ipsos pꝑter suã ambitionẽ q apud tribules suos plurimũ gratia possint: studiosos ĩ cẽturĳs habeas: et cæteros q apđ aliquã partẽ tribuliũ pꝑter mũicipĳ aut ciuitatis: aut collegĳ rationẽ ualẽt cupidos tui cõstitueris in optima spe esse debebis. Iã equitũ centuriæ multo facilius mihi diligẽtia posse teneri uident̃. Primum cognoscẽdi sunt eqtes: deinde adipiscẽdi: multo eñ facilius illa adolescẽtulorũ ad amicitiã ætas adiũgit̃: deĩde habebis tecũ ex iuuẽtute optimũ quẽꝗ & studiosissimũ hũanitatis: tñ equester ordo sequet̃ illius auctoritatẽ ordinis: si abs te adhibebitur ea diligẽtia ut nõ ordinis illius auctoritatẽ solum uolũtate: sed etiã singulorum amicitĳs eas centurias confirmatas habeas. Iã studia adolescẽtulorũ in suffragãdo: in obeũdo: ĩ nũ

tiando:in assentãdo:mirifice et magna honesta sunt:& qm̃ assentatiõis mẽtio facta est:id quoq; curãdũ est:ut quotidia na cuiusq; generis & ordinis:& ætatis utare. Nam ex ea ipsa copia cõiectura fieri poterit quãto sis in ipso cãpo uiriũ ac facultatis habiturus. Hu9 aũt rei tres ptes sunt. una salutatorũ cũ domũ ueniũt: Altera deductorũ. Tertia assẽtatorũ. In salutatoribus q magis uulgares sunt:et ad hãc cõsuetudinẽ (quæ nũc est) plures ueniũt:hoc efficiẽdũ ẽ ut hoc ipm minimũ officiũ eorũ tibi gratissimũ eẽ uideat. Qui domum tuã ueniãt:his significato te animaduertere:& eorũ amicis q illis renũciẽt ostẽdito:sæpe ipsis dicito:sic hoĩes sæpe cum obeũt plures cõpetitores & uideãt unũ eẽ aliquẽ q hæc officia maxĩe aĩaduertat: ei se dedũt:deserũt cæteros:minutatĩ ex cõmunib9 pprii:ex fucosis firmi suffragatores euadũt. Iã illud teneto diligẽter si eũ q tibi pmiserit fucũ (ut dicit) facere uelle senseris:ut te id audisse:aut scire dissimules. Siqs tibi se purgare uolet q suspectũ eẽ arbitret affirmes te de illius uolũtate nũq̃ dubitasse:nec debere dubitare. Is.n.q se nõ putat satisfacere amic9 eẽ nullo mõ põt. Scire aũt oportet quo qsq; aĩo sit:ut et quãtũ cuiq; cõfidas cõstituere possis. Iã deductorũ officiũ qd maius est q̃ salutatorũ hoc gratius tibi eẽ significato atq; ostẽdito:& quoad ei9 fieri poterit certis tẽporibus descẽdito. Magnã offert opinionẽ:magnã dignitatẽ quotidiana in deducẽdo frequẽtia. Tertia est ex hoc gñe assidua assentatorũ copia in ea quos uolũtarios habes: cura ut intelligãt te sibi in ppetuũ sũmo beneficio obligari. Qui aũt tibi debẽt ab iis plane hoc munus exige:q p ætatẽ ac negociũ poterũt ipsi tecũ ut assidue sint:q si sectari nõ poterũt necessarios suos in hoc munere cõstituãt. Valde ego te uolo:& ad rẽ ptinere arbitror semp cũ multitudine ec:ptẽrea magnã affert laudẽ:et summã dignitatẽ si ii tecũ erũt q a te defensi:& q p te seruati:ac iudiciis liberati sunt. H-

tu plane ab iis postulato: ut q̃m nulla ipsa p te alii rē honestā: alii salutē ac fortunas oēs obtinuerūt: nec aliud ullū tēpus futurū sit: ubi tibi referre gratiā possint hoc te officio remunerēt. Et q̃m in amicorū studiis hæc oīs oratio uersat: q loc⁹ in hoc gñe cauēdus sit: ptermittēdū nō uidet: fraudis atq̧ isidiarū & pfidiæ plena sunt oīa. Nō est hui⁹ tpis ppetua illa de hoc gñe disputatio: qbus reb⁹ beniuolus et dissimulator diiudicari possit. Tātū ē hui⁹ tpis admonere. Sūma tua uirtus eosdē hoies: et simulare tibi eē amicos: et īuidere coegit. Quāobrē. illud teneto neruos atq̧ art⁹ esse sapiētiæ nō temere credere. Et cū tuorū amicorū studia cōstitueris: tū ēt obtrectatorū atq; aduersariorū ratiōes & gña cognoscito. Hæc tria sunt: unū ex iis quos læsisti. alterū q sine cā nō amāt. tertiū q cōpetitorū ualde amici sunt. Quos læsisti: cōtra eos p amico diceres iis te purgato plane: necessitudines cōmemorato: in spē adducito: te in eorū reb⁹ si se ī amicitiā cōtulerit: pari studio atq; officio futurū spondeto. Qui sine cā nō amāt eos: aut beneficio: aut spe: aut significando tua erga illos studia futura delinies dās operam: ut de illa ani prauitate deducas. Quorū uolūtas erit abs te ppter cōpetitorū amicitias alienior: his quoq; inserui oratiōe qua superiorib⁹: & si pbare poteris te ī eos ipsos cōpetitores tuos beniuolo esse aio: ostēdito. Q̃m de amicitiis cōstituēdis satis dictū est: dicēdū est de illa altera parte petitiōis: quæ ī populari ratiōe uersat. Ea desiderat nomē: elationē: blāditiā: assiduitatē: benignitatē: rumorē: spē in Rep. Primū id qd' facis ut hoies noris significa ut appareat: et auge ut quotidie melius fiat. Nihil mihi tā populare: neq; tā gratū uidet: deīde id qd' natura nō habes induc ī animū ita simulādū eē ut natura facere uideare: nō cōmittas. tibi necesse ē ea quæ bono: ac suaui hoie digna sunt. Sed opus est magnopere blāditia: quæ etiā si uitiosa est & turpis: in cætera uita: tñ in petitōe

necessaria. Tibi enim cũ deteriorem aliquẽ assentando facit: improba est: cũ amiciorem: nõ tam uituperanda: petitori uero necessaria est: cuius & frons: & uultus: & sermo ad eorum quoscunq; cõuenerit sensus et uoluntatẽ cõmutandus est. Iam assiduitatis nullũ est preceptũ: uerbum ipsum docet quæ res sit: prodest quidẽ uehemẽter nusq̃ deesse: sed tñ hic fructus est assiduitatis: non solũ esse Romæ atq; in foro: sed assidue petere sæpe eosdẽ appellare: nõ cõmittere ut quisq̃ possit dicere: quid eius sit: cõsequi possis si abs te non sit rogatũ: et ualde ac diligenter rogatum. Benignitas autẽ late patet: & est in re familiari: quæ q̃q̃ ad multitudinẽ peruenire non potest: tamẽ ab amicis laudatur: multitudini grata est. Est in conuiuiis quæ facere te oportet & amicis tuis cõ celebrẽtur: & passim: & tributim: est etiã in opera quã peruulga & cõmunica. Cura ut additus ad te diurni: atq; nocturni: pateant: neq; solũ foribus ædiũ tuarũ: sed etiam & uultu: & fronte: quæ est animi ianua: quæ si significant uoluntatẽ abditam esse: ac retusam parui refert patere ostium Homines .n. non modo prompti sibi: p̃sertim quæ a candidato petant: sed etiã large: ac honorifice promitti uolũt: quare hoc quidẽ facile p̃ceptũ est: ut qđ acturus sis id significes te studiose ac libẽter eẽ facturũ. Illud difficiliꝰ et magis ad tẽpus q̃ ad naturam accõmodatũ tuam: qđ facere nõ posses ut id iucunde neges: quorũ alterũ est boni uiri: alterũ boni petitoris. Nam cũ id petitur quod honeste: aut sine detrimẽto nostro promittere nõ possumus quomodo si quis roget ut cõtra amicũ aliquam cãm recipiamus belle negandum est: ostẽdas necessitudinẽ: demõstres q̃ moleste feras: aliis te id rebus exacturũ esse persuadeas. Audiui hoc dicere quendã de quibusdã oratoribus: ad quos causam suã detulisset: gratiorem sibi orationẽ fuisse q negasset: q̃ illius q recepisset: sic homines fronte & oratione magis q̃ ipso beneficio: req;

capiuntur. Verũ hoc probabile est: illud alterũ subdurũ tibi homini Platonico suadere: sed tamẽ tẽpori tuo consulã. Quibus.n. te propter aliquod officiũ necessitudinis affuturũ negaris tñ ij possunt abs te placati: æquiq; discedere: qbus autem idcirco negaris q̃ te impeditũ esse dixeris: aut amicorũ negocijs: aut grauioribus causis: aut ante susceptis: inimici discedunt oẽs qui hoc aĩo sunt: ut sibi te mentiri malint: q̃ negare. C. Cotta in ambitione artifex dicere solebat se operã suã qđ non cõtra officiũ rogaretur polliceri solere oibus: impertire ijs apud quos optime poni arbitraretur. Ideoq; se negare nemini quo sæpe accideret causa: cur is qui pollicitus esset uacuus foret: plusquam putasset: neq; posse domum eius compleri qui tantummodo reciperet: quantum uideret se obire posse casu fieri ut agantur ea quæ non putaris: illa quæ credideris in manibus esse: ut aliqua de causa non agantur. Deinde esse extremum ut irascatur is cui mendacium dixeris: id si promittas: & incertum est: & in diem: & in paucioribus: sin autem id neges: statim alienãt se: & inimicantur. Plures enim multo sunt qui rogant uti liceat opera alterius: q̃ qui utãtur. Quare satius est ex ijs aliquos aliquando in foro tibi irasci: q̃ omnis continuo domi: præsertim cũ multo magis irascatur ijs q negant: q̃ ijs qui inuideant ea causa impeditũ facere qđ promittit: ut cupiat si ullo modo possit. At ne uidear aberrasse a distributione mea qui hæc in hac populi parte petitionis disputem hoc sequor. Hæc omnia non tam ad amicorum studia: quam ad popularem famam pertinere: & si inest aliquod dictum ex illo genere benigne respondere: studiose inseruire negocijs amicorum ac periculis: tamen hoc loco ea dico quibus multitudinem capere possis: ut de nocte domus cõpleatur: ut multi spe tui p̃sidij teneanĩ: ut amiciores abs te discе

dant q̄ꝫ accesserint. ut q̄ꝫ plurimū aures optimo sermone cō pleant. Sequitur enim ut de rumore dicendum sit: cui maxime seruiendum est. Sed quæ dicta sunt omni superiori oratione eadem ad celebrandum rumorem ualent dicendi laus: studia publicanorum: & equestris ordinis hominum nobilium uoluntas: adolescentulorum frequentia: eorū qui abs te defensi sunt assiduitas: ex municipijs multitudo eorum: quos tua causa uenisse appareat: bene homines nosce: comiter appellare: assidue ac diligenter petere benignū ac liberalem esse: bene loqui: existimare: domus ut multa nocte compleatur: omnium generum frequētia adsit: satisfiat oratione omnibus: re: operaq̄ꝫ: multis proficiat in id quod fieri potest laborare: & arte: ac diligentia: nō ut ad populum ab ijs omnibus fama perueniat: sed ut in ijs studijs populus ipse uersetur. Iam urbanam illam multitudinem & eorum studia qui conciones tenent quæ adeptus est in Pompeio ornando Manilij causa recipienda Cornelio defendendo excitanda sunt: quæ adhuc habuit nemo: ut simul quidem splēdorem hominū: uolūtateſq̄ꝫ haberet. Efficiendū etiam est ut sciant omnes Cn. Pompeij summam erga te esse uolūtatem: & uehementer ad illius rationes te id assequi qđ petis pertinere. Postremo tota petitio cura: ut pompæ plena sit: ut illustris: ut splēdida: ut popularis: ut hēat summā speciem: ac dignitatem: ut etiā si quid possit ne cōpetitoribus tuis exi stat: aut sceleris: aut libidinis: aut largitionis accōmodata ad eorū mores infamia: atq̄ꝫ etiā in hac petitiōe maxime uidendū est: ut spes. R. P. bona de te sit: et honesta opinio. Nec tamen in petendo. R. P. capessenda est: neq̄ꝫ in senatu: neq̄ꝫ in concione: sed hæc sunt tibi retinēda: ut senatus te existimet ex eo q̄ ita uixeris defensorem auctoritatis suæ fore. Et equites Roma. boni & locupletes: et uita acta te studiosum ocij: atq̄ꝫ rerū tranquillarū multitudo ex eo dūtaxat q̄ ore

tione in concionibus ac iudicio populari fuisti: te a suis com modis alienũ non futurũ. Hoc mihi ueniebat in mentem de duabus cõmonitionibus matutinis: quo tibi quotidie ad forũ descendenti meditandũ esse dixeramus. nouus sum: Cõsulatũ peto: Tertiũ restat: Roma est ciuitas ex nationũ conuentu constituta: in qua multæ insidiæ: multa fallacia: multa in omni genere uitia uersantur: multorũ arrogãtia: multorũ contumacia: multorũ maliuolentia: multorũ superbia: multorũ odia: ac molestia pferẽda est. Video esse magni cõsilij atq; artis in tot hoim huiusmodi uitijs: tantisq; uersantẽ uitare offensionẽ: uitare fabulã: uitare insidias: esse unũ hominum accommodatũ ad tantam morum: ac sermonum: & uoluntatum uarietatem. Quare etiam atq; etiam perge tenere istam uiam: quam instituisti. Excelle dicẽdo hoc etiam tenentur Romæ homines: & alliciuntur: & ab impediẽdo: ac lædendo repelluntur. Et quoniam in hoc uel maxime uitiosa est ciuitas q largitione interposita uirtutis & dignitatis obliuisci solet: in hoc fac ut te bene noras ut intelligas eum esse te qui iudicij ac periculi metum maximum competitoribus afferre possis. Fac itaq; ut se abs te custodiri: atq; obseruari sciant. tum diligentiã tuã: tum auctoritatẽ uimq; dicendi: tum profecto equestris ordinis erga te studiũ pertimescent. Atq; hæc ita te uolo illis proponere: ut uideare occasionem non meditari: sed ut hoc terrore facilius hoc ipm quod agis, cõsequare, et plane sic contende oibus neruis ac facultatibus, ut adipiscamur qđ petimus. Video esse nulla comitia tam inquinata largitione: quibus nõ gratis aliquæ centuriæ renũtient suos maxime necessarios. Quare si aduigilamus pro rei dignitate: & si nostros ad summũ studium beniuolos excitamus: & si hominib⁹ studiosis: gratiosisq; nostri suum cuiq; munus describimus: et si competitoribus iudicia proponimus: si equestribus metum inijcimus: diui

sores ratiõe aliqua coercemus: profici potest ut largitio nul la fiat: aut nihil ualeat. Haec sunt quae putaui nõ melius sci re me q̃ te: sed facilius his tuis occupationibus colligere unum in locum posse: & ad te perscripta mittere: quae tamẽ & si ita scripta sunt: ut nõ ad omnes qui honores petãt: sed ad te proprie: & ad hanc petitionem tuam ualeant: tamen tu si quid mutandum esse uidebitur: aut omnino tollendũ: aut si quid erit praeteritum, uelim hoc mihi dicas. Volo enĩ cõmentariolũ petitionis haberi omni ratione perfectum.

FINIS.

Impressum Lugduni sumptu Bartholomei trot anno. D.X V. a christiana salute supra mille die mensis Octobris duodeuigesima.

REGISTRVM.

A abcdefghiKlmnopqrstuxyz ABC DEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ AA BB CC DD EE FF GG HH.

Quaterniones omnes.